BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVIII
G
16
NAPOLI

ITALIA
SACRA
Tomus IX.

BIBL
VR
X

ATLAS

ITALIA SACRA
SIVE
DE EPISCOPIS ITALIAE
ET INSVLARVM
Adiacentium.

TOMVS NONVS

Complectens Metropolitanas earumque ſuffraganeas Eccleſias, quæ in Salentinæ, ac Calabriæ Regni Neapolitani clariſſimis Prouincijs continentur.

[illegible] FERDINANDO VGHELLO [illegible]
[illegible] SS. Vincentij, & A[illegible] ad [illegible]
Ord. Ciſtercienſis, ac S. Indic[illegible]



NAPOLI

ROMÆ, Sumptibus Blaſij Deverſin, [illegible],
Typis Vitalis Maſcardi.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.



ILLVSTRISSIMO DOMINO

THOMAE MARCHIONI RAGGIO.

FERDINANDVS VGHELLVS ABBAS F. P.

VIX nonum Italiæ meæ Sacræ volumen mente conceperam, Illuſtriſſime Domine, cum Octauiani Cardinalis Raggij fratris tui patrocinium illi deſtinaueram, vt ſimul ingenij mei fœtus qualiſcunque ſub laudatiſſimæ Purpuræ vmbra lucem ſecurius aſpicerent, & ego gratiſſimæ voluntatis meæ erga Eminentiſſ. Principis benignitatem teſtimonium aliquod euulgarem. Verum cum ſuperi clariſſimum illud veſtræ gentis lumen Orbi terrarum eripuerint, ſpes nos conceptæ magna ex parte, non tamen in totum fefellere; reliquerunt ſiquidem nobis Illuſtriſſ. Dominationem tuam Eminentiſſimi fratris virtutum & laudum hæredem, vt dum alterius animum cælum vindicat ſibi, in terris non deeſſet alter, qui veſtræ familiæ clientium ſpes, & vota pergeret ſuſtentare. Quid igitur in mora mihi eſſe potuit, quominus volumen

hoc

hoc auſpicijs fraternis conſecratum in clientelam tuam collocarem, vt niſi pari, ſaltem ſimili radiantium nominum luce coruſcaret? Ea enim familia geniti eſtis, quæ non magis à gentili cognomine, quàm ab innumeris heroibus virtute præclaris, ac ſanguine radiata, externos quoque ſub vmbra ſua latentes ingeniti fulgoris copia valeat aſpergere. Poſſem hic ego primam familiæ Raggiorum non obſcuram, ſed luculentam originem, ac planè radioſam prædicare. Quandoquidem à Rubeis Parmenſibus ſancti Secundi Comitibus inſigni inter Inſubres gente deriuari ab aliquibus perhibetur. Poſſem populum recenſere optimorum ciuium, qui domi, militiæque, in toga, in ſago ſpectati, tum Reip. vſui, & decori fuere, tum literis, literatiſq; viris patrocinio non ſine gloriæ fœnere immortalitati conſignati, per illorum ſcripta ære, ac marmore perenniora. Poſſem denique commemorare à maioribus extructa ſumptuosè, tum priuata tum publica ædificia, ſtatuas illis decreto Patriæ magnificè erectas, laudabili virtute geſtos Magiſtratus, ampliſſimos Eccleſiaſticæ dignitatis gradus, vel intra vel extra Genuenſis Reip. fines glorioſè adeptos, procurationem munerum publicorum ſumma cum laude adminiſtratam in Vrbium, ac Prouinciarum Præfecturis, in Legationibus ad Principes, ſummoſq; Reges, contracta cum ſplendidiſſimis familijs vltro citroque connubia, diuitias denique, quibus & actis retrò temporibus floruerunt Raggij, peruetuſtas (fontem Ariſtotelicum nobilitatis) quaſque recenti ſæculo amplas & copioſas poſſidetis, non tam ornamento familiæ veſtræ, quàm pauperum, & amicorum emolumento. Verum his omiſſis, alijſque multis, quæ Genuenſes Annales, antiqua Vrbis tabularia, ſummæque fidei ſcriptores perſequuntur, liceat mihi modo paucorum ſummatim laudes præſtringere, generoſæq; quæ te circundat, ſobolis imitationi proponere: quandoquidem, vt canit Vates Venuſinus.

Fortes creantur fortibus, & bonis;
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant Aquilæ columbam.

In celebri Diui Franciſci Genuæ Cœnobio viſitur ſepulchrum peruetus Nicolai Raggij, qui anno ſæculi 1372. Magiſtratum gerens ſupremæ id temporis auctoritatis, qualis in Senatoribus nunc viget, omnes prudentiſſimi moderatoris & amantiſſimi Patriæ ciuis partes impleuit. Huic alterum adiungo Nicolaum gloria parem, magis quàm ſimilem, qui Equitum ductor in bello, quod anno 1462. Veneti cum Amurathe Turcarum Tyranno in Græcia geſſere, poſt fugatos proſperè non ſemel, occiſoſque Turcas, reflante demum fortuna, in Barbarorum poteſtatem deuenit, exquiſitiſque ſupplicijs affectus bellicam fortitudinem Chriſtianæ tolerantiæ laurea coronauit. Huius arma-

tam,

tam, alterius togatam virtutem repræſentarunt Raphael Hieronymi filius; & Paulus Gregorius bina familiæ veſtræ ſydera. Hic anno 1459. electus Corſicæ Gubernator inſignia integritatis, prudentiæque præbuit documēta. Raphael Claræ Furnariæ coniux an. 1498. Maximilianū Cæſarem, & Ludouicum vulgo Morum Mediolani Ducem nomine publico excepit, & an. 1501. Maximos Reges Ludouicum XI. Chriſtianiſſimū Galliæ mox Catholicum Hiſpaniæ Ferdinandum II. Huic etiam ſummus Vrbis Magiſtratus an. 1507 fuit demandatus, atq; octo quinqueremium ad cuſtodiam Liguſtici maris excu antium Præfectura. Cumque ea tempeſtate inteſtinis agitata diſcordijs Reſpublica fluctuaret, vnus Raphael cum paucis alijs ex omnium ciuium numero dignus eſt viſus, qui vna cum Vrbis Præſide, quem conſtituerat Ludouicus idem XI. Galliæ Rex, Patriæ ſalutem feliciter procuraret. Gemini Raphaelis fratres pari in Remp. voluntate propenſi, non impares à patria honores retulerunt. Nam Ioannes Antonius, qui Baptiſtinam Iuſtinianam coniugem duxit, cum animum quantælibet fortunæ capacem haberet, anno 1526. iterum 1548. relatus fuit in numerum quatuor præſtantiſſimorum Ciuium, quos Reſp. ſupremo Ducatus faſtigio dignos iudicauerat. Laurentius verò, cui Pelota de Furnarijs nupſerat, inter primarios eos Senatores electus eſt, qui nouis anni 1528. inſtauratam inſtitutis, legibuſque Rempublicam gubernarunt. Eidem dignitati cōſimilem Magiſtratum Antiani ter fuerat conſecutus Stephanus Raphaelis filius Mariæ Iuſtinianæ primum, mox Claræ Adurnæ coniugijs nobilitatus. Hic etiam anno 1533. extractus ab vrna Senator, atque à Republica bis miſſus ad Carolum V. Imp. excipiendum: à Cæſarea Maieſtate Palatini Comitis titulo eſt inſignitus. Legationis quoq; munere ad Franciſcum Sfortiam poſtremum Mediolani Ducem cum laude perfunctus eſt. Neque minora Chriſtianæ pietatis, quam politicæ laudis reliquit monumenta; ſacella duo in D. Mariæ à Monte, ac ſancti Donati, templis excitata, ac liberaliter dotata. Fratri dignitate parem, ac pia magnificentia ſuperiorem ſe præbuit Nicolaus Nicoletæ Adurnæ vir, qui & ipſe Patriæ Senator ornamentis nobiliſſimis odæum, templumque Diui Georgij Genuæ illuſtrauit, & centum aureorum millia teſtamento legauit, quæ multiplicata conficerent annuum cenſum pro egentibus familiæ ſuæ virginibus honeſtiori matrimonio collocandis. Quo facto, & Regium in priuata fortuna animum & paternum in gentiles ſuos amorem exhibuit. At gemina Stephani proles Raphael & Balianus, vti paternæ virtutis, ita & gloriæ hæredes extiterunt. Raphael quidem Maria Fliſca in vxorem ducta, cum in diſcordijs ciuilibus anno 1573. ſubortis, charitatis in Patriam præbuiſſet ſpecimen non vulgare, illi factioni perpetuo addictus, quæ

ciuium

ciuium concordiæ, tanquam vnico labentis Reip. ſubſidio, ſtudebat & obſes quoque cum alijs ciuitatis primioribus traditus eſt, dum diſſidia per Apoſtolicæ Sedis Legatum, Cæſaris, Hiſpanique Regis Oratores componerentur. Tum pace firmata, & eius nomen in vrnam Senatoriam coniectum eſt, & virtus in demandatis Magiſtratibus, muneribuſque ſpectata. Balianus autem, qui Margaritæ Sauliæ nupſerat, non modò in togatis Patriæ muneribus memorabilem ſe reddidit, ſed in bellicis quoque: in expeditione ſuſcepta pro Finalis Arce recuperanda, quam ipſe præcipuus inter Reip. ductores proſperè adminiſtrauit. Ioannes Philippus Baliani filius ter Senatorium honorem adeptus, magnitudine animi, & prudentiæ tam eximiè floruit, vt bis in maximo faſtigio proximè admoueretur; conſenſu ciuitatis anno 1614. & 1623. ſenos inter viros, è quibus Reip. Dux legitur, numeratus. Cum Theodora Saulia primas; eaque extincta, ſecundas cum Beneta Fliſca nuptias celebrauit, ex qua præter cæteros liberos Octauiam, quæ Iuliano Spinulæ in matrimonium collocata eſt, & Raphaelem, qui Aureliam Spinulam coniugio ſibi copulauit. Ipſe quoque inter ciues ſuos Senatoria dignitate ſpectabilis. Ex eodem Ioanne Philippo oriundus, & Victoriæ Spinulæ ſoboles fuit Iacobus Raggius in Mediolanenſi Ducatu peditum Ductor conſilio, & fortitudine bellica memorandus.

Verum Thomæ Raggij exaggerata virtus, inter tot maiorum ſuorum lumina, veluti inter ignes luna minores effulſit. Teſtes habeo, & præcones luculentos Hiſpaniarum ſupremos in Belgio moderatores Federicum Toletanum Albæ, & Alexandrum Farneſium Parmæ & Placentiæ Duces. Ab his adhibitus Thomas in conſilia fuit, exercituſq; grauiſſimis rerum publicarum negotijs, atque ad Eliſabetham Britanniæ Reginam Orator; mox in Hiſpaniam vocatus eſt, ornatuſq; Regalis Aerarij Præfectura à Philippo II. Rege, ampliſſimum ſtipendium deferente, quod ipſe quaſi certamen cum tanti Principis liberalitate ſuſcepiſſet, generoſo animo recuſauit. Sed in procuratione grauiſſimi muneris cum fidem, diligentiam, magnanimitatemq; ſuam approbaſſet, breui ad vitæ exitum venit. Indoluit eius fato Hiſpanienſis Aula, & Rex ipſe triſte nuncium excepit cum ſenſu mœroris, quem prodere verbis extincti memoriæ perhonorificis dignatus eſt. Moriēs Thomas rationem excogitauit certiorem, qua ſupremis tabulis memoriam ſui in cœlitum, & mortalium animis perennaret. Ad Inſulanos religione, ac bonis artibus imbuendos in Corſica Patribus Societatis Ieſu Collegium fundauit. Genuæ in eorundem Domus Profeſſæ Templo ſacellum magnificentiſſimum ædificari iuſſit, redditusq; ſuffecit peramplos, quorum pars in cultum, & ornamenta excitati ſacelli cederet, pars in pauperum vſus erogaretur. Pietati eximiæ in

Deum,

Deum, atque in populos charitati, beneficentiam erga Patriam ſingularem adiunxit, magna legata pecunia, vt quinquiremis, quam hodieque Raggiam vocant, cum omni apparatu nauali, & bellico inſtructa, ad Reip. commodum nauigaret. Cuius immortalis beneficij memoria, ne vnquam in poſterorum animis vetuſtate temporum interiret, extare voluit Senatus Genuenſis in Regali Palatio perpetuum monumentum, ſtatuam inquam marmoream cum inſcriptione honorificentiſsma Thomæ munificentiæ dicatam.

Ex Thoma conſobrino Ioanne Baptiſta, & Bernardina Iuſtiniana genitus eſt alter Ioannes Baptiſta celeberrimi nominis Senator, ampliſſimiſque Magiſtratibus in Rep. functus, qua mandante Ioannem Auſtriacum Philippi II. fratrem Genua tranſeuntem excepit, cum Neapolim commearet.

Verum cæteris omnibus familiæ veſtræ proceribus, quorum commemoratio iuſtum voluminis modum expleret, Iacobum patrem tuum tacitè prætetire non debeo; Senatoria bis dignitate inſignitum, atque in hoc, alijſque Reip. muneribus cum ſumma integritatis, & prudentiæ fama verſatum, felicem ob illuſtrem ſobolem ſuſceptam ex Hieronyma Octauiani de Nigro filia, qui Reip. Orator ad Ferdinandum I. Imp. profectus, dignatione Palatini Comitis a Cæſarea Maieſtate decoratus rediјt. Ioannes Antonius eius liberorum natu maximus florentiſſimus adoleſcens, omnibus ijs dotibus illuſtris, quæ cadere poſſunt in Ciuem, ſplendori generis, & diuitiarum opulentiæ magnitudinem animi ſociantem, in propaganda munificentiæ ſuæ fama Patriæ finibus non arctauit. Nam præter Marchionem Coureum Chriſtianiſſimi Regis ad Vrbanum VIII. Oratorem Genuam accedentem Reip. nomine excepit, eiuſdem Vrbani Pontificis nepotem Franciſcum Card. Barberinum à latere Legatum in Galliam proficiſcentem domui ſuæ hoſpitem ſplẽdidiſſimum habuit, cuius intuitu cum maritimum in Hiſpaniam iter vna pariter ſuſcepiſſet, in medio curſus immatura præreptus morte generoſus iuuenis, non tam ſpem, & expectationem indolis magnæ, quam rem ipſam, & fructus tempeſtiuos maturæ iam virtutis extinxit. Sed quemadmodum ſucciſæ arboris germina in relicta ſtirpe repullulant, ita Ioannis Antonij laudes in eius progenie reuixerunt in Laurentio, & Ioanne Baptiſta ex Helena Imperiali genitis, atque in Anna Maria filia Angelo Pallauicino nuptui collocata. Octauianus tuus, & Ioannis Antonij frater deſtinatione parentis veſtri prudentiſſimi viri, cum ad Romanæ togæ ſtudia ſe contuliſſet, haud multo poſt à Gregorio XV. Apoſtolicæ Cameræ Clericus delectus, ſub Vrbano Annonæ, reique frumentariæ annis multis Præfectus, demum ex Cameræ Auditore, ab eodem Pontifice in Senatum Purpuratorum Principum relatus eſt, & Aleriæ in Corſica Epiſcopus renunciatus, cuius paternæ in populos iu-

ſtitiæ, integritatis, & candoris laudibus, cum à nobis alio in loco commemoratæ ſint, ſuperſedebo in præſentia. Illud adiungam tantummodo ſub eius auſpicijs educatum in Romana Aula Laurentium Ioannis Antonij filium, ſummo ingenio, & induſtria adoleſcentem, breui; eos feciſſe progreſſus, vt cooptato in Vaticani Senatum Patruo ipſe in Clericorum Cameræ numerum adſcriberetur, moxq; Pontificius Theſaurarius difficillimis Reip. temporibus electus, ærarium voragine belli exhauſtum ita ingenio, induſtriaq; ſuppleuit, vt non ſolum Apoſtolicæ Cameræ fides non conciderit, ſed ne titubauerit quidem. Tot exantlatis laboribus, cum ab Vrbano purpura, aliaque præmia deſtinarentur, erepto è viuis Pontifice, delati honoris decus auctum, aucto cumulo meritorum, dum perſpecta Laurentij probitas, atque prudentia tantum apud Innocentium X. valuere, vt in ſecunda Cardinalium creatione purpura donatus ſit, mox eodem iubente, Vicarium S.R.E. Camerarij munus exerceret.

In partem fraternæ gloriæ iure ſuo Ioannes Baptiſta ſe offert, quamuis ille togata, hic bellica virtute niteretur. Tribunus enim Legionis in Pontificio exercitu, præter cohortem ſingularem ducentorum peditum, quos a ſe delectos ipſe ducebat, in Vrbani Pontificis, & Apoſtolicæ Sedis obſequium militauit. Neque minus vtilem Patriæ, quam Romanæ Eccleſiæ operam dedit. Bis electus quinquiremium Reip. Commiſſarius Generalis, infeſtum latrocinijs mare Liguſticum liberauit, aut expugnatis, ſubuerſiſue piratarum nauibus, aut in effuſiſſimam fugam terrore dilapſis. In togatis verò Magiſtratibus per iuſtitiam, humanitatem, perque magnificentiam æquè ſe ciuibus amabilem præbuit, atque in bellicis per fortitudinem, hoſtibus formidabilem apparuerat. Iam vero Senator extractus miſero, fatalique Genuenſibus anno 1657. cum horrendum in modum atrox peſtilentia graſſaretur, non dubitauit pro Patria generoſum ſpiritum deuouere, dum certiſſimo diſcrimini in procuratione ſalutis alienæ ſe expoſuit. Victima igitur cecidit charitatis in Patriam ſingularis, relicto poſteris glorioſo ad imitandum exemplo, & ab vtroque Theatro, Cælitum & Mortalium plauſum honeſtiſſimum retulit. Sed omnium Raggiorum laudes quæ in ſingulis diſperſæ eminenter emicuerunt, in Te vno collectas, Illuſtriſs. Dom. noſtrum ſæculum intuetur. Qui Hortenſia Spinula ſanguinis, virtutis, & fœcunditatis eximiæ fœmina in coniugium accepta; vbi primum ad Remp. capeſſendam generoſum animum Patriæ amor, & gloriæ ſtimulus excitauit, admiranda iuſtitiæ, fortitudinis, ac liberalitatis documenta præbuiſti. Primos iuuenilis ferociæ ſpiritus imbuit bellum Genuenſis Reip. à Sabaudiæ Duce ſubnixo fœderatis Gallorum copijs illatum, in quo trecentorum militum Ductor, quos ære tuo conduxeras, meruiſti. Por-

tum Mauritium natura, & arte munitum recuperaſti, compulſis ad faciendam deditionem hoſtibus metu æneorum tormentorum, quæ præter expectationem labore tuorum maximo, & tuo per inacceſſas rupes traduxiſti, cum ipſe quoq; ad incitandos exemplo animos manus iniiceres in funes, quibus trahebantur. Cum vero auxiliarij milites huius aliorumque oppidorum, quæ ſe clementiæ victoris dederant, direptione fraudati; ad prædandum in circumiectam regionem nimis licenter excurrerent, illorum audaciæ frænandæ partes tibi Reſp demandauit, ſtatimque audita fama tui nominis, aduentuque, vim reueriti hoſtilia facere amici ceſſauerunt.

Neque minora incommoda populi patiebantur in littorali Liguriæ tractu ad Orientem ſpectante, vexati à facinoroſis perditæq; factionis hominibus, qui cum receptum apud aliquos confines Dynaſtas haberent, impunè Magiſtratuum vires illudebant. Aduerſus hos Commiſſarius Generalis cum ſuprema poteſtate delectus, vix in illam regionem te contuliſti, cum breui ea generis humani pernicies è medio ſublata, & extincta eſt, dum debitis pœnis improbos vltus, alijs ad ſuſpendium, ad triremes alijs, pluribus exilio profugis, horrenda proſcriptione damnatis, omnia infeſta flagitio, ſecura virtuti, cum ingenti populorum lætitia, & plauſu reddidiſti. Poſtmodum in ſplendidioribus Patriæ Magiſtratibus tua virtus enituit, præcipuè in grauiſſimo Inquiſitorum ſtatus munere. Magnificentia tua ſe obtulit ſuſpiciendam, cum pro Rep. exciperes Ferdinandum Cardinalem Infantem Hiſpaniarum Genuam venientem, atque Belgium contendentem. Conſilium tuum apparuit, & diligentia ſumma, tum in conſtituenda fabrica noui Portus, mole non minus vtili, quàm magnifica, cuius deliberationis auctor magna pars fuiſti, tum in inchoanda, quando in Collegium Diui Georgij tranſcriptus, quadringentis aureorum millibus citra vexationem populi celeriter conquiſitis ad opus tantum momenti plurimum contuliſti. Magnanimitas autem, & æmula Catonianæ conſtantia ſe exercuit, quando prauas conſuetudines in politico Reipublicæ corpore ſubnatas, quæ libertati obfuturæ videbantur, tollendas è medio ſtrenuè curauiſti. Quo ſanè facto Reip. ſalutari, multum gloriæ tuæ acceſſit, rei vero priuatæ non mediocriter obfuit. Quamobrem ex vrna Senator eductus, qua tempeſtate ob ſceleſtorum hominum multitudinem, & licentiam publicè, priuatimque debacchantem, ſalus Ciuitatis maximè periclitabatur; cum pro extirpanda pernicie tanta, quæ optimi ciuis erant partes, in Senatu acriter contendiſſes, ab eo malis mederi iuſſus, & quaſi Dictatoria authoritate ſuccinctus, citò in cuſtodiam datis, punitiſque ſcelerum anteſignanis, aut in voluntarium exilium dilabentibus, cæteris metu, & perſeuera increpatione coercitis, res turbidas

tranquillaſti, bonis omnibus in tuas laudes, & gratulationem effuſis. Eadem animi magnitudo fecit, vt magnificentiæ publicæ velificatus viam ampliſſimam, quæ hodie ante Regias Principis ædes viſitur, aperires, multo quidem ante deſignatam publico Senatuſconſulto; ſed ne perficeretur ab alijs, timor offenſionum obſtiterat. Quas prudenter euitare conatus per multam ſuaſionum lenitatem, cum hæc nihil proficeret, auctoritate vſus fortiter neglexiſti. Tot igitur Genuæ functus muneribus, & honoribus decoratus, cum te multo ante Ferdinandus II. Imp. dignitate Marchionis ſacri Imperij, ac diplomate honorificentiſſimo exornaſſet, Romam domicilium tranſtuliſti, vbi tunc Octauianus frater tuus Auditoris Cameræ Magiſtratu conſpicuus, gratuſque Vrbano Pontifici viuebat. Nec omiſit Patria, quam corpore, non animo deſerueras, ipſa quoque aliquando teſtari, quantum iſti virtuti confideret, dum Tibi ſua procuranda negotia cum Reſidentis titulo apud Summum Pontificem Alexandrum VII. commendauit. Agnouerat iam diu, probaueratque tuæ mentis magnitudinem, & capacitatem Vrbanus, ac ſingulare de te conceptæ opinionis teſtimonium præbuerat, cum in illa Italici belli tempeſtate, Pontificiæ claſſis regimen Commiſſarij Generalis titulo demandauit. Tu ſapientiſſimi Pontificis iudicio in omnibus pariter æqualiterque reſpondiſti. Cum ſolertia tua, & indefeſſa diligentia profeceris adeo, vt ornatiſſimis Militenſium Equitum quinquiremibus, quibus cum iunctæ ſæpius Pontificiæ nauigabant, non ordine, non diſciplina, non vllo nautico, militarique apparatu cedere viderentur, omniaque eo tempore Eccleſiaſticæ ditionis maria, litoraque ab inſultibus hoſtium egregiè tutatus es, dum interim alibi duo Raggij fratres, filij fratris tui, fide, ac induſtria pari S.R.E. vtilitatibus ſeruiebant. Vnde illud veſtræ familiæ tam glorioſum Vrbani Pontificis dictum, affirmantis, Trium Raggiorum miniſterio ſe tunc rem difficilem gerere, Laurentio Romæ, Ioanne Baptiſta Genuæ, Te ad Centum Cellas eam eximiè ſuſtinentibus. Tantum Vrbani de veſtra virtute iudicium maiora in dies beneficia parturum erat, niſi paulo poſt confectam pacem mors generoſi Principis interueniſſet; Tunc velut attritu Lydij lapidis pretioſæ metallorum venæ capitur experimentum, ita ſummis rerum difficultatibus circumuenta Vrbs ſingularis animi tui magnitudo in Vrbam interregno ſe prodidit: vnde ex Purpuratis Principibus, ij, penes quos Reip. regimen in Vaticani Comitijs, & capita Ordinum vocantur, literas ad te dedere pleniſſimas laudum & gratiarum. Placet hoc immortali facinore, omnium præclariſſimo, compluribus alijs omiſſis, hanc laboris mei quaſi dedicationem concludere; quæ ſi cuipiam prolixior videbitur, quàm vt mereatur epiſtola dici, quo nomine libeat, appellet, dum fateatur non

potuiſſe

potuiſſe innumerabiles Raggiorum laudes ab homine veſtræ familiæ obſequentiſſimo orationis anguſtæ terminis circumſcribi. Cæterum Illuſtriſs. Domine munuſculum hoc habeas rogo; meæ in te voluntatis argumentum, ſi exiguum inquies, annuo, neque amplitudine, neque beneficentia, atque ſingulari in me comitate tua dignum. Sed vt ſpero, muneris noſtri tenuitatem humanitatis Tuæ magnitudo ſubleuabit. Vale Romæ Kal. Iulij 1662.

FACVL-

FACVLTAS REVERENDISSIMI PRÆSIDIS
Generalis Congregationis S. Bernardi Italiæ, Ordinis Ciſtercienſis.

NOS D. Horatius Adamus Abbas ſanctæ Mariæ Magdalenæ Ciſtelli de Florentia, ac præſens Generalis Congregationis ſancti Bernardi in Italia Ordinis Ciſtercienſis, facultatem concedimus, vt Nonum volumen, quod inſcribitur *Italia Sacra, ſiue de Epiſcopis Italiæ*, à R.P.D. Ferdinando Vghello ſanctorum Vincentij & Anaſtaſij ad Aquas Saluias noſtræ Congregationis Abbate, peruigili labore compoſitum prælo committatur, ſi ijs, ad quos ſpectat, videbitur. In quorum fidem has literas manu propria ſubſcripſimus, ac noſtro ſolito ſigillo firmauimus. Florentiæ ex noſtro Ciſtelli Cœnobio Kalendis Martij 1661.

D. Horatius Adamus Abbas & Præſes.

D. Franciſcus Maria Amidei Cancellar.

Imprimatur,

Si videbitur Reuerendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Apoſtolici Palatij.

O. Archiepiſc. Patracen. Viceſg.

Imprimatur,

Fr. Raimundus Capiſuccus Ordinis Prædicatorum Sac. Palatij Apoſtolici Magiſter.

PRO-

PROTESTATIO AVCTORIS.

CVM ſanctæ Mem. Vrbanus Papa VIII. die 13. Martij anno 1625. in Sacra Congregatione S.R. & Vniuerſalis Inquiſitionis Decretum ediderit, idemque confirmauerit die 5. Iulij 1634. quo inhibuit imprimi libros hominum qui ſanctitate, ſeu Martyrij fama celebres è vita migrarunt, geſta & miracula, vel reuelationes, ſeu quæcunque beneficia, tanquam eorum interceſſionibus à Deo accepta continentes ſine recognitione, atque approbatione Ordinarij, & quæ hactenus ſine ea impreſſa ſint, nullo modo vult cenſeri approbata. Idem autem Sanctiſſimus die 5. Iunij 1631. ita explicauerit, vt nimirum non admittantur elogia Sancti, vel Beati abſolutè, & quæ cadunt ſuper perſonam, benè tamen ea quæ cadunt ſuper mores, & opinionem cum proteſtatione in principio quod ijs nulla adſit auctoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides ſit tantum penes auctorem. Huic Decreto, eiuſque confirmationi, & declarationi obſeruantia, & reuerentia qua par eſt, inſiſtendo, profiteor me haud alio ſenſu, quicquid hoc Nono Tomo refero, accipere, aut accipi ab vllo velle, quam quo ea ſolent, quæ humana duntaxat auctoritate, non autem diuina Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, aut Sedis Apoſtolicæ nituntur, ijs tantummodo exceptis, quos eadem ſancta Sedes Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adſcripſit.

SYNOPSIS ALPHABETICA
ARCHIEPISCOPATVVM, ET EPISCOPATVVM

Qui in hoc Nono Tomo Italiæ Sacræ continentur.

Brunduſinen.	Brindis	pag. 6
Cuſentinen.	Coſenza	249
Hydruntinen.	Otranto	71
Rhegien.	Reggio	421
Roſſanen.	Roſano	379
S.Seuerinen.	S.Seuerina	668
Tarentinen.	Taranto	154

Alatinen. ſiue Lycien.	Lecci	89
Alexanen.	Alexano	119
Bellicaſtren.	Belcaſtro	692
Bouen.	Boua	457
Cariaten.	Cariati	699
Caſſanen.	Caſſano	462
Caſtellaneten.	Caſtellaneto	204
Caſtren.	Caſtro	128
Catacen.	Catanſano	483
Crotonen.	Crotone	522
Gallipolitan.	Gallipoli	133
Geruntinen.	Geruntia	692
Hieracen.	Geraci	544
Hoſtunen.	Oſtuni	66
Inſulanen.	Iſola	709
S.Leonis	S.Leone	720
Marturanen.	Martorano	358
Mutilen.	Motola	215
Neocaſtren.	Nicaſtro	553
Nicoteren.	Nicotera	573
Oppiden.	Oppido	578
Scyllacen.	Squillaci	586
Strungulen.	Strongoli	726
Tropeien.	Tropea	626
Vmbriaticen.	Vmbratico	740
Vrien.	Oria	221
Vxentinen.	Vgento	144

ITALIA SACRA
FERD. VGHELLI
Abbatis Ordinis Ciſtercienſis.

PROVINCIA DECIMANONA,
SEV
SALENTINA

Quam ho[illegible] Terram Hydrunti vocant, vbi de tribus Metropolitanis Eccleſijs, earumque ſuffraganeis Epiſcopis accuratè pertractatur.

A TERRA Hydrun[illegible]na primum Iapygi[illegible], M[illegible] ſapia[illegible] ue[illegible] d[illegible] Calabria, & Salentinorum regio fuit d[illegible]a. Iapygia ab I[illegible]g[illegible] nomini[illegible] a[illegible]or[illegible] Iapygem q[illegible]dam Dæda[illegible] [illegible] ſcri bu[illegible]. Meſſapia denominata a Meſſap[illegible] du[illegible]ore. Calabria vnde d[illegible] a dic[illegible]tur S[illegible]inum Fe[illegible] m deriuar, q[illegible]d [illegible] pe[illegible] circumquaque mari a[illegible]tur. Al[illegible] appellatos [illegible] volunt a fœd[illegible] qu[illegible]d [illegible] Idomeneos & Creten- ſes in [illegible] [illegible]rum fuit [illegible] quo[illegible] in hanc oram L[illegible]ium Idomeneum commi[illegible] g[illegible] teſtis eſt V[illegible] 3. Aeneid. Salentinorum p[illegible]ulos nominat P[illegible]inius Aletin[illegible], Baſterbinos, Neri[illegible]inos, Volentinos. Hodie ab incolis ab Hyd[illegible] Terra [illegible]na, vulgo *Terra d'Otranto* dicitur.

B

A Habet hæc regio ab Meridie Tarentum, & mare, vſque ad promontorium Salentinum, ab O[illegible] Brundu[illegible]m cum mari Ionio, quod & Hadria[illegible] o [illegible]ua Septentrio eſt, adluitur ab H[illegible]drun[illegible] Brunduſium vſque [illegible] qua Oc[illegible]em [illegible]picit, Apulia [illegible]li a[illegible]ac[illegible], [illegible]etia cum Magnæ Græciæ po[illegible] [illegible]a [illegible]dam his term[illegible]tu. [illegible] Ionio, Hadriaticoque mari c[illegible] ſcripta, latitudine inter Brunduſium [illegible] Tarentum xxx. vel, vt al[illegible] lunt, xl. P.M.

B Tota Iapygia [illegible]ube[illegible]mo gaudet aëre, c[illegible] [illegible]e [illegible], & [illegible]ro, præ[illegible] [illegible] in ora a[illegible] Hydrunt[illegible] Brund[illegible]que, vbi plerifque [illegible] loci[illegible] iuxta mare [illegible] pal[illegible]des. T[illegible] ab v[illegible]be Tarento [illegible]apid[illegible] Gal[illegible]s fl[illegible] [illegible] vbi Annibal[illegible], capto Tarento, ca[illegible] [illegible] L[illegible]ius [illegible]ribit, Præter G[illegible] q[illegible] inter Magnam Græciam, & S[illegible]nos [illegible] facit, etiam [illegible]uos ha[illegible] vnum [illegible] ad littus A[illegible] qui ex Tarento lapide ad Po-

lizaeum ſinum Tarentinum egreditur; alte- A rū qui in ora Borealiore Hadriatico miſce- tur mari ad S. Marcum ab vrbe Brunduſio milliario . Regio fertilis & opima, xiii. ætate Strabonis honeſtiſſimis ſuperbiens vr- bibus, quæ iam tum illius tempore præter Brunduſium & Tarentum ita perierunt, vt exigua eſſent oppida. Hodie Aletium prin- cipem obtinet locum, elegantibus ædifi- cijs, & populo frequens, in quo Curia Re- gia habetur. Iam inde regio hæc ab Apo- B ſtolorum temporibus Chriſti fidem ſuſcepiſ- ſe narratur, hactenus uſque illibatam ſeruauit: in eaque tres Archiepiſcopales ſedes nume- rantur, Brunduſina nempe, Hydruntina, & Tarentina; Epiſcopales vero ſedes earum ſuffraganeæ nouem, Aletium inquam, Ale-

A xana, Caſtellaneten. Caſtren. Gallipolitana, Motulen. Oſtunen. Vgentin. atque Vxentina. Antiquus epiſcopatus [illegible] fuit Leu- caden. nunc vnitus cum Alexanenſi. De his omnibus igitur Eccleſiis in hac noſtra Deci- ma [illegible] Prouincia agemus, cum pro initio à Brunduſina Metropoli, quæ more noſtro ſeſe primo offert deſcribenda. Porro hiul- ca atque ieiuna in pleriſque earum erit no- B ſtra narratio, ſine vitio tamen noſtri cona- tus, ſed negligentia potius, vel inſcitia il- lorum quibus par erat vetera à tineis vindi- care, & à puluere excutere monumenta, vt benignum, carceris labore deterſo, poſ- ſent haurire cælum, & noſtram qualemcum- que adiuuare induſtriam. Sed ad Brundu- ſinam narrationem nunc accedamus

BRVN-

BRVNDVSINA METROPOLIS.

Cuius vnicus eſt ſuffraganeus,

Epiſcop. { Aſtunenſis, ſeu Hoſtunenſis.



A BRVNDVSIVM, vulgo *Brindis*, littoralis Prouinciæ Terræ Hydrunti vrbs eſt, & portus quondam memoratiſſimus, ex aduerſo Tarenti extremæ Magnæ Græciæ ad Ionium mare; vnde Salentinorum Cherſoneſus incipit ad Brūduſium deſinens in mari Hadriatico. Media eſt inter Hydruntum & Barium hinc indè L. M. P. à Neapoli C C. in Ortum recedit ab Aletio XXV. Tarento vix XXXV. Hoc tempore nullo alio, memorabilis quàm portu, cui parem non reperiri vſquam fertur. B Stephanus de origine, eiuſque conditore ſic tradit: *Brenteſium*, inquit, *vrbs Italiæ, ad Adriaticum mare à Brento filio, vel quia portuoſa eſt; quippe vno ore complures includuntur portus: vnde, quod figuram capitis ceruini habeat, nomen ei quæſitum. Brention enim Meſſapijs dicitur caput ceruinum, vt auctor eſt Seleucus, Gloſſarum lib.* 11. *Gentile eſt Brenteſinus*. Strabo lib. 6. Brunduſium fertur Colonia, occupatum à Cretenſibus, qui cum Theſeo à Cnoſſo eò peruenerant, poſt acceſſiſſe eos, qui cum Iapyge è Sicilia eò venerant, C vtrunque enim traditur, ſed non vnà manſiſſe eos, verùm Botiæam abiuiſſe. Poſtea temporis, cum ſub Regibus eſſet Brunduſium, multum agri amiſit, ademptum à Lacedæmonijs, qui eò cum Phalantho venerant, quem tamen pulſum Tarento Brunduſini receperunt, mortuumque ſplendida dignati ſunt ſepultura. Ager ipſorum eſt quàm Tarentinorum melior: vt enim minùs gleboſus eſt, ita fructus meliores profert: Mel quidem & lanæ eius in primis laudantur. Ad hæc Brunduſinum portum habet, quàm Tarentum, commodiorem; quippe ad Brūduſium multi includuntur vno oſtio portus, ab omnibus fluctibus tuti; intus receptis intra fauceis multis ſinibus; itaut eorum forma figuram cornuum ceruinorum exprimat. Locus enim cum ipſa vrbe maximè ceruini capitis ſpeciem habet, quod Meſſapiorum lingua Brention dicitur. Tarentinus verò ſinus non omni parte à fluctibus eſt immunis, quia patet, præterquam quod habet in receſſu quædam vadoſa. Præterea, è Græcia, & Aſia rectus eſt ad Brunduſiū traiectus: omneſque huc deferuntur, quibus Romam iter eſt. Sed & Cicero in Philippica 1. *Quum Brunduſium, iterque illud, quod tritum in Græciam eſt, non ſine cauſa vitauiſſem; Kalendis ſextilibus veni Syracuſas; quod ab vrbe ea trāſmiſſio in Græciam laudabatur*. Hinc & illud Plinij, lib. 3. cap. 11. *Brunduſium inprimis Italiæ portu nobile, ac velut certiore tranſitu, ſicuti longiore, excipiente Illyrica vrbe Dyrrachio CCXX. millium traiectu*; nam vt paulo ante dixit, *ab Hydrunto in Græciam breuiſſimus erat trāſitus, ex aduerſo Appolloniæ oppidi latitudine intercurrentis freti quinquaginta millium non amplius*. Horatius lib. 1. ſatyra 5. qua iter à Roma ad Brunduſium vſque deſcribitur.

Brunduſium longè finis chartæque, viæque.

Atque hæc vnica Silio fuit ratio, lib. 8. iſtius verſus.

Necnon Brunduſium, quo deſinit Itala tellus,

De ſitu hæc innuit Lucanus lib. 5.

——— curuique tenens Minois tecta
Brundiſij, clauſas ventis brumalibus vndas
Inuenit, & pauidas hiberno ſidere claſſes.

Curuum dixit Brunduſium, quia ſemicirculi in formam intimum dictorum ſinuum receſſum circumiacet. Idem de eadem vrbe;

Hanc latus anguſtum iam ſe cogentis in arctum
Heſperiæ tenuem producit in æquora linguam,
Adriacas flexis claudit quæ cornibus vndas,

Cæterum ad conditores vrbis antiquos quod attinet, Herodotus ait, *Hyrium, ſiue Vriam medio inter Brundiſium, Tarentumque itinere ſitum oppidum, à Cretenſibus eſſe conditum, qui à claſſe Minois in Siciliam profecta eò exagitati erant.* Ab iiſdem Brunduſium quoque vel conditum, vel ſaltem poſtmodũ habitatum innuit Lucanus; de Parthenijs Lacedęmoniorum, ac duce eorum Phalantho, quæ tradit è Trogi monumentis Iuſtinus lib. 3. ſuprà ad Tarenti originem enarrat. Sed ex Strabone colligitur totius Meſſapiæ peninſulæ caput fuiſſe, ac Regiam ſedem Brunduſium, quo tempore Phalanthus cum ſuis Lacedæmonijs partem Brunduſini agri, indeq; Tarenti oppidum occuparunt. Iſidorus Oroſius lib. 14. cap. 4. ſic ſcribit: Apulia eſt vbi Brunduſium ſitum eſt, quam Aetoli ſecuti Diomedem Ducem condiderunt, Portus Brunduſini deſcriptio apud Cæſarem extat; & apud Zonaram Annal. lib. 3. hæc de iſto portu leguntur; *Eo tempore aucti opibus Romani drachmis aureis vti cœperunt. Deinde regioni, quæ nunc Calabria dicitur, bellum intulerunt: id crimini dantes, quod Pyrrhum recepiſſent, ſocioſque infeſtaſſent; at re vera ob eam cauſam, vti Brunduſio potirentur, propter portuum commoditatem, & facilem in Illyricum, & Græciam traiectum, eod enim vento ſpirante, & ſoluere ex eo portu, & in eundem adpellere licet.* Voti compotes facti, colonos non modo Brunduſium, ſed & in alia etiam loca miſerunt. Ergo Colonia poſtmodum facta Romanorum, cujus rei & Cicero, & Liuius, atque Paterculus auctores ſunt, Cicero, ad Attic. lib. 4. epiſt. 1. *Prid. Non. Sept. Dyrrachio ſum profectus. Brunduſium veni Nonis ſextilibus, vbi mihi Tulliola mea fuit præſto natali ſuo, qui caſu idem natalis erat & Brunduſinæ coloniæ, quæ res animaduerſa à multitudine, ſumma Brunduſinorum gratulatione celebrata eſt.* Liuij Epitomator lib. 19. *Coloniæ deductæ ſint Fregellæ, in agro Salentino Brunduſium.* Paterculus lib. 1. *Initium belli Punici Firmum, & Caſtrum colonis occupata, & poſt annum Aeſernia, poſtque xxij.*

A *annos Aeſulum, & Alſium, Fregellæque poſt biennium: proximoque anno, Torquato, Sempronioque Conſulibus, Brunduſium.* Fuere Conſules A. Manlius Torquatus Atticus, & C. Sempronius Blæſus, anno à Roma condita ICIX. ante natum Ieſum CCXLIV. Item Olymp. CXXXII. anno IIII, Romani colonos miſerunt Brunduſium. Poſterioribus quoque temporibus celebrem fuiſſe vrbem patet ex tabula, in qua primariæ vrbis ſigno notata eſt. Romano paruit Imperio, deinde in Græcorum poteſtatem deuenit: capta poſtmodum à Saracenis funditus euerſa eſt, quam Lupus Protoſpata Catapanus iuſſu Imp: Conſtantinopolitani reſtituere cœpit
B circa annum Dom. 980. Robertus verò Guiſcardus Normannorum Dux illam cœpit, ac poſteri eius Comites ac Reges Siciliæ ab ipſo deſcendentes per annos multos eam ampliarunt.

Poſt Normannos Reges qui ſucceſſerunt, ciuitatem priuilegijs, & immunitatibus nobilitarunt. Ciuitas hodie ſub regia immediatè iuriſdictione admodum [illegible] eſt, & aliquot nobilium familiarum gloriam retinet, Mari potitur [illegible], cælo clementiſſimo, agro fertiliſſimo, quibus bonis priſtinæ dignitatis imminutionem conſolatur. Huius ciuitatis hiſtoriam ſcripſit hoc noſtro ſæculo ciuis quidam Brunduſinus
C ſatis prolixam, ſatiſque eruditam, quam M. S. legimus ab Illuſtriſſimo Filomarino Turris Duce Romam vſque ad nos tranſmiſſam. Iam inde ab Leucij ſanctiſſimi Epiſcopi temporibus Chriſti fidem amplexã, Pelinus ſanctus Epiſcopus mirum in modum propagauit. Epiſcopali primum, inde Archiepiſcopali exornata dignitate, vnum tantum habet ſuffraganeum Aſtunenſem Epiſcopum. Sunt qui volunt Brunduſinum Archiepiſcopum aliquando Patriarchæ Cõſtantinopolitano, tanquam ſuffraganeum paruiſſe, donec eliminatis ex hac prouincia Græcis, Romani Pontificis faſces veneraretur. Brunduſino Archiepiſcopatui ante
D annum milleſimum centeſimum noſtræ ſalutis ex Romani Pontificis poteſtate Vriæ Eccleſia vnita fuit: etenim Brunduſini Præſules poſt deſolationem ciuitatis ab Saracenis illatam Vriam ſe receperũt; vnde vſu venit vt harum Eccleſiarum Antiſtes Brunduſinus, & Vritanus dicebatur; ſed patrum noſtrorum memoria Regiorũ, & ambarum ciuitatum miniſtrorũ contentionibus hæc vnio diſſoluta fuit poſt mortem Bernardini Archiepiſcopi, Gregorio XIV. ad clauum ſedente, propriuſque vnicuique Eccleſiæ eſt attributus Præſul ornatus ijs omnibus gratijs, & priuilegijs, quibus cæteri gaudent Archiepiſcopi, quorum ius præſentandi habet Catholicus Rex. Menſæ Archiepiſcopalis annuus cenſus ducatorũ Regni 3000. taxatur in lib. Cameræ Apoſtolicæ ad florenos 400. Metropolitana Eccleſia, quam Vr-

banus

banus II. Pontifex ſacrauit anno Chriſti 1088. Patronos colit Beatiſſimam Deiparam Virginem,& S.Theodorum martyrem, cuius lipſana ex Amaſia, vbi glorioſam martyrij coronam ſub Maximiano ſuſceperat, Brunduſium tranſlata, in hac vetuſta, & nobili Eccleſia requieſcunt, & feſtus dies celebratur 9.Nouembris, vbi & brachium S.Georgij Martyris colitur, & lingua D.Hieronymi Eccleſiæ Doctoris venerationi eſt. Sacris in ea miniſtrantium numerus ſupra quadraginta. In primis ſunt tres Dignitates, Archidiaconus primam poſt pontificalem ſedem habens, Cantor,& Theſaurarius. His accedunt Canonici viginriquatuor, & quamplurimi alij Clerici, qui diuinis inſeruiunt. In ciuitate, præter Metropolitanam, nullæ aliæ ſunt Eccleſiæ Collegiatæ aut Parochiales, cum totius ciuitatis animarũ cura ſit penes Archidiaconum, & in ipſa Metropolitana Baſilica exerceri ſoleat; ſunt tamen plura virorum cœnobia, & mulierum, xenodochium, & plura ſodalitia laicorum. Diœceſis Brunduſina mediocris eſt: ſed haud facile fuit huius Eccleſiæ Præſulum ſeriem indagare; quam modò damus actorum emunctã, magno cum labore ex diuerſis ſcripturis, monumentiſque,præſertim Vaticanis eruimus, nil prorsus ab ijs ad quos ſpectabat,adiuti. Tu Lector hunc noſtrum conatum æqui, bonique conſule.



1 S. LEVCIVS Alexandriæ natus, & Epteſſius dictus, mortua matre decennis vna cum patre Monaſterium S. Hermetis, Theodoſio Imperatore(melius Commodo Imp.) ingreditur, & litteras diſcit, breuique diſciplina, ac obedientiæ virtute, omnibus antecelluit. Cum autem in feſto Beatiſſimæ Deiparæ Virginis, & patri ex hac vita migratio, & filio ad vrbis Brunduſinæ hæreſim extirpandam profectio in ſomnis fuiſſet denunciata, Leucius, defuncto patre cum aliquot Clericis Brunduſium venit, apud Amphitheatrũ propè vrbem moratus, vbi ad ſe venientes Chriſtianam fidem docebat,& ſacro lauacro regenerabat,

A Quo tempore vrbs, in qua, biennio non plueret, maximè affligebatur. Cuius Præfectus, nomine Antiochus, Leucio, ſi pluuiam vrbi impetraſſet, ſe in Chriſtum crediturum pollicetur. Leucius itaque Clero, & Chriſtianis conuocatis vix ſuſpiciens in Cælum,& ſanctis Litanias decantare cœpit, cum copioſiſſimus imber deſcendit, quo miraculo Præfectus, ac vigintiſeptem millia populi Baptiſmũ ſuſcepere: Baſilicamque in vrbis medio in Dei Genitricis, ac D. Ioannis Baptiſtæ honorem conſtruxerunt. Cum verò omnes in fide confirmaſſet, ac munus Epiſcopale aliquandiù ſanctiſſimè adminiſtraſſet, plenus meritis,ſuũ B Domino reddidit ſpiritum, & in eo loco, vbi è naui ad vrbem deſcenderat, humari voluit. Hæc Ferrarius compendiariò narrat ex monumentis Eccleſiæ Brunduſinæ,ex Breuiario antiquo Capuano, ac ex lectionibus eiuſdem B.Leucij, quæ in Eccleſia Brunduſina recitantur, in quibus miracula ab eo patrata narrantur. In ijs de Meleſia nobili muliere Alexandrina ab hydropiſi liberata. De Zera mago ab igne combuſto, cum Leucius ſigno ſanctiſſimæ Trinitatis munitus illæſus exiſſet. De necatis à Dracone in Ægypto, ab eo, baculo tactis, ad vitamque reuocatis, vbi etiam Leucium vrbis Alexandrinæ Epiſcopum fuiſſe legitur, Eccleſiamque Alexandrinam tandiù adminiſtraſſe, quo à concitata à Saturnino præ- C fecto in Chriſtianos perſecutione diuinitùs admonitus, Brunduſium, vt eam vrbem ab Idolorum cultu abduceret, nauigauit. In quibus tamen nonnulla, emendatione videntur indigere, illud maximè, quod vrbs Brunduſina eo tempore Regem haberet, niſi forte Regem Præfectum intelligãt, qui error in aliquot Sanctorum hiſtorijs deprehenditur: Italia enim nullos, niſi poſt maximam Imperij declinationem, Reges habuit. Quod etiam S.Leucius Alexandriæ Epiſcopatum geſſiſſet, niſi forte tanquam ſuffraganeus, & alterius vrbis Epiſcopus, minùs veriſimile eſt. Cum Epiſcoporum Alexandrinorum nomina, in quibus Leu- D cius haud reperitur, ad multa tempora habeantur. Præter ſuperius adnotata,illud de Saturnini Præfecti perſecutione in Chriſtianos ſub Theodoſio Imperatore Chriſtianiſſimo, fuiſſe non potuit, niſi fortè is Arianus exiſtens in Catholicos ſæuiret. Multa itaque S.Leucij acta, indigent cenſura. Hactenùs Ferrarius. Item Baronius in notis Mart. Roman. 11. Ianuarij fatetur: *Legimus*, inquit, *Acta eius ab eadem Eccleſia accepta, erroribus quidem ſcatere ob maximam, tum in perſonis, tum etiam in tempore diſcrepantiam*. Eiuſdem acta dat Bollandus tom. 1. in Actis Sanctorum ad diem 11.Ianuarij,quæ quidem cum cæteris, vt ipſe fatetur, correctione indigent,& cum Michaele Monacho videtur ſentire, Leu-

cium

eium ſub Commodo Imperatore vixiſſe, non verò Theodoſij Imper. ætate, vt ex Actis S. Eugeniæ facilè colligi poteſt, cui adſtipulantur Diptycæ M.S. apud me, Brunduſinorum Epiſcoporum, quæ habent, Brunduſinis Leucium ius diuinum dixiſſe ann. Christi 164. ſediſſe verò annis octo. Leucij tranſlationem apud Tranum à Ioanne Sinchello, iuſſu Ioannis Archiepiſcopi Tranenſis dedimus tom. 7. in Tranenſis Eccleſiæ Archiepiſcopis, quam etiam ipſe Bollaudus dedit, aliquantulum tamen deprauatam; in fine enim Sinchellus pro Ioanne Archiepiſcopo ſuo Tranenſi deprecatur. Addita videntur non ſine ſupina inſcitia, atque malitia illa verba *Sipontini ac Garganicenſis Archiepiſcopi*; cũ nũquam Tranenſis Eccleſia cum Sipontina, & multò minùs cũ Garganicenſi, fuerit, vt in Sipontinis Archiepiſcopis luce clarius demonſtrauimus. Fortaſſis à quodam ex Garganicenſibus exſcripta fuerunt exemplaria illa, quæ circumferuntur, vt in alijs plurimis, tum inſcriptionibus, tum monumentis deprehendimus factum. Cæterum fuit olim quinto ab vrbe lapide Eccleſia S. Leucij Martyris, cuius meminit S. Gregorius lib. 9. Regiſtri ep. 73. cumque indè fuiſſent ablatæ eius Reliquiæ, alias eiuſdem Sancti reliquias ad ſe Brunduſio mitti per Hydruntinum Epiſcopum iuſſit. Quæ de hoc ſancto Leucio, in notis Baronius intelligit: qui tamen & in propria Eccleſia vt Confeſſor & Epiſcopus colitur, & Confeſſor ab ipſo Baronio appellatur. Michael Monachus in Sanctuario Capuano, Martyrem dici arbitratur, quod fidei cauſa tormenta tulerit, licet in ijs mortuus non ſit, qua ratione S. Hyginum retulimus, à quibuſdam Martyrem dictum exiſtimari. Aſt qui in antiqua operum Gregorij editione à Pamelio correcta Leucius dicitur, in recentiori, auctoritate Sixti V. emendata, Leontius ſubſcribitur, vt ſuſpicari quis poſſit de alio eſſe ſermonem. Tranſlatæ deinde S. Leucij reliquiæ Brunduſio, Tranum, inde Beneuentum, earumque pars Tranenſibus, & Brunduſinis reddita. Hæc ille.

Hymnus de S. Leucio ex officio Eccleſiæ Brunduſinæ.

Optata dies aduenit
Exultans in delicijs
Qua Patriarcha Leucius
Lętus migrat ad Dominum;
Hic clarus vitæ meritis,
Refulgens & miraculis,
Pulſis procul erroribus,
Plebem lauat baptiſmate.
Præcepta Chriſti prædicans,
Et ſanctitatę radians,
Medelam confert languidis,
Functos ad vitam reuocat.
Gaude Brunduſia prolis
Tantis ornata titulis,
Sed clarior eximium
Patrona habens Leucium.
In Brunduſina claruit
Vrbe Confeſſor Domini,
In hac relinquens terrea
Migrauit ad cęleſtia.

2 LEO Alexandrinus anno Dom. 172. Leucij ſocius, & diſcipulus, ſedit ann. 10. poſt ſanctum magiſtrum.

3 SABINVS & ipſe Leucij diſcipulus ann. 182. ſedit ann. 10.

4 EVSEBIVS Diaconus Leucij an. 192. ſedit ann. 10.

5 DIONYSIVS Diaconus Leucij ſucceſſit anno 202. Horum omnium patriam Alexandriam, meminit Diptyca noſtra Brunduſinorum Præſulum. Poſt hunc plures deſiderantur Epiſcopi.

6 S. APROCVLVS, vt fertur, patria Romanus, Epiſcopus Brunduſinam regebat Eccleſiam, cùm S. Pelinus ad eam vrbem venit: qui iam ætate grandæuus, delecto ſibi Pelino ſucceſſore, Romam vt à Summo Pontifice illius conſecrandi facultatem impetraret, cum Cyprio, Gregorio, & Sebaſtio contendit, qua impetrata, dum in patriam rediret, apud Ardeates in morbum incidit, ac paulo poſt migrauit è vita. haud procul ab Autio, à Pelino, & ſocijs ſepultus. Cum autem ad eius tumulum accedentes à languoribus liberarentur, ciues Baſilicam illius nomini excitatam dedicarunt: in qua ſanctus Pelinus aliquandiù demoratus, plebem illam inſtruxit, vt in Actis S. Pelini legitur. Natalis dies ignoratur, refertur tamen ad diem 5 Decembris à Ferrario in Catal. Sanctor. Italiæ poſt Pelinum. In Diptyca noſtra reponitur ad annum ſal. 350. Epiſcopatus eius an. 12.

7 S. PELINVS Brunduſij Epiſcopus & Patronus Aproculo ſucceſſit anno ſal. 364. cuius vitam in epitomen redegit Ferrarius ad diem 5. Decembris, cuius feſtum colitur. Igitur Pelinus Dyrrachij in Macedonia nobili loco, Conſtantio Imper. natus, ſub Sancti Baſilij diſciplina educatus Diaconus primum, deinde Presbyter ordinatur. Poſt hæc Iuliano Apoſtata Imp. Chriſtianos perſequente, à ſancto Baſilio diſcedens, & cum Cyprio puero, Sebaſtio, & Gregorio ſocijs in Italiam nauigans, Brunduſium venit à S. Aproculo Epiſcopo benignè acceptus; vbi Sebaſtio, & Gregorio ob eorum doctrinam, & ſanctitatem Bibliothecæ præpoſitis, Pelinus in omni virtutum genere excellens ab Aproculo iam ætate grandæuo ſucceſſor, totius Cleri & populi applauſu deſignatur. Itaque Aproculus cum Pelino, Cyprio, Sebaſtio, Gre-

Gregorio, & al[illegible]js ex Clero Romam pr[illegible]fe-
ctus, Pelinum in Epi[illegible]copum Brundu[illegible]num
conſecrand[illegible] curat quo facto, dum in
patriam tendunt apud Ardeam ægr[illegible]ans
Aproculus breui apud Antium migrat è
vita. Corpus a Pelino & ſocijs ibi honori-
ficè t[illegible]mulatum, [illegible]acul[illegible]s fu[illegible], mu[illegible]tis [illegible]n
dies infirmis ſanitate reſtitutis. Quapropter
Sancto Aproculo à ciuibus Eccl[illegible]ſia ædifi-
cata, Pe[illegible]us in ea al[illegible]quot me[illegible] [illegible]emo-
ratus, cum populum a[illegible]uc rudem erudi-
uit in fide. Inde in Apuliam veniens à Sem-
[illegible]ronio Præſide tentu[illegible] ſacra D[illegible] f[illegible]cere iu-
[illegible]e[illegible]ur, quod facere recuſans, de[illegible]bus for-
ci[illegible]c ferrea extractis, cum ſocijs ad Iouis
[illegible] ac[illegible]rum trahitur. Cumque i[illegible]ud cum
[illegible] i[illegible]ge[illegible]i terræmo[illegible] co[illegible]iſſe[illegible], ira-
[illegible] P[illegible] P[illegible]inum rotæ ferreæ 1.40. denti-
[illegible] ac[illegible]ti[illegible] conſtanti al[illegible]igari, eamque cir-
[illegible] iu[illegible]c[illegible]n[illegible]c carn[illegible] d[illegible]lacerata, oſſa
[illegible] C[illegible] verò vnus ex denti-
[illegible] ex[illegible]iens, Præ[illegible]d[illegible] oculum ſiniſtrum
[illegible] i[illegible] pert[illegible]ritus, [illegible]lui i[illegible]icò imperat
[illegible] ſine vlla prorſus læſione re[illegible]er-
[illegible] quo P[illegible] o[illegible]io ſibi [illegible]to ſa-
[illegible]m [illegible]atuo[illegible] m[illegible]us, qui huic ſpe-
[illegible]erant ac ſequ[illegible]nti die 14. mi[illegible]-
[illegible] & [illegible] c[illegible]ate vtriuſque ſex[illegible]n
[illegible] d[illegible] [illegible]cra vnda aſpe[illegible]s eſt.
P[illegible] [illegible]m reuerſus non mul[illegible]ò
[illegible] Ducci[illegible] a Iuliano Imp[illegible]r
[illegible] & quinge[illegible]s[illegible]
[illegible] [illegible]t [illegible]c[illegible] & Sempro
[illegible] [illegible]ctos [illegible]rducceret, ad fi-
[illegible] p[illegible] a[illegible]bo curatum, cum 16[illegible]. mi-
[illegible]od [illegible] Imperator ac-
[illegible] & [illegible] Tri[illegible]o [illegible] Romam
[illegible]s[illegible]erat, Præf[illegible]um
[illegible] Pelinum, Aurelianum, & Sem-
[illegible] c[illegible]m alijs conuerſis interficiat.
[illegible] A[illegible]o & Sem[illegible]tonio acerbè fer-
[illegible], ac [illegible]s obtruncatis, apud
[illegible]c[illegible]bas via Ardeatina, Pelinum, Se
[illegible] Gor[illegible]onium, & C[illegible]prium [illegible]inctos
[illegible]s, Cornicul[illegible]ario, & Præ
[illegible], Q[illegible]os Corplinium d[illegible]os
[illegible]care Marti iubent Cumque orante
[illegible]o, Martis templum corruens Corni-
[illegible]arium, & Præ idem c[illegible] a[illegible] 207. op-
[illegible]t, Pel[illegible]os ab Idolo[illegible] ſacer[illegible]ti-
[illegible]is cæſus & vulneribus 85. co[illegible]us
[illegible] 5 Decembris: Sebaſtius verò &
[illegible] [illegible]ypr[illegible]o ob iuuentutem di[illegible]
[illegible]e obtruncati glorioſum marty-
r[illegible]m c[illegible]m[illegible]euer[illegible]nt Quorum corpora ibi
[illegible] con[illegible]ita ſunt, ac ſancto Pelino
[illegible] q[illegible]od [illegible]c Valuen[illegible]is E[illegible]
[illegible], exci[illegible]atum [illegible]n qu[illegible] cor-
[illegible]s [illegible]orificè conditum, multi[illegible] cla-
[illegible]. Hæc i[illegible] ex officio Ec[illegible]
[illegible]undulinæ, [illegible] etiam [illegible] Martyri E[illegible]c[illegible]
à ſancto Cyp[illegible] exſtructa dedicata manet
S[illegible]dit Ferrarius ex Baronio in Notis ad
Martyrolog. Ro[illegible] Dece[illegible] E[illegible]a-

A tióne egent hæc S. Pel[illegible]ni acta, maximè in
eo quod de Iuliano I[illegible]p. Romæ agente di-
citur [illegible] cum is n[illegible]quam Romæ I[illegible]p. fuerit,
ſed quod ab eius præf[illegible]ctis factum fuit, in-
conſulto Iuliano tribuitur. Vidimus etiam
Acta M.S. in [illegible]ibus præter nomina d[illegible]a-
[illegible]ata, i[illegible]m à [illegible]io Papa or[illegible]inat[illegible]m e[illegible]
cont[illegible]netur, quod eſſe non potui[illegible] ſi a Ba-
ſilio in perſecutione Iul[illegible]ani nondu[illegible] L[illegible]ſ-
copus d[illegible]ceſſit [illegible] Cæter[illegible]m apud nos extant
P[illegible] acta ex vet[illegible] Codice Valu[illegible]is ec-
c[illegible]eliæ exſcripta, vbi [illegible]eli[illegible] à Liberio Pa-
pa ordinatus legitur, & al[illegible]a i[illegible] h[illegible]r
m[illegible]s veri[illegible]ati co[illegible]na, vbi & miracula
nonn[illegible]a, cum eiuſdem tranſlatione le-
B guntur, quæ placuit h[illegible]c exſ[illegible]re, cùm
hactenus [illegible].

Vita Diui Pelini Epiſcopi, & Martyris.

ROmano florente Imperio, dum
vir Domini Cōſtantinus M[illegible]us
I[illegible]pe[illegible]tor toti[illegible]s fere or[illegible]is tribu[illegible], Chri-
ſto [illegible]ponente, gubernaret habenas. An-
tiochiæ præfecto præcepit cunctis reipubli-
cæ [illegible] adminiſtrantibus, & ſ[illegible]b ei[illegible]s
d[illegible]ione degentibus prænotare tributa, &
vectigalia Romæ perſolui debere. His ſta-
C tim [illegible]c[illegible]us iu[illegible]s I[illegible]p[illegible]r[illegible]s parer[illegible]
d[illegible] e D[illegible] p[illegible]
q[illegible]od R[illegible] E[illegible] caput e[illegible]o[illegible] ba[illegible]r.
Eo igitur tempore B. Baſilius Archiep. Re-
gni Romani, & totius ſanctitatis amicus,
vbique terrarum indi[illegible]io f[illegible]mæ ag[illegible]s, d[illegible]-
ct[illegible]a & eloquen[illegible]ia præf[illegible]lgebat Ide[illegible]o
[illegible]a[illegible]es [illegible]res, & nobiles ſibi ad do-
cendum f[illegible]os ſuos vndique conferebant.
In prætata qui[illegible]n vrb[illegible] Dyrra[illegible] v[illegible]
dic[illegible] nomi[illegible] Ar[illegible] vnà cum [illegible]
ra [illegible]ua coniuge degebat, & poſteris, quibus
poſt ſuum huius fragi[illegible] vitæ diſceſſum f[illegible]-
cultates i[illegible]numeras r[illegible]querer[illegible] om[illegible]o
car[illegible]at In[illegible]erea id[illegible]m vir, & mulier, ſalu-
bri reperto conſil[illegible]o, a[illegible] Beatum Baſ[illegible]ium
D cum muneri[illegible]s p[illegible] po[illegible]entes
vt Do[illegible] [illegible]rgi[illegible]a pietate eius o[illegible]a-
t[illegible]ib[illegible] ei[illegible]ona[illegible]ignaretur Mox
prælectus Dei [illegible]s eos benigne ſuſci-
piens, ſicut conſueuerat, ſancta allocutio-
ne commouit, pol[illegible]icens, ſe pro hu[illegible] [illegible]
hon[illegible]a petitione Dominum rogaturum,
adeo namque ſuis ſermonibus i[illegible]os co[illegible]-
mouendo, in Domino roborau[illegible]t, q[illegible] vt
nihi[illegible] cogitarent de fi[illegible] ſ[illegible]d pert[illegible]u-
ciam haberent in Dom[illegible]o. Tandem à pa-
tre venerab[illegible]i licentiam [illegible], & ad
propria a[illegible]o reuertente[illegible] Deum & ſan-
ctum B[illegible] g[illegible]or[illegible] c[illegible]s prædi-
cation[illegible]ant[illegible] [illegible]m-
ple[illegible]c[illegible]piens Sa[illegible]a fi[illegible]um filiamq;
[illegible] Pel[illegible]s, h[illegible]
quidem

quidem Catharinam. Enimverò die Dominicæ Reſurrectionis adueniente Arcadius cum coniuge, ac fi[illegible] ad eu[illegible]em Dei famulum quando properauit, & ſuis prouolutus pedibus, poſteritatis munus, ſcilicet filium & filiam ei obtulit dicens: Pater reuerende, ecce be[illegible] tuis orationibus nobis ce[illegible]us collatum, vt verò Dom[illegible] [illegible]m vtriuſque interius aſpiciens, eis ita benedixit: Dominus Ieſus Chriſtus, qui [illegible] ſancto ſanguine mundum redemit, ipſe vobis benedicat, & ſua [illegible] illuſtratione vos inte[illegible], [illegible] illuminet, vt eius mandata iu[illegible] ſeruetis, et humani generis inſidiator [illegible] aditum in vobis ne vnquã inueniat; ſed [illegible] Chriſtianitatis induti inter choros virginum cum palma virginitatis laudetis, & benedicatis Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum. His di[illegible] ſub trina merſione eos baptizauit, & Arcadio & Saphiræ com[illegible]o præcepit; Mandatis & præceptis Dominicis filij cariſſimi obſecun[illegible] ſtudete. Deus omnipotens ſua miſericordia vos exaudiuit, & fi[illegible], ſicut poſtulaſtis, conceſſit. [illegible] veſtram reuertimini, & puerum per [illegible] nium educate, mihique eum poſtmodum præſentate, quatenus Dei præſidio adiuuante [illegible] cæleſti [illegible], & veritatis ſcientia cum [illegible] Rediens igitur Arcadius cum Saphira ad propria, puerum, prout eis à Patre venerabili iuſſum fuerat, cum omni d[illegible] expleto den[illegible] a[illegible] præ[illegible] & [illegible] ſan[illegible] Viri [illegible] do[illegible] ad[illegible]runt, quem [illegible] in [illegible], cum dilectione nimia, virtutibus inſtituebat, [illegible] tandem annis reuolutis in ſapientia, & [illegible]na idem puer creſcens e[illegible] ſuus præceptor & præ[illegible] B[illegible] dixit: Peline, iam Rege omnium concedente, ſtudijs liberalibus appri[illegible] inſtructus eſſe d[illegible]ceris, [illegible]pera igitur in domum [illegible] nitor abhinc v[illegible] ad [illegible], [illegible] exutis humanis, in [illegible] dictis Pelinus reſponſa dedit: T[illegible] pa[illegible], & domi[illegible] [illegible] conſoruit alma pote[illegible] [illegible] ſi placet, itaque [illegible] tendamus, & [illegible] dotatus eius agamus. [illegible] ad hac, O [illegible] cæ[illegible] [illegible] ag[illegible] ſub ce[illegible] [illegible] Ar[illegible] que, [illegible] d[illegible] in [illegible] la[illegible] bo[illegible] [illegible] crede[illegible] [illegible] ex h[illegible] [illegible] verò A[illegible] B[illegible] Baſilium c[illegible] ad[illegible] [illegible] excepit [illegible] co[illegible] [illegible] [illegible] præparari, [illegible] pauperes [illegible] ac [illegible] ni cibo refectione poſſet [illegible] in [illegible]

ſan[illegible] S. Baſilius gaudens in Domino pro almificis [illegible]bus Arcadij, ait ei: Verba tua dul[illegible] vitæ ca[illegible] mihi complacent, cum egeri[illegible] inopiæ [illegible] parat[illegible] Dominus noſter in paupere recipiendus eſt; attende cariſſime fili, his meis [illegible]di, nos pro tua dilectione, & pro [illegible] ſalute an[illegible] huc venimus, videamuſque te infirm[illegible] [illegible] tuæ di[illegible] [illegible], quod abſit, graui [illegible] te imparatum inue[illegible], qui Dom[illegible] ait: Vigilate, quia neſcitis [illegible], neque horam. tunc ait Arcadius, [illegible] quicquid enim [illegible] faciam venerande Sacerdos. Prot[illegible] pat[illegible] tes fac[illegible], [illegible] a[illegible] teram [illegible] Catharinæ ſuæ natæ, [illegible] eid[illegible] Patri [illegible]ctiſſimo Ba[illegible] tribuit pro [illegible] peccat[illegible] Seq[illegible] Arca[illegible] niundo [illegible] in [illegible] pace quie[illegible] Sa[illegible] itaque d[illegible] & ſtudi[illegible] c[illegible] Arca[illegible] ſepeliuit, & [illegible] ac p[illegible] pauperibus ero[illegible] his na[illegible] [illegible] ſi [illegible] m[illegible] Domini [illegible] de [illegible] in virtute [illegible] Le[illegible] bi[illegible] & ſuper [illegible] dotes eundem ordin[illegible] & [illegible] imbuerentur. H[illegible] compo[illegible] S[illegible] [illegible] rhet[illegible] nomine C[illegible] [illegible] cubis triennis, & [illegible] In eodem quidem [illegible] a S[illegible] & caſu q[illegible] ſ[illegible] ſcripturarum, & [illegible] D. Pelini elegantiam, & [illegible] mutu[illegible] [illegible] Dei [illegible] Co[illegible] [illegible] cente, In[illegible] [illegible] arripi[illegible] [illegible] Chriſtiani adorare [illegible] ſupplicijs [illegible] Sebaſtiano & Gorg[illegible] [illegible] cruciatu[illegible] [illegible], & [illegible] Cal[illegible] [illegible] quaturi, eſtra [illegible] pont[illegible], ita vt [illegible] Dom[illegible] ſolum [illegible]

nitùs relinquatur, & Chriſtum aliquis palam confiteri minimè audeat. Sebaſtius & Gorgonius dixerunt; Perſecutionem illam, qua Italia affligitur nobis ad præſens ſuperuenturam cito præſtolamur, quoniam Romanorum perſecutio ſæuit violenta cæde. Pelinus, inquit, Quoniam quidem ita eſt, vt retuliſtis, concurramus igitur, & ſeu hoſtis verſutias præueniendo pellamus, vt eius incenſores viridi pectore expugnemus. Sebaſtius, & Gorgonius hæc veris aſſertionibus affirmantes, Beatum Patrem Baſilium vna cum Pelino adierunt, & eis ſeriatim iſta intimauerunt Illuſtris itaq; Dei cultor Baſilius hæc audiens, confortans eos in Domino benedixit dicens. Dominus qui cum famulo ſuo Iacob proſperé [illegible] egit, ipſe greſſus veſtros dirigat, vt Romanorum deuicta crudelitatis inſania, Dominum vbique regnantem glorificetis, quo donante, ſibi [illegible]des, & oberrantes greges [illegible], conceſſiſque itineris neceſſarijs eos dimiſit. E[illegible]ladius verò huius transfretationis audiens inceptum, ſe[illegible] inus occurrit, & [illegible] præfatum [illegible], nomine Cyprium, Pelino in ſto viro commendans ait; Quæſo abhinc, Pater huic eſto, quia nunquam à tua doctrina illum aliquo modo extrahendo ſ queſtrabo, & Domini pietas hoc mihi concedat, vt ante meum obitum facies veſtras cum gaudio videre valeam, tunc omnes dirtiſſimè flentes ſeque inuicem o[illegible] [illegible]es, nauem ingreſſi ſunt. Nautæ pro[illegible] nauem in altum remis & velis duxerunt, & ſancti ita dixerunt, Nos cum ſimus Sypon[illegible], vos qualem capitis [illegible] portum? P[illegible]inus reſpondit, in Domini vo[illegible] vt que[illegible] primum portum, ipſe don[illegible], cum[illegible] pariter capiamus; illis denique nauigantibus peruenerunt ad portum Brunduſij; at Pelinus, & eius ſodales de naui deſcendentes ad vrbem con[illegible] propetabant; ciuitas enim hæc miræ fortitudinis eſſe dignoſcebatur, & ma[illegible] fre[illegible] ntia ciuium incol[illegible]batur, d[illegible]ijs plena terre[illegible] c[illegible]mmod[illegible] feliciter rutilabat, in qua Deo carus Epiſcopus nomine Aproculus virtutibus p[illegible]ens degebat qui cum aliquantis ſuorum Clericorum ſorte in porta reſidebat. Hic eos honeſtè pergentes aſpiciens ſic affatus eſt; Vnde, rogo, ſitis iuuenes? quo deprecor, itis? Dyrra[illegible]um nobis, pater optime contulit ort[illegible]ſque volente Deo, veſlet cepit modo potius, Epiſcopus ad hæc, ſi quam noſtis artem? [illegible] P[illegible]inus inquit, grammaticam ſcimus, & linguam ſcimus Hebræam, Chaldeam, Syram, Græcam, veſtramque Latinam, & auri & argenti maſſam, ac de omnibus al[illegible]s metallis præclaro opere operamur; ſtructuram muri benè nouimus ædificare. Tandem vir egregius Aproculus Epiſcopus, illos honorificè in domum ſuſcepit, & Pelinum Archidiaconatus honore

A ſublimauit Sebaſtium quidem & Gorgonium Bibliothecarios Eccleſiæ conſtituit. Cyprius verò in doctrina Magiſtri remanſit. His igitur temporibus cum hæc gererentur, Apulia errore ſeducta Dijs offerebat libamina, tantummodo Brunduſinorum vrbs firmiter in Chriſti fide perſeuerans manebat propter abundantiam, vel fortitudinem populorum, qui in ea, ſicut ſuperius enucleauimus, pleniſſime commorabantur, vbicunque enim Apuliæ partibus Chriſticolæ inueniebantur, ſe ad tempus occultantes ob perſecutionis iraſtiam confugiebant; nam perſecutio nimiùm in Chriſti milites augebatur; quoniam iniquus Sempronius Præfectura Apuliæ ſumpſerat,

B Agoniſtis & electis Domini varia, & inaudita tormenta ingerens. Cumque atrociſſimus Sempronius huiuſmodi præfecturam ſumpſiſſet, præcipiendo mandauit, vt nullus eſſet fons, aut flumen, aut aquarum collectio, in qu[illegible] [illegible]chra non erigerentur, vt quaſi Idolorum cultum aquæ ſpecialiter vendicantes, eas haurire Chriſtiani prohiberentur, necnon in plateis illud idem fiebat, vt cuncti prætereuntes Idola reuerenter adorarent, & quicunque non feciſſent, ſub voce Præconis capite plecterentur. Hanc nefand[illegible] [illegible]ſſionem vir Domini, & miles Chriſti Pelinus Archidiaconus, qui, vt ſupra memorauimus, Brunduſi morabatur, audiens, B Aproculo

C [illegible] Epiſcopo [illegible] Præſul [illegible] dum paret op[illegible] noſtri? qui ſeducendo Chriſtianos hortatur, vt Idola venerentur, quæ nec ſibi, nec ſuis ſculptoribus poſſunt auxiliari, & Dominum [illegible], ac verum Redemptorem omnium dere[illegible]quat. Epiſcopus inquit, ſi noſtra domicilia non d[illegible]ittimus, & ſolitudinis deſerta non quærimus, perſecutionum procellas euadere [illegible]uimus. Pelinus ad hæc; Miror te prudentem virû & ſapientiæ dulcedine decoratum, metuendo tam reprehenſibiliter loqui: legitur enim in Euangelio; Nemo accendit lucernam, & ponit eam

D ſub modio, ſed ſupra candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt: quibus reſpondit: Quid Peline conſulis, vt faciamus? quid agemus? vel quomodo tyrannica ſupplicia euademus? Subridens Pelinus ad hæc reſponſum protulit; Quamuis in flore iuuentutis me florere aſpiciam, tamen non inſana tyrannorum ſupplicia timeo, vt tu, qui iam fatigaris ætate ſenili, cui mors ſine martyrio propinquat, cur tantus metus te inuaſit, vt pro nomine Domini pati formides? Præſul ad hæc iracõ motus dixit, Gens tua, & ciuitas, vnde originem duxiſti? propter huiuſmodi ſuperbiam morti ad interitum ſe deſpiciendo dederunt, & ſeruile iugum domita ceruice tulerunt. Pelinus, Epiſcopum ſibi derogantem aſpiciens, ſe ad pedes eius proiſ-

cicns,

ciens, veniam poſtulando dicebat, Parce
Pater; quoniam meam locutionem diuina
Inſpiratione prolatam, Chriſtus per ſuum
Angelum locutus eſt, cuius diſpoſitione
Immarceſcibiles coronæ mihi, tibique præ-
parantur. Igitur dum Aproculus Epiſco-
pus ſatisfactionem à diſcipulo recepiſſet,
amplexatus eſt eum, & oſculans dixit, Fili
cariſſime, nulla nos inimici inſania à rectæ
fidei credulitate Domini Ieſu Chriſti ſepa-
ret, pariter in hanc ciuitatem pergamus,
vbi iniquus Sempronius Chriſtianos perſe-
quens ad culturam inuitat, vt cum palma
martyrij regna ſcandamus æterna; & quo-
niam in ſenectute decrepita, Eccleſiam,
vti deceret, gubernare nequeo, compre-
B cor, vel potius paterna iuſſione præcipio,
mihi collatum, tu ſuſcipe Pontificatum.
Pelinus ad hæc lacrymando inquit; Hoc
tantum pondus, nequeo, pater optime, fer-
re; eſt enim mihi nimis graue; ideo timeo
ne grauedine preſſus ſuccumbam; quia
quadragenarius nondum ſum, vt mei cor-
poris feruor quieſcat, ſicut ſcriptum eſt, in
quinquaginta annorum vt fierent cuſtodes
vaſorum. Pontifex ait; Fili, quid loquaris
ignoras, non legiſti Prophetam, quoniam
* ſenectus honorabilis, non diuturna, nec
numero computatur annorũ; cani enim ſunt
ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita im-
maculata; & idcirco non omnium ſenum,
C quorum capita canitie teguntur, quoſque
vitæ longæuitas ſola commendat, vobis
ſunt imitanda veſtigia, & traditiones, ac
monita ſuſcipienda, ſed eorum, quos lau-
dabiliter, ac probatiſſimè vitam ſuam
comperimus in iuuentute ſignaſſe, nec
præſumptionibus proprijs, ſed maiorum
traditionibus, & inſtitutis. Propterea meis
ſalubribus acquieſce præceptis, quod ſi
non feceris, mecum ſocialem vitam habe-
re non poteris. Pelinus reſpondit; Licet cō-
tra morem Eccleſiæ hoc agi videatur, ta-
men quod præcipis, illud agatur. B. itaque
Aproculus Epiſcopus cunctum Clerum, &
omnes illuſtres præfatæ ciuitatis indigenas
congregari præcepit, ex communi conſilio,
D & pari voto cuncti Eccleſiam Beatæ Dei
Genitricis, & Virginis MARIAE ingredientes
Pelinum honorificè ad honorem Epiſco-
patus elegerunt, laudibus, & hymnis Do-
minum glorificantes pro paſtore eis cæli-
tùs delegato. His denique geſtis Aprocu-
lus, & Pelinus cum Clericorum multitudi-
ne, & apparatu maximo Romam perrexe-
runt ad Liberium Venerabilem eiuſdem
ſedis Pontificem, & ſicut optauerant, Peli-
num Epiſcopum conſecrauerunt. Indè ve-
rò redeuntes in Ardeatinæ ciuitatis parti-
bus iuxta vrbem, quæ Anſa dicitur, B. A-
proculus morbo correptus reliquit præſen-
tem vitam, tenuitq; ſequentem. Beatus
autem Pelinus ob tanti Magiſtri tranſitum
cum Clero ſuo triſtis, & mœrens, & quaſi

A proprio patre orbatus inſpiciens pretioſi
Confeſſoris Domini glebam in loco, qui
Terebinthus nuncupatur, haud longè à
porta ſupramemoratæ ciuitatis, eum, ſicut
decuit, honorificè ſepeliuit. Tum quidam
hydropicus, qui ante portam eiuſdem ci-
uitatis (Anſæ videlicet) petens eleemoſy-
nam, diù iacuerat, de viro ſanctiſſimo A-
proculo Epiſcopo, qui ibi propè tumula-
tus eſſet, audiens, ſe illuc illico conferre
fecit: cum autem ad locum, ad quem
deuotè ire propoſuerat, veniſſet, aquis,
quibus ſanctum corpus ablutum fuerat, ſuũ
corpus totum vnxit. Protinus ſanitati re-
ſtitutus, Dominum in Sanctis ſuis mirabi-
B lem, & ſanctum Aproculum laudando ma-
gnificauit. Populi autem Anſanorum mi-
rabilia, & virtutes, quæ fiebant per ſan-
ctum, aſpicientes, vndique concurrebant,
& quicunq; infirmos habebant, eos illuc
deferebant, qui mox eum ferebantur, ſalui
ad propria regrediebātur. Factum eſt enim
magnum gaudium in illa ciuitate; quoniam
deuotiſſimi eiuſdem vrbis accolæ Baſilicam
ad honorem ſancti Confeſſoris Domini A-
proculi, vnà cum Beato Pelino Epiſcopo
per quinque menſium ſpatium ædificaue-
runt, & multi Gentilium, qui aderant,
Domino Ieſu Chriſto crediderunt, & ferè
ſexcenti homines vna die in ipſa Eccleſia
ſunt baptizati, Catholicæq; ſunt fidei man-
C cipati. Interea B. Pelinus ob rudem plebem
erudiendam octo menſibus ibidem eſt cō-
moratus, quibus præteritis ad partes Apu-
liæ venit, quod vt Sempronius audiuit, ſuis
eum conſpectibus iuſſit præſentari, cum
autem ante tribunal Præſidis ductus fuiſſet,
illum Præſes furibundus intuens dixit: Se-
ctam noſtrorum Idolorum peregrine Peli-
ne proijcis & ſpernis? qui tempora a cer-
nis, ob res tam ditas, populos eum dog-
mate gyras, cur non formidas præclari Cæ-
ſaris iras? per Gradiuũ Deum belli iuro, ſi
non tam citò Dijs immortalibus ſacrifica-
ueris, tempus erit, quia bella geris, ſtatim
morieris. Pelinus Epiſcopus nihil ſibi re-
ſpondit; dicit Præſes iterum; Cur mihi non
D faris qui tecum conſiliaris? ignoras ex præ-
cepto pijſſimi Cæſaris mihi poteſtatem
eſſe datam, vt omnibus Deis Chriſtianos
ſacrificare compellam, quod ſi quiſlibet
contempſerit, eum igne cremari faciam.
Pontifex verò Domini oculos in cælum
eleuans, mente conſtanti orauit ad Domi-
num, & dixit ad Præſidem, Effigiem quo-
rum me vis orare Deorum? Præſes ad hæc;
Magnum dominum Iouem, Herculem, Mi-
neruam ſimul & Aſclepium, vanoſq; per
deuia ducunt, per quos arſuri, nec non eſtis
perituri, continuus dignis pœnis, nos hau-
riet ignis. Si non ceſſatis, vos ipſos præ-
cipitatis; his auditis Præſes nimio furore
repletus iuſſit vt cū forcipibus ferreis den-
tes ei abſtracti frangerentur, & miniſtri
ſecun-

A ſecundum iuſſa Præſidis illico fecerunt. Erant autem ibi cum Beato Pelino tres Diacones, Sebaſtius, Gorgonius, & Cyprius, qui cum eo, vt præfati ſumus, à Dyrrachio venerant. Hi conſtanti corde dixerunt ad præſidem; Tam crudele malum cur non inferre paueſcis Tanto Pontifici? Quid agas, nam peſſime neſcis. Malignitatis Præſes Sempronius hæc audiens ait. Inſcij, miſeri, ſuperbi, dicite, fortaſſe huius doctrinæ eſtis? Sebaſtius reſpondens, inquit, Illius magiſterio edocti ſumus, & eius diſcipuli, qui ſub vno Rege militamus, & ſiue mori, ſiue viuere cum ipſo deſideramus, Præſes ad hæc; Quæ ſunt nomina veſtra? & ex qua prouincia huc veniſtis? Sebaſtius

B reſpondit; Equidem Sebaſtius vocor, hic alius Gorgonius dicitur, is verò tertius Cyprius nuncupatur, ex prouincia Epiri fuimus, & ab vrbe Dyrrachij cũ Magiſtro noſtro Brundusinæ vrbis Epiſcopo venimus. His auditis Præſes Pelinũ vocari in Prætorium fecit, ſperans, ſi Magiſtrum flectere poſſet, cæteros faciliùs ſuperari, dum autem ſuis eſſet præſentatus aſpectibus, præſes ei dixit; Audi me Peline, acquieſcens conſenti nobis, tuoſq; diſcipulos conuoca, & Dijs, quibus Imperator ſacrificare præcipit, ſacrificate, ac eius amici eſtote, ac pro lege bona vobis dabo plurima dona, & primi in Palatio Imperatoris eritis. Ad hæc

C Epiſcopus vnà cũ ſuis. Nos tui Imperatoris dona nihil pendimus, & eius amicitiam conſutamus, nec terrore vincimur, nec caducis muneribus allicimur, facturam manuum hominum penitùs adorare renuimus quæ ærea, lapidea, ſeu lignea ſenſu omnino carere dinoſcuntur, Regem, quem veneramur, habemus in Cælis Dominum Ieſum Chriſtum, cuius ſeruos nos profitemur; Dicit eis Sempronius; Illius igitur Nazareni diſcipuli eſtis, qui à Iudæis molientibus crucifixus, & à ſuo diſcipulo traditus eſſe aſſeritur? Pontifex Domini ait; Illi ſeruimus cuius magnalia ſcimus, Sempronius inquit, ergo pari exemplo cruci affixi, velut ille, peribitis. Et Epiſcopus; Hoc nos

D optamus, volumus, nimis iſtud amamus. Et Præſes; Iam loquacitatis tuæ curſum, & verborum ambages conticendo comprime, tantùm accedens, Dijs ſacrifica, vt non malè moriaris. Pelinus ait; Quibus Deis nos ſacrificare deſideras, vt veniamus, & Deis libamina offeramus? Illicò præſes ouans ad templum Iouis cucurrit, & omnia muſicorum genera præparari mandauit, & templorum Pontificibus, templum auro, gemmis, & pretioſis ornamentis decorari præcepit, Pelini vero Pontificis, & ſuorum diſcipulorum aduentum eis prædicens, qui Ioui ſacrificaturi venirent. Vt verò, quæ imperauerat facta fuere, ad Chriſti ſeruum reuertens, ait, Peline Domine, ecce officium templi, te & tuos ex-

A pectat, ſicut annuiſtis, & ad Iouem ſummum Dominum thurificandum eamus. Mox diſcipulis conuocatis ad coronam agonis animatis, pſallendo pergere cœperunt. Domine Deus, in te ſperauimus; libera nos à perſequentibus, & eripe nos Domine, illis denique templum introeuntibus, ſe pariter in terram proiecerunt adorauerunt q; Dominum, & dixerũt. Domine Deus pater inuiſibilis, cui cuncta viſibilia, & inuiſibilia ſubeunt, ſine cuius nutu, & diſpoſitione omne quod geritur, fieri nullatenus poſſet, Tu es Rex Regum, Dominus dominantium, tibi omnis creatura laudem refert, te rogando ſuppliciter

B obſecramus, vt ſimulachrum iſtud ſicut cera liqueſcat, vt magnificent omnes nomen ſanctum tuum, & credant in te Dominum Ieſum Chriſtum, ij cuncti qui ad huiuſcemodi ſpectaculum venerunt, & ſignorum euidentium creduli ſalutis tuæ plenitudine imbuantur. Talia athletis Chriſti orantibus, & dicentibus ſe eleuauerunt, & Idolo dixerunt; In Ieſu Chriſti nomine Dæmon tibi imperamus, qui hoc templum inhabitando multos decipis, & deludis & ad tormenta deducis, confringe ſimulachrum iſtud, & euertendo in puluerem redige, vt cognoſcat impius præſes Sempronius, quanta ſit virtus Domini noſtri Ieſu Chri-

C ſti, & non glorificet Deos alienos, qui nec ſibi, nec ſuis cultoribus poterunt ſubuenire; hæc Dæmon audiens dixit ad Sanctos; Ego poſtquam ſimulachrum minutatim confregero, obſecro te ſerue Dei Peline, vt roges Angelum qui tecum eſt, ne me diſperdat, & ante tempus noſtri incendij æterno ſupplicio tradat. Epiſcopus verò iterum ait; Dæmon, Per virtutem Patris & Filij, Spirituſque Sancti tibi præcipio, ne moras vlteriùs trahas, ſed quod iuſſi, citò perficias, tunc terræmotus ingens, templum concuſſit, & euertit; ſimulachrum confregit, terrorem omnibus intulit, & phanum, & ſimulachrum quaſi cultrum igne conſumptum ad nihilum redegit, & in eodem loco lacus ſulphureus apparuit,

D & aqua fœda, & ſpurciſſima pariter confluxit, itavt tota ciuitas ob fœtorem nimiũ vitam finire putaret, & lacus ille vſque ad præſentem diem cernentibus ibidem eſſe oſtenditur. Præſes verò poſtquam mira vidit, pauore illato, fugam inijt vſque ad Palatium Chamericum, & ſua veſtimenta ſcindens ait; Proh dolor! regale Regnum Romanorum ab externo, & ſubdolo Epiſcopo deluſum, quis non doleat? per virtutem Cæſaris, iam ſine ſupplicijs viuere non poterit; denique iuſſit Epiſcopum, & eius diſcipulos in agone ſocios idem Præfectus ſuis conſpectibus in Palatio præſentari, quibus & dixit. Vos eſtis rebelles Deorum, & Cæſaris contemptores præceptorum; Tu præcipuè Peline magicis artibus

irretite, qui templum, ipſumque Iouem,
& cæteros Deos in puluerem vertiſti, & in
conragionis colluuionem ſubmerſiſti; Per
ſalutem, & coronam Imperatoris, per me-
rita & virtutem Deorum, quos ignominio-
sè præcipitaſti, niſi citò ſacrificaueris,
equuleo ſuſpenderis, & cum cardeis fer-
reis carnes tuas tam diù faciam laniari, do-
nec nerui lecti abſtrahantur, & oſſa tua
conſpiciantur. B. Pelinus ad hæc reſpon-
ſum protulit. Deos, quos ego cum meis
diſcipulis ſubmergere valeo, nunquam ado-
rabo, & Princeps illius Dei eſſe videor, ſi
eo immenſior, & potentior ſum in prælio;
ſed tamen mihi tuum oſtende Iouem,
quem coli deſideras, & præcipitium pertu-
lit, vt ſibi ſacrificem. Sempronius Præſes
inquit. Audite milites, & commilitones,
quæ magus iſte loquatur, Dominum, quem
abſtulit nobis, non reddit, ſed imperat,
vt eum ad thurificandum proferamus: &
hæc dicens iuſſit militibus rotam ferream
præparari, quæ circumcirca dentes habe-
ret acutos centum quadraginta, vt in ea
tandiù volueretur quoad medullitùs oſſa
eius frangerentur. Quo facto, dum B. Pe-
linus in rota voluendus eſſet, Præſuli dixit,
exactor iniquitatis & inimice veritatis, ego
quidem rotæ applicatus voluar, ſed per
virtutem Domini noſtri Ieſu Chriſti nihil
pœnæ in meis membris patiar; tu verò ma-
num tuam rotæ extrinſecus modicum im-
pone, Dominum tuum inuocando, vt cru-
ciatus adhibitos minimè ſentias, quod cũ
feceris, ſectæ veſtræ, credas, obaudiam; Si
verò nullatenus hoc fieri poterit, cum in-
columis vterque noſtrum in Dei mei nomi-
ne apparuerit, in Dominum verum & viuũ
protinus credere feſtina. Quod dum Præ-
ſidi, & omnibus qui cum ipſo erant, com-
placuiſſet, Pelinus infra rotam clauis con-
fixam, pedibus, manibuſque ligatis ſtrin-
gitur, & arctatur, vt conuoluatur, & cru-
cietur; Præſes quoque manum præfatæ
rotæ deforis impoſuit: at miniſtri impe-
tum rotæ inferentes, illam præ nimio iactu
comminuentes, ex dentibus eis ferreis,
quoniam ferrei erant, vnus exiuit, ſini-
ſtrumque Præſidis oculum euulſit. Præſes
illico terrore, & dolore compunctus, offi-
cio ſuo inquit. Iamiam ſoluatur vir ſan-
ctus, qui cruciatur; quoniam meus oculus
erepuiſſe videtur; Tortores verò ſanctum
ſoluerunt, nullamque maculam in eius cor-
pore inuenerunt, ſed illæſum eum conſpi-
cientes mirabantur ita dicentes, Magnus
eſt Deus, cuius Pelinus ſe ſeruum profite-
tur, & quem orando prædicat. Tunc Præ-
ſes Sempronius clamare cœpit; Peline
ſerue Dei miſerere mei, & tuum verum
Deum deprecare, vt mihi forſitan ignoſcat;
quoniam quod feci, ignorans egi. His au-
ditis B. Pelinus gaudens dixit ei; Credisne
qualis & quanta ſit virtus mei Domini Ieſu

A Chriſti. Præſes ait, Credo equidem, quod
ipſe eſt verus Deus, qui habet poteſtatem
in cælo & in terra occidendi, & viuificandi,
profiteor eum, ſed magis tunc profitebor,
cum meus oculus per eum mihi reſtitue-
tur. Epiſcopus ad hæc, omnia Dæmonum
ſimulachra euerti, reſque, & lauacrum
ſalutis ſuſcipe, & gloriam Dei recipere
promereberis ac Sempronius, Quidquid hor-
taris faciam, ſi tantùm ſaluti priſtinæ
meum reſtituas oculum; Epiſcopus inquit,
tunc cum baptizaberis corpore, & corde,
illuminaberis. Præſes reſpondit, obſecro
quod loqueris citiſſimè fac, Sanctus ve-
rò aquas afferri præcipiens, eas benedixit,
B illumque ſub trina merſione in nomine
Patris, & Filij, & Spiritus ſancti baptiza-
uit, oculumque eius ſanando illuminauit:
& quoniam ad hoc ſpectaculum quatuor
millia hominum, paruulis & mulieribus
exceptis conuenerant, videntes ſigna, &
prodigia, Chriſto Domino, vnà cum Præſi-
de crediderunt, Regemque regentem om-
nia ore pariter, & corde laudauerunt. Eo
quoque, & ſequenti die ex vicis & vicinis
vrbibus viri mixti cum mulieribus, cor-
ruentes quatuordecim millia, & ſexcenti
promiſcui ſecus lauacrum ſalutis ſuſce-
perunt, catholicæque fidei ſe deuotiſſimè
mancipauerunt. Propterea vrbs Hecas, &
C Calabriæ tellus, totaq; finitima prouincia
gaudens lætatur pro miſericordia Domini
noſtri Redemptoris eis cęlitùs per Beatum
Pelinum indulta. His ita ſic geſtis, dum
iniquus vir nomine Cryſolithus Idrũti mo-
raus, hæc & huiuſcemodi audijſſet, quod
Pelinus Brunduſinorum Epiſcopus fana
deſtrueret, & Eccleſias ædificaret, cun-
ctamque Apuleam, Calabriamque ſanctæ
Religioni ſubiugaret, & ab Idolorum cul-
tura omnes ſepararet, ſcindens veſtimenta
ſua indoluit, & ait. Ehu, ehu regale Regnũ,
quomodo in manus aliegenæ, & exteri viri
cecidiſti! qui hùc hoſpes à Dyrrachio ve-
nit; Ego quidem ſi contra Cæſarem agam,
iſtiuſmodi execranda ſcelera ſuæ magnifi-
D centiæ non intimo, ira commotus ſurrexit
illicò cum equitibus, & curribus & orna-
mentis pretioſis, Romamque petijt, qui
poſtquam in palatium Cæſaris introiſſet,
dona Imperatori quàmplurima offerens
eius pedibus prouolutus, inquit. Pijſſime,
& ſemper Auguſte in æternum viue, curam
& ſollicitudinem ego ſeruus tuus humilli-
mus in Deorum noſtrorum ſubſidio aſſi-
duè gerens, veſtræ celſitudini certificare
venio rixas, ſeditiones, & iurgia, quæ Pe-
linus tuæ maieſtati contrarius cum tribus
ſuis diſcipulis, Apuleis & Calabris infert,
quos iam ſeduxit, pariterque ad deuia
duxit, Eccleſias fecit, ſubuertens templa
Deorum; ſed & Sempronium Præſidem
ad fidem Dei ſui adſciuit. Quo audito, Iu-
lianus Imperator furore repletus, quaſi leo
rugit,

rugit, & ſanguineis lacrymis lacrymari
videtur. Igitur Duce quodam Aureliano
nomine accito, Iulianus ait. Dux Aure-
liane perge, feſtina, & Magum, qui Peli-
nus dicitur, quem Brunduſij latebram fo-
uere cognouimus, meis aſpectibus præſen-
tato; quod poſtquam feceris, muneribus
à nobis datis ditaberis, & tertius in pala-
tio conſalutaberis. Aurelianus verò reſpō-
dit, non tantùm Pelinum cum diſcipulis,
ſed & Sempronium tibi promitto præſen-
tare. Iulianus eis promiſſis lætus efficitur,
& Dux Aurelianus ſumptis quingentis mi-
litibus Brunduſium venit, & vbi eiuſdem
ciuitatis eſſet Epiſcopus, inquiſiuit, quem
inuentum ſuis tribunalibus ſiſti mandauit,
Vt primùm ad Epiſcopi notitiam peruenit,
quod Aurelianus eum vocari iuſſiſſet, ſuos
per doctrinam filios conuocans ait. Ducem
Aurelianum, filij cariſſimi adeamus, qui
Roma ſuperuenit, euntes autem pſallere
cœperunt. In vijs teſtimoniorum tuorum
Domine delectati ſumus, ſicut in omnibus
diuitijs. Dum autem Aureliano nunciatum
fuiſſet, quod Pelinus in ſuis præforibus ad-
ſtaret, eum ad ſe introduci iuſſit, illumq;
conſpiciens, territus expauit, dicens ei, Tu
ne es Pelinus? & ſanctus: Ego ipſe ſum,
cui Aurelianus; Cur contra Cæſarem &
Deos agis, & paſſim agere conaris? Epiſ-
copus ad hæc: quid controuerſiæ cum Im-
peratore habui? Dux inquit, te ob id re-
ctè cauſamur, quoniam Deum noſtrum
Iouem in lacum demerſiſti, & Sempronio
Præſidi, à cultura Deorum recedere ſuaſiſti.
B. Pelinus reſpondit; Hi, Dij non fuerunt,
ſed Dęmonia humani generis inimica; Deus
enim qui ſibi nequit auxiliari, quomodo
poterit alijs ſubuenire? Idcirco Sempro-
nius videns ſimulachrorū fallaciam, errore
relicto, Domini mei IESV CHRISTI virtu-
tem cognouit, & veræ Deitatis cultor effe-
ctus, baptiſmum remiſſionem peccato-
rum adeptus eſt, Auditis ſermonibus iſtis,
Aurelianus inquit; Si quod verbis, Peline,
aſſeris, factis oſtendas, & ſi pędor meus lan-
guidus per Dei tui virtutem curari value-
rit, credam & ego. Epiſcopus inquit. Om-
nia Deo noſtro poſſibilia ſunt, cui ſi cre-
dideris, ſanus mox efficieris. Cum hæc ita
agerentur, ecce Sempronius venit ex ad-
uerſo cum multitudine Chriſtianorum ad
expugnandum Aurelianum Ducem militiæ
Romanorum. Aurelianus, Sempronio vi-
ſo lætus dicebat. Equidem gaudeo, quia
quem quærebam expugnare, ad expugnan-
dum me venit. B. interea Pelinus ſurgens
in medio ita eos commonuit; Fratres co-
hæredes, & participes Regni Dei, quoniam
Chriſti diſcipuli ſumus, & ad eius exem-
plum informamur, arma militaria huiuſ-
modi nullatenus hic capere debemus, Do-
minus enim, dum traderetur, Petro, vnum
ex aduerſarijs percutienti comminatus eſt

A dicens: Mitte gladium in vaginam; quo-
niam qui acceperint gladium, gladio pe-
ribunt, item alibi, Mihi vindicta, & ego
retribuam, & Apoſtolus: Benedicite per-
ſequentibus vos: quibus auditis Sempro-
nius ait. fiat igitur voluntas Domini, &
tua iuſſio Pater. Intereà B. Pelinus ad miſ-
ſam Domino celebrandam feſtinè prope-
rauit, & omnes fideles cum eo, necnon
Aurelianus veſtigia eorum ſecutus vnà
perrexit, ita Deum occultè deprecans:
Ieſu Nazarene, quem Redemptorem om-
nium, Chriſticolæ aſſeuerant, ſi languo-
rem mei corporis orationibus Pelini ſa-
naueris; ſi vera fuerint quæ protulit, cre-
B dens confitebor, quia non eſt alius Deus,
præter te. Hac oratione completa ſanus
ſurrexit, ac ſi nullam vnquam maculam
habuiſſet. Hoc vbi conſpexit Aurelianus,
pedibus Beati Pelini prouolutus, ab eo
baptizari poſtulando deſiderat; at Epiſco-
pus, & pariter omnes fideles Deum lauda-
uerunt, & benedixerunt, qui ſine fine per
omnia ſæcula regnat. Igitur illa die bapti-
zatus eſt Aurelianus, & centum ſexaginta
viri, qui cum eo Roma venerant, laua-
crum ſalutis accipientes, confirmati, &
corroborati ſunt in fide, & virtute Do-
mini Noſtri Ieſu Chriſti. Reliquus verò
exercitus veræ aſſertioni credere nolens
Romam redijt cum Maximo Tribuno, qui,
C quæ acciderant, Cæſari ſeriatim notifica-
uit. Quibus auditis Imperator, ſtimulis
furiarum pungitur, furore repletus, & quid
deliberare debeat penè obliuiſcitur; deni-
que conuocans eundem Maximum Tribu-
num ait: Feſtina, propera, mille ſexcentos
milites armari iubeo, & Aurelianum, &
Sempronium cum Pelino deceptore venię-
tes diuerſis cruciatibus cum commilitio
toto interficite; Pelinus enim ob fidei con-
ſtantiam, & ſumendam victoriam, Ro-
mam ouando cum ſuis omnibus propera-
bat. Dum autem milites cum Tribuno
ob ſectorum, & iure credentium necem
egreſſi fuiſſent; antequam ad Catacumbas,
D qui locus eis conſtitutus fuerat, veniſſent,
eos B. Pelinus à longè proſpiciens, & quid
eſſet diuinitùs agnoſcens, ſui itineris ſocijs
ita ventura prædixit. Iam propemodum
ad coronam nobis à Deo præparatam, nos
ipſos viriliter animemus; quoniam propter
hoc, exercitus ille viſus eſt, vt nos diſper-
dat. Tunc Aurelianus, & Sempronius,
cum omnibus ſuis de equis deſcenderunt,
& benedictionibus Præſulis confirmati, ac
allocutionibus corroborati ſe ei commen-
dauerunt. Interea dum loquerentur, ecce
Maximus Tribunus appropiauit, ſtatim-
que Beatum Pelinum ſimul cum Sebaſtio,
Gorgonio & Cyprio, manibus poſt terga
ligatis ante ſe ire mandauit, viuoſque Iu-
liano præſentari; Aurelianum verò & Sem-
pronium idem Tribunus truculentus carni-
ſex

ſex cum ferrea ſerra per medium ventris ſecuit, & capita cum media parte corporis iuſſit ſuſpendi, & pedes cum reliquo corpore canibus in platea dimitti. Iuſſit poſtmodum, vt cæteri eorum milites capite plecterentur. Poſt quorum mortem pretioſam, exultans Tribunus aiebat. Deorum rebelles, & Cæſaris contemptores ita infeliciter mori condecet. Hæc denique geſta ſunt in via Ardeatina, in loco, qui Catacumba nuncupatur, corpora verò Sanctorum Sempronij, & Aureliani, ac cæterorum Martyrum in eadem nocte per Domini reuelationem à Sacerdotibus CaſtroRomano, Nicoſtrato, & Tyberio, qui propter rabiem perſecutionis exulabant in Crypta, quæ Quadrata dicitur, cum pſalmis, & hymnis honorificè ſepulta fuerunt. Igitur B.Pelinus cum ſocijs Cæſari præſentatur, ad quem Cæſar. Tu nos impellis, magica arte, Peline rebellis, qui deſtruxiſti noſtrorum templa Deorum, & duos meos Collaterales, Sempronium, & Aurelianum ab eorum cultura recedere feciſti, & ad mortis interitum eos perduxiſti. Ad quem, Epiſcopus: Magus ego nullatenùs eſſe comprobor; ſed Chriſti ſeruus; nam quos me dicis ad mortis interitum perduxiſſe necis laqueo eripui, & liberaui. Quoniam mihi licet de morte homines liberare, non præcipitare. Iulianus Imperator ad hæc: Si tibi non licuit, cur tantos præcipitaſti? Epiſcopus inquit. Si quos mortuos exiſtimamus, per ſæcula viuunt, Cæſar reſpondit. Cum ego pro certo, ſine ambiguitatis ſcrupulo eos in via Ardeatina decollatos nouerim, quomodo viuere comprobantur? Pelinus Epiſcopus dixit. Perdite & inſenſate neſcis, quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus dixit, Ego ſum vita, qui credit in me, non morietur? & Cæſar; Dic mihi homo inſani capitis, eſt alius Deus præter Aſclepium, & Phitonem? B.Epiſcopus ait. Tu miſer inſanus viuis ſine dogmate vanus, cum dimiſiſti dulciſſima dogmata Chriſti, & Leuitarum honorem dereliquiſti, ac ad Imperialis faſtigij culmen fraude Diabolica conſcendiſti. Iulianus, hoc audito, nimio furore repletus, ſuis iuſſit apparitoribus, vt cute capitis abſtracta crudeliter pœnis traderetur. Erat itaque ad hoc ſpectaculum Præſes Corniculatius Corfiniæ vrbis, qui dixit ad Cæſarem: Imperator piiſſime, hunc ſceleſtum mihi tradi iube, vt Corfiniam ducam, & aut Deo Marti ſacrificabit, aut Leonibus ad deuorandum tradetur, cui Cæſar. Quod petiſti, gratanter concedo, tantùm caueas, ne diffugium petat; quoniam ſi euaſerit, commune detrimentum omnibus orietur. Denique Cornicularius Præſes Beato vnà cum tribus diſcipulis catenas ferreas in collo ſingulorum ponens, arctèque conſtringens trahebat dicens. Tra-

A hamus indomitos ad loca domita. Epiſcopus interim intendens in Cælum orauit ad Dominum ſic, Creator, mundique Redemptor, Rex immortalis, qui pro ſalute humani generis de cælis ad terram deſcendiſti, & tuo ſancto ſanguine orbem totum redemiſti, meis adeſto precibus, & tui ſerui petitionem adimple; quoniam dignatus es dicere, petite & accipietis; propterea peto vt accipiam, pulſo vt aperias, obſecro vt exaudias, libera nos Ieſu Chriſte Domine ab inſidijs Præſidis iniqui Cornicularij, & tuere nos dextera maieſtatis tuæ, ne fortè dicant gentes, vbi eſt Deus eorum? Precamur ergo te Domine, vt An-
B gelum tuum ſanctum gubernatorem, defenſorem nobis deputes; quia tu es glorioſus, & exaltatus in ſæcula, cumque diſcipuli reſpondiſſent, Amen, ſubitò apparuit quidam præpotens Rex, quem innumerabilis, candidus, & laureatus exercitus ſequebatur, qui ſic ait Pontifici Domini; Optime Paſtorum, multorum plenus honorum, ne contriſteris, dum ſic per vincla teneris; ego enim ſum Raphael Archangelus, qui ob tuam tutelam, & auxilium tibi à Deo miſſus ſum; ſis animo forti, tua tradens corpora morti; quoniam tam tibi, quàm tuis Regni cæleſtis corona præparatur; ſed Iulianus Cæſar ſub breui temporis
C ſpatio apud Perſas, rebus excedet humanis. His exhortationibus, & diuino ſolatio releuati alacriter properabant. Factum eſt autem, dum appropiarent Corfiniæ Præſes præmiſit ſuos milites, qui ſecundū eorum ritus ſacrificia præpararent, vt antequam ciuitatem ingrederentur Sancti ſacrificare compellerentur. Pelinus verò Chriſti Pontifex turbam virorum, ac mulierum ſacrificantium cernens ait: Huiuſcemodi Dij pereant & ij, qui in eis confidunt. His dictis ait Præſes eidem Pontifici. Nunc Peline, tuæ ſaluti conſule, & ad ſacrificandum Deo Marti primus noſtrum accede; ad quem Epiſcopus; Ego Idola manu facta non adoro; ſed Deum viuum,
D qui regnat in cælis. Præſes illico commotus, & quaſi leo fremens ait ad Sanctos. Per Deorum immortalia merita, per ſalutem Cæſaris, aut ſacrificabitis, aut leonibus trademini; aliter enim vrbem non ingrediar. Interim Epiſcopus flexis genibus orauit ad Dominum. Tandem oratione completa ſurrexit, & Dæmoni in ſimulacro latenti ait. Ex parte omnipotētis Dei tibi demum præcipio, qui in hoc templo habitas, & multos decipis, ac deludis, vt ſimulachrum frangas, templum euertas, vt cognoſcat populus Corfiniæ, quia non eſt Deus, ſicut Deus noſter. Et his dictis, ſubitò quaſi ingens turbinis tonitruus templum ſubuertit, Idolum comminuit, & promiſcui ſexus virorum videlicet, ac mulierum ducentos & octo quaſſa-

uit; inter quos & Præſes Cornicularius
horum omnium inſtentor oppreſſus eſt. Quo
facto, templorum Pontifices non ferentes
mortem præſidis, & aliorum, & iniuriam
ſimulachrorum vlciſci cupientes, impetum
In pelinum virum ſanctiſſimum fecerunt, &
octoginta, & quinque vulneribus confoſ-
ſum interfecerunt; prius tamen virgis vltra
modum ceciderunt; itaque B. Pelinus Epiſ-
copus Nonis Decembris mundo diſcedens,
in Chriſti pace quieuit in via Vmbricenſi.
Sequenti die veró Sebaſtius, & Gorgonius
abſciſſione capitis martyrium compleue-
runt; ſed Cyprio propter iuuenilem ætatem
pepercerunt; de prouincia tamen illa eum
proiecerunt, commiuautes, ne vlteriùs ibi-
dem appareret; quod ſi feciſſet, mortis pe-
riculo protinùs ſubiacuiſſet. Denique Cy-
prius indè regrediens Brunduſium venit,
& quid de eorum paſtore eximio pelino ac-
cidiſſet ſanctiſſimo, & qualiter mundo mi-
grauiſſet, voce lacrymabili populis enar-
rauit. Interea eodem Cyprio ibidem com-
morante, plebe paſtore carente, commu-
ni conſilio ad Epiſcopatus culmen eligitur
ſexto Idus Iunij, & poſtmodum haud lon-
gè à porta ciuitatis iuxta Eccleſiam Beatæ
Mariæ ad honorem Beati pelini Epiſcopi
Baſilicam ædificauit. Diuino igitur iudi-
cio, Iuliano Cæſare apud perſas defuncto,
Iouinianus veræ fidei propagator, & re-
ſtaurator, Imperator efficitur, qui pari mo-
do, ſicut Iulianus Idololatriæ culturam au-
gere nitebatur, ſic iſte ſanctæ Trinitatis fi-
dem longè latèque vbique ferè terrarum
amplificare conabatur, & vt faciliùs ad no-
men Chriſtianitatis gentes flecterentur,
viros Catholicos & eruditiſſimos ſuis exer-
citibus ſociauit, & per diuerſa delegauit,
vt credentes baptizarentur, & præceptis ſa-
lutis imbuerentur, nolentes, & reſiſtentes,
expugnarentur, & caperentur. Eodem igi-
tur tempore Corfinium permanens in in-
credulitatis perfidia Romano nolebat pa-
rere Imperio; propterea Imperator milites
fortiſſimos, & qui magnorum iam bellorũ
victores extiterant, præfectum eis Nico-
ſtratum conſtituens illùc direxit, vt vrbem
illam tandiù obſiderent, ac expugnarent,
quoad caperent; mox illis euntibus, & Cor-
finium per triennium oppugnantibus, nihil
aduersùs illam præualuerunt, ſed ciuitatu-
lam quandam iuxta poſitam, Vmbricen-
ſem nomine vi cœperunt, & cremauerunt,
ac Corfinium eiuſdem ciuitatulæ Præfectũ
præcipitem dederunt, cæteros veró ci-
ues Romam vinctos præmiſerunt, & regre-
di cœperunt. Eadem veró nocte B. pelinus
Epiſcopus in viſu Nicoſtrato præfecto ap-
paruit dicens; quare Corfinium expugnare
dimiſiſti? cui ille; Quoniam per triennium
eam obſidentes, victi potius, quàm victo-
res fuimus, & Sanctus ait iterum. Promit-
te vt verba mea factis adimpleas, & ex par-

A do Patricio intimato, Corfiniamque redi-
to, ac victores eritis. Nicoſtratus inquit.
Quis es tu, qui talia faris? & pontifex.
Ego ſum pelinus Epiſcopus Brunduſinus,
ad quem Nicoſtratus, Quid præcipis, vt fa-
ciamus, & bene viuamus? Epiſcopus re-
ſpondit; Regredimini, & ante portam ciui-
tatis in via vbi columna aduerſa eſt, fodite,
& corpus meum inuenietis, leuate illud, &
in ſepulchro ponite, Eccleſiamque ibidem
fundate, quo facto victores eritis. His di-
ctis abſceſſit. Nicoſtratus illicó experge-
factus nocte iam media ſurrexit, & Pardo
Patricio quæ viderat intimauit. Quod
poſtquam patricius animaduertit, gauiſus
B eſt animo valde. Mane itaque facto, per
vniuerſum exercitum præcones miſerunt, &
præfecti viſionem cunctis nunciauerunt, &
hæſitantium animos bonis animauerũt ex-
hortationibus, & regreſſi ſunt. Erat autem
vt prædiximus, Corfinia populoſa, & ma-
gna ciuitas, infra cuius murorum ambitum
trecenta, & viginti Idolorum phana con-
ſtructa erant. Igitur Nicoſtratus præfectus,
& pardus patricius ad locum, quem San-
ctus prænotauerat, perrexerunt, & fodiē-
tes, corpus in foueam proiectum, illæſum,
integrum, quaſi eodem die peremptum,
inuenerunt, & quod magis erat mirabile,
omnia vulnera eius ſanguinem manare vi-
C debantur, à cuius dormitionis, & paſſionis
tempore octo fermè anni, & medius euo-
luti fuerant. Inuentum eſt ergo corpus Bea-
ti pelini tertio Idus Maij, & cum condignis
laudibus, ac aromatibus conditum hono-
rificè ſepelierunt, Eccleſiamq; in eius hono-
rem deſuper dedicauerunt, in qua, præſtan-
te Domino, plurima fiunt mirabilia vſque
in præſentem diem. Nicoſtrato itaque præ-
fecto, & Pardo patricio, eandem ciuita-
tem obſidione circundantibus, & machinis
prælìantibus vota vouerunt Deo, ſanctoq;
pelino pontifici, & Martyri eius, vt ſi ciui-
tatem eorum manibus tradidiſſet, tertiam
partem auri, & argenti, ac omnium alio-
rum ſpoliorum, cunctamque ſimul adiacē-
D tem prouinciam cum vniuerſis hæreditati-
bus Eccleſiæ præfati Martyris deuotè of-
ferrent. Intereà Chronicus Corfiniæ patri-
cius ad bellum cum ſuis egrediens, Roma-
nos ad dimicandum laceſſiuit, qui ſtatim
commiſſo prælio, cæleſti diſponente gratia
cecidit fractuſque eſt; alia vero die Ro-
mani proſperitate iucundati, aduerſarijs
quidem aduerſitate grauatis, vrbem vndi-
que aggreſſi ſunt, portaſque ſuccendentes,
& muros machinis frangentes, Beati pelini
Martyris meritis auxiliantibus, illam ce-
perunt, quam dudum iam dimittere volue-
rant, pridie Idus Iulij. Mox præfectus, &
patricius, promiſſa Deo, Sanctoque ſolue-
runt, ac eius Baſilicam donis & prædijs di-
tauerunt, vrbem tamen deſolauerunt, &
triumphantes, captiuos, & ſpolia deferen-

tes

A tes cum gaudio, & exultatione nimia Romam regreſſi ſunt. Martyrizatus eſt itaq; B. Pelinus Epiſcopus Brunduſinus ſub Iuliano Cæſare, & Corniculario Præſide in ciuitate Corfinio Non. Decembris. Poſt non multum verò temporis Cyprius Epiſcopus, de quo ſupra memoriam fecimus, reminiſcens Magiſtri ſui, & ſociorum, ait Clericis ſuis, Eamus vſque ad Corfinium & glorioſum Magiſtri mei corpus in hac ciuitate celebrandum nobiſcum deferemus, ad quem Clerici taliter reſponderunt. Nunquid nam hoc facere valemus, cum B Corfinia ciuitas à Senatu Romano in ore gladij conſumpta eſt? Sed de Sanctorum reliquijs quid factum ſit, neſcio: illùc ergo eamus, & de loco, in quo proiectum turpiter fuerat, honorificè deferamus; ad quem dixerunt; Age vt libet, nos autem, ſi Deus conceſſerit, euntem & redeuntem non deſeremus. Tunc aſſumpſit ſecum duos presbyteros, Marinum, Chryſolithum, duos Leuitas, Antemum, Pacronium, duos Subdiaconos, Zaccariam, & Smaragdum; ſed ad locum peruenientes ſpe ſua fruſtrati ſunt: nam & Eccleſiam in honorem Martyris Pelini mirabiliter conſtructam à Pardo & Nicoſtrato inuenerunt, & totam prouinciam illam populo Chriſtiano repletam. C Siquidem poſt captiuitatem Corfiniæ Imperator Valentianus inde tranſiens ad honorem Beati Pelini reædificari præceperat; nam Imperator voluit ſubtollere corpus Beati Pelini, vt Romam deferret, ſed non permiſit ei Dominus, tunc & ipſe confirmauit donationem, quam ante annos decem Pardus patricius, & Nicoſtratus præfectus illi Martyri fecerant: inuenerunt etiam in Eccleſia illa ſexaginta & tres Canonicos conſtitutos, qui in loco illo, Deo iugiter gratias agerent; ſed cum de corpore Magiſtri vtpotè ſic collato, omnis ſpes eis ablata fuiſſet, dederunt cuſtodibus Eccleſiæ pecuniam, & foderunt, & inuenerunt corpora Sanctorum Sebaſtij & Gor- D gonij, de quibus nemo, niſi ſolus Cyprius nouerat; reuertentes verò Brundiapolim, cum gaudio ſuſcepti ſunt, Tunc Cyprius Epiſcopus vnà cum populo ante portam huius ciuitatis ad honorem Beati Pelini Martyris conſtruxit Eccleſiam, vbi etiam corpora SS. Sebaſtij & Gorgonij honorificè collocauit, ibi florent orationes eorum vſque in hodiernum diem, & præſtantur beneficia multa regnante Domino Noſtro Iesv Christo, cui eſt cum Patre & Spiritu Sancto honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Finis vitæ S. Pelini Martyris.

Miracula eiuſdem Martyris poſt mortem.

A Tempore quo Tranſaricus Valuenſem regebat Eccleſiam, eiuſdem dedicationis diem certum minimè inueniri poterat, rei ſeriem dimittere incertam noluit. Mauſoleum ergo fregit, & reliquias Beatiſſimi noſtri Patris Pelini omnibus tunc temporis videndas tradidit, quibus in propatulo ad videndum eductis, tantæ B ſuauitatis odor emanauit, vt omnia balſama & aromata indè viderentur ſuperari. Tunc ergo meritis huius Sancti, antiqua renouata ſunt miracula. Terra enim tempore Tranſarici aruerat, cælo denegante ſibi, propter peccata populi, pluuias; ſed prædicto Epiſcopo vnà cum Clero, atq; populo, Pelini patris ſupplicantibus patrocinia, tanta ſuis precibus & meritis inundantia aquarum terram abundanter rorauit, vt idem contigiſſe certum ſit huic tempori, quod antiquitus in deſerto Iſraeliticæ plebi contigit. Pelinus ergo nobis alter Moyſes hic adfuit; immò ſi dicere auſerim, & magna comparare paruis, pluſquam C Moyſes hic. Moyſes enim cum orando dubitauerit (quod bina virgæ percuſſio nobis innuit) hic indubitanter non d[illegible] populo aquas impetrauit, quibus & terram rigauit, & iumentis non ſolum ſitientibus, ſed & eſurientibus vtraque [illegible] præbuit: paſcuis enim præ nimia ariditate deficientibus aquis c[illegible] irrorantibus in ſui virorem redeuntibus, iume[illegible]rum fames reficitur, & ſitis extinguitur. Per ſeptem ergo dierum ſpatia aperta dim[illegible]tur ſepultura, qui[illegible] diebus n[illegible]dum de Valuenſis pagi finibus; v[illegible] de cunctis ferè adiacentis terræ par[illegible] ad obtinenda S. Patris noſtri patrocinia confluitur, vbi & Dæmones diuinæ poteſtati D non refragari valentes, laudem, v[illegible], nollent, Deo dantes, & Sanctum Pelinum Patrem noſtrum, quantùm apud Dominũ poſſent, profitentes, ab obſeſſis e[illegible] corporibus, ſicque Deo ſua creatura conformis redditur, & non intrare auder[illegible] vlterius. Claudi quoque m[illegible] ſunt [illegible], diuerſis infirmitatibus occupati, libe[illegible]. Aeria temperies redita, terra ad v[illegible]lle ſuũ irrigata. Quid ergo tale ſuperans peſtifer inimice Magiſtrum, imò patrem tuum Diabo[illegible] poteris in Deorum [illegible]rum Mauſoleis apertis aſſerere? Conſtat Iouis tui in Creta Inſula ſepulti ſtatum e carnes vermibus, & odorem fœtidum emiſiſſe è ſuis cadauerosis oſſibus. Liquet & tuum Herculem in Oeta combuſtum monte doloribus nimijs infremuiſſe, & patri ſuo Ioui, quia miſerrimè etiam plecti pateretur, multum improperaſſe, tan[illegible]que holo-

holocauſtum factum Diaboli combuſtionis ſuæ fœtore montem impleuiſſe. De Dijs tuis minoribus quare os commaculem? quandoquidem maiores ad tantam deuenerunt eneruitatem? Quis vnquam ſuo aſpectu Mauſoleo, thuris, ne dicam balſami odores dedit ſuauiſſimos? Quis vel eorum ad ſepulturam ſuam infirmum aliquem ad ſanitatem reuocauit certam? Dices forſan apud tuum Aſtaroth multos ſanitatem recuperaſſe infirmos. Iſtos procul dubio non fuiſſe infirmos aſſero, ſed ad deludendos videntium animos ad horam extitiſſe languidos, & ad horam effectos eſſe ſanos. Sed ne ſatyricè in te videamur inuehi, & non in patris noſtri inſudare ſcribendis miraculis, his prætermiſſis inuectionibus, ad alia iamiam traducamur.

Eodem quoque tempore, dum prædicto Tranſarico iubente pontifice, patris noſtri Pelini ſepultura aliquandiu maneret aperta, & ambroſius odor inæſtimabiliter idem omnibus adſtantibus emanaret, quidam Claudus, cuius pedum calcanei affigebantur natibus, manuum verò articuli interioribus adhærebant volis, ante ſacras pronus ruit reliquias, vbi dum diù deuotiſſimè fleret, & Dominum pro poſſe, & ſcire ſuo precaretur intra ſe ſuppliciter, in has tandem ex nimio compunctionis affectu prorupit voces. Domine Ieſu Chriſte, qui pro generis humani ſalute dignatus es per Virginem deſcendere, & cùm Deus cum Deo patre eſſes, temetipſum tamen exinaniſti, vt formam ſerui acciperes, non relinquens quod eras, ſed incipiens eſſe quod non eras, neque enim hæc tibi ſuffecit vilitas; verùm etiam ſputa, alapas, imò Crucis ſubiſti tormenta, cum tamen ſine nutu tuo, neque paſſer, neque arborum ad terram cadant folia, te deprecor per huius ſancti martyris tui Pelini ſuffragia, & merita gloriosa, vt mei miſeri infeliciſſimi calamitati ſubueniens ſoſpitatem tribuas, quatenus poſſim tuum efferens præconium, magnificare tuum, Domine, valeam nomen ſanctiſſimum. Quid autem tibi Domine eſt impoſſibile non diffido? te hoc poſſe conficere, cum multa maiora credendum ſit te contuliſſe. Nonne enim maius eſt, imo maximum, de nihilo te cuncta creaſſe, & verbum tuum cunctorum creaturarum ſeminarium fuiſſe? Non ne etiam maius erit quandoque in fine ſæculi, carnes, atq; oſſa humana ad priſtinum ſtatum redigi? Qui ergo hæc fecisti, & facies mecum, in quo ſeminarium habes, quodlibet de informi formare poſſe diffidendus es? Non inquam Domine; quis enim locus, ſi hoc eſſet, tuæ derelinqueretur omnipotentiæ? Ne ergo Domine, des opprobrio ſperantes in te, nequando dicatur à gentibus, vbi eſt Deus eorum? Dilata, Domine, manum tuam, & oſtende magnificentiam. Cùm hæc diceret, ante ſanctas ſancti noſtri patris Pelini reliquias vberrimè plorans, eſt proſtratus, & ad pedes prædicti Tranſarici Antiſtitis pronus obnixè precatus eſt, vt eum precibus apud Beatum adiuuaret Pelinum, in quem prædictus Præſul intuitus his compunctus, vſus eſt vocibus. Dominus, inquit, Ieſus Chriſtus Patris ingeniti vnigenitus, qui eliſos erigere, & compeditos ſoluere eſt aſſuetus, ipſe per huius Sancti ſui interceſſionem erigens, conſolari te dignetur, vt vel videntes, vel audientes per mundi climata eius magnalia, perſonent indeſinenter dicentes. Magnus Dominus, & magna virtus eius, & ſapientiæ eius non eſt numerus. In his finitis verbis, cum totus adſtans populus, Amen, ſuccinuiſſet, res ſtupenda & mira contigit. nam articulis vtrarumque manuum à volis, quibus inhæſerant, diſſolutis, calcaneis quoque à natibus ſeiunctis, ſanies ſummatim perfluere cœpit, & ſic demum totum corpus extendi, infirmuſque paulatim in ſummos articulos erigi. Poſtremo ita redditus eſt incolumis, ac ſi nihil vnquam perculiſſet incommodi. Quis non ergo in huius magnifici perclamet feſto Martyris, per quem tanta dignatur Deus operari? Dicamus igitur huic. Ecce verè Iſraelita, in quo dolus non fuit. Habuit quidem primitiua Eccleſia Patriarchas, habuit & Prophetas, qui [illegible] eam ſuis patrocinijs permiſerunt nutantem fieri. Habemus & nos, in quos fines ſæculorum deuenerunt, noſtros adiutores, & patronos, ſanctos Apoſtolos, & ſucceſſores eorum diſcipulos; magni fuerunt diſcipuli, maiores tamen horum Magiſtri Apoſtoli. Sed quid ſi audeam dicere, Claudus iſte à Claudo per B. Apoſtolos Petrum, & Ioannem erecto videtur differre. per illos tamen multa infidelium millia ad fidem Chriſti ſunt reducta. Tu autem Valuenſis perfidia, cum infidelibus, non fidelibus fiant hæc miracula, nullatenus ab impietate retraheris tua; ſed nec Sancto ipſi parcis facienti hæc mirabilia. Conradis terras ſuas, captiuas, & pauperes, quantas miſellorum terras ſuas colentium ſibi dimiſiſti? Timeo, inquam, timeo, ne tibi contingat e contrario, vt qui hunc claudum ſanum reddidit, te quodammodo ſanum, claudum permittat fieri. Sed de hac huius claudicatione tantùm ſufficiat nos dixiſſe.

Aliud etiam miraculum ad laudem Domini, & ad dilucidanda patris noſtri Pelini merita, non eſt prætereundo reticendum. Ante glebam [illegible] enim, vbi ſanctiſſimum corpus reconditum eſt Martyris quædam mulier infirma iacuit, cuius omnes artus ita miſerrimè torquebantur, compago quoq; totius corporis adeo miſerabili dolore artabatur, vt nec manus ad os ducere, nec

in latus alterum valeret declinare, aliorum ergo manibus à ſtrato leuabatur, aliorum auxilijs, cum ſuis careret, vtebatur. Quis corpus humanum ſuis viribus videns ita deſtitutum non condoleret? Dominum quoquo modo poſſet non compatiens deprecari, vt eum adiuuaret? Hæc itaque fœmina fide non ambigua, & Dominum, per ſanctum Martyrem ſe poſſe adiuuare non incerta, vtriſque manibus terra tenus, vt quiuerat, ſuſtentans, parentum quoq; brachijs adiuta, ſanctiſſimi Martyris Eccleſiam eſt ingreſſa, vbi cum ante ſanctas Reliquias diù procumberet, & diuinum ſibi impendi ſuffragium poſtularet, tandem quidam viſus eſt ſibi adſtare, & de manibus, quibus ſuſtentabatur, baculos auferre, mulier autem illa concitè ſuper pedes eleuata ita viſa eſt aſſiſtere ſana, vt nulla prioris moleſtiæ apparerent veſtigia, nec ipſa præcedentis ægritudinis recordaretur. Quod cum adſtantes cernerent, vt eius incolumitati congauderent, tendunt ad cælum manus, & Deo tanta hominibus beneficia præſtanti congratulantur. Beatiſſimum quoque Pelinum deprecantur Martyrem, vt quam exteriùs operabatur ſanitatem interiùs etiam animabus impetrare à Domino non dedignaretur, ne dum plectendis parceret corporibus, animę inæſtimabili contritione lacerentur, & ſic poſtmodum, cum ad iudicandum venturus erit ſæculum, duplici contritione conterantur in perpetuum, de qua miſerabili confuſione dignetur membra ſua Deus liberare, cùm pro nobis non abhorruit ſanguinem ſuum fundere, qui cum patre, Sanctoque Spiritu viuit & regnat per omnia ſæcula ſæculorum benedictus. Amen.

Inter cætera mirabilia, quæ hic contigerant obſtupenda, Spiritus Sanctus, qui omnia operatur in omnibus, quique aliquando in nube, aliquando in igne, interdum etiam in columbæ apparere ſolitus eſt ſpecie, in huius ſancti Templi conſecratione mirabiliter, & viſibiliter quæ ſolet alibi facere, non eſt dedignatus oſtendere; cum enim inſtanter Epiſcopus Eccleſiæ cōſecrandæ cum omni Clero inſiſteret, & officioſiſſimè quæ facienda erant, faceret, & tota mente, toto corde, gemitibus quoq; inenarrabilibus plebs ad Dominum intēderet, qui Salomoni in Templi dedicatione deprecanti apparuit, cumque nube texit, & totam domum caligine impleuit, & per caliginem apparens, omnia ſibi proſperauit. In huius ergo Martyris ſui Eccleſiæ conſecratione in albis floribus non diſtulit apparere innuens in eorum florum albore piæ conſecrationi ſanctæ adſtare. Non enim ſicut Angelus ad ſepulchrum Domini in albis ad demulcendos pios apparuit; ad terrendum verò impios, in ſplendore fulguris. Itidem Spiritus Sanctus hic diſ-

A color enituit: nam quia omnes vnanimes inuenit, & pios piiſſimè Deum deprecari non ignorauit, ideò omnibus vnicolor in albis condeſcendit floribus, ac ſi dicere videretur; Ecce adſum, & vobis aduocatus: non ergo exaudita oratio veſtra eſſe dubitetur, quod ita eſſe poſtmodum comperimus, qui tunc interfuimus: nam ſuper aram, vbi gleba ſancti Corporis condebatur, & ſuper ciborium, quo altare tegebatur, & ſuper homines etiam illic ſtantes hos flores adeſſe proſpeximus: vnde omnes confortati, Spirituſque Sancti viſitatione roborati vnanimiter laudabant magnalia Dei, & meritò, quia nunquam ſui ſuæ vi-

B ſitationis orphanantur auxilio, quod nec monſtrare viſibiliter inuiſibilis abnuit, cum his & ſimilibus nobis arrideat miraculis. Ergo paraclitus & eſt, & dicitur, quod latinè conſolator interpretatur. Nunquam ſolamen ſuum abeſſe patitur hominibus, cū etiam ſicut teſtatur Apoſtolus, poſtulet, ideſt poſtulantes nos faciat gemitibus inenarrabilibus: hic autē interdū ſine mediatore ſubuenit, ſicut perfectis, & in ſacrariū Chriſti admiſſis; interdum verò per mediatores adiuuare non abhorret, ſicut nos peccatores, quos peccatorum prægrauant moles, per Beatum nunc adiuuit Pelinum Martyrem eximium; & idcircò diuina

C prouidentia ſuis patronis quaſlibet ditauit prouincias, vt ſingulæ ſingulos, ſeu plures haberent interceſſores, quibus fiducialiter ſuſtentarentur, & eoſdem ſuppliciter venerarentur. Gaude ergo Valuenſis prouincia Sanctorum Pelini, atq; Pamphili patrocinijs ſuffulta. Venerare ergo hos tibi patrocinantes, quos dum vixerunt, propitios habuiſti Paſtores. Per idem quoque tempus mulier quædam cæca à filio ſuo hùc trahitur ex Theatinis adueniens partibus, quæ fama miraculorum Beati patris noſtri Pelini comperta, fide deuota, de ſalute percipienda non dubia, ſed mente concita iter arripuit, haud trepida, & nimia affectione futuræ ſanitatis, non aſperi-

D tatem abhorret itineris; ſed per ſentes & plana, ac montoſa tandem ad concupita loca properat, dum antea iam propius accedebat, filium, qui eam antecedebat, iam quaſi per caliginem videre incipiebat; dumque plus appropinquabat, magis lumen oculorum clareſcebat. Eccleſiam autem ingreſſa, iam ferè caligo ſeceſſerat, ſed cum Miſſa celebrata ad altare Beatiſſimi Pelini acceſſiſſet, communione ſancta accepta, tunc penitus eſt illuminata. Apertis autem oculis gratias Deo referre cœpit, & quæ alieno ductu venerat, cum gaudio, nullius egens auxilio, remeauit ad propria. Quid nō fide nō deſperatis tribuitur? quid non & infidelitas denegat deſperatis? fides Centurionem pro puero ſuo deprecantem audiuit. Fides Mariæ non petita denega-

uit,

uit, cum & filius puer euaſerit, huic autem peccata multa ex fide ſua dimiſſa ſint. Hic enim temporis illud quod per Iacobum Apoſtolum Spiritus Sanctus prædixit idem quod prædixerat, peccato noſtro id exigente, adimpleuit. Incipiet, inquit iudicium à Domo Dei, presbyter enim quidam de eiſdem Theatinis partibus aduc[illegible] no[illegible]nacus, qui exemplum cæteris [illegible] ere deberet ſibi præcauendi, cum tamen ſint occulta diuina iudicia [illegible] neq; de hoc de cæte[illegible] eadem ſubeunt[illegible]bus pe[illegible]la temeraria [illegible] et i[illegible]enda eſt ſente[illegible]a, de o[illegible] cordis temere iudicare [illegible] Tu enim [illegible] [illegible] Sa[illegible]anæ a[illegible] [illegible] [illegible] etiam Dei [illegible] & [illegible] palam a[illegible] ſub eius [illegible] acquirenda, Be[illegible] ſuffr[illegible] Poſt ve[illegible] ad[illegible]as, & m[illegible] [illegible]orata, [illegible]m & ſt[illegible] cont[illegible] ca enim & arida [illegible] emanare aquam cum [illegible] q[illegible] Martyris erat, a[illegible] al[illegible]rum

A verò aqua; cauſa tamen huius Beatiſſimi Martyris, mutari coacta ſunt in ſibi oppoſitas naturas, quod nulli tamen noſtrum patuit, quoad vſque illa intimauit; namq; ſanitate ſibi reſtituta, nos qui diuinis interfueramus vigilijs, conuocat, remque indicat, ac nos inquirentes diligentius, ita, ut dixerat, inuenimus. Serenato autem tempore, claruit hoc omnibus. Ergo Deo rependendo, & pro ſoſpitate m[illegible]is, & pro rerum [illegible] nat[illegible]ium non cicatri[illegible] C[illegible] ingrata ex[illegible] ſed quis tamen [illegible], quæ omni die fiunt, valeat enumerare[illegible] tamen [illegible] licet in refer[illegible] [illegible] poten[illegible] B [illegible]tatis noſtræ im[illegible] Deus [illegible]nifice[illegible] & [illegible]tur [illegible] & [illegible]

[illegible] Sancti Pa[illegible] noſtri ma[illegible] [illegible] corporibus [illegible] ſi perio[illegible] miracula licet & circa corpora [illegible] [illegible] membrorum [illegible] Quam autem [illegible] C [illegible] ſibi [illegible] Martyri[illegible] [illegible] P[illegible] & [illegible] & ac[illegible] & [illegible], ex me[illegible] enim Beatiſſimi [illegible]ni pa[illegible] noſtri ſalua reddit, & non tantum [illegible] cont[illegible]bus ſuis de [illegible] q[illegible]am [illegible] q[illegible] iſdem [illegible] [illegible]m ſana [illegible] laudes Deo nos exau[illegible] Beato Martyri, per q[illegible] aptan[illegible] exaudi[illegible]

S[illegible] a[illegible] miraculum duabus de c[illegible] [illegible]m, admiramur e[illegible]em [illegible] etiã D te[illegible]r, con[illegible] turæ (ſicut [illegible] & [illegible]icantibus videtur) [illegible] enim mulier nimis a[illegible]ata fuerat; hæc cum [illegible]let augere ſollicita, [illegible] in [illegible]iarum erat nuptura, B[illegible] B[illegible] feſta non cuſtodiebat, [illegible] pede hac eſt [illegible] operantis exa[illegible] operis vindictam ſubijt: audita autem fama miraculorum patris [illegible] Martyris limina Eccleſiæ ſubintrauit [illegible] vbi cum diutiſſimè opem poſceret, & lacrymabiliter ibidem mulieret, Deo auxiliante ſanatur, quod perſpicientes Clerici, intrauerunt Eccleſiam, & Te Deũ laudamus, Ambroſianum ſcilicet hymnum,

fuccinunt ante Sancti ſepulturam. Sed cum legatur male celebrari ſabbathum, quod vacat à bonis operibus; & alibi, Facito aliquid ope[illegible] vt te ſemper Diabolus inueniat occupatum, quæ circa aliquid ſatagebat, ne [illegible] acaret, ac ſtaret otioſa; quare huiuſmodi ex facto eſt punita? facile ſoluitur, ſi priorem ve[illegible] ſ[illegible]m ſolli[illegible]citus lector inſpectetur; non enim inſudauit bonis operibus, quæ auaritiæ lucris ingi[illegible]labatur, & quia peccati pœn[illegible]am [illegible] reſipiſcendo diluit quod peccauerat, quod ſubſequuta monſtrat ſanitas.

Hæc d[illegible]m quotidie [illegible]rabili[illegible] crebreſcerent, neq; circumiacentes prouincias latere poſſent, quomo[illegible]o enim lucerna ad i[illegible]minandos omnes, qui in domo ſunt, accenſa ſub modio abſcondi poterat, [illegible]um in[illegible]uam, longè lateq; e horum mi[illegible]ac[illegible]rum percurreret fama, mulier Pinn[illegible] [illegible] à partibus ſuis egreſſa venit ad [illegible] B.Pelini Martyris, cuius ma[illegible] [illegible] & par[illegible] ferè corporis magis neceſſaria [illegible] marcuerat: dum ad Martyris ſepulturam accederet, ſine mora, [illegible] a[illegible]cta exten[illegible] [illegible] nerui [illegible] alternatimque digit[illegible] [illegible] doloribus [illegible] & [illegible] tandem [illegible] Deo, & B[illegible] impetrante P[illegible]ro ſana facta, læta [illegible] reuerſa fuit, atque ſua. Verum quia vt ait hiſtoriographus quidam, Et iam [illegible] fui [illegible] colla, & [illegible] prolixitas tædium ſolet generare, hic [illegible] libri, quatenus lector & [illegible] tium [illegible] habeat ſp[illegible]

Qui Domini cunctos carnis n[illegible]merauerit annos
Centum mi[illegible]e decem [illegible] n[illegible]ſcat, quattuor add[illegible]t,
Tempori[illegible] [illegible]ſt indictio nempe ſecunda,
Roma pra[illegible] [illegible] viuebat Papa Caliſtus
Annis viginti Valterius Ordinis almi
Valuenſes ſacras Præſul moderabat habenas
Primus menſis erat, ſeptem de fine tenebat
Reliquias ſancti cum tranſtulit [illegible] Pelini
Bis ſex atque dies [illegible] apertum
Hocque nouo Tem[illegible] ſepulchro

Præfuit Pelinus Brund[illegible] ann. 1. vt ex actis [illegible] & affirmat Diptyca noſtra [illegible] conſ[illegible]aſſet ann. 363.

8 S. CYPRIVS H[illegible]la[illegible]ij f[illegible]ius in S. Baſilij prius diſciplina educatus, deinde S. Pelini alumnus fuit, cum eo Brunduſium venit, inde Romam totius peregrinationis eiuſdem comes, ac perſecutionis particeps. Cum autem Romam vinctus cum illo, & inde Corfinium in Pelignis ductus, ibi aliquandiu in carcere detentus fuiſſet, poſt Sancti Pelini & ſociorum paſſionem liber propter teneram adhuc eius ætatem dimiſſus eſt. Qui Brunduſium rediens, eius vrbis, licet iuuenis, Epiſcopus, ſummo totius Cleri & ciuium conſenſu eligitur anno 363. Factus autem Epiſcopus Templum S. Pelino Epiſcopo & Martyri, ſuoque præceptori [illegible] curauit, ac diu Eccleſia Brunduſina ſanctè adminiſtrata beato fine quieuit. Eius [illegible] Ep[illegible]ca noſtra, a[illegible] & [illegible] F[illegible]rrarius ex Cat[illegible] SS N[illegible] ad diem 5. Dec[illegible] hæc [illegible] [illegible]

9 [illegible]DU[illegible] S[illegible] [illegible]

10 A[illegible] ctian [illegible] 977. à Saracenis [illegible] ſes in Siciliam [illegible] Andreas [illegible] ſ[illegible]ata M[illegible] A[illegible] P[illegible] C[illegible] [illegible] Sa[illegible] [illegible] [illegible]runt, [illegible]

[illegible] Pro[illegible]
[illegible]m [illegible] . Pre[illegible]

[illegible] [illegible]tra [illegible]

11 MARCVS Br[illegible]ſinus Epiſcopus in [illegible]tana E[illegible]ſia reſ[illegible]debat anno [illegible] ſaluti[illegible] noſtræ, qu[illegible]e att[illegible] vt [illegible] ex monu

monumentis Eccleſiæ Brunduſinæ dominatorem S. Sedis Oritanæ, Brunduſinæ, Hoſtunen. ſeu Monopolitanæ.

18 NARDVS natione Græcus Brunduſinus Antiſtes, V[illegible]æ dem[illegible] rabatur an. [illegible]40 eodem titulo vſus, quo Marcus an[illegible] In Ec[illegible]ia ſancti Andreæ inſulæ Brund[illegible]næ Abbate in[illegible]it T[illegible]pidem [illegible]erdotem, & Eccleſiæ S.Le[illegible] Cath[illegible]alis, tunc in patriam Abbatiam [illegible] Sediſſe Nardum ann. 32. referunt [illegible] Eccleſiæ, cuius tem[illegible] Græcis ad [illegible] ex [illegible] Robert[illegible]s cognome[illegible] Co[illegible] Apuliæ di[illegible] eſt, Gotre[illegible] Br[illegible]m o[illegible]it



1[illegible] [illegible]ACI[illegible] [illegible]o [illegible] is titulum Ar[illegible] [illegible]it cui adiii-[illegible] S.L[illegible]ij E[illegible] [illegible] q[illegible]a non e-[illegible]palia [illegible]nia e[illegible]ere[illegible]t. [illegible]icolai Brunduſij dono [illegible] San[illegible]o Andrea, Ord. [illegible]nt[illegible] fuit. Donatio-[illegible] [illegible]ſiæ Br[illegible] [illegible]ryto Ec[illegible] [illegible]m au[illegible] Bru[illegible] [illegible] & S[illegible] [illegible]uſij Com[illegible] multa ac [illegible]a obtulerunt [illegible] altari S.Luci[illegible] [illegible]Ar[illegible]opatus lar[illegible] [illegible] Cal[illegible]us II. in princ[illegible] [illegible]uſi[illegible]æ conc[illegible]ſſo

14 [illegible] Anti[illegible] Epiſcopus Acherunti[illegible] Eccl[illegible]m tran[illegible]latu[illegible] circa annum [illegible] 1062. [illegible] Vritan[illegible] Antiſtitem nominauit, pari m[illegible] Br[illegible]s amicum ferui[illegible] fu[illegible] e[illegible] [illegible]i[illegible] Eccleſia ſanct[illegible] Lucij, pertinaci aſ[illegible]rtione diuerſam e[illegible]e Vritanam Ec[illegible]iam à Brunduſina aſſerebat. Quamobrem &

A Goffridus & Sichelgaita Comites Brunduſini, vnà cum Clero & populo eiuſdem ciuitatis, ab Vrbano II. Pontifice ſupplicitet poſtularunt vt [illegible]um Godinum litteris ſuis Apoſtolicis [illegible]mpelleret ad Eccleſiam ſuam primariam Brunduſinam non relinquendam, ſed apud eam reſideret. Vrbanus de hac re ad God[illegible] litteras frequentes [illegible], quas recitat Auctor Brunduſinæ [illegible]toriæ ex Regiſtro, vt ipſe ait, Brunduſinæ Eccleſiæ, in hunc modum.

VRBANVS II. EPISCOPVS
Seruus ſeruorum Dei

B *Dilecto in Chriſto fratri Godino Oritano Ar[illegible]m, & Apoſtolicam bene[illegible]ct. [illegible] virorum [illegible] aſſertione qui rem diligenter inue[illegible]g[illegible]unt compertum: eſt [illegible]thedram tuam, quæ nu[illegible] [illegible]ud Oritanum munic[illegible]ium habetur [illegible] Brunduſij [illegible]em antiquitus ext[illegible] [illegible]ca ciuitate d[illegible]a in Oritanum mun[illegible] eſſe tranſlatam. Nunc miſerante Domino Brunduſij eſt ciuitas reſtituta, V[illegible]lumus, & præſentis paginæ auctoritate ſancimus [illegible]t eadem Epi[illegible]c[illegible] Cathe[illegible] Brundiſium ref[illegible]ur eo tenore [illegible] [illegible] Co[illegible] [illegible]ſter in Chriſto ſilius pol[illegible]icit[illegible], &c.*

C Hi[illegible]c [illegible]mpeſtate G[illegible]ri[illegible]us Com[illegible], & Sichel[illegible]ita ci[illegible] vxor [illegible]teri ciuitati pla-[illegible] [illegible]us [illegible] d n[illegible] M[illegible]tæ voca[illegible] [illegible] p[illegible]is poſſeſſionibus, & priuilegijs inſigniuere, Godinus verò ab ordinaria [illegible] iuriſdictione exemit, pub[illegible]co c[illegible]ndito [illegible] [illegible] docum[illegible] [illegible] extare in M[illegible] vn[illegible] cum G[illegible]di ſi[illegible]nda[illegible] [illegible] dote. [illegible]rea G[illegible]us parum pa[illegible] V[illegible] man-datum [illegible] ab V[illegible] [illegible] Vrbani [illegible] verum Pa[illegible] II. qui proximè ſucceſſit Vrbano, [illegible] hortatus eſt, ac ſuo præcepto [illegible] toc[illegible]s quæ d[illegible]ule rat C[illegible] Brund[illegible] er-

D tet [illegible] litter[illegible] ſcri[illegible] quas hic ref[illegible]mus

PASCHALIS EPISCOPVS
Seruus ſeruorum Dei.

Godino Oritano ſalutem & Apoſtolicam benedictionem

Valde miramur [illegible] tanta prorupiſſe & perm[illegible]nere in[illegible]ntia, vt Brundiſini Epiſ[illegible] opa-[illegible] bona tuæ proprietati vindices Vnde mandamus quatenus ſi nos diligis, & Beati Petri gratiam habere deſideras ab hac deſiſtas inſa-[illegible] [illegible]quin noueris te communione priuari. Brunduſina enim Eccleſiæ Oritana ſubiacet. Inde inter eas nullum debet eſſe diuortium, &c.

Go-

Godinus ad hæc Pontificis mandata in ſe reuerſus, Brunduſinæ Eccleſiæ Primatum reſtituit hoc anno 1099. quod per annos centum viginti ablatum fuerat. Obijſſe ſequenti anno 1100. Godinum referunt monumenta eiuſdem Eccleſiæ.

15 BALDVINVS ſucceſſor Godini anno 1100. breuis Pontificis fuit, eodemque anno defunctus. Hic primus fuit poſt deuaſtationem Brunduſinæ ciuitatis, qui ſe Brunduſinæ & Oritanæ Eccleſiarum Archiepiſcopum inſcripſit, cui Sichelgaita Comitiſſa plura adiecit bona: donationem autem extare in Regeſt. eiuſdem Eccleſiæ.

16 NICOLAVS poſt Balduinum Brunduſinus & Oritanus Archiepiſcopus [illegible] eſt à Paſchali II. an. 1101. Hoc anno [illegible] Sabellicus [illegible], Brunduſium a Carlo[illegible] Pannoniæ Rege, Venetiſque captum fuit, an præſidio [illegible] fuerit, ab hoſtium [illegible], non tradit. Nicolaus vero exceſſit circa annum Domini 1105.

17 GVILLELMVS, ſeu Guidelmus natione Gallus euaſit Brunduſinus & Oritanus Archiepiſcopus anno 1105. ſequenti [illegible] Concilio. Omnes hic libertates, & immunitates iam a Godino anteceſſore ſuo Monialibus Cœnobij virginum conceſſas ſuo diplomate affirmauit, & Conſtantia Comitiſſa vxor Boemundi Antiochiæ Principis eidem Monaſterio alias immunitates & dona adiecit an. 1116. Guilelmus huic mortali ſæculo vale dixit circa annum Dom. 1118.

18 IVLIANVS [illegible] quendam datum fuiſſe Archiepiſcopum Brunduſinis, à Gelaſio II. Pontifice [illegible] citatus auctor, qui eiuſdem Papæ litteras refert Clero, & populo Brunduſino ſcriptas, quas recitat in hunc modum.

Gelaſius, Clero, Ordini, & Plebi Brunduſij. Confeſſo [illegible] quem [illegible] Antiſtite fratre, & [illegible] meo Iuliano neceſſarium fuit eundem ad Eccleſiam ſuam mox remiſiſſe, & [illegible] ſcripta pariter deſtinari, quibus dignoſceretis eidem fuiſſe præceptum, [illegible] ordinationes præſumat illicitas. Redditus & oblationes fidelium in quatuor partes diuidat, quartam vnam ſibi retineat. Alteram Clericis pro [illegible] ſedulitate [illegible] Fabricis tertiam. Quartam [illegible] bus & peregrinis habeat fide [illegible]. Quorum rationem eſt red[illegible], &c.

Parum vixit in hac [illegible], cum ſucceſſor [illegible] conſecratus [illegible].

19 BAILARDVS Gallus Brunduſinus & Oritanus euaſit Archiepiſcopus ſub eodem Gelaſio, cuius meminit Pandulphus Piſanus in vita Gelaſij, cuius coronationi adfuiſſe meminit; vnde ſuſpicatus ſum quæ referuntur de Iuliano ad hunc Bailardum melius conuenire, ac erratum fuiſſe in nomine, & pro Bailardo, Iulianum appoſuiſſe, cum qui litteras Gelaſij conſcripſit, ac Bailardum tunc temporis electum Gelaſij coronationi [illegible] fuiſſe, ab eodem in dignitate confirmatum. Vtcumq; ſit, certum eſt Bailardum ad Eccleſiam Brunduſinam promotum fuiſſe [illegible] laude dignum [illegible], atque per plures annos Eccleſiam hanc [illegible] rexiſſe: cuius prudentiæ delectatus Rogerius I. Rex Siciliæ [illegible] opera in [illegible] adminiſtrando Regno [illegible] cuius etiam [illegible] Rogerus [illegible] Eccleſiam nouam [illegible] intra mœnia ciuitatis, teſtes erunt [illegible]

Gloria prima veri, [illegible] Rex [illegible]
R[illegible]
A[illegible] trio cum T[illegible]
[illegible]

& [illegible] ſupra [illegible] Bailar[illegible] Præſulis.

Compoſuit Templum Præſul [illegible]
honeſtum
Audiat in cælis, gaude bon[illegible]
lis

Porrò Bailardo [illegible] Rex [illegible] indulſit [illegible] Monaſterio S. Mariæ V[illegible] rum; cuius hæc [illegible]

In nomine Domini Dei æterni, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

ANno Incarnationis [illegible] 11 [illegible] Rex, [illegible] & Cypri Roger[illegible] filius [illegible] præcipuè [illegible] nobis, [illegible] Iudiciam [illegible] [illegible] petitiones [illegible] tur, tua [illegible] Reginæ & [illegible] quoq; Guil[illegible] magnæ memoriæ Ducis patris noſtri, aliorum parentum [illegible] ac fidelium [illegible] & preſentis priuilegij auctoritate firmamus prænominatæ Eccleſiæ, & tibi, tuiſque ſuccedentibus omnia illa, quæ donatione, & priuilegijs Boemundi gloriosæ memoriæ Principis Antiocheni, & eius

vxoris

vxoris Conſtantiæ Philippi Regis Francorũ filiæ, Comitis quoque Cuperſani, & vxoris eius Sigilgaitæ Comitiſſæ, filiorumq; ſuorum, aliorumq; prædeceſſorum noſtrorum in Brunduſio, in Miſania, in Tuturano, in pertinentijs Gayti, in Turchellis, in Montecchiis, in Carchis, cum terris, & pertinẽtijs ſuis. in Neritono, Tarenti, Monopoli, Soani, Iuuenarij, in Marſico, Botunti, in alijs denique locis omnibus iuſtè & canonicè tenet & poſſidet. Illa, inquam, omnia ſicut prædiximus, dicto Monaſterio concedimus habenda, tenenda, & poſſidenda. Præterea pro remedio animarum parentũ noſtrorum, & vt Deus omnipotens actus noſtros in viam ſalutis dirigere dignetur. Damus, donamus, atque concedimus præfato monaſterio in terra noſtra Miſanij villanos octuaginta demanios noſtros, qui reddant ſingulis annis in duabus datis centum quadraginta michalatos, & centum miliarenſes, & quartam muſti vinearum ſuarũ, & herbaticum cum terris ſuis, & pernariſi leporis, & quartam partem de fructu oliuarum ſuarum, & de ipſis hominibus & ab eis deſcendentibus perpetuò habere legem & plaziam, ſicut à ſuis hominibus, & villanis. Inſuper de gratia noſtra concedimus ſpeciali, vt præfatum Monaſterium de cætero in perpetuum habeat Iudicem Baiulum tam in terra Miſanij, pro præfatis hominibus & bonis eorum à nobis eidem Cœnobio datis pro definiendis quæſtionibus ciuilibus perſonalibus, & realib⁹ de bonis eorum, quàm & in ciuitate noſtra Brunduſij, qui Curiam regant, ſi quæſtiones aliquæ motæ fuerint de bonis & rebus ſtabilibus quæ prædictum ſanctum Cœnobium in præſenti habere dignoſcitur, & poſſidere in ciuitate præfata, & in antea quoque iuſto titulo ibidem poterit, dante Domino, adipiſci. Vt hoc præcepto noſtræ Regalis auctoritatis adhibito, ſecurius remota omni noſtra, noſtrorumq; hæredum contradictione, tu, tuique ſuccedentes perpetuò teneatis, poſſideatis, & dominemini. Si qua vero, quod abſit, magna, humiliſue perſona temerario auſu quolibet violare, vel interrumpere noſtrũ priuilegiũ præſūpſerit, ſciat ſe compoſiturũ auri puriſſimi libras decẽ, medietatẽ palatio noſtro & aliam medietatem prænominatæ Eccleſiæ præſenſque priuilegium priſtinum robur obtineat. Ad huius autem noſtræ conceſſionis, & confirmationis inditium, per manus Guidonis Iudicis, & noſtri Notarij ſcribi, noſtriq; typarij bulla plumbea inſigniri præcepimus. Datum Rapullæ per manus Guarini noſtri Cancellarij 4. Kalend. Octobris; anno Regni noſtri tertio.

Teſtem fuiſſe reperio Bailardum priuilegio conceſſo Eccleſiæ & Monaſterio Sanctiſſimæ Trinitatis Venuſiæ ab eodem Rogerio Rege ann. 1136. & adfuiſſe tranſlationi S. Peregrini apud Tranum an. 1143. pauloque poſt mortalitatem exuiſſe.

20 LVPVS Gallus ſedit ab anno 1145. ad annum vſq; 1173. quo obijt.

21 VVILELMVS, vel Guillelmus, & ipſe natione Gallus, cuius prima memoria extat anno 1173. memoratur Archiepiſcopus Brunduſinus, & Vritanus in quæſtione contra ipſum exagitata ab Ægidio Abbate Sanctiſſimæ Trinitatis Venuſini Monaſterij, Dat. in ciuitate Barij ann. 1177. præſentibus Alphano Capuano, & Raynaldo Barenſi Archiepiſcopis. Nouæ Cathedralis pauimentum vermiculato opere exornauit anno 1178. Interfuit Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. celebrato anno 1179. obijt circa ann. ſal. 1182.

22 PETRVS an. 1182. qui Cathedralẽ conſecrauit die 1. Maij 1190. Ei Tancredus Rex ann. 1191. conceſſit decimas omnium pertinentiarum Viæ. Sub hoc tempore fundari cœptũ Monaſterium eſt S. Andreæ Ord. Eremitarum S. Auguſtini. Hic cum eſſet Cathedralis Canonicus vitam S. Leucij ſcripſit, quam dum eſſet Archiepiſcopus reſcribi fecit vna cum miraculis eiuſdem.

23 GERARDVS Petri ſucceſſor florebat ann. 1196. iuxta diptycam.

24 DOMINICVS Archiepiſcopus Brunduſinus, moribus & rerum gerendarum prudentia clarus ab Innocentio III. in Bulgariam Apoſtolicæ Sedis Legatus miſſus eſt anno 1203. vt noſter Odericus Raynaldus ſcribit in tom. 13. Annal. Eccleſ. ad hunc annum nu. 21. Ad eundem ſcribit idem Innocentius ad fauorem Archiepiſcopi Tarentini. Sub Honorio III. vita defungitur.

25 M. PEREGRINVS ex Canonico Aſtenſi creatur ab Honorio III. Brunduſinus, & Vritanus Archiepiſcopus ann. 1216. ab eoque Romæ conſecratur in Quatuor temporibus Pentecoſtes, vt notatur in to. 1. Reg. Vaticani, ann. 1. pontif. eiuſdem. Eidem ſcribit idem Honorius, vt omnibus ad Brunduſij portum venientibus prohibeat, ne Theodoro excommunicato communicent. Dat. Later. 3. Id. Decemb. an. pontif. 5. Epiſt. 233. fol. 45. Regeſt. Vatic. Fundatur Brunduſij anno 1221. Conuentus Ord. Carmelitarum; fortaſſis S. Angelus Carmelita, vt fert traditio, tanti operis auctor fuit, traditioni fidem confert fons ſurgentis aquæ dulciſſimæ ibi conſeruatus, hodieque nuncupatur fons Sancti Angeli Martyris. Cæterum Peregrinus obijt ante annum 1224. diuque vacua fuit Eccleſia Brunduſina.

26 PETRVM Biſianenſem vulgo de S. Liberatore Monachum Caſſinenſem tunc Abbatem S. Vincentij de Vulturno virum præſtantem, & dignum, poſt diuturnam Eccleſiæ Brunduſinæ vacationem Archiepiſco-

piſcopatus infula exornauit Honorius III. anno 1225. vt idem teſtatur Pontifex in litteris ad Federicum II. Imperat. Dat. Reate 7. Kalend. Octob. ann. 10. quem ex Reg. Vatic. exſcripſimus in primo noſtro tom. in Auerſanis Epiſcopis. Petro Archipræſule fundatum eſt Cœnobium & Eccleſia ſancti Dominici an. 1230. In Diptycis huius Eccleſiæ Petri obitus recẽſetur ad 1239. dies verò 6. Non. Octob. in Necrologijs Eccleſiæ Caſſinenſis.

27 PETRVM Paparonem alterum, Apulum poſt Petrum in hac ſede ſucceſſiſſe refert Diptyca anno 1239. huius tamen electio non habetur in Reg. Vatic.

28 PEREGRINVS huius nominis ſecundus ex Epiſcopo Caſtrenſi ad hanc Brũduſinam Eccleſiam transfertur ab Innocentio IV. quem Capitulo Brunduſino cõmendat in litteris Dat. Capuæ 10. Kal. Nouembris ann. 1254. an. Põtif. 12. Extat epiſt. in Reg. Vatic. num. 272. fol. 12. cætera Peregrini acta ignorantur: ſediſſe tamen in hac Eccleſia annos 13. tradit Diptyca; quæ tamen cum in annorum computatione claudicare videatur, ſic & in Peregrino aberraſſe cenſetur, cum ad annum 1288. perueniſſet quo mortem obijt.

29 ADENVLPHVS natione Gallus in gratia Caroli II. Regis an. 1289. adlectus eſt Brunduſinus Archipræſul, à Bonifacio VIII. deinde ad Compſanam Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1296. Kalen. Octob. pontif. 2. cuius tranſlationis diploma habetur in Reg. Vatic. epiſt. 398. fol. 92. Idem deinde euaſit Archiepiſcopus Beneuentanus anno 1300. de quo ibi. Memoratur Adenulphus tunc Archiepiſcopus Brunduſinus an. 1295. in Regeſt. Neapol. Caroli II. fol. 135.



30 ANDREAS Pandonus nobili genere natus ex Canonico Capuano, Capellano & Subdiacono Apoſtolico in tranſlati locum Adenulphi electus eſt Brunduſinæ ſedis Archiepiſcopus à Bonifacio VIII. anno 1296. Id. Feb. ex epiſt. ad ipſum ſcripta, quæ habetur in Reg. Vatic. num. 20. fol. 4. an. 2. Sedit eximia laude prudentiæ, tituloque Conſiliarij Regis decoratus ann. 7. tranſlatuſque eſt ad Capuanam ſedem anno 1303. Tranſlato Andrea, Canonicorum Capitulum in partes diuiſum, duos elegit, Decanum ſcilicet Eccleſiæ Capuanæ, Guillelmum Ebrandi, Regni Siciliæ Cancellarium, quibus à Benedicto XI. reiectis, data fuit Eccleſia hæc in adminiſtrationem ad Apoſtolicæ Sedis beneplacitum Rodulpho Patriarchæ Hieroſolymitano Non. Iunij, anno Pontif. 1. ex epiſt. Regeſt. Vatican. num. 745.

31 BARTHOLOMÆVS Capuanæ Eccleſiæ Decanus, fortaſſis idem qui antea reiectus fuerat, iterum à ſaniore parte Capituli electus, duo item alij, Landulphus nempe Abbas S. Benedicti de Salerno, & Fr. Gnarnerius Ord. Prædicatorum poſtulati fuerunt; ſed ij, tanquam vitio deſiderati, electi ſunt, & Bartholomæus à Clemente V. in Archiepiſcopali dignitate confirmatur Kalen. Februarij anno 1306. ex Reg. Vatic. fol. 112. Sedit plus minus ann. 13. fato ceſſit ann. 1319.

32 Fr. BERTRANDVS Gallus Ordin. Minorum ſucceſſit Bartholomæo an. 1319. 15. Kalen. Ianuarij, delectus ab Ioanne XXII. Auenione conſecratur per Arnoldum Epiſcopum Card. Albanenſem, ex Reg. Vatic. epiſt. 474. fato functus ann. 1333.

33 Fr. GVLIELMVS de Caſtello eiuſdem Ord. Minorum alumnus ex Epiſcopo Albenſi in Liguria ad has Brunduſinam, & Vritanam Eccleſias tranſlatus ab Ioanne XXII. ann. 1333. reiectis Petro Diacono Eccleſiæ Capuanæ, & Nicolao de Caballerio Canonico Brunduſino, à Capitulo Brunduſino poſt mortem Bertrandi electis. Præfuit Gulielmus plus minus annis 9. tranſlatus dein ad Beneuentanam Eccleſiam anno 1344. vt in Regeſt. Vatic. vidimus.

34 GVLLELMVS Gallus natione, olim Abbas Sanctorum Sergij & Bacchi Andegauenſis, Ord. Sancti Benedicti Gullelmo ſucceſſit, ab Archiepiſcopatu Trauenſi ad hunc Brunduſinum tranſlatus 2. Kal. Martij anno 1344. quo ab Ioanna I. Regina omnium priuilegiorum ab anteceſſoribus Principibus Eccleſiæ Brunduſinæ elargitorum confirmationem obtinuit. Subſequenti anno euaſit Caſſinenſis Epiſcopus, à quo ad Tarbienſem in Gallia tranſitum fecit anno 1353. vbi mortuus eſt.

35 GAILARDVS Gallus, Epiſcopus Veſprinenſis, Brunduſinus, & Vritanus factus eſt Archiepiſcopus ab Clemente VI. anno Pontific. 5. qui fuit ſalutis 1345. 14. Kalend. Auguſti ex epiſt. 27. Regeſt. Vatic. id habemus. Interfuit cum multis alijs Regni Prælatis Neapoli conſecrationi Ec-

cleſiæ

cleſiæ Sanctæ Claræ anno 1348. quo diem ſuum obijt in ciuitate Nemauſenſi in Gallia, vbi iacet.



36 IOANNES de Porta Salernitanus, Archiepiſcopus Corſienſis pronunciatur Brundusinus & Vritanus Archiepiſcopus à Clemente VI. anno 1348. 3. kalen. Iunij, ab eodem tranſlatus eſt ad Capuanam Eccleſiam anno 1352. de quo vide tom. 6. in ſerie Capuanorum Archipræſulum pag. 427. num. 34. ibi, pro Innocentio VI. lege *Clemens VI.*

37 Fr. GISIVS, alij Petrum, alij Pinum vocant, Ord. Prædicatorum vir doctiſſimus ex Epiſcopo Albintimilienſi ad has Eccleſias tranſlatus à Clemente VI. 5. Non. Nouembris anno 1352. Pontif. 11. ex Regeſt. Vatic. epiſt. 34. fol. 40. Is ſtatim poſt ſuam conſecrationem pro Ioanna Ludouicoque Regibus Orator ad eundem Pontificem miſſus eſt, & ab eodem Nuncius declaratus ad congregandos Neapolitani Regni Ordines, vt Odericus Raynaldus refert Annal. Eccleſiaſt. ad annum 1352. Anno 1359. Ludouici, & Ioannæ Regum à conſilijs erat, cuius memoria extat in eorum Regeſt. hoc ipſo anno.

38 GVILLELMVS electus à Clemente VII. Antipapa 1379. ſolitum penſum promiſit ſacro Senatui die 26. Martij. Hic intruſus quoad vixit, partes Pſeudopontificis mordicus tenuit, cuius mentio in libr. Oblig. eiuſdem habetur.


39 MARTINVS Tarentinus harum Eccleſiarum Archiepiſcopus, Vrbani VI. Camerarius erat anno 1380. ſedit abſens ann. 2. tranſlatus ad Tarentinam Eccleſiam anno 13 3. vt in tabulis notatur.

40 RICHARDVS electus ab Vrbano VI. ann. 1389. cuius meminit Obligationum liber ſub Bonifacio IX. an. 1396. obijt anno 1411.

41 VICTOR à Gregorio XII. adlectus eſt Archiepiſcopus, in qua dignitate vix annum expleuit.

42 PAVLVS Romanus ab eodem Gregorio, demortuo Victore, ſucceſſor datus, munuſque conſecrationis & pallium eodem donante Pontifice accepit, ac permittente Ladiſlao Rege, pacifice aliquando has rexit Eccleſias; verum cùm Ladiſlaus, repudiato Gregorio, Ioanni adhæſiſſet, Paulus, veluti Gregorij fautor Archiepiſcopatu priuatus eſt ann. 1412.

43 Fr. PANDVLVS Abbas Beatæ Mariæ Montis Virginis ab eodem Ioanne XXII. veluti legitimus. Richardi ſucceſſor, pronunciatus eſt Brundusinus, & Vritanus Archiepiſcopus 10. Kalend. Decemb. 1412. vitam liquit ann. 1414.



44 ARAGONIVS ex Marchionibus Maleſpinis Archipresbyter Albinganenſis, & ſanctæ Sedis Notarius ad has Eccleſias promotus eſt 5 Kalend Feb. 1415. vt ex litteris Ioannis liquet Dat. Conſtantiæ anno 5. Poſt tres omninò annos tranſlatus eſt ad Hydruntinam Eccleſiam à Martino V. hic ille idem Aragonius eſt qui aliquando Lunenſem deuexauit Eccleſiam, vt in primo noſtro tomo ſerie Lunenſium Epiſcoporum narrauimus.

45 PAVLVS Romanus, ille idem qui ab Ioanne XXII. dignitatibus ſpoliatus fuerat, à Martino V. anno 1418. 7. Kalend. Martij legitimus Archipræſul declaratus eſt, vixit deinde vſque ad annum 1423.

***



46 PETRVS Gartula, ſeu della Gatta Neapolitanus ſucceſſie Paulo ex Epiſcopo S.Agathæ die 16.Kal.Iunij 1423.diem obijt anno 1437.

47 PETRVS Petro ſucceſſit ex Epiſcopo Monopolitano 17. Kal. Martij 1437. antea fuerat Epiſcopus Boianus. Huius meminimus in Epiſcopis Monopolitanis tom.primo pag.1049.num.31. ac malè notauimus, exceſſiſſe hoc ipſo anno 1437. quo ad has Brunduſinas & Huritanas Eccleſias fuit tranſlatus: meliùs dixiſſem illum receſſiſſe ab Eccleſia Monopolitana ad infulam Archiepiſcopalem trauſlatum, Tu candide lector errara noſtia benignè corrige. Cæterùm Petrus ſedit plus minuſue ann 16.

48 GAVFRIDVS Clericus Monopolitanus electus anno 1453. per obitum Petri die 14. Kalend. Ianuarij. Obijt ſub Paulo II. per multos deinde annos Eccleſia Brunduſina vacauit.

49 FRANCISCVS de Arenis Luſitanus, ante miles ſtrenuus, & Alphonſi I. Regis in paucis carus, Eccleſiaſticam dein vitam amplexus Brunduſinus & Vritanus Archipræſul adlectus eſt ab Sixto IV. in gratiam einſdem Regis anno 1479. 7. Idus Octobr. ſub eodem Pontifice vitam amiſit.

†



50 ROBERTVS Piſcicellus Neapolitanus, Franciſci filius, nobilitate generis, & virtute illuſtris, ſub Patruo Nicolao Archiepiſcopo Salernitano Eccleſiaſticam vitam amplexus, & litteris eruditus, in virum euaſit doctiſſimum. Abbatis ſæcularis titulo ornatus, in Ferdinandi I. Regis gratiam, cuius ob eximias animi dotes carus erat, à Sixto IV. anno 1484. die 7. Aprilis factus eſt Brunduſinus & Vritauus Archiepiſcopus. Motulenſem aliquando Eccleſiam rexit ſibi in adminiſtrationem datam. Coronationi Alphonſi II. Regis interfuit anno 1494. & poſtquam boni Paſtoris onus per annos 29. ſubijſſet, Neapoli ætate grandæuus fato conceſſit an. 1513. ſepultus in maiorum tumulo.

51 DOMINICVS Idiaſchez Hiſpanus ſucceſſit Roberto, exceſſit ann. 1518.



52 IOANNES PETRVS Carafa Epiſcopus Theatinus delectus eſt Brunduſinus, & Vritanus Archiepiſcopus die 20 Decembris anno 1518. cum retentione primæ ſuæ Eccleſiæ ad ſex menſes tantum cum decreto, quod ijs elapſis menſibus, niſi alteri reſignauerit, vacet; tamen de benignitate Apoſtolicæ Sedis vtraſque retinuit ad annum vſque 1524. ac diuino amore accenſus

ſus liberè vtraſque in Clementis VII. manibus remiſit die 8. Auguſti. Liber factus cum aliquibus ſanctiſſimis viris Ordinem Clericorum Regularium, quem Theatinorū vocant, cœpit instituere. Is ille Caraffa est, qui inuitus ad dignitates reuocatus à Paulo III. pronunciatus eſt S. R. E. Cardinalis. Idem euaſit Summus Eccleſiæ Pontifex ſub nomine Pauli IV. de quo alibi plura ſcripſimus.

53 HIERONYMVS Aleander Motenſis, Diœceſis Cenetenſis, Bibliothecarius Apoſtolicus, Brunduſinus & Vritanus eſt adlectus Archiepiſcopus die 8 Martij 1524. Natus eſt Hieronymus, vt Victorellus ſcribit anno 1480. die Febr. 13. Franciſcum Aleādrum Philoſophum & Medicum excellentem, & Bartholomæam Antonelli Bonfilij ciuis Veneti viri egregij parentes habuit. Litteris nauauit operam Hieronymus Venetijs primum, deinde in oppido portus Naonis, in Fori Iulij regione, vbi (mirum ſane) quindecim annos natus bonos auctores publicè interpretati cœpit. Diſciplinis omnibus inſtans, pauló poſt à Daniele Patauino, magni nominis Aſtrologo res Aſtrologicas accuratè perdidicit: deinde medicam diſciplinam cū enim Græcas litteras optime calleret, & Pater Græci ſermonis ignarus, eius opera in Hippocratis, & Galeni locis perpendendis vteretur, eam artem facilè adeptus eſt. Anno proximo 1498 à Moyſe Perez Hebræo Legionenſi; qui, qua erat pietate) vt Religioni Chriſtianæ nomen daret, hortatus eſt: Is autem ſacro baptiſmate initiatus Hieronymus Paulus nuncupatus eſt: ijs autem in litteris adeo profecerat Aleander, vt eo ipſo anno Venetias accitus ſit, vt Sebaſtianum Priolum Nicoſienſem Archiepiſcopum eas edoceret. Præter humaniores litteras, inſtatam itemque librorum omnis generis lectionem, Philoſophiæ & Theologiæ ſerió ſtuduit, & 19. agens annum coram Prætore, & populo, de Angelis cum Ioanne Paſſero Eliota claro Theologo ita diſſeruit, vt omnibus admirationi eſſet. Vigeſimo ætatis anno Tuſculanas [illegible] Venetijs, nobiliſſimis auditoribus interpretatus eſt, è quibus Mapheus Leo, Vincentius Bolanus Venetus, & Ioan. Baptiſta Ponconus, qui à ſecretis erat Senatui, mirificè cum dilexerūt. De virtutibus eius, ingenij felicitate, & multiplici litteratura, Alexander VI. Pont. Max. certior factus, Romam illam vocare ſtatuerat, vt Ducis Valentini à ſecretis ſeruiret, etſi primum & viceſimum tantum ageret annum, ob idque Antiſtes Tiburrinus tunc Aleandri apud Venetos Internuncius, anno 1501 die 14. Nouembris, eum apud ſe manere iuſſit, vt Romam primo quoque tempore mitteret. Cæterum, cum Pontifex agnouiſſet eum, præter facundiam, mira etiam in rebus agendis pollere dexteritate, in Hungariam, quorundam negotiorum cauſa, legauit, & morbo correptus, qui eum multos menſes afflixit, reuerti conatus eſt. Hinc factum, vt Romana illa profectio euaneſceret. Itaque ad annos ſeptem, partim Venetijs, partim Patauij cum Mapheo Leone conſedit. Aldi Manutij in præfatione Iliados Homeri, Venetæ editionis, eidem inſcriptæ, de illo teſtimonium extat. Fatetur is Hieronymum annum 24. nondum natum, præter Græcam, Hebraicam linguas, quas perfectè callebat, Chaldææ tunc & Arabicæ ſeduló vacaſſe: in latina adeo profeciſſe, vt Lyricorum, Syluarum, Epigrammatum, & Iambicorum omne genus carminum iam tum annos natus toque libros, ſolutó veró ſermone, epiſtolas, orationes, dialogos, & alia felici ſtylo conſcripſerit: erat præterea (eodem teſte) muſices, & mathematicarum artium peritus, ſtudiumque liberalium omnium artium cōſectatus fuerat, nec minus Græcas epiſtolas, & dialogos, Lucianum, quo ob ſermonis nitorem, delectabatur, imitatus. Græcos etiam verſus illius præſtantiæ fudit, vt Michael Humilbergius in M.S. quadam epiſtola, egregium vatem, qui vni cederet Homero, nuncupauerit. Ludouicus XII. Galliarum Rex Hieronymum nominis celebritate agnitum anno 1508. Pariſios inuitauit, vt in celeberrima illius vrbis Academia bonas litteras, quingentorum aureorum ſtipendio conſtituto profiteretur. Id ille præſtitit egregiè, quo cum Rex ſermones ſæpè ſerere conſueuerat, quod Arnoldus Feronius in vita Regis innuit. Altero ab hinc anno (naturalitatis vt aiunt) priuilegio donatus à Rege, ſacris, quod iamdudum ſe facturum decreuerat, initiatus eſt. Rector Vniuerſitati præfuit. At cum duos annos in eo munere conſumpſiſſet, & peſtis Pariſijs graſſaretur, Aurelianum, deinde Bleſum conceſſit Anno veró 1513. Pariſienſi Epiſcopo, honeſtiſſimis conditionibus alliciente adhæſit, anno autem proximè ſecuto Erardus de Marka Epiſcopus, & Princeps Leodienſis, Pariſienſi Antiſtite ægrè permittente, ad ſe adlectum Secretarium & Cancellarium ſuum inſtituit, Canonicatuſque in Cathedrali æde S. Ioan. præpoſitura cohoneſtauit. Biennio elapſo, cum Erardus Romana purpura ornari cuperet, Romam Hieronymum miſit, qui difficultates ea in re obortas auferret; huic enim Rex Galliæ obſiſtebat. Leo X. tum Romanus pontifex Hieronymi memoriam, multiplices diſciplinas, prudentiam & probitatem demiratus, ab Erardo vt eum apud Cardinalem Mediceum eſſe vellet, aſſecutus eſt. Anno 1519. ipſo die 17. Iulij, quo Zenobius Acciaiolus Florentinus exceſſerat, Bibliothecæ Apoſtolicæ à Leone præfectus eſt, quam præfecturam tamen, etſi abſens

A in Legationibus, & Archiepiſcopatu renuit, quamque deinde Pontifices Cardinalibus detulerunt. Anno 1520. ob hæreſim Lutheri, ab eoque turbas excitatas a Leone in Germaniam Legatus eſt co miſſuo. Hadrianus VI. cum dil xit, bonoque animo eſſe iuſsit,& dixit, ſtatutum ſe ſperam vt homines, quanta eius eſſent apud Apoſtolicam Sedem promerita,palam agnoſcerent, ſtatimque Canonicatum & Præpoſituram in Valentina Eccleſia, quarum redditus ſexcentorum aureorum erant, in eum contulit. Clemens VII. Hieronymi olim patronus anno 1524. Archiepiſcopum Brundusinum, & Vritanum,cum Cæ-
B ſare annuente, cum creaſſet, die eodem, nempè 8 Auguſti, Internuncium Apoſtolicum apud Franciſcum I. Gallorum Regem inſtituit, ea Legatio ob Regis captiuitatem, breuis fuit; cum quo ipſe quoq; captus eſt, de qua re Guicciardus, & alij &ipſe Hieronymas in ſuis aduerſarijs, his verbis.1525 24.*Febr.commiſſum eſt prælium in Paradiſo Mirabelli prope Papiam, vbi captus fuit Rex Gallus, quamplurimi Duces interfecti, & plerique capti, quibus cum & ego vſque adeo Regi proximus, dum caperetur, vt equus meus ingruentibus militibus Hiſpanis equum Regis, in proſtratum vulneribus ingeret*. Romam reuerſus, Pontifice annuen-
C te, anno 1527. ad Eccleſiam Brundusinam ſe recepit, & biennio elapſo, Romam accitus eſt, & anno 1531. iterum Legatus eſt in Germaniam deinde etiam apud Venetos, Pontificis Internuncius fuit, cuius in illo munere operam Venetus Senatus, & Pontifex probarunt. Venetijs hæſit vſque ad Maij dimidium anni 1535 cum à Paulo III. Romam acceerſitus in Cardinalium Senatum adlectus eſt, non tamen anno & die à Crabrera notato,ſuam enim dignitatem ampliſſima Hieronymo tribuatam Paulus euulgauit, cum enim eum inter Cardinales relaturum eſſet, idque multis indicaſſet, Ferdinandum Regem Romanorum, aliosque Principes in Germania Catholi-
D cos hoc ægrè laturos, quod in Lutherum, Lutheranoſque nimis acris fuiſſet, illi eſt inſuſurratum, concordiamque, quæ tunc agitabatur, impedire poſſe: hinc factum, vt Paulus ea declaratione ſuperſederit, quod moleſtiam bonis viris attulit, præcipuè Card. Sodoleto, ſtatim datis ad Paulum litteris de ea re conqueſto. Re à Germanis cognita,tam ipſe Rex Romanorum, quàm Moguntinus, & Tridentinus Cardinales, alijque Catholici Principes ſignificarunt Paulo, ægrè ſe ferre quod tunc cum virum præteriſſent ſcirent; qui multa, & magna pro Religione Catholica,& Apoſtolicæ Sedis dignitate exantlaſſet. Quare illum Pontifex anno 1538. die 3. Martij Cardinalem declarauit, perinde quaſi in præterita promotione creatum, pileumque

A eodem die tradidit, & mora nulla interiecta, Legatum Synodi Venetijs celebrandæ vnà cum Cardd. Campegio & Simonetta inſtituit. Poſt tres menſes Synodi tempore profligato,eundem Cardinalem Brundusinum (ſic vulgo dicebatur) ad Regem Romanorum legauit: ſpes enim effulſerat, res Religionis in Germania, meliorem ſtatum habituras, nouerat Brundusinus Lutheranorum ingenia, nihil ſe profecturum opinabatur; iuit tamen in eam regionem, in qua vſq; ad Octobrem ſubſequentis anni moratus eſt. Romæ ceſſit è vita 1542 Kalen.Febr anno ætatis 62. nondum exacto. In teſtamento verba illa, aureis
B ſcribenda litteris, extare voluit. *In legationibus meis nunquam munus accepi*. Corpus in D.Chryſogoni tumulatum eſt. Epitaphium autem hoc additum

Hieronymo Aleandro Mottenſi
e Comitibus Landri in Carnia
Petræ Piloſæ in Hiſtria oriundo
Tit. S.Chryſogoni S.R.E.Preſbyt. Card. Brunduſino, Philoſophiæ, & Theologiæ Doctori,
Hebraicæ, Græcæ, Latinæ,
C *aliquotque aliarum linguarum*
exoticarum ita exactè docto, vt
eis rectè & aptè loqueretur, &
ſcriberet, mox in tot legationibus pro Summis Pontificibus
ad omnes fere Chriſtianos Principes fideliter, & diligenter
perfuncto, & ideo in tabem
delapſo quanti bu nanam miſeriam fecerit, ſeque ipſi diſticho
de ſe edito teſtatum poſteris reliquit.
D *Natus eſt Mottæ in Carnia anno MCDLXXIX.*
Mortuus Romæ anno Chriſti ſalutis MDXLII.
Ætatis ſuæ LXII. minus diebus XIII.
Heredes Paulo ampliſſimo & optimo mœſtiſſimi.
P. C.

Teſtamento Card. Aleandri ea fuit lex, vt tumulus duobus Græcis verſibus, quorum ſententia hæc eſt, inſeriberetur.

Exceſſit

Exceſſi è vita ærumnis facilisque lubenſque,
Ne peiora ipſa morte de hinc videam.

Motam deinde natali oppidum, idem corpus tranſlatum [illegible] primario Templo S.Nicolai titulo [illegible] Præſtantiſſimi viri elogium cecidit Iouius, de quo alij ſcripſere, à quibus, quæ ſupra relata ſunt, accepit Victorellus. Porro Card. Aleander Eccleſiam Brundusinam in Franciſcum nepotem transferendam curauit eo ipſo anno quo ex hac mortali vita diſceſſit.

54 FRANCISCVS Aleander, Hieronymi Card. ex fratre nepos, tametſi pronior eſſet ad [illegible] quàm ad Eccleſiaſticam tonſuram, cedente patruo, ad nominationem tamen Caroli V. Imp. electus eſt Brũdusinus, & Vritanus Archiepiſcopus à Paulo III. die 30. Ianuarij 1542. Vbi Franciſcus ſolemni ritu Brundusium ingreſſus fuiſſet, cœpit ſtatim Diœceſim ſuam luſtrare, ſed cum Vriæ appropinquaret, Marchio populusq; Vritanus eum recipere recuſarunt, ni prius iureiurando affirmaret, ſeque ſubſcriberet Archiepiſcopũ Vritanum, & Brundusinum, ac veluti Antiſtes Vritanus diſtinctus a Brundusino Sacerdotio, illud æquè cũ illo vnitũ [illegible] fateretur; quod cum indignè iniuriam ſibi illatam proprijs viribus vindicare nequiret, ad Pauli III. Pontificis iudicium confugit, allatis ſecum [illegible] Pontificum priuilegijs [illegible] Brundusinæ, quibus [illegible] iura contra Vritanos palam [illegible] Vritanam Eccleſiam [illegible] fuiſſe Brundusinæ, quamobrem Paulus litteris in forma Breuis Marchioni, Clero, & Populo Vritano ſcripſit quibus per bella minatur. Quæ de hac controuerſia ſcitu ſunt digna, [illegible] in hunc modum.

Dilectis filijs Nobili viro Marchioni, & Clero, & Populo Vritano.

PAVLVS PAPA III.
Dilecti filij ſalut. & Apoſt. bened.

Exponi nobis nuper fecit venerabilis frater Franciſcus Archiepiſcopus Brũdusinus & Oritanus, quod licet Eccleſia Brundusina Metropolitana exiſtat, & cæteras illius ſuffraganeas, & alias Cathedrales Eccleſias dignitate, & honore præcedat, ac qui pro eo tempore fuerunt Archiepiſcopi Brundusini, ſeu eorum Vicarij in ſpiritualibus Generales, iuriſdictionem Archiepiſcopalem, etiam contra vos in concernentibus forum Eccleſiaſticum quoad vos (fili noſter Marchio & Popule) in dicta ciuitate Brundusina exercere, ac vos &

A ſingulares perſonas ex vobis, coram eis in dicta ciuitate ad iudicium trahere, ac in vos & pro vobis, ac cõtra vos ius dicere, & iuſtitiã miniſtrare conſueuerint. Et felicis recordationis Alexander III. ac Lucius etiam III. Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri (tibi, Clero, & Populo) mandauerint, & præceperint quatenus in prædicta Eccleſia Brundusina Chriſma conficiſ ſicut in [illegible] Apoſtolicis continetur non [illegible] litteris, nec propter id aliquam dictæ Eccleſiæ, vel Archiepiſcopo ſubtraheretis reuerentiam aut honorem. Ac idem Lucius inter cætera ad querelam tunc Archiepiſcopi Brundusini, quod ei
B debita ſubtraheretur obedientia, & honor, & quod ex ſubditis veſtris anteceſſoribus tunc exiſtentibus aliqui vocabantur ab eo, & præſenti eius contemnebant adire. Vos Clere & Popule mandauerit, ac vobis mandauerit quatenus Archiepiſcopo Brundusino debitam obedientiam [illegible] & honorem de cætero ſubtrahere non preſumatis, alioquin ſententiam, quam in vos propter hoc canonicè ferret, authore Deo ratam haberet, & mandaret vſque ad ſatisfactionem congruam obſeruari prout in diuerſis ipſorum Prædeceſſorum deſuper confectis litteris plenius continetur. Nihilominus cùm dictus Franciſcus Archiepiſcopus ſuperioribus diebus ad eandem Eccleſiam Vrita-
C nam animo [illegible] iuriſdictionem ſuam exercendi Archiepiſcopalem ſe contuliſſet, tu fili Marchio, vosque filij Popule ad id per te fili Marchio forſitan concitati, ſub prætextu quod in litteris prouiſionis de perſona Franciſci Archiepiſcopi ad eaſdem Brundusinã & Vritanã Eccleſias factæ, [illegible] Brundusina quàm de Vritana Eccleſiis huiuſmodi mentio fiat; eundem Franciſcum Archiepiſcopum ingreſſu ipſius ciuitatis Vritanæ prohibuiſtis, & niſi alias litteras in quibus prius de Vritana quàm de Brundusina Eccleſiis huiuſmodi mentio fieret, realiter expeditas vobis præſentaret [illegible] admittere [illegible]
D communari [illegible] ab [illegible] obedientiam ſubtraxiſtis eius nunc [illegible] parere recuſando, ac fructuum ſibi ratione menſæ Archiepiſcopalis Brundusinæ & Vritanæ in iſtis partibus debitorum perceptionem & collationem, ac etiam aliorum reddituum, prouentuum, iurium, & ſpecialiter quartæ Canonicæ & [illegible] ſolitorum & conſuetorum [illegible] exactionem impediendo. Et [illegible] contra Paſtorem veſtrum temere [illegible] in [illegible] animarum veſtrarum periculum, ac ipſius Franciſci Archiepiſcopi detrimentum, & grauamen, aliorumque Chriſti fidelium ſcandalum. Quare idem Franciſcus Archiepiſcopus, qui [illegible] hoc ad [illegible] Apoſtolicam [illegible] acceſſit, Nobis humiliter ſupplicari fecit, vt ſibi in præmiſſis oppor-

opportunè prouidere de benignitate Apo- A
ſtolica dignaremur. Nos igitur attenden-
tes Eccleſiam Brunduſinam Metropolita-
nam exiſtere, & eius dignitati & honori
detrahendum non eſſe, & ob præmiſſam
ſemper cauſam exteris illius ſuffraganeis,
& veſtræ Vritanæ illi vnitæ, & alijs ſibi vni-
tis Eccleſijs præponi conſueuiſſe & debere.
Et iudicium præeminentiæ, & dignitatis
ſingularum Eccleſiarum prædictarum ad
vos non pertinere; huiuſmodi ſupplicatio-
nibus inclinati, vos & veſtrorum ſingulos
in virtute ſanctæ obedientiæ monemus, &
in Domino requirimus quatenus infra ſex
dies à præſentatione præſentium vobis fa-
cienda computandos, eundem Franciſcum B
Archiepiſcopum intra ciuitatem Vritanam,
ſi illam ingredi voluerit, reuerenter & cum
debita reuerentia, ac in huiuſmodi actu
conſuetis honoribus ſuſcepiſſe, ac ſibi &
eius Vicario in ſpiritualibus generali, eam
omnem quam eius prædeceſſoribus Ar-
chiepiſcopis Brunduſinis hactenus præſta-
re ſoliti eſtis obedientiam præſtitiſſe, nec
non eorum monitis & mandatis ſalubribus
paruiſſe, ac bonorum ac iurium ad dictam
menſam in iſtis partibus ſpectantium poſ-
ſeſſionem liberam, veram, integram, &
expeditam relaxaſſe, fructuſq; ex eiſdem
bonis & iuribus, nec non cætera prædicta
redditus, prouentus, iura, & quartam cano- C
nicam & ſolita ſubſidia ac prouiſionis de
perſona ipſius Franciſci Archiepiſcopi, vt
præfertur factæ, citra percepta, & ſibi præ-
miſſarum occaſione quomodolibet debita,
& in futurum debenda, & ad eum ſpe-
ctantia eidem Franciſco Archiepiſcopo,
ſeu eius procuratori legitimo eius nomine
conſignaſſe, & eos in futurum ſuper illius
exactione nullatenus impediuiſſe, ac vbi
per eum aut eius Vicarium vocamini co-
ram eo, etiam in ipſa ciuitate Brunduſina,
comparere realiter, & cum effectu debea-
tis. Nos enim quum dignitatem, & ius
prædicti Franciſci Archiepiſcopi, quem in
partem Apoſtolicæ ſollicitudinis euocauit
Altiſſimus negligere nõ debeamus, cogemur D
ſi præſentibus cum effectu non parueritis,
contra vos ſuper præmiſſis prout grauitas
rei exigit, procedere, & procedi mandare.
Volumus autem & mandamus quod præ-
ſentes poſtquam vobis præſentatæ fuerint,
dimiſſa vobis copia, præſentandi per vos
omnino reſtituantur

Datum Romæ vigeſima Maij, milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quinto Anno vndecimo Pontificatus noſtri.

Sedit Franciſcus plus minus annis viginti duobus, defunctuſque eſt ante annum 1564.



55 IOANNES CAROLVS Bouius Andreæ filius, originis Bononienſis, Brunduſij natus, Græcis Latiuiſque litteris excultus, de Græco in latinum tranſtulit Gregorij Niſſeni opera; iam antea Epiſcopus H[illegible]ſtunenſis, in Concilio Tridentino [illegible] ad has Infulas à Pio IV. ſubuectus eſt die 21. Iunij 1564. Fratres Capuccinos in ciuitate recepit, & Minores apud Eccleſiam S. Mariæ de Caſula. Cathedralem, Ædeſque Archiepiſcopales Vriæ, vetuſtate dirutas mirabiliter à fundamentis reſtituit, cuius rei factum marmorea hæc inſcriptio teſtatur.

Io. Carolus B[illegible]uius Bononien.
Archiepiſcopus Vriæ & Brun-
duſij, Eccleſia [illegible]ritana in pri-
ſtinam dignitatem Archiepiſco-
palem renouata, has æd[illegible] vetu-
ſtate collapſ[illegible], aut bello diru-
tas S. P. à fundamentis ſibi,
ſucceſſoribuſque ſuis in vetere
arca antiquitatis conſeruandæ
cauſa reſtituit.

Hoſtuni è viuis exemptus an[illegible]o [illegible] menſe Octobri, Vriam deportat[illegible] tuſque eſt in Cathedrali cum hoc epitaphio.

Ioannem [illegible]arolum Bouium de ſanguine clarum
Virtutis, paupertatis [illegible] literis Patronum.
Brunduſium genuit, nutrit Bononia docta
Hoſtunum rapuit, tumulo nunc Vria condit.

D. O. M.

Io. Carolo Bouio Andreæ filio Bonon.
Morum, pietatis, iuſtitiæ, Doctrinarum, linguarumque
veterum cultori, qui minori Pontificatu
Aſtunei Concilio Orbis terrarum Tridenti
Maiore Pontificatu Vriæ & Brunduſij
Integerrimè geſto, & Vritanæ ciuitate
Ex multorum iniurijs in priſtinam dignitatem
Archiepiſcopalem reſtituta, rebus omnibus
Et vita ſanctiſſimè perfunctus H. S. E.
Vix. an. XLVIII. Menſes X. Di. XV.
Ordo & Populus Vritanus Pontifici
Sanctiſſ. Patronoque ſuo opt. ac benè meren.
Cum ſuis & bonorum omnium lachrymis fecit.

56 BERNARDINVS de Figueora Hiſpanus, nobilis Granatenſis, Nazarenus Archiepiſcopus die 27. Nouemb. 1571. deſignatus Brunduſinus & Vritanus Archiepiſcopus ſucceſſit Bouio. Eo Archipræſule Fratres Minimi in vrbe recipiuntur anno 1578. Cœnobium conditum eſt in ipſa vrbe, ſed muris contiguum, vt Fratres cæli benignitate, quæ ibi ad purum viget, liberiùs perfruerentur, nomen habet B. Virginis Annunciatæ. Sanctimonialium Cœnobium Cappucinarum à fundamentis extruxit, præfuitq; fama integra ann. 14. & mortuus eſt in ſenectute bona. Vacarunt hæ ſedes poſt obitum eiuſdem, annis ſex, quo tempore per Romanum Pontificem diuiſæ sũt Diœceſis Brunduſina & Vritana, vnicuique attributus proprius Antiſtes, ſicque poſt multa ſæcula Vritana Eccleſia à Brunduſina ſoluta eſt vnione. Qui modo ſequuntur Archiepiſcopi, Brunduſini tãtùm titulo sũt inſigniti, hi autem qui Vritani deinceps præfuerunt, ſeorſim infra recenſentur inter ſuffraganeos Tarentinæ Metropolis. De Bernardino lege quæ ſcripſimus in ſerie Nazarenorum Archipræſulum tom. 7.

57 ANDREAS de Ayardi Hiſpanus Cantamber ex Parocho Eccleſiæ S. Crucis Mantuæ Cantrapranæ à Catholico Rege præſentatus euaſit Archiepiſcopus Brunduſinus die 10. Martij 1591. quinque omninò annos præfuit. Obijt collacrymantibus populis, vir probatiſſimæ virtutis, in pauperes liberalis, morum ſanctimoniæ clarus.

58 IOANNES de Pedroſa ex Caſtellæ Regno nobilis Hiſpanus, Monachus Ord. Sancti Benedicti, vir innocentiſſimæ vitæ, doctus, & tanto munere dignus electus eſt Archiepiſcopus die 20. Maij 1597. ſedit plus minuſque annis quinque.

59 Fr. IOANNES Falces à S. Stephano Aragonus è Villa Sanuis Ord. Sancti Hieronymi Eſcurialis Monaſterij alumnus ad hanc dignitatem ſubuectus eſt die 4. Iulij 1605. ſedit ann. 31.

60 FRANCISCVS Surgentius Patritius Neapolitanus Clericus Regularis Theatinus, Archiepiſcopus Brunduſinus creatus eſt Kalen. Martij 1638. nondum ſecundo ab ſuæ inaugurationis anno elapſo, ad Monopolitanam Eccleſiam tranſlatus eſt anno 1640. de quo lubet hic referre, quæ de ipſo ſcripſit Ioſeph Sylos in 2. vol. Annal. Clericorum Regularium. Anno 1614 Romæ in D. Andreæ tẽplo ſolemni ritu vouerat Franciſcus Surgẽtius Patritij Ord. Neapolitanus. Is procurante ſummo iure rem Neapolitanam Duce Alcalen. ita eius gratiam præclaris animi partibus occupauit, vt eo agẽte, honeſtatus Philippi IV. iudicijs egregiè fuerit admotus ad Brunduſinam primùm Eccleſiam, mox ad Monopolitanam. Et Brunduſinam quidem, quæ nonniſi Hiſpanis concedi ſolita, mirum ſanè videri potuit commendatam viro Italo, vt argumento fuerit, deſtinatum peculiari quodam instinctu Numinis ad Eccleſiarum rationem Surgentium. Et verò vtramque eam infulam ſucceſſiuè ita adminiſtrauit, vt & præclara ſuæ vitæ conſuetudine, & modeſtiæ laude, & ſingulari in pauperes charitate, & communis pietatis ſtudio, & tuendi Eccleſiaſtici iuris zelo impleuerit profectò Epiſcopi partes omnes peregregie. Nihil illi potius quàm illibati Eccleſiaſticorum

mores,

A mores, mulctare, emendare ſtrenuè ſi quid vitij faceret diſciplina. In Eccleſiæ cultu planè magnificus. In egenos profuſior. Sui Sacerdotij prouentus, non ſuos, ſed pauperum putabat, quibus præſenti erogatione ita aderat, vt nunquam aliquid congeſtæ pecuniæ domi eſſet, audiebatque Monopoli pauperum Pater; derivare hanc munificentiam & in ſuum Ordinem voluit. Nam præter quam quod excipere noſtros hoſpites perquàm liberaliter, ac retinere diutiùs domi ſolitus erat, fouere etiam pecunia, atque annona quædam ex noſtris domicilijs conſueuerat: ac non ita multò antequam fato concederet, Bituntinis quidem Patribus exornando templo,

B Icones ſuas, quæ non paucæ, nec exigui pretij, Barolitanis verò Bibliothecam, conſignatis publicis tabulis, donauerat. Quæquidem ſucceſſu donationes caruere, inopinato videlicet eius obitu, aliquot dũtaxat libris Barolum tranſlatis. In tuenda verò Eccleſiaſtica libertate acerrimus. Monopoli ne quid acciperet detrimenti res Eccleſiæ, obijcere vim pectoris incomparabilem, luſtrare, implorare Romanam opem, ac fidem, non auro parcere, non iram, virorumque Principum inuidiam pertimiſcere. Commendatus non ſemel Romæ ampliſſimis verbis is eius zelus. Eandem ſanè infractæ indolis conſtantiam, perturbata inteſtinis ſeditionibus re Neapolitana obiecit. Cum alibi tum Monopoli

C acriùs, excuſſa obedientia ſæuit multitudo. Adire Antiſtes ad ſanctionis capita, adhortari, comminari, intrepidè, ſumma fide propugnare Regis partes, planè vt perhonorificum ab regijs adminiſtris encomium tulerit. Sed hæc in loco fuſiùs. Dum ſuas oues tanta cum ſolertiæ, ac munificentiæ laude procurat Præſul optimus, excunte ſuperiore anno 1651. correptus præcipiti quodam morbo breui moritur: quo luctu, ſenſuque ſuæ vrbis, conreſtari is facile poterit qui ciuium in ipſum beneuolentiam, ac ſtudium nouerat. Viſus planè momento ereptus publicus parens, ac commune perfugium, debentque profectò noſtri homines ad memoris animi ſpecimen viro benemerentiſſimo perenni elogio parentare; hæc ille de quo vide tom. prim. in Monopolitanis epiſcopis.

D 61 Fr. DIONYSIVS Odriſcol Hybernus Ordinis minorum de Obſeruantia, præſentatione regia electus eſt Brunduſinus Archiepiſcopus die 16. Febr. 1640. Romæ conſecratus in Eccleſia ſancti Iſidori die 19. Aprilis. Is natus in Auſtrali Momonia Hyberniæ prouincia, Thadæo ex nobiliſſima Odriſcolliorum familia, qui olim in ea regione Dynaſtæ fuerunt, ac portus Caſtri, vulgo Hybernico *von 'd Chaſtun* hodie Comitatus titulo inſignis, aliorumque locorum Domini; matre verò Margarita Charſtera pari nobilitate fœmina. Sed ſub ipſum ortum Dionyſij, Thadæus pater, & Donatus patruus cùm plurima pro Catholica fide, & patriæ libertate contra Angliæ hæreticos glorioſa patraſſet, multaque pro eiuſdem Catholicæ fidei profeſſione paſſi fuiſſent, ſolum tandem cum vxoribus, ac liberis vertere compulſi ſunt, & in Hiſpaniam ſub Catholici Regis præſidium confugere, relictis hæreticorum prædæ accitis ampliſſimis poſſeſſionibus, ne fidem cum caducis rebus commutarent. Conſtitutus in exilium Thadæus, Dionyſium egregiæ indolis filium liberaliter educauit, vſque dum armis, & humanioribus litteris idoneus, inſpirante Deo, Ordinem Minorum de Obſeruantia ingreſſus eſt in prouincia Sancti Iacobi. Hinc emiſſa profeſſione ſacros Ordines ſuſcepit, & in Philoſophicis, ac Theologicis ſtudijs euui fecit profectum apud Salmanticenſes Sancti Franciſci, vt in Onetenſi ciuitate primùm philoſophicis ſtudentium Magiſter, mox ſacræ Theologiæ profeſſor Orieti, ſimulque concionator inſtitutus fuerit, quod munus ſumma cum laude Compoſtellæ, ac in Salamanticen. ſui Ordinis Cœnobijs adimpleuit. Commiſſarius Cruciatæ factus indefeſſo quidem labore, & ſtudio multum profecit. Compoſtellæ & Valliſoleti mox in ſupremo conſilio generalis Inquiſitionis Hiſpaniæ Qualificator adlectus, cum inter hæc celebriora Eccleſiarum pulpita per Caſtellam, Galliciã, Legionem, Aſturiam, ac etiã in Matritenſi Regia egregiè verbũ Dei declamaſſet, ſuique nominis vbique fama relicta, laborum ſuorum intuitu, ac morum ſuauitate, ac eximia nobilitate illuſtris, meruit à Philippo IV. Catholico Rege ad Infulã Brunduſinam promoueri, quem cum probaſſet Vrbanus VIII. Summus Eccleſiæ Pontifex, Romæ in Eccleſia S. Iſidori ſacris perunctus die 19. Aprilis ad Eccleſiã ſuam profectus annis 14 conſultiſſimè præfuit, & vt vixerat, piè mortalitatem expleuit anno 1654. ſepultus in Cathedrali, magno de ſe deſiderio relicto.

62 LAVRENTIVS de Raynos Compluti in Hiſpania honeſtis parentibus ortus, in litteris ſatis eruditus, fauore Philippi IV. Catholici Regis Archiepiſcopus Brunduſinus euaſit anno 1654. vix annum tertium attigerat, cum fato ceſſit.

63 IOANNES de Eſtrada Hiſpanus, ſacræ Theologiæ Doctor, & Canonicus Cadicenſis, electus anno 1659. Romæ conſecratus à M. Antonio Card. Franciotto in Eccleſia ſanctæ Catharinæ Senenſis die 17. Auguſti, dominica infra octauam Aſſumptionis Beatæ Virginis vnà cum Attilio Petraſancta Viglebanenſi, N. Vxentino Epiſcopis, aſſiſtentibus Stephano Quaranta Archiepiſcopo Amalphitano, & N. Magni Cairi Epiſcopo.

HO-

HOSTVNENSES EPISCOPI.



HOSTVNVM mediterranea Salentiuorum prouinciç ciuitas ad orientem exiguo colli impoſita, Regi immediatè ſubiecta, plena populo, ferax eſt olei, & amygdalarum cum venalibus ſyluis; Epiſcopatus titulo inſignita, eius Præſul Brunduſini Archiepiſcopi ſuffraganeus eſt, & antiquus. Cathedralis Baſilica Deiparæ Aſſumptæ ſacra, ſanctorum Blaſij Martyris & Pontificis, & duorum Innocentium reliquijs ornatur. Sunt in ea 44. Canonici, è quibus quatuor dignitate eminent, Archidiaconus, Cantor, Archipreſbyter, & Theſaurarius, è reliquis Canonicis vnus eſt Theologus, alter Pœnitẽtiarius; his accedunt nonnulli Diaconi, & Subdiaconi, qui coniunctim Capitulum conficiunt. In ciuitate præter Cathedralem Parochialis Eccleſia vna, virorum Cœnobia quatuor, Sanctimonialium ſeptum, laicorum Sodalitia plura. Fidelium animæ in ea degentium ad decem millia cenſebantur. Diœceſis anguſta eſt, tantùm quatuor pagis, totidemque Parochijs conſtat; in quibus etiam degunt animæ fidelium circiter decem millia. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus ducatorum Regni 1500. taxatur in libris Apoſtolici fiſci ad flor. 50. Porrò Epiſcopi qui in ea floruerunt, hi pauci à nobis fuerunt obſeruati.



1 DATTVS Epiſcopus Hoſtunenſis interſuit dedicationi Eccleſiæ Caſſinenſis anno 1071. ab Alexandro II. celebratæ, de qua legendum Anonymi Caſſinen. Chronicon. Non fuit Dattus iſte primus huius Eccleſiæ Epiſcopus, ſed primus, cuius memoria ad nos peruenit.

2 N. nomen ignoro, interfuit cum ſuo Metropolitano Brunduſino tranſlationi corporis ſancti Nicolai Peregrini apud Tranum anno 1143. 4. Non. Octobr. de qua egimus in noſtro tom. 7. pag. 1220.

3 MAROLDVS Hoſtunenſis Epiſcopus florebat an. 1185. quo anno ſubſcripſit priuilegium quod Tancredus Ducis Rogerij filius Comes Licij conceſſit Monaſterio ſanctorum Nicolai & Cataldi de Licio, eidemque plura donauit in oppido, & agro Hoſtunenſi, vt proximæ tabulæ teſtantur eiuſdem Cœnobij.

Ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo centeſimo octuageſimo quinto. Regnante Domino noſtro Guillelmo Dei gratia Rege glorioſiſſimo, anno vigeſimo, & Comitatus noſtri anno ſextodecimo, menſe Madij tertiæ Indictionis. Peculiare ſatis eſt, & ſingularis induſtriæ feliciſſimum donum, vt ad ea intentionis noſtræ principium reuocemus, ex quibus ad verã beatitudinẽ ſperare poſſumus glorioſos ſucceſſus. Triplex namque eſt artificium, quod perducit hominem ad eam vnde cecidit claritatem; Fides immarceſcibilis, operis fœcunditas, & confeſſionis in Chriſto. Sed quia inter cætera opera quæ fiunt in orbe terrarum illud eſt, quod tanquam ſydus irradiat, cum quis domum Domino fabricare, fulcire, & reformare proponit, ex qua omniũ bonorum principium credimus emanare. Idcirco nos Tancredus Domini Ducis Rogerij bonæ memoriæ filius, Dei & Regia gratia Comes Licij ad honorem Dei, & virorum illuſtrium ſanctorum Nicolai, atque Cataldi memoriam, Eccleſiam in territorio Licij fabricantes ſub ijs, quæ ad ſuſtentationem ipſius Eccleſiæ pertinent, & ornatum, pro

poſiti noſtri eſt animum reuocare, & ſug- A
gerente nobis Domino Octauiano venerã-
do Abbate, quædam ipſius Eccleſiæ conce-
dere in territorio Hoſtunenſi, ex quibus ho-
norificentiam, & immunitatem neceſſario-
rum poſſit conſequi infuturum. Quapro-
pter ex ſerenitate animi, & munificentia
noſtræ intentionis ex præſentis noſtri pri-
uilegij tenore præbemus auctoritatem ei-
dem Eccleſiæ affidandi aduentitios homi-
nes; non tamen de Comitatu noſtro in ſuo
proprio ſolio. De quibus etiam Curiam,
Iudicem & Notarium habere conceſſimus
ex vniuerſis cauſis præterquam de illis, quæ
in ius publicum, & cenſuram regiam per-
tinere videntur, & vt ab ipſis nihil ſeruitij, B
vel adiutorij exigamus; Et de omnibus re-
bus eorum emptis, vel venditis in tenimen-
to Valerij de Plaeza eidem Eccleſiæ omni-
no reſpondeaut. Damus etiam licentiam
conſtruendi tarpetum pro molendinis ſuis
oliuis, atque ſuorum tamen hominum, &
& non aliorum in ciuitate Hoſtuni. Præ-
bemus equidem in parionis eiuſdem ciui-
tatis quinquaginta arbores oliuarum. &
horticellum cum ciſterna, & aquatium
iuxta eum, qui ex parte morticij ad noſtras
cecidit manus, & eſt iuxta hortum Atinol-
fi, & Iaconi Taneredi. Et quicquid mor-
ticij habemus in terricellis iuxta Eccle-
ſiam. Concedimus in Gualdam in pro-
prietatem dictæ Eccleſiæ caſtellum Paga- C
num cũ ſeptuaginta quinq; modijs circum-
quaque terrarum cum aquario. Illud nam-
que ex huius ſcripti noſtri patrocinio in-
dulgemus, vt eiuſdem Eccleſiæ animalia
propria, tam in paſcuis, quàm in aquis
iacentibus præter locum publicum & ſe-
ueas, quas in alijs locis nos, vel hæredes
noſtri ędificabunt, habeant communionem
abſque vlla moleſtia, & adsfidatione, & vt
poſſit laborare ſine vllo terratico, ſi eiuſdẽ
Eccleſiæ terræ ſufficientes non fuerint, de-
bitumque, exceptis noſtris culturis. Confir-
mamus etiam ipſi Eccleſiæ quicquid Maio-
ra bonæ memoriæ ſancti Stephani Abbatiſ-
ſa pro parte ſui patris, & ſui patrui iuſtè
tenuit, & poſſedit. Hæc igitur quæ ad com- D
modum, & incrementum ipſius Eccleſiæ
ſanctorum Confeſſorum Nicolai atque Ca-
taldi ex præmio liberalitatis veſtræ conceſ-
ſimus ex præſentis priuilegij noſtri tenore
cum robur, & auctoritatem accipiant, &
ab omni vexatione noſtra, noſtrorumque
hæredum, & ſucceſſorum perpetua volu-
mus gaudere liberalitate. Si quis autem
temerariè, quod abſit, hanc noſtræ conceſ-
ſionis, & traditionis chartulam infringere,
vel euacuare tentauerit, oblig. eum . . .
parti Eccleſiæ pœnam regalis vigintiquin-
que, totidemque in publico. Et quod prius
legitur iniuſtè adimplere. Et vt hæc chartula
noſtræ conceſſionis firma, & inconcuſſa
omni tempore maneat; in qua nomen no-
ſtrum noſtris proprijs manibus ſubſcripſi-
mus, & cum ſolito typario bullari feci-
mus: quam iuſſimus ſcribere per manus
Ioannis Buſſolini Curialis notarij menſe,
& indict. præſcriptis.

† *Ego Tancredus Comes Domini Ducis Rogerij beatæ memoriæ filius hoc concedo.*

† *Ego Maroldus Hoſtunenſis Epiſcopus, &c.*

De hoc Cœnobio ſanctorum Nicolai, & Cataldi plura infra leges in Epiſcopis Licienſibus.

4 N. . . . Hoſtunenſis Epiſcopus anno 1195. cum Nicolao Archiepiſcopo Salernitano, alijs Regni Prælatis, & Dynaſtis ab Henrico VI. Imperatore poſt occupatum Siciliæ Regnum, in Germaniam tranſmiſſus, carcerique mancipatus, per aliquot annos in ijs maceratus, tandem Innocentij III. pontificis auctoritate liber abire permiſſus, vt Rocchus Pyrrhus narrat notitia prima Sicilienſium Eccleſiarum pag. 37. huius neque nomen, nec quicquam aliud habetur: quis poſt ipſum ſpatio centum annorum & vltra in hac ſede floruerit, ignoratur.

5 AEGIDIVS electus circa annum Chriſti 1329. de quo in lib. Oblig. Prælat. ſub Ioanne XXII. ad diem 12. Maij, quando ſolitum pennſum ſoluit ſacro Senatui. Obijt 1336.

6 FRANCISCVS de Caballerijs Brunduſinus huius Eccleſiæ Canonicus à Capitulo electus competitorem habuit Franciſcum de Vena Aprutinæ Diœceſis, Clericũ ab vna parte Capituli poſtulatum, cuius electionem cum reprobaſſet Benedictus XII. de plenitudine poteſtatis hunc Brunduſinum confirmauit 9 Kalen. Aprilis 1337. ex Reg. Vatic. an. 2. epiſt. n. 148.

7 PETRVS Calice de Cocona, Epiſcopus Hoſtunenſis tranſlatus eſt ad Raguſinam Eccleſiam ab Vrbano V. die 8. Id. Iunij 1370.

8 HVGO Cicala Ianuenſis, antea Archiepiſcopus Raguſinus in locum Petri factus eſt Hoſtunenſis Epiſcopus eodem anno 1370. ac die ex Reg. Vatic.

***



9 IOANNES de Piccolpaſſis Bononienſis huius Eccleſiæ Epiſcopus obijt in B
patria anno 1383. Iacet in Eccleſia S. Proculi ſub marmorea tabula vbi iacentis Epiſcopi imago cum ſtemmate ſuæ familiæ viſitur & verba inſculpta, quæ nos ipſi exſctipſimus.

✠ Reuerend. in Chriſto Pat. Dom. Ioannes de Picculpaſſis de Bononia Epiſcopus Oſtunenſis ſpiritum Altiſſimo commendauit Anno Domini milleſ. tercent. LXXXIII. menſis Iunij. C

Nicolaus Paſqualinus Alidoſius de viris Illuſtribus Bononienſibus male pro Oſtunenſi, Oſtienſem Epiſcopum ſcripſit, vt alibi enarrauimus.

10 IOANNES alter Epiſcopus Hoſtunenſis, extrema clauſit poſtquam per aliquot annos hanc Eccleſiam rexiſſet, anno 1412.

11 Fr. ANTONIVS Paluzius de Tiano Ord. Minorum ſucceſsit Ioanni Idib. Febr. 1413. ita lib. Prouiſ. Prælat.

12 IOANNES Canonicus Monopolitanus ſucceſſor cogitur 1423. 8. Kalen. Nouemb. ſedit ann. 13. & tranſlatus eſt ad Cephalonenſem Eccleſiam in prouincia Pa- D
tracenſi anno 1437. 5. Kalen. Martij, vacantem per obitum Dominici. Dominicus ſucceſſerat Antonio de Morellis nobili ciui, & Canonico Florentino, ad illam ſedem vocatus an. 1430. in locum Gregorij Veliternenſis ad Signinenſem tranſlati, qui electus fuerat anno 1401. per tranſlationem Ioannis Petri ad Archiepiſcopatum Corinthienſem; hæc ex lib Prouiſ. Prælat. licuit hic breuiter enarrare, cum non deſint qui ſcribant hos Cephaludenſes in Sicilia fuiſſe Præſules; ſed Cephalonenſes reuera fuerunt Antiſtites.

13 NICOLAVS de Arpono Archidiaconus Tarentinus ſucceſsit Ioanni ad Cephalonenſem tranſlato 5. Kal. Martij 1437. obijt anno 1470.

A 14 BARTHOLOMÆVS Antonij Canonicus B. Mariæ de Boiano Valuenſis Diœceſis electus 8. Kal. Octobris 1470.

15 FRANCISCVS Romæ diem clauſit extremum an. 1484.

16 CAROLVS de Gualandis Etruſcus nobili gente Piſis oriundus ex Rectore Eccleſiæ Sancti Lazari de Cerraldo Florentinæ diœceſis ſubrogatus Franciſco die 5. Iulij 1484. ſub Innocentio VIII. fuit Beneuentanæ ciuitatis Gubernator, ann. 1485. cui cômiſit Innocêtius cauſam vertentem inter Laurentium de Montefalcone Canonicum Beneuentanum eius cubicularium, & Archidiaconum, Capitulum, Canonicoſq; de & ſuper Capellania Aſſumptionis B. Mariæ de Pignatara cum facultate terminandi. Vixit in hac dignitate annis plurimis.

17 FRANCISCVS de Rizardis Clericus Auerſanus electus Epiſcopus Hoſtunenſis die 10. Ianuarij 1499. cum diſpenſatione ſuper defectu ætatis cum eſſet annorum 18. & cum retentione ſui officij Secretariatus; hæc Acta Conſiſtor. Alexandri VI.

18 IOANNES ANTONIVS de Rogerijs electus die 11. Maij 1517. obijt 1530.

19 PETRVS Bouius Bononienſis renunciatus eſt Epiſcopus die 21. Octob. 1530. Senio, & multis infirmitatibus côfectus ſibi coadiutorem aſciuit cum ſpe futuræ ſucceſsionis Petrum Bouium ſuum ex fratre nepotem die 10. Nouemb. 1545. deinceps ſeptuagenario maior diem ſuum obijt.

20 IOANNES CAROLVS Bonius Bononienſis ex coadiutore patruo ſucceſſit ſub Paulo IV. Concilio Tridentino interfuit ſedente Pio IV. à quo tranſlatus eſt ad Brundiſinum Archiepiſcopatum an. 1564. de quo ſupra.

21 VINCENTIVS Cornelius Caietanus electus die 20. Octob. 1564.

22 CÆSAR Carafa Neapolitanus exceſsit anno 1603.

23 IOANNES DOMINICVS Hectoris creatus 28 Ian. 1604. fato functus eſt anno 1606.

24 VINCENTIVS Melignes antea Epiſcopus Caſtrenſis ad hanc ſedem tranſlatus die 7. Maij 1606. ſedit plus, minuſque annis 33. obijt 1639.

25 FABIVS Magneſius ſubrogatur die 9. Ianuar. 640.

HYDRVNTINA METROPOLIS.

Cuius ſuffraganei ſunt

Epiſcop. { Aletien. ſeu Liccien. Alexanen. Caſtren. Gallipolitanen. Vxentinen.



A HYDRVNTVM, quę antiquiſſima in regione Sal ntl norũ ciuitas, quõdam nobilis cæli clementia, agri amœni, & fert lis ſedes f it, ad fluuiũ nominis eiuſdem in maris ſuperi, ſiue Adriatici contra Dyrracchium, ſaxoſæ rupi impoſita à promontorio Leu-
B cæ, olim Iapygiæ milliaribus quatuor, Brundoſio in ortu L.M.P. abeſt ab Aletro, dimidio interuallo diſſita, à Neapoli in eandem plagam CC.L.M. recedens ab Apollonia vrbe Epirotica, ſeu ab Acroceraunis M.L. tanta eſt maris Adriatici anguſtia, & Græcia tantùm ab Italia diſtat. Eius origo adeo antiqua eſt, vt eiuſdem lateat præ vetuſtate ſincerum exordium. Non deſunt tamen qui libentius fabulentur, dum Hydrũti fundationem in Minoem Cretenſium Regem reijciant ante Chriſtum natum
C M. CCL. an. Hydruntum à Strabone, à Pomponio Mela Hydrus, à Procopio lib. 1. Gotthorum Hydruus, à Tolomeo Hydra. Hydruntium à Plinio, & Caſſiodoro lib. 1. variarum Hydron vocatur. *Eoa*, inquit, *Tyrus eſt Hydron Italica, non nomine, ſed hiſtoria, ob purpuræ nempe vtrobique piſcaturam*. Eius etiam meminere Liuius, Appianus, Lucanus, Itineraria, alijque antiqui ſcriptores, ex recentioribus Leander, & Cluuerius in deſcript. Italiæ. Caput regionis nunc eſt, cui nomen à ſe præbet Terræ Hydruntinæ. præter portum ſatis capacem, Aquilone flante non ſatis tutum, arcem habet in ſaxo, quod mari imminet tutiſſimam, opus Alphonſi Regis. Ab Turcis ex Aulone Macedoniæ oppido, Duce Achomato profectis direpta eſt anno MCCCCXXC. ſexto Idus ſextilis, ciuibus omnibus conſtanti animo contendentibus vitam temporalem pro nomine Chriſti ad internecionem cæſis in valle propinqua, quæ Martyrum vocatur, pueris ac mulieribus in acerbiſſimam addictis ſeruitutem. Recepta iterum à Turcis ab Alphonſo Rege, paulatim refici, nouiſque Colonis, qui ex diuerſis locis eò commigrarãt, frequentari cœpit. Chriſti ſacris initiata eſt, ſicut & cæteræ finitimæ huius prouinciæ vrbes à Petri Principis Apoſtolorum alumnis, ac decorata primum Epiſcopali dignitate. Metropolis inde conſtituta ſub Patriarcha Conſtantinopolitano, dein ab eo auulſa, faſces Romani Pontificis adorauit, ac proprios accepit Epiſcopos ſuffraganeos, Aletienſem ſcilicet, Alexanenſem, qui & Leucadienſis eſt, Caſtrenſem, Gallipolitanum, & Vxentinum. Primaria autem Eccleſia Metropolitana Deiparæ Virgini Annunciatæ dicata eſt, nobilis, atque amplæ ſtructuræ cum pauimento emblemate anniculato, ac theſſerulis ex lapide

pide compoſitis ornata, Guillelmi Regis pietate anno 1163. Ionatha Archiepiſcopo ſedente. Hic eſt venerabile Sacellum, in quo Stephani Archiepiſcopi & octingentorum ciuium Hydruntinorum Martyrum ferè corpora requieſcunt, quæ quatuordecim menſes extra ciuitatem inſepulta iacuerant, partim ferè recondita, partim iuſſu clementiſſimi Regis Ferdinandi Aragonei Neapolim vecta in Eccleſia S. Catharinæ ad Formellum venerabiliter requieſcit: ibi in ſacello Roſarij inſcriptio hæc commemorat.

✠. ✠. In hoc Sanctiſsimi Roſarij ſacello die 24. Maij 1574. erecto condita ſunt ducentum quadraginta capita cum ſuis oſsibus, & reliquijs illorum Beatorum Martyrum, qui in ciuitate Hydrunto pro fide Chriſti trucidati ſunt, quorum nomina ſoli Deo nota, ſcripta ſunt in libro vitæ.

Hos Sereniſsimus Rex Alphonſus II. Calabriæ Dux in duabus magnis capſis tranſtulit Neapolim, & in Cappella à ſe conſtructa ſub nomine S. M. Martyrum, in Eccleſia modò S. Catharinæ ad Formellum, repoſuit.

Et quoniam præfatæ capſæ ob temporis vetuſtatem à tineis corroſæ, & pene conſumptæ erant, venerab. P. F. Paulus Ronadus tunc Sacriſta maior, & F. Ioannes Baptiſta de Bononia conuerſus, de licentia Subprioris Fr. Cornelij de Caluiſano, cæterorumque Patrum in rei memoriam, dictas Reliquias ſanctas ex capſis extractas reuerenter, & debito cum honore in hoc Altari ab omnibus venerandas poſuerunt die 29. ſupradicti menſis, & anni.

Sacris in hac venerabili Baſilica miniſtrabant Canonici 24. è quibus vnus di-
A gnitate eminebat Archidiaconus, idem & Cantor, qui primam poſt pontificalem ſedem habet; Officiales quinque, nempe Decanus, Cappellanus maior, Theſaurarius, Primicerius, & Pœnitentiarius, nec non aliquot Cappellani titulares, atque alij Clerici. In ciuitate præter Metropolitanam, in qua curam animarum ferè 3000. Capellanus maior, duobus adiuuantibus Canonicis exercet, Parochialis Eccleſia, quod ſciam, nulla eſt; ſed tres Græcorum erant Eccleſiæ, in quibus Græci Sacerdotes, & Miniſtri, Græco more ſacra faciebant. Virorũ Cœnobia in ciuitate, & ſuburbijs perplura. Diœceſis oppida & caſtra
B 40. complectitur, in quibus Parochiales eccleſiæ totidem ſimplicia beneficia numero 327. Abbatiæ commendatæ quinque; quarum ditiſſima Sancti Nicolai de Caſula Ordinis ſancti Baſilij, clara quondam viris doctis, & religioſis. Virorum Cœnobia per totam Diœceſim fermè 15. Xenodochia 4. Animæ fidelium illam incolentium 30000. Parochi oppidorum 40. quæ in hac Diœceſi cenſentur. Ex vetuſtiſſima conſuetudine die Annunciationis Dei Genitricis ſacro, cum reliquo Clero ſub triumphali Crucis vexillo ad Metropolitanam Baſilicam quotannis ſolemniter accedunt, & ſuo Paſtori reuerentiam, & obedientiam præſtant. Oppida & caſtra Diœceſis præci-
C pua ſunt S. Petri Galatini nobile oppidum cum quatuor Cœnobijs Regularium, & opulento Xenedochio, Conolanum, Melpignanum, Cutrafianum, Curſium, Murrum, Sternatia, Marſanum, caſtra Scoranum, Balneolum, Mallice. Suffraganei Epiſcopi bis in anno ante Concilium Tridentinum Metropolitanam Eccleſiam viſitabãt, quod nunc obſeruant duodecim Abbates. Archipræſuli debentur ex antiqua conſuetudine, equus, ſigillum, enſis, calcaria, & capellum Epiſcoporum ſuffraganeorum, vel vtilium dominorum decedentium. Annuus cenſus Archiepiſcopalis menſæ ducatorum Regni 3500. qui colliguntur ex pagis, & feudis huic Eccleſiæ in patrimo-
D nium attributis. Taxatur in lib. Cameræ Apoſt. ad flor. 400. Porrò Epiſcoporum, Archiepiſcoporũq; Hydruntinorum nomina adeò pauca, & ieiuna nobis contingit reperire, quod illorum acta, veteraque huius Eccleſiæ monumenta igne voraſſet immaniſſima Turcarum impietas.

Eorum autem quæ nobis commodè occurrerunt, catalogum digeſſimus ſequentem.

✠

BENE-



1 BENEDICTVS Epiſcopus Hydruntinus cum Symmacho Epiſcopo, ſanctum Paulinum Epiſcopum Nolanū in extremis B
agentem præſens conſolatus eſt ann. 431. vt Baronius ſcribit ad hunc annum ex vita eiuſdem Paulini.

2 PETRVS Epiſcopus Hydruntinus ſub Magno Gregorio floruit anno ſal. 596. cui eodem anno ſcripſit Gregorius, commiſitque viſitationem Brunduſinæ, & Gallipolitanæ Eccleſiarum epiſt. 21. Indict. 14. lib. 5.

3 SABINVM Epiſcopum Hydruntinum commendat idem Magnus Gregorius Occiliano Tribuno Hydruntino epiſt. 104. Ind. 2. lib. 7. erat Chriſti ann. 599.

4 PETRVS II. ſucceſſor Sabini ſub eodem Gregorio vixit anno 601. ad quem C
extat eiuſdem Pontificis de reliquijs ſancti Leontij ep. 73. Ind. 4. lib. 9. Neſcio an hic Petrus fuerit, qui ex auctoritate Phocæ Imper. à Polienctio Patriarcha Conſtantinopolitano honorem Archiepiſcopatus accepit, & poteſtatem conſecrandi Epiſcopos, vt Paulus Diaconus refert. Hic Conſtantinopolitani Patriarchæ conatus incidit inter annum ſal. 602. & 610. Phoca imperante.

5 ANDREAS ſubſcriptus reperitur in Concilio Laterano à Martino I. celebrato anno 649. à centum & quinque Epiſcopis, in quo Typo Conſtantis Imper. proſcripto, Monotelitarum hæreſim, eiuſque promotores Cyrum Alexandrinum, Sergium, D
Paulum, & Pyrrhum Conſtantinopolit. condemnarunt.

6 IOANNES in Concilio Conſtantinopolitano ſub Agathone Papa, ann. 680. Poſt hunc fermè per annos trecentos deſiderantur Hydruntini Epiſcopi.

7 N. . . nomen non exprimitur in Chronic. Oſtienſis lib. 2. cap. 29. Huic anno 1022. apparuit in viſione S. Benedictus. *Vade*, inquit, *dic Abbati* (nempè Caſſinenſi) *vt nullatenus hac vice mare pertentet, quoniam ſi feceris, ſine dubio peribit, & ille quidem huiuſmodi viſioni minimè fidem accommodans, audacter mare ingreſſus eſt; ſed vt vera probibentis, tunc charitas probaretur, occulta Dei diſpenſatione, atque iudicio, cum* A
omnibus ſocijs in mari naufragium paſſus, atque demerſus eſt. Abbas Henricum Imper. timens ad Conſtantinopolitanum Cæſarem properabat. Hæc ille.



8 HVGO Primus eſt, qui Archiepiſcopali dignitate ornatus reperitur ita ſe ſubſcripſit anno 1068. in Conuentu Epiſcoporum, & Abbatum Salerni conuocato ab Alexandro II. ad fauorem Salernitanæ Eccleſiæ. *Ego Hugo Hydruntinus Archiepiſcopus me adfuiſſe teſtificans ſubſcripſi.* Interfuit conſecrationi eccleſiæ Caſſinenſis ab eodem Alexandro celebratæ anno 1071. apud Anonymum Caſſinenſem, vbi epiſcopus Hydruntinus recenſetur

9 GVILLELMVS vixit anno 1088 quo Vrbano II. Cathedralem Hydruntinam conſecrauit. Memoratur eodem anno in donatione Rogerij Ducis Apuliæ ad fauorem Monaſterij Sanctiſſimæ Trinitatis de Venuſio, in qua teſtis fuit cum Vrſo Barenſi, & A. Tarentino Archiepiſcopis: diploma eſt in tabulario eiuſdem Cœnobij.

10 N. . . , ejus nomen ignoramus, Interfuit Synodo Vaſtallenſi ſub Paſchale II. anno 1106. de quo Pandulphus Piſanus in vita eiuſdem Pontificis, ex quo Baronius.

11 PETRVS Archiepiſcopus Hydruntinus præſens fuit vnà cum Gualterio Barenſi, & Baigelardo Brunduſino Archiepiſcopis, priuilegio, quod conceſſit Boemundus Princeps Antiochenus, & Tarenti Dominus Nilo Abbati S. Anaſtaſij de Carbono Ord. ſancti Baſilij, vt infra in Tarentinis Archiepiſcopis videre licet. Idem Petrus memoratur in tranſlatione Sancti Leucij.

12 HIERONYMVS huius ſedis Archiepiſcopus eccleſiam ſanctæ Mariæ de Mazarino in Sicilia rogatu Simeonis Comitis, & Siracuſanæ eccleſiæ conſecrauit, vt idem teſtatur in diplomate eiuſdem Comitis ſcripto anno 1154. in hæc verba: *Ego Hieronymus Epiſcopus Hydruntinus, qui hanc Eccleſiam Deo auctore, rogatu Siracuſanæ Eccleſiæ, Dominique Manfredi conſecraui,*

eraui, &c. Quia bonum opus eſſe video, approbo, & manus mea ſcripto confirmo. Integrum diploma affert Rocchus pyrrhus notitia ſecunda eccleſiæ Siracuſanæ,

13 IONATHAS, cuius meminit vetus monumentum anno 1163. Interfuit Concilio Laterano ſub Alexandro III. anno 1179.

14 TANCREDVS de Anibaldis Licienſis huius eccleſiæ ſollicitus Archiepiſcopus ampliſſimum priuilegium & confirmationem obtinuit à Federico II. Imp. omnium priuilegiorum, quæ olim eccleſiæ Hydruntinæ aſſeruerãt Dux Dragonus Roberti Guiſcardi filius, Boemundus I. & II. Duces, Conſtantia Regina, Boemundi I. vxor, Rogerius de pomeria, Rogerus, & Guillelmus Reges, Conſtantia Imper. alijque principes liberaliter conceſſerant. Datum Norimbergæ die 9. Iunij 1219. Diploma Federici ſeruatur in Regio Regeſt. Neapolit. vt Petrus Vincentius in Theatro Illuſtrium prothonotariorum Regni ſcribit.

15 IOCVNDVS Palatinus Licienſis aliquando huius eccleſiæ Archipræſul fuit, annus ignoratur, ante ſequentem Matthæum vixiſſe ferunt.

16 M. MATTHÆVS de Palma electus Hydruntinus ex Capellano epiſcopi Oſtiẽſis, commendatur ab Innocentio IV. Capitulo Hydruntino ann. 1253. die 5. Non. Maij, anno pontif. 10. epiſt. eſt num. 680. fol. 280. Regeſt. Vatic. Idem Matthæus adhuc electus commendatur ſuffraganeis epiſcopis eccleſiæ Hydruntinæ ab eodem pontifice anno pontif. ſui 12. die 8 Nouemb. epiſt. in eodem Regeſt. 259. fol. 180. ſedit ann. 29. Eoque ſedente Alexander IV. ſcribit populo ciuitatis Hydruntinæ, laudatque eorum fidelitatem erga Romanam eccleſiam, eidemque confirmat donationem factam ab Apoſtolicæ Sedis Legato. Epiſtola incipit. *Quia veſtra.* Datum Anagniæ Non. Septembris an. 1. ex Regeſt. Vatic. num. 392. fol. 200. Interfuit Matthæus coronationi Manfredi Tarentini principis, ob id cum diris innodatus eſſet, pœnitens abſolutionem petijt à Gregorio X. à quo abſolutus eſt ann. 1274. exceſſit verò anno 1282.

17 TANCREDVS epiſcopus Neocaſtrenſis vnanimi conſenſu Capituli poſtulatus eſt Archiepiſcopus, pro cuius confirmatione Martinus IV. ſcripſit Gerardo epiſcopo Card. Sabinenſi Apoſtolicæ Sedis Legato, ſi illum idoneum tanto muneri reperiat, in ea dignitate confirmet. Datum 9. Kalen. Decemb. anno pontiſ. 2. ſal. 1282. epiſt. eſt nu. 34. ſol. 110. Reg. Vatic. ſed cum à Card. Legato minus habẽs inuentus fuiſſet, in priori eccleſia ſua Neocaſtrenſi iuſſus eſt remanere.

18 IACOBVS vir legalis ſcientiæ, & morum probitate clarus ab Gerardo Card. Sabinenſi Martini IV. vtriuſque Siciliæ Legato ex poteſtate ſibi tradita ab eodem pontifice eligitur Hydruntinus Archiepiſcopus in locum demortui Matthæi, confirmationem accepit à Martino, anno ſalutis 1283. pontif. 3. Datum Vrbeueteri 14. Kal. Septembris, vt in epiſt. nu. 60. fol. 137. Regeſt. Vatic. Hic Caroli II. Regis Conſiliarius fuit & charus anno 1303. à quo confirmationem priuilegiorum ſuæ eccleſiæ antea hoc eſt 1219. Tancredo anteceſſori conceſſam recepit anno 1306. inſcribitur priuilegium in Regio Regeſt. Neap. fol. 19. Præfuit eximia ſui nominis fama ann. 27. exceſſit verò ann. 1310.

19 THOMAS ex Archidiacono Hydruntino fit Archiepiſcopus per obitum Iacobi, electus à Capitulo, confirmatur à Clemente V. die 17. Kalend. Iunij, pontif. 5. anno ſal. 1310. vt in Regeſt. Vatic. ep. 179. fol. 47. cuius ſæpe mentio in Regio Regeſt. Neapol. erat enim & ipſe, vti anteceſſor, Regis conſiliarius, & familiaris, deceſſit ſub Ioanne XXII. ann. 1320.

20 LVCAS Ord. Præd. alumnus, iam antea epiſcopus Caſtrenſis, demortuo Thoma, ad hanc Hydruntinam ſedem, cuius erat ſuffraganeus, tranſlatus eſt ab Ioãne XXII. 3. Id. Febr. anno 1321. pontif. 5. ex Regeſt. Vatic. Fato functus eſt ann. 1329.



21 VRSVS Minutulus Neapolitanus, clarus parentibus, virtute clarior, ex Canonico Neapolitanæ eccleſiæ deligitur Archiepiſcopus Hydruntinus defuncto Luca anno 1329. 15. Feb. ex epiſt. Ioannis XXII. Regeſt. Vatic. nu. 448. pontiſ. 13. ab eodem tranſlatus eſt ad eccleſiam Salernitanam anno 1330. 2. Iulij, de quo vide tom. 7. noſtrum in Salernitanis Archiepiſcopis.

22 IOANNES ſucceſsit Vrſo an. 1330. 26. Aprilis, ſedit vſque ad annum 1345. quo vale dixit huic mortali ſæculo, ex eodem Vatic. Regeſt.

23 RAYNALDVM Archidiaconum Sta-

ſtadienſem in eccleſia Catalaunenſi, Clemens VI. euexit ad hanc ſedem 2. Id. Decemb anno 1345. ſui pontiſ. 4. Extat de hac re epiſtola eiuſdem in Regeſt. Vatic. nu. 47. Sedit plus minuſue ann. 6. & ab eodem pontifice tranſlatus eſt ad Patracenſem eccleſiam per obitum Nicolai vacuam 2. Non. Ianuarij an. 9. pontif. Chriſti verò 1351.

24 PHILIPPVS de Lanzano, olim ex Canonico Rheginenſi ab Clemente VI. creatus epiſcopus Coronenſis in Patracenſi prouincia per tranſlationem Ioannis ad Piſanam eccleſiam aon. 1348. 6. Id. Iulij, dein anno 1351. ab eodem Clemente factus eſt archiepiſcopus Hydruntinus, cui ſucceſſit in Coronenſi eccleſia 13. Kalend. Iunij eiuſdem ann. 1351. Fr. Ioannes Ord. Minorum ex Vatic. Regeſt. ann. 10. exceſſit an. 1363. Corrigenda ſeries noſtra Compſanentium archipræſulum.

25 IACOBVS olim Iſclanus epiſcopus, tunc Marturanenſis in Calabria per obitum Philippi euehitur ad hanc ſedem Hydruotinam anno 1363. 15. Kal. Ianuarij ab Vrbano V. pontif. ſui 2.



26 IACOBVS de Itro, an hic idem ſit cum ſuperiore, incompertum eſt, Archiepiſcopus Hydruntinus, tunc adminiſtrator & patriarcha Conſtantinopolitanus olim inſtitutus à Gregorio XI. anno 6. pōtif. 15. Kalen. Febr. cum eſſet Clementis VII. Pſeudopontificis aſſecla 17. Ianuarij ann. 1378 ab eod. creatus eſt presb. Card. tit. S. Priſcæ, & Legatus Neapolim ad Reginam Ioannam, cum Carolus III. de Dyrrachio Regno armis potiretur, à qua, Regno, & Regni proceribus ſummo cum honore ſuſceptus; poſt ab eodem Carolo tunc cum Reginam Ioannam in deditionem accepit, cum Leonardo Cardinale Geofonenſi in arce noua Neapoli captus, qui pridie Non. Septembris anno 1381. Neapoli in eccleſia ſanctæ Claræ coram Rege, & Gentili de Sangro Cardinale Legato Vrbani VI. & omni Regni nobilitate, Vrbanum papam legitimum profeſſi ſunt, Clemente VII. ciurato, Cardinalibus inſignibus igne combuſtis; inde ab eodem Legato Beneuentum, mox in Aprutium, deinde Auerſam cum aliquot alijs prælatis vi adducti ſunt, demum ab eodem Legato dimiſſi, Aueoionem accedentes, in ſuum Collegium ſunt reſtituti. Obijt Auenione 30. Martij 1393. Cæterùm Clemens Antipapa poſt aſſumptionem Iacobi ad Cardinalatum Fr. Guillelmum Ord. Minorum epiſcopum Vrbini, Patriarcham creauit Conſtantinopolitanum, eidemque eccleſiam hanc Hydruntinam commendauit die 18. Febr. 1379. Quamobrem Vrbanus VI. Guillelmum zelo religionis ictum omni honore ſpoliauit cum alijs pluribus epiſcopis & Cardinalibus, vt alibi diximus.

27 TIRELLVS, vel Tinellus, legitimè ab Vrbano VI. electus eſt Archiepiſcopus in locum priuati Iacobi, cuius meminit lib. prouiſ. prælat. Bonifacij IX.

28 PETRVS ſucceſſit Tirello ab eodem Vrbano delectus, cuius extat mentio in Regeſt. eiuſdem pontificis 1384. & 1388. eoque euoluto anno ab eodem tranſlatus ad Tarentinam eccleſiam.

29 IOANNES olim archiepiſcopus Sipontinus cum in ſuſpicionem Vrbani VI. veniſſet, ab eodem adminiſtratione, & regimine eccleſiæ Sipontinæ priuatus, cuius deinde fortunæ commiſeratus Bonifacius IX. illum archiepiſcopatu Hydruotino exornauit 9 Kalen. Febr. anno 1390. in quo vitam liquit an. 1395. Hoc eodem ſedente Ioanne inuenio in lib. Oblig. prælator. Benedicti XII. Antipapæ quendam Ricciardum in hac Hydruntina eccleſia intruſum, qui die 12. Iulij ſolitum ſubſidium promiſit; ſed iſte intruſus, & illegitimus Antiſtes expungendus eſt ab hac ſerie.

30 PHILIPPVS ſucceſſit Ioanni ad hanc ſedem euectus à Bonifacio IX. 16. Aprilis ann. 1495. obijt circa annum Domini 1417. ex lib. prouiſ. prælat. eiuſdem pontificis. Noſter eruditus Iſidorus Vgurgerius refert in tit. 5. de viris illuſt. Senenſibus ex Idilio cuiuſdam Seruitæ ſub Bonifacio IX. Hydruntinos archiepiſcopos fuiſſe fratres Cornelium Landum, & poſt ipſum, Camillum Marſilium Senenſes Seruitini Ordinis alumnos; crediderim Seruitam ſomniaſſe, cùm in lib. prouiſionum & ſolut. prælatorum Bonifacij hi non recenſeantur.

***



31 ARAGONIVS ex Marchionibus Maleſpinis Ligur, Brunduſinus, & Vritanus Archiepiſcopus, ad hanc Hydruntinam ſedem tranſlatus à Martino V. anno 1418. à Natiuitate Domini: extat eius tranſlatio in litteris eiuſdem Pontificis, Dat. Conſtantiæ 5. Kal. Martij ann. 1. pontif. in libr. Prouiſ. Prælat. fol. 167. ſed paucis menſibus ſedit Aragonius.

32 ANTONIVS à Ponte nobilis Venetus, olim Epiſcopus Sibincenſis, mox Concordienſis, ad Patriarchatum Aquileienſem tranſlatus à Gregorio XII. ſed irrita eiuſmodi tranſlatione declarata ab Ioanne XXIII. ad priorē Concordienſem rediit, è qua à Martino V. eodem an. 1418. ab Incarnatione Kalen. Aprilis factus eſt Archiepiſcopus Hydruntinus, vbi deceſſit anno 1424. De quo vide tom. 5. noſtrum in ſerie Concordienſium Epiſcoporum n. 32.



33 NICOLAVS Paganus nobilis Neapolitanus, & Archiepiſcopus Barenſis ad hanc Hydruntinam Inſulam tranſlatus eſt anno 1424. die 21. Decembris. Præfuit eximia laude prudentiæ ad annum vſque 1451. quo fato functus eſt, de quo vide Catalogum noſtrum Barenſium Archipræſulum tom. 7.

34 STEPHANVS Pendinellus Brunduſinus patria, dignitate Epiſcopus Neritonenſis à Nicolao V. declaratur Archiepiſcopus Hydruntinus poſt mortem Pagani 16. Kalen. Iulij anno 1451. Is cum laudabili virtute, & ſanctè præfuiſſet plus minuſue ann. 30. cum vrbs anno 1480. in Turcarum poteſtatem deueniſſet, in ſua Metropolitana, ſacris indutus, & ſacram Euchariſtiam ciuibus miniſtraret, eoſdemque ad fidem Chriſti ſeruandam exhortaretur, pro Chriſto, pro patria vitam poſuit, immaniſſimè trucidatus: cuius deinde oſſa in ſacello Martyrum humata ſunt. De captione Hydrunti à Turcis ſcribit Leander, aliique, ac nouiſſimè diffusè Odericus Raynaldus tom. 19 Annal. Eccleſ. vbi plura ſcitu digniſſima refert.

35 Fr. STEPHANVS de Squillario Ordinis Minorum, doctrina, & concionibus celeberrimus dignus inuentus eſt à Sixto IV. qui Stephano Chriſti Martyri ſuccederet 13. Kalen. Decembris 1480. Quanto tempore vixerit Stephanus in hac ſede, vel quo anno, & die obierit, incertum, ni fortaſſe ſit ille Archiepiſcopus Hydruntinus, qui exceſſit anno 1514. ſed ſine nomine recenſetur in Actis Conſiſtorialibus.



36 FABRITIVS de Capua Neapolitanus, filius Franciſci Comitis Altæuillæ & Eliſabeth de Comitibus, antiquæ nobilitatis, & morum candore vir illuſtris, Hydruntinus adlectus eſt Archiepiſcopus die 29. Martij 1514. Præfuit ann. 12. vltroque munere ſe abdicauit anno 1526. Cuius fortaſſis intuitu, Clemens VII. Pontifex, ſequens Hydruntino Clero, & ciuibus indulſit diploma.

CLEMENS EPISCOPVS
Seruus ſeruorum Dei.

Ad Apoſtolicæ dignitatis apicem ſuperna diſpoſitione vocati ex incumbēti nobis ſollicitudinis officio vices temporum & qualitates locorum ſolerti conſide-

F ratione

rationē penſantes, & ad Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum, ac ſæcularium perſonarum ſtatum, dante Domino proſperandum vigilantes, cum intendentes illa opportunæ prouiſionis auxilia libenter impēdimus, per quæ Eccleſiæ, & perſonæ ipſæ ab incommodis ſubleuatæ proſperos amplectantur progreſſus, ac diuinus cultus propagetur, & quæ pro huiuſmodi perſonis proceſſerunt, perpetua ſtabilitate ponantur. Sanè pro parte dilectorum filiorum Communitatis ciuitatis Hydrunti nobis, nuper exhibita petitio continebat, quod retroactis temporibus ciuitas Hydrunti, quæ in extremis Italiæ partibus & frontiſpicio, ac faucibus Turcarum conſiſtit ab eiſdem Turcis hoſtiliter, cum magna ciuiū eiuſdem occiſione, & plurium in duram ſeruitutem ad partes eorundē Turcarum adductione, ac calamitoſa bonorū deſtructione capta, & euerſa, ac certo tempore occupata, & in huiuſmodi euerſione, & occupatione Eccleſiæ deuaſtatæ, & ornamenta eccleſiaſtica, ac tam ipſarum Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum, quàm ciuium & aliarum particularium ſæcularium perſonarum ſcripturæ publicæ, & priuatæ deperdita, ac fructus, redditus, & prouentus beneficiorum Eccleſiaſticorum ipſius ciuitatis plurimùm & propè in totum diminuti, ac poſt eiuſdem ciuitatis, concedente Domino, recuperationē, pro illa, vt fortior redderetur, reſtringenda, deſtructo eius burgo, domus, & poſſeſſiones dirutæ, & deuaſtatæ, & tam Clerici, quàm ciues ipſius ciuitatis pauperes effecti fuerint, & licet poſt recuperationem huiuſmodi iam per quadraginta quatuor annos, vel circa, Reges, & Principes ſæculares Regni Siciliæ diuerſas immunitates, & cōmoditates ciuitati, & ciuibus præfatis conceſſerint, & præſtiterint, ac eos ab omnibus functionibus, fiſcalibus, ordinarijs, & extraordinarijs exemerint, & exemptos conſeruauerint. Nec nō omnia illius officia ſæcularia ſolis ciuib' eiuſdem ciuitatis conceſſerint, & concedant; nihilominus ciuitas ipſa nondum pro medietate reſtaurata exiſtit, ſed ciues adhuc in paupertate adeo ſunt, quod Clerici præfati opere manuali viuere cogūtur; cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, in Eccleſia Hydruntinenſi ſint duodecim integræ, quarum quælibet octo, & ſex dimidiæ præbendæ, quarum ſingularum quatuor tumulorum frumenti menſuræ Neapolitanæ fructus, redditus, & prouentus exiſtunt, & Archiepiſcopi Hydruntinenſis Eccleſiæ pro tempore exiſtentes, illas Canonicis, & Clericis Capitularibus ipſius eccleſiæ annuatim ſoluere conſueuerint, prout bonæ memoriæ Stephanus Primus poſt recuperationem prædictam, Archiepiſcopus Hydruntinus, qui, cum ſcripturæ, vt præfertur deperditæ fuerint,

A facta deſuper à Clero, & Senioribus dictæ ciuitatis, & alijs, diligenti inquiſitione, prædeceſſores ſuos Archiepiſcopos Hydruntinos, præbendas, ſeu fructus præbendarum huiuſmodi Canonicis, & Clericis prædictis ſoluiſſe publico inſtrumento manu Notarij ſubſcripto publici, declarauit, quandiù dictæ ecclesiæ Hydrūtinæ præfuerit, & qui ex tunc fuerint Archiepiſcopi Hydruntini, illas eiſdem Canonicis, & Clericis ſoluerint, & ſimiliter ciues præfatæ Eccleſiæ, & in diſtrictu præfatæ ciuitatis exiſtentibus, & perſonis eccleſiaſticis dictæ ciuitatis, pro nonnullis eorum poſſeſſionibus eis pro ſe eorumque hæredibus, & ſucceſſoribus conceſſis, &

B per eos melioratis certum cenſum, ſeu canonem annuum rependant, & ex diligēti inquiſitione compertum fuerit, quod ante euerſionem dictæ ciuitatis eundem cenſum, ſeu canonem ſoluebant, & hoc tempore recuperationis prædictę ita ſoluerunt, & ſoluunt, ac de conſtitutione huiuſmodi cenſuum, & illorum ſolutione aliter, quàm per apochas de receptis ipſorum Clericorum, & miniſtratorum ipſius Archiepiſcopi, & eccleſiæ Abbatiæ nuncupatæ S. Nicolai diſtrictus dictæ ciuitatis doceri non poteſt, expediatque vt non ſolum dicta ciuitas, tanquam obſtaculum, & expugnaculum Turcarum reſtauretur, conſeruetur,

C & manuteneatur; ſed etiam vt glorioſum nomen Altiſſimi cuius auxilio ciuitas ipſa ab eiſdem Turcis continuo affectu præſeruatur, in ea exaltetur, ipſiuſque nominis cultus augeatur, cum periculoſum eſſet propter viciniatem Turcarum, ſi cultus huiuſmodi intermitteretur, ne populi deuotio tepeſcere inciperet, ac ecclesia Hydruntina ruinam minetur, ornamentiſque cultui prædicto neceſſarijs indigere noſcatur, & in ea diuina officia, vt decet, celebrari non poſſint. Verū ſi tertia pars fructuum, reddituum, & prouentuum menſæ Archiepiſcopalis Hydruntinæ, & ſimiliter tertia pars fructuum dictæ Eccleſiæ ſancti Nicolai, quæ maximæ deuotionis eſt, diru-

D ta, ac ſtalla brutorum effecta exiſtit, in reparationem, & fulcimentum ipſarum Eccleſiarum conuerterentur, ac beneficia ipſius ciuitatis, illius oriundis tantummodo conſerantur, ipſique Clerici à decimis de cætero imponendis eximerentur, profectò dicta Eccleſia Hydruntina ad diuini nominis gloriam faciliùs repararetur, & diuina in ea decentiùs celebrarentur, ac cultus diuinus in dicta ciuitate augeretur, & ciues præfati circa illius augumentum attentiores redderentur, ac Clericorū prædictorum, vt diuinis officijs liberiùs vacare poſſent ſubuentioni opportunè cōſuleretur. Quare pro parte præfatorum Communitatis nobis fuit humiliter ſupplicatum pro tempore exiſtētibus Canonicis, & Clericis,

vt

vt conſuetudini ſolnendi per Archiepiſco-
pum pro tempore exiſtentem Canonicis,&
Clericis præſatis præbendas prædictas , ac
præſtandi per ciues præfatos eiſdem Cleri-
cis , & perſonis cenſum huiuſmodi pro il-
lius ſnbſiſtentia firmiori robur Apoſtolicæ
confirmationis adijcere , ac quod de cæte-
ro tertia pars fructuum menſæ Eccleſiæ di-
rutæ hniuſmodi in reparationem , & fulci-
menta prædicta , vt præſertur, eonuerti , &
dicta beneficia oriundis ciuitatis huiuſmo-
di conferri debeant , perpetuo ſtatuere , &
ordinare,aliaſque in præmiſſis opportunè
prouidere de benignitatè Apoſtolica di-
gnaremur . Nos igitur qui in ijs libenter
aſſiſtimus , per quæ Eccleſiarum , & perſo-
narum quatumlibet profectibus prouide-
tur, & commodis conſulitur,Communita-
tem præſatam,ac corum ſingulos à quibuſ-
uis excommunicationis , ſuſpenſionis , &
interdicti , alijſque eccleſiaſticis ſententijs ,
cenſuris , & pœnis à inre , vel ab homine
quauis occaſione , vel cauſa latis, ſi quibus
quomodolibet Innodati exiſtunt , ad effe-
ctum præſentium duntaxat conſequendũ,
harum ſerie abſoluentes , & abſolutos fore
cenſentes , huiuſmodi ſupplicationibus in-
clinati,conſuetudinem ſoluendi per Archie-
piſcopum Hydruntinum pro tempore exi-
ſtentem Canonicis, & perſonis præſatis in-
tegras , & dimidias præbendas prædictas ,
necnon præſtandi , ſeu ſoluendi per ciues
prædictos eiſdem Clericis , & perſonis cen-
ſum , ſeu canonem huiuſmodi auctoritate
Apoſtolica tenore præſentium approba-
mus , & confirmamus, ac illam plena
roboris firmitate ſubſiſtere , & firmiter
iuxta dicti inſtrumenti tenorem obſeruari
debere , ipſumque Archiepiſcopum ad ſo-
lutionem integrarum . . . præben-
darum prædictarum,prout à tempore dictæ
recuperationis , & ante capturam, & euer-
ſionem ciuitatis huiuſmodi ſolitus fuerat ,
adſtrictum eſſe , & ſic per quoſcunque Iudi-
ces quauis auctoritate fungentes, ſublatâ
eis , & eorum cuilibet aliter iudicandi , &
interpretandi facultate,& auctoritate,iudi-
cari , & diffiniri debere decernimus , ſup-
plentes omnes , & ſingulos defectus , ſi qui
forſan in præmiſſis interuenerunt , & inſu-
per auctoritate prædicta perpetuò ſtatui-
mus,& ordinamus , quod tertia pars men-
ſæ Archiepiſcopalis ,& ſimiliter tertia pars
fructuum , redditnum , & prouentuum ec-
cleſiæ dirutæ huiuſmodi in reparationem ,
& fulcimentum præſatarum eccleſiarum ,
donec debitè reparatæ , & fulcitæ fuerint
conuerti . Ac omnia & ſingula beneficia
eiuſdem ciuitatis , etiamſi diſpoſitioni A-
poſtolicæ reſeruata , ac de iurepatronatus
Clericorum , vel laicorum , & nobilium
fuerint , quæ per ceſſum , vel deceſſum , ſeu
quamuis aliam dimiſſionem, aut admiſſio-
nem , & ſeu aliàs quouis modo , & apud

A ſedem Apoſtolicam vacare contigerit , ex
ciuitate huiuſmodi oriundis , & naturali-
bus , ac benemeritis , & idoneis perſonis ,
& non alijs conferri , aut commendari de-
beant , nec de illis alias quouis modo diſ-
poni poſſit , ac collationes , prouiſiones ,
vniones, ſuppreſſiones, & quaſuis alias diſ-
poſitiones de beneficijs ipſis aliàs quàm vt
præmittitur etiam per ſedem prædictam
. . . exinde ſecuta, quæcunque,nullius
roboris , vel momenti, ac nulla & infecta
exiſtant,ipſaque beneficia nihilominus tam
de iure , quàm de facto, donec oriundis hu-
iuſmodi conſerantur , vacare cenſeantur ,
quodque exemptio decimarum Clerici , &
B perſonæ eccleſiaſticæ dictæ ciuitatis qui-
buſcunque decimis , exactionibus & colle-
ctis , etiam Apoſtolica auctoritate prædi-
cta , etiam pro expeditione contra infide-
les , ac redemptione captiuorum, & fabri-
ca Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vr-
be, ac ex quacunque alia etiam quantum-
cunq; neceſſaria, & vrgentiſſima cauſa pro
tempore impoſitis , & contributionibus in
illis faciendis penitùs , & omninò exempti
& liberi exiſtant , & ad illarum præſtatio-
nem , ſeu ſolutionem minimè teneantur ,
nec ad id compelli , neque propterea ali-
quibus cenſuris, ſeu pœnis innodari poſ-
ſint. Ac quod quotieſcunque contigerit
C dictam ciuitatem, aut illius eccleſias,& lo-
ca eccleſiaſtica, ſeu illorum aliqua alia
quàm ex culpa, vel facto ſeu defectu ipſius
Communitatis etiam Apoſtolica auctorita-
te prædicta eccleſiaſtico interdicto ſuppo-
ni , præſata communitas iuxta eorum de-
uotionem , Miſſas , & alia diuina officia
in aliqua eccleſia, vel cappella , de qua eis
videbitur, clauſis ianuis,& eis , qui cauſam
dederint interdicto huiuſmodi penitùs ex-
cluſis ſubmiſſa voce per Presbyteros ido-
neos in eorum præſentia ſemel in menſe ,
& in omnibus ſolemnibus , ſeu duplicibus
feſtis inibi obſeruari ſolitis duntaxat cele-
brari,necnon eccleſiaſtica ſacramenta quæ-
cunque , aliàs tamen ritè ſingularibus per-
D ſonis Communitatis huiuſmodi miniſtrari
facere , & ipſi Sacerdotes Miſſas, & alia di-
uina officia huiuſmodi celebrare, & ſacra-
menta prædicta miniſtrare , ac ſingulares
perſonæ præfatæ illa recipere debitè, & li-
citè valeant. Decernentes Archiepiſcopum
Hydruntinum , & pro tempore exiſten-
tem , & quemuis alium dictam eccleſiam
Sancti Nicolai dirutam pro tempore obti-
nentem , ad præſtationem,ſeu ſolutionem ,
aut relaxationem , & conſignationem ter-
tiarum partium fructuum huiuſmodi pro
reparatione,& fulcimentis prædictis Com-
munitati præfatæ facien. teneri,& adſtrictos
fore,& ad id omnino per cenſuras, & pœ-
nas eccleſiaſticas cogi & compelli , ac eoſ-
dem Communitatem illam exigere & per-
cipere , & leuatam , . . in reparationem

& fulcimentum huiuſmodi conuertere poſ- A
ſe, & debere, irritum quoque & in*** ſi
quid ſecus ſuper . . . præmiſſis omnibus
à quoquam, quauis auctoritate ſcienter,
vel ignoranter contigerit attentari, non ob-
ſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus
Apoſtolicis, necnon Eccleſiæ Hydruntinæ,
& ciuitatis prædictarum iuramento, con-
firmatione Apoſtolica, vel quauis firmita-
te alia roboratis, ſtatutis & conſuetudini-
bus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque.
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
paginam noſtræ abſolutionis, approbatio-
nis, confirmationis decretorum, ſupple-
tionis ſtatutorum, & ordinationis infringe-
re, vel ei auſu temerario contraire. Si quis B
autem hoc attentare præſumpſerit, indi-
gnationem omnipotentis Dei, ac Beato-
rum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe no-
uerit incurſurum.

*Datum Romæ apud ſanctum Petrum an-
no Incarnationis Dominicæ milleſimo quin-
genteſimo vigeſimo quarto, ſeptimo Idus No-
uembris, Pontificatus noſtri anno primo.*

37 ALEXANDER Card. Cæſarinus
die 9. Aprilis 1526. factus eſt Hydruntinæ
Eccleſiæ adminiſtrator cum retentione ob-
tentorum ab Apoſtolica Sede, eamque re-
ſignauit anno 1536.

C



D

38 PETRVS ANTONIVS de Capua,
Fabritij ſuperioris nepos, Annibalis & Lu-
cretiæ Acrimontis filius, annum agens 23.
à Paulo III. Hydruntinam Eccleſiam ac-
cepit regendam; vnde paulo ante Cardin.
Cæſarinus exciderat, die 22. Martij 1536.
qui Caroli V. Imper. & Pauli Pontificis de
ſe paratam expectationem haud feſellit;
quin illuſtri doctrina, & exquiſita omnium
literarum eruditione, cum probitate mo-
rum ita reſpondit, vt omnes, ac præcipuè
Patres Concilij Triden. cum ſæpè etiã lucu-
lentiſſimè illum orantem audiuiſſent, tan-
quam virum omni laude digniſſimum ſuſ-
picerent. Cæterum cum diù eximiè ad nor-
mam ſacri Concilij gregem ſibi commiſ-
ſum rexiſſet, è vita diſceſſit circa annum
1579. quo Annibal de Capua eius nepos
Archiepiſcopus Neapolitanus ſolemni ritu
ſuæ Eccleſiæ poſſeſſionem adeptus eſt.

39 PETRVS Corderus Hiſpanus Epi-
ſcopus Chryſopolitanus huc translatus
die 21. Octob. 1579. obijt 1585.



40 MARCELLVS Aquauiua Balthaſſa-
ris Marchionis Bellanſi, & Hieronymæ
Caietanæ filius, ad Regis Philippi IV. præ-
ſentationem Hydruntinus Archiepiſcopus
creatus eſt die 25. Feb. 1586. Magnæ fuit au-
ctoritatis & exiſtimationis Præſul, quippe
qui pluribus functus pro Romana Sede
apud Chriſtianos Reges, & Principes le-
gationibus, magnam de ſe ad poſteros fa-
mam reliquit. Exceſſit ſub Paulo V. an-
no 1606.

41 LVCIVS Morra Neapolitanus ſuc-
ceſſit Marcello die 20. Nouembris 1606.
obijt 1623.

42 Fr. DIDACVS Lopez de Andrade
Luſitanus Ord. Eremitarum S. Auguſtini,
ſui æui concionatorum facilè Princeps, ex
Regia Philippi IV. Hiſpaniarum Regis præ-
ſentatione renunciatus eſt Hydruntinus Ar-
chiepiſcopus ab Vrbano VIII. die 20. No-
uembris 1623. Quo in munere, morum
integritate, liberalitate in pauperes, & in
animarum ſalutem ita per aliquot annos
ſe geſſit, vt poſt celebratam Synodum;
ſaluberrimiſque legibus deſæcatos Clerico-
rũ mores eùm contuſiſſet, ſanctè vt vixerat,
mortem oppetijt, ſexagenario minor, & in
ſua Metropoli profuſis omnium lacrymis
humatur. Quantus verò, qualiſque fuerit
hic Præſul in re litteraria clarus, ſui ingenij
monumenta Hiſpano ſermone typis edita
luculenter teſtantur. Scripſit Quadrageſi-
male in duos tom. diſtinctum, tum & Con-
ciones Sanctorum, & de Immaculata Bea-
tæ Mariæ Virginis Conceptione lib. vnicum,
quem publici iuris fecit Neapoli Hierony-
mus de Andrade eius germanus frater: de
quo hoc ſcripſit elogium amicus noſter Ni-
cephorus Sebaſtus Meliſenus Auguſtinia-
nus Eremita.

Mane

Mane Lupus verbi rapuiſti hanc Didace prædam,
Quæ paſturus eras veſpere largus oues.
Sic ad iudicium vitiorum è face reuerſus
Extremum ante diem, vt de tumulo vſque cies.
Si tu longæuus fueras, orbi haud opus eſſet
Seu voce Angelica, ſiue monente tuba.

43 CAIETANVS Coſſus Neapolitanus ſtirpe nobilis, Clericus Regularis Theatinus, ingenio, ſacraue per Italiam eloquentia abundè celebris, ſatagente Philippo IV. Hiſpaniarum Rege adlectus eſt Archiepiſcopus Hydrūtinus ab Vrbano VIII. Didaco egregio, doctoque Præſuli ſucceſſit die 7. Iunij 1635. qui adhuc Hydruntinam ſedem, ſedulitate maxima, ſuarumque ouium zelo paſcit. Huius egregia facinora diffusè commemorat Ioſeph Silos lib. 2. hiſtor. Cleric. Regul.

ALETINI, SEV LVPIENSES, SIVE LYCIENSES EPISCOPI.



ALETIVM ſeu Lupiæ vulgo *Lecci* in Hydruntina terra mediterranea eſt ciuitas in Salentinis, de cuius antiquiſſima origine variè varij tradiderunt ſcriptores. Arbitrantur nonnulli ab Aſiatibus conditam, quorum Dux erat Lyctius ex verſu Virgilij in 3. Æneid.

Et Salentinos obſedit milite campos
Lyctius Idomeneus.

Propè conditam fuiſſe ab antiquo Aletrio tradit Volaterranus. Iulius Capitolinus
A Aletij auctorem facit Melenninm Daſumi filium, vnde genus duxit M. Antoninus Philoſophus Romanorum Imp. Alij Luppiam nominant, Ennij Poëtæ patriam, quam & Rodiam, ſeu Luſpiam dicunt. Sed diuerſæ ſunt ciuitates, à Plinio Aletium, à Pōponio Mela Valetium, cuius rei qui pleniorem deſiderant cognitionem, conſulant Leandrum Albertum, & Iulium Cæſarem Infantinum in ſua Lycia ſacra.

Sita eſt in loco plano vndique hortis amœniſſimis cincto, media inter Brunduſium, & Hydruntum vtrinque vigintiquinque M. P. interuallo diſſita, abeſt ex parte Septentrionali à mari Adriatico ſex milli-
B bus paſſ. quindecim ex parte Occidentali à Tarentino ſinu, ab Ionio verò mari, quod à meridie reſpicit, quatuor & viginti, ob eamque rem fruitur omnibus iis, quas mare affert commoditatibus, nec expoſita eſt ob nimiā propinquitatē periculis claſſium exterarum. Omnium eſt huius Regni vrbium, ſi Neapolim excipias, maxima & frequentiſſima, quam antiquiſſimam, atq; ampliſſimam fuiſſe, quæ ſubterranea ſunt demonſtranr, arcus, cuniculi, fornices, vaſta fundamenta ædificiorum. Area, & ſolum ciuitatis tribus paſſuum millibus clauditur, foſſa, muro, & aliquot turribus, & arce fortiſſima munita eſt. Cælum habet
C ſalubre, & placidum: ædificiis pulcherrima eſt, lata, & marmoreis lapidibus ſtrata, ædificia vero ita magnifica ſpectes, vt paucis Italiæ vrbibus domorum, ac viarum nitore cedat. Fama eſt decem millia focorum in ea contineri, capita verò quadraginta millia cenſeri. Procerum enim totius huius tractus domicilium, multorumque nobilium ſedes eſt. Hic prouinciæ Præſes ſedem habet, cuius munus eſt duplex, ius dicere, & vires cogere, vt ſæpè propter Turcarum excurſiones accidit, belli adminiſtrandi cauſa. Huic tres à latere ſunt cauſarum cognitores, ſicut etiam alia tribunalia inferioris poteſtatis; paruit Lycium Salentinis ſuis conditoribus, deinde
D illis in ordinem à Romanis reductis, vt Liuius commemorat, Romanæ Reipublicæ, mox ab Imperatoribus legem accepit. Senſit deinde Græcos, Saracenoſque tyrannos quibus exactis, in ſinum Normandorum Principum confugit, tituloque Comitatus ornatum, tandem in poteſtatem vtriuſque Siciliæ Regum deuenit, qui tantum Lycio ſplendoris, ac opulentiæ contulerunt, vt in præcipuis Regni ciuitatibus hoc tempore poſſit haberi. Sed illud ſplendidius, quod Lycienſes ciues ſolent gloriari, à S. Iuſto Corinthienſi, Pauli Apoſtoli diſcipulo ad fidem Chriſti ſe fuiſſe traductos, eundemq; poſt ſuam prædicationem vnà cum Orontio nobiliſſimo Lycienſi primo huius vrbis Epiſcopo ab eodem Apoſtolo ordinato, ibidem primum ſub Nerone ſæuiſſimo Impera-

A peratore martyrio coronatum, quorum
ſacra lipſana Lycienſes in Cathedrali, loco
tamen haud noto venerātur & colunt. In
hac item ciuitate Fortunatus Orontij nepos
Chriſti martyr effectus. Splendida, viſen-
daque eſt Cathedralis Lycienſis Deiparæ
Virgini Aſſumptæ ſacra, cuius conſecratio-
nis anniuerſarium prima Dominica No-
uembris, & octo diebus ſequentibus, an-
niuerſarijs nundinis celebratur. Hoc nobi-
le templum primùm condidit Formoſus
Epiſcopus à Goſredo Normanno Lycien-
ſium Comite adiutus anno 1114. quod cum
fortè fortuna corruiſſet, Robertus Antiſtes
non ſolùm reparauit, ſed ferè à fundamen-
B tis magnificentius exædificauit. Sacris in
eo miniſtrantium numerus tantus eſt, quā-
tum in nulla Regni Eccleſia reperias: ſi-
quidem Presbyteri, & Clerici ſupra trecen-
tos huius Eccleſiæ ſeruitijs addicti ſunt,
Principem locum obtinent Canonici vigin-
tiquatuor, è quibus tres dignitate eminent.
Archidiaconus ſcilicet ſecundus ab Antiſti-
te, Cantor, & Theſaurarius, qui omnes
die, noctuque diuinum cultum perurgent.
In ciuitate præter Cathedralem, aliæ tres
Eccleſiæ Parochiales, paucis abhinc annis
inſtitutæ ſunt, vt tam numeroſo populo
ſacramenta faciliùs adminiſtrarentur; eſt
quidem Eccleſia Græcorum, in qua Græ-
cus Parochus quadraginta eius Nationis
C familijs Catholico Græcorum more & ritu
adminiſtrat. Virorum Cœnobia quinde-
cim, duo Monachorum, reliqua Mendi-
cantium. Monachorum aliud ad Eccleſiam
ſanctæ Crucis Cæleſtinorum opulentiſſimū,
aliud ad Eccleſiam ſanctorum Nicolai, &
Cataldi extra mœnia ciuitatis nobiliſſimū,
olim Monachorum ſancti Benedicti Nigri
Ordinis, nunc Oliuetanorum Congregatio-
nis, fundatum ante annos quadringentos
& ſexaginta à Taneredo Gotiſredi filio Ly-
cienſium Comite. Extat item in hac ciui-
tate Congregatio Clericorum Regularium
Theatinorum ad Eccleſiam Sanctæ Irenæ
virginis, & martyris, ciuitatis Patronæ,
D publico ciuium ſumptu magnificentiſſimè
constructa eſt, necnon Collegium Patrum
Societatis Ieſu cum Eccleſia Circumciſio-
nis ampla, & eleganti forma nuper con-
ſtructa. Sanctimonialium Monaſteria ſe-
ptem, in quibus virgines ferè 400. Chriſto
famulantur, Hoſpitales domus tres, qua-
rum duæ, & quæ S. Spiritus nomine cele-
brantur, curandis egenis, infantibus alen-
dis, virginibus dotandis ampliſſimos red-
ditus annuos habent. Laicorum ſodalitia
perplura ſunt, varijs pietatis operibus ad-
dicta. Lycienſis Epiſcopus, qui ſuffraga-
neus eſt Archiepiſcopi Hydruntini in ſua
Diœceſi tantùm vigintiſéptem oppida, &
caſtra poſſidet, quorum duo maxima ſunt.
nempè Squinzianum, quod octingentas fe-
rè domos habet, cuius Eccleſia ſupra quin-

quaginta miniſtros habet cum Vicario fo-
raneo. Alterum eſt oppidum Campia-
rum mille plus minus ſamilijs habitatum,
cuius Eccleſia ampla, & eleganti forma
constructa, ſuum etiam habet Vicarium
foraneum, Presbyteros, & Clericos mul-
tos, reliqua caſtra ſunt Surbi, Trepurinum,
Tircodori, caſtrum ſancti Petri Vernotici
cum Archipresbytero Vicario foraneo,
ſanctæ Mariæ de Niue, cum Archipresby-
tero, Carmiani, Malianum, Montironum,
Arneſanum, ſancti Petri de Lama cum Ar-
chipresbytero Vicario foraneo; Liquiza-
num itidem cum Archipresbytero Vica-
rio foraneo. Caſtrum ſancti Cæſarei cum
ſuo Archipresbytero foraneo; Tracouum,
Cabalinum, Lezauellum, Piſignanum; Van-
za cum ſuis Presbyteris, & Clericis, Patu-
lum à Turcis ſolo æquatum. Rocca aurea
in littore à Turcis diruta, & in mediterra-
neis rurſus ædificata cum Archipresby-
tero. Aquauiua. Accara cum ſuo Archi-
presbytero, & Clericis: Vernula, & Me-
rina cum ſuis pariter Cappellanis, & Cle-
ricis. In vniuerſa autem tota Diœceſi Ly-
cienſi continentur Parochiales Eccleſiæ 27.
quarum ſex per Cappellanos, reliquæ per
Archipresbyteros adminiſtrantur. Epiſco-
pus Lycienſis, qui & Lupiarum cenſetur poſt
deſtructionem Lupiæ, mixtim denomina-
tur. Lupium fuiſſe ſedem apiſcopalem le-
gitur apud Gregorium Magnum epiſt. 21.
lib. 5. Ind. 14. Quibus deſtitutis viſitationis
munus iniungit Brunduſino, & Gallopoli-
tano Epiſcopis. Poſt deſolationem Lupiæ,
Aletinis Epiſcopis acceſsit Lupiarum di-
gnitas, vnde Lupiarum, & Aletinenſes,
ſeu Lycienſes denominati ſunt ij, qui dein-
de harum Diœceſeon Præſules euaſerunt.
Porrò menſæ Epiſcopalis Lycienſis annuus
cenſus 4200. ducatorum, qui colliguntur
præcipuè ex vectigalibus ſex oppidorum, &
caſtrorum 17. quæ Epiſcopum vt Princi-
pem agnoſcunt, vt Caſtrum ſancti Petri
Vernotici, ſanctæ Mariæ de Niue, Carmia-
ni, Maliani, Monſoroni, ſancti Petri de La-
ma. Oppida ſunt Squinzani, Campiarum
in quibus Epiſcopus iuriſdictionem ciuilē,
& mixtam exercet. Præterea caſtrum Le-
quiletum, ſancti Coſtiani, Caballini, Leza-
nilli, Prognani, Structæ, Vantiæ, Malan-
ducci, Macrinæ, in quibus Epiſcopus ciui-
lem & criminalem iuriſdictionem exercet.
Taxatur in lib. fiſci Apoſt. ad flor. 100. Eſt
& Abbatia de S. Nacero nuncupata, cui ſub-
ſunt oppida Roccæ, Peſuli, & Accanæ, &
caſtra Aquauiuæ, & Vernulæ, cuius me-
dietas cum Eccleſia S. Laurentij, & iuriſdi-
ctione ciuili, ac criminali eſt de patrimo-
nio ipſius Eccleſiæ. Series autem huius ſe-
dis Epiſcoporum hiulca, ac ferè ieiuna
prodibit, cum nihil prorſus ex monumen-
tis eiuſdem Eccleſiæ habuimus, vt vberiò-
rem daremus ad lucem, quam vides modo,
non

non ſine illorum verecundia , ad quos ſpectabat adiutrices manus apponere , ex Actibus Conſiſtorialibus , alijſque monumentis , multis laboribus expiſcati ſumus: interim antiquitatis ſtudioſi , vt vberiorem hauriant cognitionem , expectabunt donec excuſſa vecordia , vetuſta monumenta Lycienſis Eccleſiæ , Actaque Epiſcoporum in carcere diriore occluſa , priſtinæ libertati reſtituantur, ac benignum poſſint ſecurius, ac liberius haurire cælum .



1 S. ORONTIVS primus Aletinus Epiſcopus à ſancto Paulo Apoſtolo ordinatus eſt: etenim Iuſtus natione Corinthius S. Paulo Apoſtolo Corinthi Chriſtianam fidem annuncianti adhæſit , illius diſcipulus effectus . A quo Romam miſſus naui ad Aletij littora appulſus ab Orontio nobili Aletino hoſpitio excipitur , eoque ad fidem perducto, Romam tandem peruenit, vnde negotijs ſibi ab Apoſtolo demandatis ex ſententia confectis , Aletium, vti Orontio pollicitus fuerat , reuertitur , ac illum aliquot ex Aletinis ad fidem conuerſis, vnà cum Fortunato ad Paulum , Corinthum adduxit . Cum autem S. Apoſtolus Orontium Epiſcopum Aletinorum ordinaſſet, illique Iuſtum adiutorem , ac verbi diuini præconem adiunxiſſet cum benedictione dimiſit . Vbi itaque Orontius , & Iuſtus Aletium perueniſſent , principioque magnam Romanæ Religionis partem , ac ciuium plurimos ad lucem Euangelij perduxiſſent , in perſecutione Neronis , ab Imperatoris ſatellitibus comprehenſi , Ioui , & Marti iubentur ſacra facere ; quam impietatem deteſtantes , poſt multos, & diros cruciatus publicè interfecti , martyrij palmam adepti ſunt. Quorum corpora à Chriſtianis condita cùm diu latuiſſent , inuenta thecis argenteis incluſa , & in templo eis dicato recondita ſunt . Hæc Ferrarius ex monumentis Eccleſ. Aletinæ , & ex Paulo Rhegio habet in Catal. SS. ad diem 1. Nouembris , quibus addidit; Corpora horum Martyrum non eodem loco condita ſunt; ſed ſeorſum in propria Eccleſia illis extra

A vrbem exſtructa. Quorum tamen natalis ſimul prima Dominica Septembris anniuerſaria celebritate recolitur . Nuper ſacra Rituum Congregatio electionem habitam à ciuitate Lycienſi ſanctorum Orontij , Iuſti , & Fortunati in Patronos , eorumque feſtum tanquam de Patronis æquè principalibus vna eademque die de præcepto ſeruari ; necnon officium è communi Martyrum ſumendum ab vtroque Clero ibidem recitari , & Miſſam celebrari poſſe ad Rubricam præſcriptam indulſit die 13. Iulij 1658.

2 S. FORTVNATVS Orontij nepos , & ſucceſſor anno 68. poſt patrui marty-
B rium , Lycienſis Epiſcopus euaſit , pauloq; poſt & ipſe pro Chriſti fide martyrij palmam accepit , ex monum. eiuſdem Eccleſiæ .

3 DONATVS S. Cataldi germanus frater Lupienſium recenſetur Epiſcopus à IacoboAntonio Ferraria in M.S. vita Cataldi, qui vixit anno Chriſti 163. Refertur etiam inter huius Eccleſiæ Præſules à Iulio Cæſare Infantino .

4 S. LEVCIVS martyr. Quis iſte fuerit, ignoratur .

5 S. DIONYSIVS martyr , quem vult Infantinus eundem fuiſſe , qui Pontifex Maximus fuit, qua vero fide ipſe dicat .

6 S. BLASIVM martyrem idem Infan-
C tinus inter Lycienſes Epiſcopos reponit,an ex ſuo cerebro, incompertum eſt.

7 LEVCIVS , huius nominis ſecundus, vndè hæc acceſſio prodeat , fides ſit apud ipſum Infantinum,per multa deinde ſæcula ſucceſſores deſiderantur .

8 THEODORVS Bonſeculus , ciuis & Epiſcopus Lycienſis florebat an. 1057.

9 FORMOSVS Præſul Lycienſis, Goffrido Comite Lycienſi iuuante, Cathedrale templum in honorem Deiparæ Virginis à fundamentis cœpit conſtruere anno 1114. vt vetus inſcriptio docebat , quam refert Infantinus .

D *Cura Formoſi bene Præſulis officioſi*
Cultu non vilis, cum pratis ridet Aprilis.
Hæc in honore pia , qua viſitur Aula Maria ,
Tunc & fundari cœpit ſimul & fabricari:
Atque Deo fido , Lycij dominante Goffrido ,
Tranſactis mundo cum tempore iam moribundo ,
Centum mille decem poſt hos quoque quatuor annis ,
Aſtra regens poſtquam noſtræ voluit fore carnis .

Formoſum iſtũ aliquando Formulum vocatum inuenio, quem Infantinus diuerſum fuiſſe commemorat , Formoſum ex familia

Bene,

Bene, Formulnm veró ex Lubella facit; ſed vnum fuiſſe Formoſum, qui & Formulus eſt, claré demonſtrat donatio Goffridi Comitis facta Eccleſiæ Lycienſi, quam vna cum Formulo Epiſcopo reparaſſe habet: Donatio ſcripta eſt anno 1115. in hunc modum ab exemplari, quod extat apud me.

† *Signum Crucis manu Domini Goffridi Lycij & Hoſtuni Comitis.*

Anno 1115. menſe Auguſti 15. eiuſdem Indict. 8. Diuini luminis, &c. Nos itaq; Goffridus Dei gratia Lytij, & Hoſtuni Comes per præſeus ſcriptum confeſſiunis noſtræ fatemur, quod ad ſalutem & remedium animarum parentum noſtrorum & noſtræ, tam pro reparatione maioris Lytienſis Eccleſiæ, quàm vnà cum Reuerendo Patre Domino Formulo Dei gratia vener. Epiſcopo Lytij adhæren. Donanimus præfatæ Eccleſiæ Lytienſi totam medietatem nos cótingentem de caſali Vetnulæ, quæ dicitur de ſancto Laurentio cum territorijs ſitis ſub dicto Comitatu noſtro Lytij iuxta tenimentum caſalis Piſignani, iuxta tenimentum caſalis Aquarico, iuxta tenimentum alterius medietatis dicti caſalis, & alios confines aſſignantes ipſam medietatem per nos donatam in manibus præfati Domini Epiſcopi recipientis ipſam pro parte prædictæ Lycienſis Eccleſiæ, ſcilicet cum hominibus, vaſſallis, iuribuſque ſuis, & nihil nobis reſeruanimus in eiſdem tenimentis, pro qua certè donatione, & largitione noſtra ratificanda, & deinceps omni tempore inuiolabiliter conſeruanda, hoc præſens breue exinde fieri, & præſato Domino Epiſcopo dari & aſſignari iuſſimus per manus Goffridi de Giliberto noſtri Notarij, & bulla noſtra plumbea fecimus communiri.

Ego Ioannes Vicecomes interfui.

Ego Presbyter Stephanus de Adelardo teſtis ſum.

Ego Iburianus de Hoſtunio teſtis me ſubſcripſi, quia interfui.

Ego Stephanus de Hoſtunio teſtis.

Signum manu Rinaldi de Ceſtie.

Ego Robertus de Claromonte teſtor.

Ego Alexius Cocæzoneus teſtis ſum.

10 PENETRANVS Lycienſis Epiſcopus inter Patres qui Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. interfuerũt an. 1179. cõmemoratur poſt Ionatham Hydruntinum Archiepiſcopum, ſuum Metropolitanum, in Actis eiuſdem: ſuſpicatus autem aliquando ſum, an error fuerit Scriptoris, qui pro Petro ſcripſerit *Penetranum Lycienſem, Caſtrenſem*, fortaſſis ea tempeſtate Caſtrenſis Eccleſia cum Lycienſi vnita erat, quod mihi non conſtat.

11 PETRVS, quem familiæ Guarinæ adſcribunt, Lycienſem Eccleſiam regebat anno 1180. dum Tancredus, qui Comes Lycio præerat, illius Rogerij nothus, qui q; vt aiunt, Neapolitanorum quoq; Regnum obtinuit, Religionis affectu, & Patrum exempla imitatus Abbatiam Sanctorum Nicolai, & Cataldi extra Lycium ampliſſima cum dote excitaret. Templum enim & Cœnobium pro Benedictinis Monachis conſtruendum ſuſcepit in ſuo præter oppidorum fundo, in eorum quos antea diximus, Sanctorum honorem pluribus agris in dotem attributis, pago, qui Aucius nuncupatur, alijſque rebus, quæ cum percipi aliter non poſſe videam, quicunque velit, in diplomatibus ab eodem Principe editis, & identidem adducendis examinabit. Inde ſumma eius magnificentia inſigniter elucebit. Diplomati ſubſcripſit Petrus Epiſcopus anno ſalutis eodem 1180.

In nomine Dei æterni Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo octogeſimo primo, Regni vero Domini VV. Dei gratia magnificentiſſimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ 16. menſe Septemb. Indict. 14. Quas grates Domino noſtro Ieſu Chriſto exhibere debeamus, nec mens noſtra poteſt concipere, nec lingua proferre laudes; multas namque per eius prouidentiam ſæpenumero largitates ſuſcepimus, & innumerabilia per ipſum beneficia profitemur, pro quibus nihil dignum nos eſſe cognoſcimus; quia nulla poſſunt profectó merita exhiberi, quæ vicem collati ſuperna prouiſione beneficij reformarent; licet autem mortalia ſæcula nihil tam peculiare poſſint offerre in plenitudinem gratiarum cæleſti fauore conceſſarum; ad hoc tamen alacri ſtudio charitatis ſe quiſque debet reddere vigilantem, vt habeat in terribilis nouiſſimum Iudicij diem, quod tempore villicationis ſuæ ante conſiſtorium ſublimiſſimi Iudicis repræſentet. Sed quia ſine fructu boni operis nihil conſtat eſſe perfectum, nec mercedis retributio ſperari poteſt ſine labore: Idcirco nos Tancredus Dei & Regis gratia Comes Lycij ad honorem Dei, & Beatæ, & glorioſæ, ſemperque Virginis Dei Genitricis Mariæ, & Beatorum Chriſti Confeſſorum Nicolai, atque Cataldi memoriam glorioſam, iuxta ciuitatem Lycij in noſtro proprio fundo, iuſtis & proprijs ſumptibus, & labore pro remiſſione peccatorum noſtrorum fecimus fabricare, vt in ea, diuinitate propitia, & per patrocinia glorioſa Sanctorum ad laudem, & perpetuæ proſperitatis ſalutem, Domini

noſtri

noſtri Regis VV. ſemper triumphatoris frequenter & ſalubriter celebrentur diuina, & per ipſorum incrementum, & preces clariſſimas ſit ipſe glorioſa ſobole floridus, & de victis hoſtibus triumphator. Quæ ſanè tum ſit in ſola protectione Sũmi Pontificis conſtituta, ſic ex priuilegij eiuſdem Domini Papæ recitatione clareſcit, nullus Pontificum audientiam perhorreſcat. Collegium itaque perſonarum ibidem ſeruientium Monachorum eſſe volumus Religioſorum virorum ſecundum Beati Benedicti Regulam, qui diuino miniſterio vigilanter deſeruiant, nullius Pontificum iuriſdictioni ſubiecti. Ad cuius Eccleſiæ ſuſtentationem, & ornatum, & conſequenter in cauſam alimentorum ibi ſeruientium perſonarum cõceſſimus terras eidem Eccleſiæ adiacentes, quarum hi ſunt fines. A parte Orientis via, quæ vadit ad Aurium; à parte Occidentis via, quæ vadit ad Brunduſium; à parte Auſtri iunctura viarum; à parte Septentrionis terra Lycienſis Epiſcopi, quæ eſt ſuper puteum, & terra Magiſtri Conſtantini; fines autem honeſti ſunt hi. A parte Orientis via Auſtri; à parte Occidentis via ſanctæ P. ax doniæ; à parte Auſtri terra magiſtri Raſi.., & protopapæ: à parte Septentrionis terræ monaſterij S. Ioannis de Monialibus, & quædam terra, quæ eſt iuxta clauſuram noſtram. Item à parte Orientis via, quæ vadit Horiam; à parte Occidentis prædicta clauſura; à parte Auſtri via, quæ vadit ad puteolum; à parte Septentrionis terra Nicolai de Roz... Conceſſimus quoque eidem monaſterio duas terr... las in porta ſancti Iu.., qu... ... in parte Occidentis. Ad hæc conceſſimus eidem Monaſterio caſale noſtrum Aurium, ſicut eſt ſuis finibus limitatum cum vniuerſis tributarijs ibi manentibus, & eorum hæredibus, & cum omni iure, quod habuimus in affidatis, & frãcis hominibus ipſius caſalis. Conceſſimus inſuper eidem monaſterio Eccleſiam ſancti Angeli de T...enuicilis cum terris & tenimẽtis ipſius. Prædicti autem caſalis & eiuſdem Eccleſiæ ſancti Angeli hi ſunt fines. In primis incipit à Ficu ...anca, quæ ſunt in vetricellis, & vadit per parietem, qui eſt finis inter tenimentum prædicti caſalis Aurij, & terrarum ſancti Ioannis, & exit ad viam, quæ vadit ad ſanctum Arontium; & per eandem viam vadit ad ſerram Arenulæ, & vadit per eandem ſerram vſque ad parietem, qui eſt finis inter tenimentum ſancti Angeli, & tenimentum Ceſani, & deſcendit cum eodem pariete verſus Orientem vſque ad viam quatuor h...arum. Inde incipit paries, & vadit verſus Septentrionem, qui videlicet paries eſt finis inter tenimentum ſancti Angeli, & Muſczzalui, & vadit vſque ad tenimentum ſancti Martini. Inde vadit per ſerricellam vſque ad viam, quæ vadit ad ſanctum Martinum, & vadit per ipſam viam, & dimiſſa eadem via vadit per ſerram & parietem vſque ad parietem de Epiſcopana, & vadit cum eodem pariete verſus Occidentem, ſuper puteum ſiccum, & vſque ad viam de Viccelano, & cum ea via deſcendit vſque ad pedem ſerræ de flagis, & vadit per eandem ſerram vſque ad viam, quæ vadit ad Aurium, inde reuertitur vſque ad Occidentem per viam tenimenti de Surbo, & vadit per ſpeculam, & per ripam ſerræ de Runiaco, & vadit per parietem, & terras de regina, & per parietem terræ de acuris, & deſcendit per caſellas, & venit per parietem extra mellinolas; & venit vſque ad viam, quæ à parte Septentrionis iuxta terram de Guala, & vadit per ſerram, & parietem vſque ad hortalia mezzani, & inde venit ad lacum Ruffini, & inde venit trappam, & vadit per ſerram, quæ eſt finis prædicti caſalis, & ſancti Ioannis, & ſic redit percurrens vſque ad prædictam ficum blancam. Prædictum itaque caſale cum prælatis finibus & vniuerſis tributarijs eius vbicumque fuerint in tota terra Comitatus noſtri, & cum hæredibus eorum, & cum omni iure, quod habuimus in affidatis, & francis hominibus ipſius caſalis prædicto Monaſterio conceſſimus, ſicut ſuperius denotauimus. Conceſſimus etiam eidem Monaſterio Gualtinam noſtram in vſum piſcium ipſorum Religioſorum, pro quorum namque veſtiario conceſſimus ibi q..dri grutos ...eatos annuos ex redditu prædicti Lycienſis fluminis per vices quatuor percipiendos in vnaquaque centum, vt prædicti religioſi viri abſque neceſſariorum ſtrepitu quieſcentes ad laudem Dei, & memoriam prædictorum Sanctorum, & pro remedio animarum glorioſorum Regum Rogerij, & VV. Dominorum noſtrorum f. me. atque genitoris noſtri Domini Rogerij quondam Ducis benignæ recordationis, & genitricis noſtræ, nec non & Domini Guilelmi bonæ memoriæ fratris noſtri, & omnium parentum noſtrorum remedio ſacratiſsima offerre poſſint libamina. Vt & ipſi huius noſtri florentiſsimi operis participes conſtituti, feliciſſimam æternæ charitatis percipiant portionem. Pro cuius ſanè Eccleſiæ incremento conceſſimus tibi fratri . . . & ven. Abbati ipſius Eccleſiæ Dominæ Octauianæ, tuiſque ſucceſſoribus in ipſa ciuitate Lycij de extraneis, & aduentitijs affidandi licentiam. Curiam & Iudicem & Notarium de noſtris hominibus ex vniuerſis cauſis, præter illas, quæ in publico, & ad cenſuram regiam pertinere videntur. Quod is, qui pro tempore Prælatus extiterit, primò, ſecundò, tertioue admonitus iuſtitiam facere diſtulerit, volumus vt executio ipſius negotij deueniat in Curiam noſtram & hæredum noſtrorum, & ſi qua compoſitiõ inde exacta fuerit, volumus, vt ad manus Eccleſiæ conferatur. Et quoniam quanto noſtra

noſtra viſcera deuotiùs extenduntur in largiendo, tanto credimus hoc opus noſtrum egregium apud Dei clementiam placabile fieri, & acceptum. Idcirco ex præſentis priuilegij noſtri tenore adiungimus iam dicto Monaſterio vineas, & iardenum, quæ fuerunt quon. Accardi Guar. in pertin. ſancti Cæſarei cum terris adiacentibus ibi, ſicut his finibus ſunt concluſæ, videlicet à parte Orientis ſunt vineæ filiarum Rogerij Spani; à parte Occidentis vineæ filiorum presbyteri Theodori de ſancto Iacobo, quæ ſunt in feudo Leucul. Item à parte Auſtri vineæ filiorum Gulielmi Pallonc, & vineæ presbyteri Perri, & Formoſi fratris eius; à parte Septentrionis vineæ Minaldi Criſpini, & fratris eius, & vineæ Ioannis Garzanili, & vineæ Ioannis Tenini. Conceſſimus prætcrea eidem Monaſterio Eccleſiam ſanctæ Barbaræ propè territorium caſalis noſtri Valeſij cum vineis, terris, & tenimentis ſuis, ſicut ſunt his finibus limitatæ, videlicet à parte Orientis eſt terra Iacob, & vadit per riuum & viam Tururaui, & ab eadem parte Orientis vadit per paludes geminas, & vſque ad riuum terræ presbyteri Andreæ, & incipit ab arbore, quæ dicitur de Lama, & à terra Leonis porearij, & à terra Vrſonis Accarte, & vadit vſque ad paludicellam, & venit iuxta ſpeelam vſque ad viam Turcaruli, & per parietem, qui eſt in parte Occidentis vſque ad paludem longã, & vſque ad viam, quæ vadit ad ſanctum Petrum, & pergit per ſyluam, quæ eſt finis ſancti Petri, & deſcendit ad terram iudicis Philippi, & redit per riuum vſque ad terram Iacob. Præterea conceſſimus eidem Monaſterio vineam, quæ fuit cujuſdam villani noſtri noois in tenimento Valeſij pro morticio pertinentem, & quandam terricellam noſtram, quam iuxta vineam ipſam habemus, cuius vineæ, & terricellæ hi ſunt fines. A parte Orientis ſunt vineæ Ioannis Fortis, & Lucæ; à parte Auſtri vineæ papæ Nicolai & Andreæ Scardaui; à parte Occidentis vineæ Andreæ de Srritta, & terricella Iacob; à parte Septentrionis vinea presbyteri Andreæ, & Ioannis Coloridi. Animalia verò ipſius Monaſterij per vniuerſum demanium Comitatus noſtri, tam in paſcuis, quàm in aquis jacentibus habere volumus communionem abſque vlla moleſtia, & affidatione. Conceſſimus quoque eidem Monaſterio & Rectoribus eius, vt liceat eis demanias res eiuſdem Monaſterij in toto Comitatu noſtro abſque alio plateatico vendere, & quod voluerint ad vſum dicti Monaſterij abſque plateatico comparare. Hæc igitur, quæ pro commodo ibi ſeruientium perſonarum in dicto Monaſterio habere concedimus, volumus, vt ex præſentis noſtri priuilegij tenore, robur, vim & autoritatem accipiant, & omnia francè, & liberè poſſideat in æternum; quia nec nobis, nec noſtris hæredibus, vel ſucceſſoribus in ipſa Eccleſia, vel in rebus prædictis ius aliquod reſeruamus, niſi ſolam orationem, & videndum (alias) vidandam, ſicut vnus ex fratribus tam in vita, quam poſt obitum noſtrum. Sed tam homines, quàm prædia, & eius animalia perpetua vniuerſa volumus immunitate gaudere, ita quod non liceat nobis, aut hæredibus, vel ſucceſſoribus noſtris prædictam conceſſionem, & oblationem noſtram aliquo futuro tempore dirumpere, minuere, vel in aliquo violare. Ad ſecuritatem ergo ipſius Monaſterij, & perfectum firmamentum præſens priuilegium per manus Simeonis de Matera noſtri Notarij ſcribi, & bulla plumbea noſtro impreſſo typario iuſſimus roborari, & in eos nos propria manu ſubſcripſimus, & ſubſcriptos alios præcepimus ſubnotari anno, menſe, & Ind. præſcriptis.

† *Ego Tancredus Comes Domini Ducis Rog. bonæ memoriæ filius concedo, & confirmo.*

† *Ego Petrus Lycienſis Epiſcopus interfui.*

† *VV. de la Tora Comeſtabilis Comitatus Lycij &c.*

Licet autem affirmare, Comitis incœpto Petrum ipſum Lycienſem Epiſcopum maximè opitulatum, eò quia inter Principem Eccleſiam, & nuper ædificatum Monaſterium omnem controuerſiæ igniculum extincturus propter decimas quas illa ex fundis à Comite huic aſſignatis percipere ſolebat, Canonicorum ſenatu non abnuente, eodem anno 1181. eas Monaſterio permiſit; quibus tamen compenſandis tradidit Comes agros nonnullos ad ſancti Petri de Lama eiuſdem Eccleſiæ vicum pertinentes [*Concedimus*, inquit Epiſcopus, inſuper, vt presbyteri Caſalis Aurij reſpondeant amodo Monaſterio ſupradicto, & eius Rectoribus de cenſu canonico ſecundum quod noſtræ conſueuerant Eccleſiæ reſpondere, & de omnibus perſonalibus actionibus Prætor de criminalibus, & ſpiritualibus, excepto ſi alij Clerici auiditate detinendi ius Eccleſiæ Lycienſis, vel ſubfugiendi Curiam noſtram apud Caſale ipſum voluerint ſe receptare. Vnam quoque libram incenſi, quam ab Eccleſia ſanctæ Barbaræ de Baliſio noſtra Lycien. Eccl. annuatim ſolita erat habere; & totum dominium proprietatis, quod in eadem Eccleſia nos, & noſtri ſucceſſores aliquomodo exigere poteramus, remittimus ex toto Monaſterio prælibato, ſaluo Epiſcopali iure, quod in eadem Eccleſia S. Barbaræ habemus, &c]

Ideo Alexander III. eadem memoria à Comite, & Epiſcopo ad Monaſterium muneris loco tranſmiſſa confirmans ait, *Ex dono venerabilis fratris noſtri Petri Lycienſis Epi-*

Epiſcopo Eccleſiam ſanctæ Barbaræ cum decimis, & pertin. ſuis, quæ ſita eſt in loco Valeſij, Eccleſiam ſancti Petri, & Eccleſiam ſanctæ Anaſtaſiæ cum earum pertin. Decimam caſalis Aurij, & decimas omnium terrarum, quæ ſunt circa ipſum Monaſterium. Ex dono ſupradicti Comitis Tancredi terras eidem monaſterio adiacentes. Caſale Aurij cum tenimentis ſuis. Totum tenimentum ſancti Angeli de Tremitito, vineas, & iardenum, quæ fuerunt quondam Accardi Guarannei in pertin. S. Cæſarij cum terris ibi adiacentibus. Vineam, & tenimentum ſanctæ Barbaræ in territorio Valeſij, & alias vineas & terras, quæ ſunt iuxta tenimentum ipſius Eccleſiæ, & Gualtinam piſcium ad vſum fratrum, &c.

Anno ſubſequenti 1182. Comes tres pagos adiecit, Valeſium, Caſſianum, Oliuam cum vineis, & horto in Brunduſino. E tabulis compertiſſimum.

In nomine Dei æterni, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

☞ Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo octogeſimo ſecundo. Regni verò Domini noſtri VV Dei gratia magnificentiſſimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ anno 17. menſ. Ianuar. Indict. 15 Quas grates Domino noſtro Ieſu Chriſto exhibere deuotiſſimè debeamus, nec mens noſtra concipere valet, nec aliquatenus lingua proferre laudes. Cum multas per ipſius prouidentiam ſæpe ſuſcepimus largitates, & per ipſum innumerabilia beneficia profiteamur; dum nihil pro his omnibus dignum eſſe noſcamus, præſertim cum nulla poſſint profectò merita exhiberi, quæ vicem collati beneficij ſuperna prouiſione reforment; & licet mortalia ſæcula nihil tam magnum poſſint offerre in plenitudinem gratiarum fauore cæleſti conceſſarum; tamen ad hoc alacri ſtudio charitatis quiſque reddere ſe debet vigilantem, quatenus habeat in nouiſſimo terribilis Iudicij die, quod pro ſuæ villicationis tempore ante præſentiam ſublimis Iudicis deuotiſſimè repræſentet. Verùm quia ſine fructu boni operis nihil conſtat eſſe perfectum, neque condigna retributio alicuius mercedis poteſt ſine labore ſperari. Eapropter nos Tancredus Dei, & Regia gratia Comes Lycij cupientes pro temporalibus æterna præmia in cæleſti patria adipiſci, ad honorem Dei, & glorioſæ ſemper Virginis Dei Genitricis Mariæ, ſanctorumque Chriſti Confeſſorum Nicolai, atq; Cataldi, in quorum vocabulo quandam Eccleſiam ante ciuitatem Lycij noſtris ſumptibus proprijs fabricari fecimus pariter & conſtrui, vt Deo laudes debitè exhibeamus in ea, & ad perpetuæ proſperitatis ſalutem Domini noſtri glorioſiſſimi Regis ſemper triumphatoris aſſiduè, & ſalubriter diuina officia celebrentur. Octauianum nomine ſummæ honeſtatis, & religionis virum in ea duximus ſtatuendum de electione, atque conſenſu Fratrum ſuorum Domino famulantium in eadem, cui Eccleſiæ, Abbati, & Fratribus præſentibus, & futuris de noſtræ largitionis gratia damus, concedimus, atque tradimus ſubſcripta loca, & caſalia cum pertin. & omnib. vtilitatibus eorundem, nec non & omnibus hominibus in ipſis caſalibus commorantibus, & ad dominium, & proprietatem ipſorum caſalium de iure ſpectantibus, nec non & cum deſcendentibus ab eiſdem. Ita quidem vt liberè, & ſine aliqua datione caſalia ipſa cum dictis hominibus, tam tributarijs, quam ſtallatis, prout fuerant de demanio feudi quondam Accardi Guaranei, & ipſa debita ſeruitia præſtare conſueuerunt. Ita quidem quod dictus Abbas & Fratres liberè ſine alicuius noſtri balliui contradictione pariter & impedimento caſalibus ipſis vtantur etiam & hominibus nominatis iuxta quod hactenus per prædictum Accardum, vti conſueuit & frui. Caſalia verò ſunt iſta videlicet, caſale, quod dicitur Baleſium, caſale, quod dicitur Callianum, & caſale Oliuæ, eo tamen excepto quod in ipſo caſali Oliuæ tenet, & poſſidet Eccleſia Hoſtunenſis. Homines verò tributarij, & ſtalliati, qui morantur in caſali Baliſij & Calliani ſunt hi, &c. Prædicta namque caſalia cum omnibus præſcriptis hominibus eorundem vbicunque fuerint in tota terra Comitatus noſtri, & cum hæredibus eorundem deſcendentibus ab eiſdem & cum omni iure, quod habuimus, tam in tributarijs, quàm & hominibus ſtalliatis caſalium eorundem prædictæ Eccleſiæ ſanctorum Nicolai, & Cataldi côceſsimus, donauimus, & liberè tradimus ſecundum quod ſuperius continetur. Et quoniam quanto noſtra viſcera in largiendo penitus & deuotiùs extenduntur, tanto credimus hanc noſtram conceſſionem apud Dei præſentiam, placabilem fieri, & acceptari; idcircò ex præſentis tenore priuilegij noſtri adiungimus Deo, & affatæ Eccleſiæ ſanctorum Nicolai, & Cataldi vineas, & iardenum ſitas in pertinentijs Brunduſij in loco qui dicitur Modius, cum domo vna palaciata propè Eccleſiam S. Catharinæ, quas titulo emptionis habuimus à Ioanne filio quondam Grimoaldi, & Gemma, viro, & vxore ciuibus Brunduſ. prout in inſtrumentis inde confectis, & per nos dicto Abbati ad Eccleſiæ ſuæ cautelam meritò aſſignatis continetur manifeſtè. Et vt hæc omnia, quæ pro vtilitate, & commodo perſonarum ſeruientium dictæ Eccleſiæ haberi

conceſſimus, & præſentis priuilegij noſtri tenore robur obtineant, & vim, & auctoritatem accipiant infinitam; Volumus, & mandamus, vt ea omnia francè, & liberè dicta Eccleſia poſſideat in æternum, Nobis, nec noſtris hæredibus, vel ſucceſſoribus in ipſa Eccleſia, vel rebus prædictis ius aliquod reſeruantes, niſi ſolam orationem, & vidandam, ſicut vnus de Fratribus tam in vita, quàm poſt noſtrum obitum, quod ſpecialiter duximus reſeruandum, Sed tam homines, quam & prædia, perpetua volumus immunitate gaudere, ita quod non liceat Nobis, aut hæredibus, vel ſucceſſoribus noſtris prædictam conceſſionem, & traditionem noſtram aliquo futuro tempore diſrumpere, minuere, vel in aliquo reuocare. Ad ſecuritatem igitur ipſius Eccleſiæ & perpetuum firmamentum præſens priuilegium per manus Simeonis de Matera noſtri Notarij, & bulla plumbea noſtro typario iuſſimus roborari, & in eo propria nos manu ſubſcripſimus, & ſubſcriptos alios præcepimus ſubnotari, Anno, menſe, & Ind. præſcriptis.

† *Ego Tancredus Comes Domini Ducis Rogerij beatæ memoriæ filius hoc concedo, & confirmo.*

† *Ego Petrus Lycienſis Epiſcopus interfui.*

† *VV. de la Tora Comeſtab. Comitatus Lycij.*

† *Ego Nicolaus Maneſcalcus teſtis ſum, &c.*

Anno 1185. ab eodem Comite Monaſterium Oliueto ad ſanctæ Mariæ de Carrata, & latifundio S. Andreæ augetur. Extra Lycium eſſe arbitror; de eo infra pluribus, Hoc eſt diploma,

In nomine Dei æterni, & Saluatoris noſtri. Amen.

Diuinæ Maieſtatis intuitu, cui dicata ſunt Monaſteria, & vniuerſæ Eccleſiæ dignum duximus vniuerſas Eccleſias, & præſertim eas, quas proprijs ſumptibus conſtrui fecimus reuerenter colere, & beneficijs noſtris extollere, & earum paci & quieti ita in poſterum prouidere, vt Deo ibi honorificè ſeruiatur, nec virorum ibi Deo ſeruientium preces aliquo concutiantur incurſu, vel turbine procellarum. Hinc eſt, quod nos Tancredus Domini Ducis Rogerij diuæ, & recolendæ memoriæ filius, Dei, & Regia gratia Comes Lycij, deſiderantes augmentare, & ditare Monaſterium Chriſti Confeſſorum Nicolai, & Cataldi, quod proprijs ſumptibus fecimus fabricari, ad preces, & inſtantiam fratris Octauiani venerabilis Abbatis eiuſdem Mo-

A naſterij, vt Deus omnipotens augeat, ſaluet ſemper, & conſeruet ſemper incolumem Dominum noſtrum glorioſiſſimum Regem, & pro ſalute noſtra, & parentum noſtrorum remedio eidem Monaſterio perpetuò conceſſimus quaſdam oliuas, quas iuxta Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Cherrara in proprio fundo inſeri fecimus, quæ his finibus concluduntur; ab Oriente eſt maula calone, & carrara, quæ pergit ad Eccleſiam ſanctæ Mariæ; ab Occidente ſunt oliuæ eiuſdem Eccleſiæ ſanctæ Mariæ cum puteo; ab Auſtro clauſura eiuſdem Eccleſiæ cū horro; à Septentrione terræ cum mandris,

B & oliuis eiuſdem Eccleſiæ. Intra vero hos fines conceſſimus eidem Monaſterio prædictas oliuas ad ſemper habendum, & poſſidendum, vt amodo omni futuro tempore præfatum Monaſterium liberum, & abſque aliqua exactione ſeruitij oliuas ipſas teneat, & poſſideat, & dominetur ſine aliqua contrarietate, & requiſitione noſtra, & hæredum noſtrorum, ſiue ſucceſſorum. Præterea rogati plurimum à prædicto venerabili Abbate, vt concederemus præfato Monaſterio curiam hominum Eccleſiæ ſancti Andreæ, de quibus hominibus, & alijs poſſeſſionibus ipſius Eccleſiæ idem venerabilis Abbas cum venerabili Bantino Ab-

C bate vicariam fecit; quia homines ipſi in curia noſtra, & baiulorum noſtrorum à iudicibus noſtris in eorum cauſis iudicabantur, & ab eis, quoties expediebat, adiutorium exigebamus, miſericorditer admittentes preces iam dicti Abbatis conceſſimus eidem Monaſterio noſtro, perpetuo habere prædictorum hominum curiam abſque alia contrarietate, & requiſitione noſtra, & hæredum noſtrorum, ſeu ſucceſſorum, nec vt de cætero ab ipſis hominibus adiutorium, vel aliquam ſeruitij exactionem, Nos, vel noſtri hæredes, ſeu ſucceſſores exigamus. Si quis autem huius noſtræ conceſſionis temerarius violator exti-

D terit, componat parti iam dicti Monaſterij libras auri duodecim, & totidem Cameræ noſtræ, præfata conceſſione firma in ſuo ſtatu, & inuiolabili permanente. Ad futurorum autem memoriam, & prædicti Monaſterij ſecuritatem hoc præſens ſcriptum conceſſionis per manus Vrſonis de Monte piloſo Notarij noſtri fieri fecimus, & bulla plumbea noſtro impreſſa typario iuſſimus roborari. Anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo cẽteſimo octogeſimo quinto. Regni verò Domini noſtri magnificẽtiſſimi Regis VV. anno viceſimo, & Comitatus noſtri anno ſextodecimo, menſe Februario, Ind. 3. feliciter. Amen.

† *Ego Tancredus Comes Domini Ducis beatæ mem. filius hoc concedo.*

† *Ego . . . Comitatus Lycij teſtis ſum.*

† *Ego Rogerius de Oria, &c.*

Poſt

A Poſt hæc Tancredus pro decimis, quæ
erant menſæ Epiſcopali, & ex conſenſu Pe-
tri Epiſcopi attributæ fuerant Monaſterio
prædicto ſanctorum Nicolai, & Cataldi,
nonnulla eiuſdem valoris perpetuo conceſ-
ſit Epiſcopali menſæ, ſcripto documento,
quod ſequitur, ab exemplari deſumpto
apud me.

In nomine Dei æterni, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

B Anno Dominicę Incarnationis 1181.
Regni verò Domini noſtri VVillelmi
Dei gratia magnificentiſſimi Regis Siciliæ,
Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ an-
no 16. primo die menſis Octob. Indict. 14.
Tancredus Dom. Regis Rogerij beatæ me.
filius, Dei & Regia gratia Comes Lycij, &c.
Dat Domino Petro venerabili Lycienſi E-
piſcopo, & ſucceſſoribus in perpetuum, &
menſæ Epiſcopali pro recompenſa Deci-
marum, quas menſa Epiſcopalis exigebat
à territorio dato Monaſterio ſanctorum
Nicolai, & Cataldi quoddam tenimentum
terrarum etiam noſtri demanij iuxta caſa-
C le eiuſdem Lycienſis Eccleſiæ, quod dicitur
Sancto Petro de Lama, quarum illi ſunt fi-
nes. Ab Oriente caſale ſancti Petri de La-
ma, & clauſura vinearum ſancti Saluatoris;
ab Auſtro per limitum, quod eſt inter ipſa-
rum vinearum Monaſterij ſancti Georgij
Monialium Lycij, & per idem limitum,
ſicut itur iuxta quandam vineam, quæ eſt
extra Ceruaricia, & ſicut aſcendunt per
viam, & itur ad Peciam magnam, quæ eſt
finis prædicti territorij, quod Eccleſiæ Ly-
cienſi conceſſimus, & tenimentum feudi
Monaſterij ſancti Ioannis, & iuxta tenimen-
tum mullonis, & tenimentum ciuitatis, vn-
de ad tuitionem, & prædictam Vicariam
per manus Simeonis de Matera noſtri No-
D tarij ſcribi, & bulla plumbea noſtro impreſ-
ſa typario fecimus communiri, quod pro-
pterea atteſtatione noſtra roborauimus vnà
cum Baronibus noſtris, & alijs ſubſcriptis
teſtibus, qui nobiſcum interfuerunt; anno
millesimo centeſimo octuageſimo primo,
& Indictione præſcriptis.

Ego Tancredus Comes Domini Ducis Rogerij beatæ mem. filius hoc concedo.
Ego VV. de la Tora Comeſtabulus Lycij.
Signum Crucis propriæ manus Inberti.
Signum propriæ manus Roberti de Anibaldi.
Signum propriæ manus Stephani Falconerij.
Ego Nicolaus Mareſtalcus teſtis ſum.
Ego Rao filius Paldi.
Signum propriæ manus Rogerij Bucelli.

Ea igitur fuerunt priuilegia, ſiue benefi-
cia, quibus Comes Tancredus, & Petrus
Epiſcopus exornarunt Monaſterium hocce,
& alij, qui Tancredo ſucceſſerũt, ante alios
Vgo Normannus Comes Brennæ ann. 1286.
Hæc autem conceſſio Vgonis talis fuit.

Nos Vgo Comes Brennæ, & Lycij.
Notum facimus vniuerſis, quod cum
ex conceſſione nobis facta à Sereniſſimo
quondam Domino noſtro Carolo illuſtri
Hieruſalem, & Siciliæ Rege, inter alia,
quæ habemus in terra noſtra Lycij, tenere-
mus quoddam flumen. Religioſi viri Do-
minus Nicolaus Abbas Monaſterij ſancto-
rum Nicolai, & Cataldi de Lycio, & Con-
uentus eiuſdem inuenientes ſæpe ſæpius co-
ram nobis expoſuerunt nobis, quod ex con-
ceſſione quõdam facta ab illuſtri viro Do-
mino Tãcredo Comite Lycij proauo noſtro
annuatim ex redditu dicti fluminis pro ve-
ſtiario dictorum Fratrum habere, & per-
cipere debere quadringentos ducatos, nec
non ex conceſſione quõdam Domini Gual-
terij illuſtris Comitis Brennæ aui noſtri, &
Dominæ Albiciæ Comitiſſæ vxoris dicti
Domini Comitis auiæ noſtræ habere ſimi-
liter, & percipere debeant præter prædi-
ctos quadringentos ducatos, alias libras
vigintiſeptem annuatim de redditibus flu-
minis ſupradicti. Iuxta quod in priuilegiis
prædictorum Dominorum nobis præſenta-
tis, & oſtenſis vidimus contineri. Quos
prædictos ducatos, & libras annuatim
percipere non poteramus, & oneroſum
& damnoſum erat nobis dictos ducatos, &
libras præſtare dictis petentibus, ſi dictum
flumen tenere vellemus. Cum oporteret
nos magis eidem Monaſterio annuatim
præſtare, quàm perciperemus de redditibus
fluminis ſupradicti. Nolentes etiam præ-
dictum Monaſterium ab anteceſſoribus no-
ſtris fundatum in præiudicium animæ no-
ſtræ ſuis iuribus defraudare, de bona, &
ſpontanea voluntate noſtra conceſſimus ei-
dem Monaſterio, & prædicto Abbati no-
mine ipſius Monaſterij recipienti flumen
prædictum pro prędictis quadringentis du-
catis, & vigintiſeptem libris, quæ annua-
tim pro ipſo flumine recipere debebant.
Cuius fines hi ſunt. In primis incipit à pa-
lude fœtida, & inde vadit ad paludem lon-
gam, & inde deſcendit ad voltam curruum,
& deſuper currentem vadit ad currentem
horti ſartaceni, & ipſum hortum ſartace-
num, & inde deſcendit ad fines campi de
Riccardo, & inde vadit ad vadum arenæ
altæ, & per littus maris reuertitur in palu-
de fœtida, vnde incipit, tali quidem modo,
vt àmodo in antea in perpetuum dicti Ab-
bas, & Conuentus, & dicti ſui ſucceſſores
prædictum flumen habeant, & teneant, &
poſſideant, & omnes vſusfructus, & reddi-

tus

tus ipſius fluminis pro veſtiario Monachorum dicti Monaſterij ad opus, & vtilitatem ipſorum habeant, & percipiant francè, & liberè & abſque aliqua ſeruitute ſine omni noſtra, noſtrorumque contradictione. Vnde ad futuram memoriam, & prædicti Monaſterij cautelam præſens ſcriptum conceſſionis noſtræ ſibi fieri fecimus ſigillo noſtro pendenti munitum. Actum Brundulij. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo octuageſimo ſexto. Dominante Domino noſtro Carlo primogenito illuſtris Domini Carli Principis Salernitani primogeniti, & hæredis quondam Sereniſſimi Domini Carli Hieruſalem, & Siciliæ Regis, dominij eiuſdem anno ſecundo, menſis Madij ſecundo, quartædecimæ Indictionis.

De hac fundatione fuſius Lancellottus in Hiſtoria Oliuetanæ Congregationis, ad quã Abbatia hæc ex indulgentia Alexandri VI. Pontificis, & in gratiam Alphonſi II. Neapolitani Regis peruenit anno 1494. de qua etiam Ioannes Cæſar Infantinus in ſua Lycia ſacra, vbi inſcriptiones affert, quę adhuc in hoc monaſterio extarę ſcribit in hæc verba.

Hac in carne ſita: quia labitur irrita vita,
Conſule diues ita ne ſit pro carne ſopita.
Vitæ Tancredus Comes æternum ſibi fœdus
Firmat in hoc donis ditans hæc Templa colonis.

Alia, quæ extat ſupra fores Clauſtri.

Anno milleno centeno bis quadrageno
Quo paruit mundo Chriſtus ſub Rege ſecundo
Gulielmus magnus Comito Tancredus & Agnus
Nomine quem legit Nicolaus Tẽpla peregit.

Cæterùm Petri Epiſcopi mentio reperitur vſque ad annum 1185. quando obierit, incertum.

12 FVLGO Bellus Lycienſis, patriæ Epiſcopus recenſetur ad annum 1200.

13 ROBERTVS Vvltoricus nobilis ciuis Lycienſis patriæ ſedem diu tenuit laudatiſſimè, hic anno 1214. Sancti Procopij Templum, aſſentientibus Canonicis, Petro Abbati ſanctorum Nicolai & Cataldi dono dedit. & anno 1230. miſerabili ruina, cum Cathedrale Templum, cum maxima tecti corruiſſet, ſumma, qua præditus erat, pietate, & deuotione erga Deiparam Virginem à fundamentis exædificauit, vt vetus inſcriptio marmorea ſupra fores eiuſdem Templi proloquitur.

Annis completis Domini cum mille ducentis
Anno terdeno vultu ridente ſereno,
Præſule Roberto, tecto vi diſcooperto
Corruit Eccleſia tibi condita, Virgo Maria,
Cum Campanili, quam condidit arte virili
Præſul prædictus Lycienſis, ſit benedictus;
Nam ſtatim refici fecit: debet benedici.
Hoc opus eſt ſignum, laudentibus hunc fore dignum.

Hoc fortaſſis viuente Præſule Innocentius IV. Pontifex anno 1252. Comitatum Lycienſem conceſſit Marco Ziani Ducis Venetiarum filio, ad quem Comitatus ipſe ſpectare videbatur, poſt obitum Aui ſui Tancredi Comitis Lycienſis: extant Innocentij conceſſionis litteræ in Reg. Var. ann. 9. pontif. num. 121. & 122. ſequentis tenoris.

Nobili Viro Marco Ziano nato bo. memoriæ P. Ziani Ducis Venetorum.

Sedes Apoſtolica debitæ prouidentiæ oculo ducitur circa cunctorum ſuorum merita deuotorum, nec vnquam lancem iuſtitiæ deſerit ſecundum quam actibus fidelium ſingulorum prouida maturitate libratis, & digne ipſos amplexetur dilectionis fauorabiliter brachijs, & dono ſpecialis beneuolentiæ proſequatur, præſertim quos clara decorat nobilitas, & origo nobilitate generoſa. Hinc eſt quod cum ſicut te intimante accepimus, Comitatus Lycien. ad bonæ memoriæ Tancredum auum tuum ſpectauerit, idemque Comitatus poſtmodum ab alijs occupatus fuerit, ac detentus, Nos attendentes quod apud ſedem eandem pro te non ſolum nobilitas generis, ſed claræ deuotionis ſinceritas, & merita integrè quibus te nobis, & eidem ſedi acceptum laudabiliter exhibet fauorabiliter interpellant ſuis precibus benignè con-

A concurrentes aſſenſu Comitatum iam dictum in Regno noſtro Siciliæ exiſtentem cum iuribus omnibus, & pertinentijs ſuis tibi plenariè reſtituimus, & vt feruentius in Eccleſiæ deuotione perſiſtas, de nouo inſuper in feudum concedimus de gratia ſpeciali, niſi ad alium pertineat in deuotione Eccleſiæ perſiſtentem. Non obſtante ſi nobilis vir Comes Tigriſius de Mudignana, vel eius filij ius in Comitatu ipſo habere ſe aſſerant, ratione nobilis mulieris Alberiæ Marertetæ ſuæ vxoris ipſius, & eiuſdem aui ſui filiæ potioris. Cum ijdem Comes, & filij quondam F. Rom. Imperatori contra Eccleſiã adhæſerint, & adhuc ipſam offendere non deſi[illegible] propter quod gra-
B tia & bene[illegible] reddiderunt penitus ſe [illegible]os. Volumus autem vt poſt[illegible] eiuſdem Comitatus poſſeſſionem habueris pro ipſo homagi[illegible], & iuramentum fidelitati[illegible] & alia Eccl[illegible]æ Romanæ, ſeu Regi, qui per eam pro tempore fuerit in Regno præ[illegible]ato tenearis præſtare, quæ alij vaſſalli eiuſdem Regni pro Comitatibus quos ibi obtinent præ[illegible]re tenentur. Nulli ergo, &c. noſtræ reſtitutionis, & conceſſionis, &c. *Datum Peruſij 12. Kalend. Martij anno nono.*

Epiſcopo Caprulenſi.

C ☞ Cum ſicut dil[illegible] viro Marco Ziani na[illegible]oriæ Petri Ziani Duci V[illegible]nte accepimus Comitatus L[illegible]en. ad bon. mem. Tancredum a[illegible]m ſuum ſpectauerit, denique Comitatus, &c, vt ſupra [illegible] vſque teneantur, ma[illegible]amus quatenus eundem Marcum, vel Procuratorem ſuum, ſeu aliũ eius nomine in corporalẽ ipſius Comitatus poſſeſſionem inducens, & defendens inductum non permittas ipſum contra reſtitutionis, & conceſſionis noſtræ tenorem ſuper ijs ab aliquibus indebitè moleſtari. Contradictores & moleſtatores huiuſmodi, &c. vſque compeſcendo. Non obſtan. ſi perſonis aliquibus à Sede Apoſtolica ſit in-
D dultum quod interdici, excommunicari, vel ſuſpendi per literas Apoſtolicas non facientes de indulto huiuſmodi mentionẽ, & conſtitutione de duabus dietis edita in Concilio Generali. *Datum Peruſij. Idibus Februarij anno nono.*

Cæterum annus dieſque obitus Roberti Epiſcopi incerti ſunt, nec quicquam aliud de eo reperitur.

14 M GVALTERVM Canonicum Hydruntinum, electum Lycienſem Epiſcopum ab Archiepiſcopo Cuſentino Apoſtolico delegato, commendat Capitulo Lycienſi Innocentius IV. eũdemque in dignitate confirmat, 15 Kalen. Nouembris anno ſalutis 1255. pontif. ſui anno 12. epiſt. 371. fol. 191. & epiſt. 401. fol. 194. Regeſt. Vat.

15 ROBERTVM Sanblaſium fuiſſe Lycienſem Epiſcopum anno 1260. innuit breuis indiculus huius Eccleſiæ; de quo tamen nulla habetur mentio in Reg. Vatic.

16 GOFRIDVS Epiſcopus Lycienſis, cuius mentio extat in Regeſt. Regio Caroli II. fuitq; prædeceſſor Roberti ſequentis.

17 ROBERTVS de Noha nobilis Lycienſis ſucceſſit Gofrido, ſublectus ad onus regnante Carolo II. à quo, anno 1301. confirmationem accepit quorundam bonorum prædeceſſori ſuo elargitorum, vt Regio Regeſt. Caroli legitur fol. 259. Hic poſt multos annos à ſua præfectura Eccleſiam ſancti Franciſci vnà cum Iacobo Epiſcopo Caſtrenſi conſecrauit anno 1330. inſcriptio ibidem in marmore exarata hæc docet.

Anno Domini Incarnationis milleſimo trecenteſimo trigeſimo, Pontificatus Sanctiſsimi Patris, & Domini Domini Ioannis diuina Prouidentia ſacroſanctæ Romanæ, & vniuerſalis Eccleſiæ Papæ ann. XIV. Regnante Domino noſtro Domino Roberto Dei gratia Sereniſſimo Rege Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Prouinciæ Forcalquerij, & Pedemontis, Comite Regnorum dominij eius anno XXII. die mercurij XXV. menſis Iulij, Indict. . . . apud Lycium conſecratum eſt hoc venerabile Templum ſub vocabulo ſancti Franciſci Chriſti Confeſſoris, & fundatoris Ordinis Fratrum Minorum per Reuerendos in Chriſto Patres, & Dominos, Dominos Robertum Lycienſem, & Iacobum Caſtrenſem venerabiles Epiſcopos, & hoc Altare ſub vocabulo ſancti Iuliani Epiſcopi & Confeſſoris, in quo Altari repoſitæ ſunt per prædictum Epiſcopum Caſtrenſem reliquiæ SS. Blaſij Archiepiſcopi, & Sylueſtri Papæ Confeſſorum perpetuis temporibus feliciter permanſuræ.

IOAN-

18 IOANNES de Glandis Cantor Eccleſiæ S. Nicolai Barenſis euaſit ſub Ioanne XXII. Lycienſis Epiſcopus: memoratur in Regeſt. Neapolit. 1339. obijt Clemente VI. ad clauum ſedente ann. 1348. cuius obitus memoratur in literis eiuſdem Pontificis in ſucceſſoris electione.

19 ROBERTVM Canonicum, & Cantorem Lycienſem, defuncto Ioanne Clemens VI. Lycienſem vocauit ad ſedem anno 1348. 5. Id. Nouemb. ex Regeſt. Vatic. epiſt. 43. fol. 41. p. p. lib. 4. an. pontif. 7 Hunc volunt alij fuiſſe ex familia nobili Lycienſi de Noha, alij de Guarinis, & Albertum vocant, in regeſt. Robertum legi, qui benigne in vrbem recepit Cœleſtinos Monachos in nouum Monaſterium ſanctæ Crucis à Gualterio Benna Athenarum Duce, & Lycij Comite fundatum anno 1353. quo anno Robertus, vel ex hac vita diſceſſit, vel ad aliam Eccleſiam tranſlatus eſt, cum ab hoc anno nullam repererim de eo mentionem factam, ſed habuiſſe ſequenti anno ſucceſſorem Lucam quendam, cuius meminit Regeſt. Vat. Innocentij VI. Fuiſſe autem Robertum Epiſcopum illum Lycienſem Gualterij Athenarum Ducis Conſiliarium exiſtimo, cuius meminit Ioannes Villanus in Hiſtoria Florentina lib. 12. cap. 8.

20 LVCAM Epiſcopum Lycienſem tranſlatum ad Termulanam Eccleſiam inuenio anno 1353. 10. Kalend. Feb. ab Innocentio VI. vt in epiſt. 36. fol. 60. Reg. Vatic. ann. pontif. 1. oportet Lucam poſt Robertum paucis menſibus hanc rexiſſe Eccleſiam, ſtatimque tranſlatum eſſe ad Termulanam, vti diximus, Eccleſiam, quam inde diu tenuit, vt ſuo loco enarrabimus.

21 NICOLAVS promotus eſt ad hanc eandem Eccleſiam anno 1384. ab Clemente VII. Antipapa, promiſit ſe ſoluturum ſacro Collegio ſolitum penſum die 25. Iunij in lib. Oblig. Prælat. eiuſdem Pſeudopontificis, quis autem ille fuerit, & quis eius exitus, obſcurum eſt.

22 LVDOVICVS Lycienſis Præſul ſub Vrbano VI. anno 1386. electus, poſſeſſionem haud adeptus eſt.

23 LEONARDVS ſucceſſit Ludouico ad hanc dignitatem vocatus ab Vrbano VI. anno 1386. die 2. Nouembris promiſit ſacro Collegio pro ſe & Ludouico prædeceſſore, ex lib. Oblig. ſedit ann. 5. tranſlatuſque eſt ad Eccleſiam Caſtrenſem anno 1391. 3. Kalend. Martij.

24 Fr. ANTONIVS de Viterbo Ordin. Minorum inſignis ſac. Theologiæ Magiſter à Bonifacio IX. in locum Leonardi adlectus eſt Epiſcopus Lycienſis anno 1391. ſedit ann. 22. diem ſuum obijt an 1413. ex lib. Oblig. & Promot. Prælatorum Bonifacij.

25 GVRELLVS Ciccarus Clericus Neapolitanus, vtriuſque iuris doctor Bacalaureus, eligitur Lycienſis Epiſcopus ab Ioanne XXIII. ſalutis anno 1413. 14. Kal. Ianuar. poſt paucos annos laudabili fama, virtutum ex hac mortali vita diſceſſit, de quo, in lib. Obligar. mentio clara habetur.

26 IOANNES THOMAS de Morgantibus Fulginas Monachus Ord. Ciſtercienſis, Lycienſis electus eſt Epiſcopus, ſucceſſit Gurello, pauciſque euolutis annis ad Nucerinam Eccleſiam in Vmbria tranſlatus eſt 1419. 16. Kalen. Aprilis, vbi deceſſit anno 1439. vt in primo noſtro tomo in Epiſcopis Nucerinis, num. 31. retulimus.

27 N. . . nomen ignoro, ſucceſſit Ioanni Thomæ ann. 1419.

28 Fr. PETRVS de Pitano Ord. Minorum electus Lycienſis anno 1426. 5. Kal. Decemb. tantum ann. 3. plus, minuſque ſedit: huius meminit ex lib. Obligar. bonæ memoriæ Lucas Vvadingus tom. 5. Annal. Minorum.



29 Fr. THOMAS Ammiratus Lycienſis ex nobili familia Ammirata Florentina oriundus, doctus, probuſque vir, ex Abbate ſanctorum Nicolai, & Cataldi extra muros Lycienſes Ord. ſancti Benedicti, vt ex Actis Conſiſtorialibus patet, Lycienſis Epiſcopus creatus anno 1429. die 12. Martij. Hic inſignis Theologus fuit, multoque in pretio habitus à Martino V. Eugenioque IV. Sibi creditam Eccleſiam bonus Præſul, ac ſapiens rexit ann. 9. Deceſſit autem Lycij anno 1438. eiuſque ſepultus in eccleſia ſanctæ Claræ, quam cum Monaſterio pro ſacris virginibus conſtruxerat. In Clauſtro ſancti Franciſci, vbi, vt fertur ab Infantino, habitum primum Seraphicæ Religionis ſumpſerat, hæc legitur inſcriptio; ſed Lucas Vvadingus celebris Ordin. Minorum Annaliſta, ſuum non agnouit.

Frater Thomas Ammiratus
Epiſcopus Lycienſis, & con-
ſtructor Cœnobij S. Claræ.

Nuper

Nuper Virgilia Scipionis Ammirati celebris ſcriptoris ſoror in ſacello Diuæ Claræ à ſe conſtructo, Thomæ Epiſcopo Gentili ſuo, ſibi,& familiæ memoriam excitauit in hæc verba.

Virgilia Ammirata Florentinæ nobilitatis ex præcipuo flore lectiſſima, cuius maiores Gbibellinæ factionis inuidia decedentes fortunarum ſuarum domicilium Lupijs collocarunt; magni illius Thomæ Ammirati conſanguinea, qui Lupienſis Antiſtes Diæceſeos, Claræ ſanctiſſimæ virginis nomini Templum hoc extruxit, ædeſque Templo contiguas ſuis ſumptibus exædificatas Virginibus eius attribuit.

Scipionis Ammirati lectiſſimi viri, ac probatiſſimi ſcriptoris, qui eiuſdem Templi redditus auxit, coniunctiſs. ſoror ſacellum hoc à fundamentis excitauit, egregiiſque operibus inſtruxit A. D. MDCXIII.

30 Fr. GVIDO, ſiue Guiduccius Lycienſis Ord. Minorum Epiſcopus Alexanus, ad patriæ ſedem tranſlatus eſt per obitum Fratris Thomæ 8. Id. Aug. ann 1438. ex qua deinde Eccleſia traductus eſt ad Archiepiſcopalem ſedem Barenſem à Nicolao V. anno 1453. 13 Id. Iulij, vbi piè obijt, de quo in tom. 7. noſtro.

31 ANTONIVS Riccius, ciuis & nobilis Canonicus Lycienſis ad patriæ ſedem euectus 1452. die 13. Kal. Aug. ſedit an. 33. Exceſſit anno 1484. poſt cuius obitum Sixtus IV. Robertum Caraceiolum Epiſcopum Aquinatem, ad hanc Lycienſem Eccleſiam tranſtulit; ſed cum interim Sixtus fato ceſſiſſet, ac proinde cum eius tranſlationis non potuiſſent diplomata expediri, Robertus Aquinatem Pontificatum retinuit, donec è viuis fuiſſet exemptus, vt in primo tom. retulimus pag. 445. & Innocentius VIII. ſequentem M. Antonium Tolomeum prouexit ad hoc Lycienſe Sacerdotium. Porrò vitam Roberti fuſiùs recenſuit piæ mem. Lucas Vvadingus to. 7. Annal. Minor. ad annum 1485.

32 M. ANTONIVS de Tolomeis nobilis Senenſis, Bucci viri clariſſimi filius, qui apud Alphonſum, Ferdinandumque Neapolitanos Reges, præcipua gratia valuit, quorum intuitu M Antonius opima in Regno beneficia obtinuit, & tandem Lycienti epiſcopatu exornatus eſt an. 1485. die 18. Iulij, quem ſumma ſui nominis æterna fama rexit ann. 13. è viuis eximitur anno 1498.

33 ALOYSIVS de Aragonia Neapolitanus, filius Ferdinandi I. Regis Diac Cardin. defuncto Tolomeo Lycienſem Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit 1498. die 18. Decembris, qua, anno 1503. vltro ſe abſoluit, cum regreſſu tamen.

34 IACOBVS, alij, Robertus Piſcicellus Neapolitanus ex dimiſſione Card. Aragonei factus eſt Lycienſis Epiſcopus an. 1503. mortalitatem expleuit 1507.




35 PETRVS MATTHÆVS de Aquino Neapolitanus, Epiſcopus Grauinenſis ad hanc Lycienſem ſedem tranſlatus eſt 1508. die 18. Feb. de conſenſu Card. Aragonei, qui Lycienſem Eccleſiam in adminiſtrationem habebat.



36 VGOLINVS Martellus nobilis Florentinus, Aloyſij filius, ſcientiarum penè omnium exaggerata cognitione, vt alibi diximus, vir longè clariſſimus, Latinè autem & Græcè ita excultus, vt non ſolum Tuſcus, aut Italus, ſed Latinus, aut Græcus omnino videretur eſſe natus, adeo ſcitè

vtraque lingua in humano conuictu, ſcriptiſque mirabiliter vtebatur, Epiſcopus Lycij creatus eſt, accedente conſenſu Card. Aragonel. cui ob ſingulares virtutes familiaris erat anno 1511. die 18. Martij, Sedit ferè ann. ſex, & ad Narnienſem Eccleſiam tranſlatus eſt à Leone X. anno 1517. die 18. Maij. Florentiæ fato conceſſit eodem anno, ſepultus in Metropolitana, vbi olim Canonicus fuerat, plura ingenij ſui reliquit monumenta, quæ apud gentiles ſuos ſeruantur.



37 IOANNES ANTONIVS Aquauiua, Beliſarij Neritoni Ducis ex Sueua Sanſeuerina filius, electus Epiſcopus Leucadienſis, hunc Epiſcopatum obtinuit die 18. Maij 1517. accedente conſenſu Card. Aragonei, qui ad Lycienſem habebat regreſſum, eidemque Card. data eſt in commendam Eccleſia Leucadienſis; peruoluto verò anno die 17. Maij ex reſignatione Cardinalis, hæc eadem Leucadienſis vnita fuit Lycienſi Eccleſiæ quouſque Io. Antonius in viuis ageret. Deceſſit ſub Clemente VII. circa finem anni 1525.



38 GVNDISALVVS, ſiue Conſaluus de Sangro Neapolitanus nobili gẽte natus, clarusque virtute, Lycienſis Præſul effectus eſt anno 1526. die 12. Ianuarij, obijt anno 1530.

39 ALPHONSVS de Sangro ſucceſſit die 9. Martij 1530. qui nedum conſecratus Eccleſiã reſignauit ad fauorem Hippolyti Card. Medices die 20. Aprilis 1534. Cæterum Card. breui vita functo, Alphonſus ſuam recepit eccleſiam, in eaque dignitate poſt aliquot annos defunctus eſt.



40 HIPPOLYTVS Card. Medices hanc eccleſiam in commendam accepit anno, vt diximus 1534. exceſſit anno 1535. de quo alibi.

41 IOANNES BAPTISTA Caſtromedianus, nobilis Lycienſis, Præſul effectus eſt, exceſſit anno 1552.



42 BRACCIVS Martellus nobilis Florentinus Petri filius ex Canonico Eccleſiæ Florentinæ epiſcopus Feſulanus, qui omnium virtutum laude cumulatiſſimus, multarum diſciplinarum varia eruditione longè clariſſimus ſub Iulio III. Tridentino Concilio interfuit, in eoque cum eſſet acris ingenij vir, ſpiritus aliquando laudes tulit contradictionis, quamobrem vt longius ab eo congreſſu abeſſet, ex Feſulana, ad hanc Ly-

cienſem Inſulam tranſtulit Iulius die 12. Febr. anno 1552. à Chriſti Natiuitate. Illum mirificè laudat Scipio Ammiratus in opuſculis, Sfortia Card. Pallauicinus in hiſt. Concilij Tridentini non ſemel eiuſdem meminit. Cæterum Braccius moribus, & zelo epiſcopo dignis ad octo annos ſibi creditam Eccleſiam adminiſtrauit, qui ſexagenario maior è viuis exemptus in Cathedrali humatur, Lycienſiſque populus publicis impenſis magnificum demortuo ſepulchrum erigendum curauit anno ab eius obitu quarto, hac adiecta epigraphe.

D. O. M.

Braccio Martello paupertatis,
litterarum, & virtutis patrono, Domo Florentia, humani, &
diui iuris cultu, & ſcientia,
domeſticiſque ornamentis omnibus caro; Pontif. Lupienſium;
Vindici peccatorum, qui ſanctiſſime V. A. LX. Amicorum
ſtudio H. S. E. qui mortuus
colit, viuus conciliat.
M. D. LXIII.

De Braccio, ferè eadem leges in tertio noſtro tomo in Epiſcopis Feſulanis;



43 IOANNES MICHAEL Card. Saracenus die 13. Septembris anno 1560. in Lycienſem Epiſcopatum Martello ſucceſſit, reuolutoque anno vltro nuncium remiſit.

***

A



B

44 ANNIBAL Saracenus Card. ſuperioris ex fratre nepos factus eſt Epiſcopus Lycienſis anno 1562. 29. Septembris, quo viuente hæc acceſſerunt eccleſiæ Lycienſi ornamenta, nimirum Patres Societatis Ieſu, Clericorum Regularium Theatinorum, & Diſtrictioris Obſeruantiæ D. Franciſci, qui in ea vrbe Collegium, & domos excitarunt ad Lycienſium ciuium augendam pietatem; Annibal verò cum interfuiſſet Concilio Tridentino, ſediſſetque laudatiſſimè ann. 30. defecta iam ætate ſenex oneri, & honori liberè ceſſit.

C



D

45 SCIPIO Spina nobilis Patritius Neapolitanus, M. Antonij, & Felicianæ Galeoræ filius, ex ceſſione Annibalis electus eſt Epiſcopus Lycienſis anno 1591. 26. Aprilis. Præſul æterna memoria dignus, quippe cum creditam ſibi eccleſiam an. 48. eximia cum laude prudentiæ rexiſſet, epiſcoporum Decanus piè obijt anno 1639. & in Cathedrali; collacrymantibus cunctis, humatus eſt in ædibus epiſcopalibus, quas magnificentiſſimè ferè à fundamentis extruxit, extat memoria in marmore huius tenoris.

Scipio Spina Eques è Nidi ſede
ciuitatis Neapolis huius ciui-

tatis Lupiarum annis abhinc quadraginta meritiſſimus Epiſcopus, Epiſcoporũ Decanus cõſpicuū hanc Porticum ad ſuarum ædium magnificentiam, & ciuitatis ornatum conſtruendam ſuo ære mandauit.
A.D. M. DC. XXXII.



46 ALOYSIVS Papacauda Neapolitanus nobiliſſima gente natus iam anteà Epiſcopus Caputaquenſis ad hanc Lycienſem eccleſiam tranſlatus die 20. Maij 1639. omnium virtutum genere cumulatiſſimus, pergit oues ſibi commiſſas ad paſcua ſalutis traducere.

ALEXANENSES, SEV LEVCADIENSES EPISCOPI.



CIVITAS Alexani ſita eſt in Salentinis haud procul à ſua Metropoli, nulla alia ex re nobilis, quam quod Comitatus titulo, & Epiſcopali dignitate exornata ſit, ac vetuſtæ Leucadiæ Eccleſiæ ſucceſſerit, vnde à priſcis temporibus, qui eidem præfuerunt Epiſcopi, Alexanenſes, & Leucadienſes Præſules denominantur. Ad mille ducentos mortalium alit; de eius ædificatione nemo ſcripſit, eiuſdemque nullus meminit. Epiſcopatus Leucadienſis antiquus eſt, quando eidem ſucceſſerit Alexanenſis, ac perpetua vnione coiuerint non conſtat, à Græcis tamen conſtitutus Patriarchis, & à Græcis Epiſcopis diu administratus fuit: quibus pulſis Latinus Epiſcopus à Romanis Pontificibus conſtitutus, & Hydruntinæ Metropoli datus eſt ſuffraganeus. Cathedralis Baſilica antiquæ ſtructuræ, Sanctiſſimo Saluatori dedicata eſt, vnica dignitate Cantoratus fulget, cum duodecim Canonicis, quibus cura animarum incumbit: nulla ibi alia parochialis Eccleſia, nec Clericorum Seminarium: tria erant virorum Cœnobia, quatuor laicorum ſodalitia [cum vnico xenodochio. Diœceſis per duodecim oppi[illegible] definitur, in eaque inſignis, ac vetuſta viſitur Eccleſia ſanctæ Mariæ de Leuca, caput olim Epiſcopatus Leucadienſis ſeptimo ab Alexanenſi ciuitate milliario. Cenſus huius Eccleſiæ ad 900. ſcutatorum pondere illius Prouinciæ, taxa illius in lib. Cancellariæ Apoſtolicæ 40. florenorum. Epiſcopi, qui eas Eccleſias aliquando adminiſtrarunt, ſequentes ſunt, quos ex variis monumentis obſeruauimus, & vix nomina expiſcati ſumus.



1 GERARDVS Leucadienſis Epiſcopus, regnante Othone Magno anno 971. donationem fecit Celæ, ſeu Priori S. Michaelis ſuæ Diœceſis, quam Teſtamentum ſancti Gerardi vocant, ſed Gerardus iſte videtur fuiſſe Epiſcopus Tullenſis in Gallia, non Leucadienſis in Salentinis, vt volunt, vtcumque ſit damus vetus documentum, cuius exemplar nobis olim dono dedit bonæ mem. Conſtantinus Abbas Caietanus, ſcribit in hunc modum.

***

In nomine Dei æterni, Creatoris, ac Redemptoris Generis humani.

Gerardus dono Diuinæ dignationis humilis ſanctæ Leuchorum ſedis Epiſcopus. Iuſtæ rationis ordo, & Chriſtianæ fidei Religio cunctos Catholico nomine gloriantes commonendo poſtulat, ne vitam præſentem ſæcularium cupiditate bonorũ ducti voluptuosè tranſigant, veluti pecora, quæ natura finxit prona, atque ventri obedientia, ne [illegible] bene agendis torpeſcant, neue err[illegible]nt p[illegible]riter cum his, qui aliam vitam præter hanc minimè ſperant: ſi igitur h[illegible]s con[illegible]tionis cautela competit omnibus C[illegible] Chriſti vexillo armatis, quanto magis Epiſcopis, quos pietas diuina poſſidere voluit in tractandis ſan[illegible]æ Eccleſiæ negotijs, & corrigere pro viribus quic[illegible]d in [illegible] negligitur cultibus. Proponentes den[illegible]e ante oculos æternorum magnitudinem bonorum, ne pro noſtri negligentia officij in culp[illegible] trahamu[illegible], a[illegible] noſtros imp[illegible]io in melius renocantes more paſtorali, timore perterriti cœpimus meditari de conſtituendi[illegible] & renouandis Sanctorum Oratorijs, quatenus eorum ſuffragijs conſequerentur p[illegible] ſ[illegible]næ remuneration[illegible]nis, & pro t[illegible] c[illegible] h[illegible]itar[illegible] p[illegible]mu[illegible]. Accreſcen[illegible] v[illegible] per d[illegible] a [illegible] h[illegible]ius voluntatis d[illegible]o, lacr[illegible]mis ſtratum rigando, per re[illegible] c[illegible] nam commonemur honori ſan[illegible] Micha[illegible] [illegible] re dom[illegible]m orationis in ſ[illegible] Barri montis. Hac viſione pl[illegible] [illegible] hilarati de miſericordia vberi certiores effecti, grates egimus omni p[illegible]nti, qui infert ſe medium de ſe loqu[illegible] p[illegible]æſertim vineam ſponſæ ſuæ fide[illegible] ex[illegible]ol[illegible]tibus, poſt expleti noſtri oper[illegible] ſo[illegible]mnea, conſtituitur dedicationis dies i[illegible] [illegible] kal[illegible], quibus recolitur memoria e[illegible]ſdem Archangeli a fidelibus populis. Terminauimus ergo huius Eccleſiæ ambitum habentem ex vnoquoque latere longitudinem 12. perticarum, quæ pertica continuit numerum pedum 20. & vnum, vbi & ſacrauimus ſepulturam defunctorum. Ad hoc Oratorium dedicandum multi conuenere fidelium, quorum conſultu auctoritatis ſacræ decreto, noſtræque Eccleſiæ iudicio, ſacris vſibus illius Eccleſia conceſſimus dotis nomine omnem decimationem proximæ villæ Barri nomine, ex omnibus vnde decima datur; quin etiam ſtatuimus, vt ipſi parochiani ibi habeant baptiſterium, ſepulturam, omneq; corporis & animæ refugium, ac ne ad aliam Eccleſiam conuenire cogantur, auctoritate diuina interdicendò excommunicamus, ab introitu ſanctæ Eccleſiæ ſegregamus, conſortioque illorum, qui dixerunt Domino Deo, recede à nobis, innodamus. Ad hanc etiam donationem adiecimus decimationem vinearum, quæ ſunt plantatæ retro triginta annos, ac poſtmodum plantandæ ab ipſa radice vtriuſque montis Barri videlicet, & Barriſmi. His ita peractis prouidentes ne ſeruitus diuina ibi negligeretur apud ſanctiſſimum, atque antiquum ſuburbij noſtri locum, corpore glorioſi Chriſti Confeſſoris, ac primi noſtræ Eccleſiæ Doctoris Manſueti decoratum, vbi Abbas Faribertus præeſſe videtur, locum illum cum omnibus, quæ nobiſcum ibi contulit pia fidelium deuotio, ſeruituti eiuſdem ſacrati loci, & Abbatis Fariberti, eiuſque ſucceſſorum prouidentiæ per teſtamentum hoc, legali conceſſione, & confirmatione ſubijcimus, ac perpetim habendum decernimus eo rationis tenore, vt vnus de Monachis ſuis ibi ſemper moretur, atque de præbenda Monaſterij alatur, ac veſtiatur. Enim verò precamur, obteſtamur, & monemus per tremendam diuinæ poteſtatis iuſtitiam omnes qui hanc Sancti poſt nos recturi eſtis ſedem, vt incertæ vitæ memores hoc noſtræ paruitatis decretum, quod iuſtè à nobis videtur factum, & diuinæ auctoritatis ſententia roboratum, noſtra etiam manu, noſtræque Eccleſiæ cõſenſu adiudicatu[illegible] ſiue ſubſcriptum nullo modo faciatis ir[illegible]m; ſed veſtræ ſemper pietatis cenſura [illegible]bnixum inuiolabile maneat in æuum. Cæterum ſi quiſpiam mente perculſus ad tam illicita fuerit prorumpere auſus, veſtra paſtorali auctoritate, vt dignum eſt, coerceatur, & niſi dignè pœnitendo, vel Eccleſiæ, cuius peccator extiterit ſatisfaciendo ſuam correxerit prauitatem, perpetuæ maledictionis incurrat damnationem, nec habeat cum Sanctis aliquam partem, quorum non timuit inuadere poſſeſſionem. Et vt in poſterũ verius credatur, & firmius obſeruetur, manu propria ſubter firmauimus, & manu fidelium noſtrorum roborari fecimus ſubſignatum.

Ego Gerardus huic teſtamento ſtaueo, & ſigno crucis roborando ſubſcribo † annuloque noſtræ Eccleſiæ conſigno.

† *Grimaldi Primic.*
† *Ameraldi Decani.*
† *Heriberti Archidiac.*
† *Randauli Presbyt.*
† *Giraldi Presbyt.*
† *Vuarneri Diac.*
† *Henrici Diac.*
† *Adzonis Diac.*
† *Ione Cantoris.*
† *Heldebaudi Archi.*
† *Vuaudulphi Presb.*
† *Sindebaldi Comit. Tull.*
† *Olderici de Miruuald.*

Ri-

† *Richardi de Caſtinato.*
† *Ludouici de Comere.*
† *Beraldi de Vindopera.*
† *Polchimini de Aſmantia.*
† *Almari Lade.*
† *Norberti Laic.*
† *Immonis Laic.*
† *Hugonis Laic.*
† *Letucij de Rigneio.*
† *Sewiardi Laic.*
† *Bernitonis Aduoc.*
† *Harigeri maioris.*
† *Archemni Scabini.*
† *Naruini de Scropolis Scab.*
† *Vuarneri Scabi. de Videliaco.*
† *Vualtheri Scabi. de Tullo.*
† *Semaldi Scabini.*
† *Vrzonis Scabini.*
† *Leutberti Scabini.*
† *Haiduerij.*
† *Magni.*
† *Amaldi.*

Actum Tulli in plenaria Synodo 7. Idus Octobris anno Incarnationis Dominicæ 971. Ind. 14 ordinationis verò noſtræ 7. Regnante Magno Ottone Sereniſſimo Imperatore 35. Imperij ſui anno Duce Lotharingienſium Frederico, Summo & Apoſtolico Pontifice Romanorum Ioanne XIII.

Ego Herbertus indignus Sacerdos, atque Eccleſiæ B. Stephani Cancellarius ſcripſi, &c. rogatus, &c.

Ab hoc tempore vſque ad Pontificatum Ioannis XXII. nullus repertus fuit harum Eccleſiarum Epiſcopus; incuria an negligentia illorum, ad quos ſpectabat monumentorum cura, quibus deperditis, antiquorum ſpiſcoporum acta, & nomina ignoramus.

2 ROLANDVS obijt anno 1333.

3 Fr. RICHARDVS Ord. Prædicatorum conſecratus in Curia per Annibalem Card. Tuſculanum Alexanenſis, & Leucadienſis Epiſcopus, recognouit pro ſua Eccleſia, ac ſoluit ſolitum penſum ſacro Collegio die 9. Septemb. anno 1333.

4 IOANNES obijt 1349.

5 IOANNES Sorano ex Canonico Brunduſino electus ſucceſſit Ioanni, 14. Kal. Feb. an. 1349. pontif. Clementis VII. in Reg. Var. epiſt. 202. fol. 220. obijt ann. 1362.

6 IOANNES Anglici ex Canonico fuit Epiſcopus per obitum alterius Ioannis ab Vrbano V. die 3. Nouembr. 1362. pontif. 1. ex lib. prouiſ.

7 BARTHOLOMÆVS, cuius reperitur memoria in lib. ſolut. Prælat. ſub Bonifacio IX. pro quo præantepredeceſſore ſuo ſoluit Paulus, qui ſub eodem Pontifice euaſit harum eccleſiarum epiſcopus.

8 FRANCISCVS ſucceſſor Bartholomæi memoratur in eodem libro.

9 BERINGARIVS poſt Franciſcum fit epiſcopus, de quo in eodem libro mentio, transfertur ad eccleſiam Caſtrenſem anno 1402.

10 PAVLVS electus an. 1402. 7 Ianuarij ſoluit pro communi ſeruitio, aliiſque ſupra relatis prædeceſſoribus ſuis ex eodem lib. oblig. & ſolut. fol. 35. mortem obijt anno 1405.



11 IOANNES de Sancto Felice (ſiue patriæ ſuæ ſiue familiæ Sanſelicis incomperti) Canonicus Melphienſis Paulo demortuo ſucceſſit anno 1405. 4. Id. Octobris, ſedit plus minuſue ann. 18. tranſlatus eſt ad eccleſiam Muranam ann. 1423.

12 DOMINICVS de Neapoli hanc eccleſiam regendam ſuſcepit 28. Aprilis anno 1425.

13 Fr. SIMEON de Brunduſio Ordinis Minorum epiſcopus Rubenſis, ad has Eccleſias tranſlatus 3. Id. Aprilis 1432. poſt paucos menſes defunctus eſt.

14 Fr. GVIDO, ſeu Guiduccius Lycienſis Ord. Minorum præficitur in epiſcopum anno 1432. 16. Kalen. Octob. Præfuit annis 6. deinde tranſlatus ad Lycienſem anno 1438. inde euaſit Archiepiſcopus Barenſis.

15 Fr. LAVRENTIVS Ord. Prædicatorum eligitur epiſcopus 8. Id. Auguſti anno 1438.

16 BENEDICTVS de Baucio, ſeu de Balzo Neapolitanus vetuſtæ nobilitatis vir erat epiſcopus anno 1465. libens, volenſque onus dimiſit ann. 1488.

17 IO. IACOBVS de Balzo creatus ab Innocentio VIII ſucceſſit Benedicto anno 1488. die 10. Martij, fato functus eſt anno 1512.



18 IO.ANTONIVS Aquauiua electus
B die 3. Martij 1512. has eccleſias adminiſtrauit ann. 5. ſub electi nomine, tranſlatus
autem ad Lycienſem eccleſiam die 18. Martij ann. 1517. eodemque die Aloyſio Card.
de Aragonia, Alexanenſis, & Leucadienſis
epiſcopatus datus eſt in adminiſtrationem.
euoluto verò anno, die 17. Maij Cardinalis
liberè reſignauit in manibus Leonis X. Pō-
tificis, qui Leucadienſem, Alexanenſemq;
eccleſias has cum Lycienſi ad vitam Ioan.
Antonij epiſcopi vniuit. Is extrema clauſit
anno 1525. ſic liber factus epiſcopatus Ale-
xanenſis, Cardinali Triuultio conceditur,
& poſt paucos menſes, eo cedente, ſequens
ſuffectus eſt adminiſtrator.

19 ALEXANDER Card. Cæſarinus
C eraſit harum eccleſiarum adminiſtrator
die 20. Iulij 1526. liberè deinde, cum re-
greſſu, ceſſit anno 1531.

20 IO.ANTONIVS Balduccius ius di-
uinum in his ecclelijs dixit ab anno 1531.
die 15. Nouembris vſque ad ann. 1539. quo
mortalitatem expleuit.

21 BENEDICTVS de Sanctis Cano-
nicus Vaticanæ Baſilicæ, cedente Card. Cæ-
ſarino, ad quem per regreſſum, epiſcopa-
tus iſte ſpectabat. adlectus eſt die 15. Mar-
tij 1540. moritur anno 1542.



22 EVANGELISTA Cittadinus nobi-
lis Mediolanenſis ſucceſſit Benedicto die
19. Aprilis 1542. ſeptem omnino annos ſe-

A dit, ac liberè nuncium remiſit an. 1549. in
patriam ſeceſſit, ibi vitam traduxit ad an-
num vſque 1559. vbi extinctus eſt ætatis ſuæ
78. ſepultus iacet in eccleſia ſanctæ Mariæ
de Gratia, epitaphio exornatus, quod non
vidimus.



23 ANNIBAL Magalottus Vrbeueta-
nus Canonicus Vaticanæ eccleſiæ ad epi-
ſcopatum vocatur die 18. Ianuarij 1549.
obijt 1551.

24 LEONARDVS de Magiſtris pro-
motus die 21. Auguſti 1551. obijt 1554.

25 IVLIVS Gallettus Piſanus, nobili
familia natus ad epiſcopatum euehitur die
C 7. Iannarij 1555. cum ſediſſet an. ferè quin-
que, liberè nuncium remiſit anno 1560.
Romæ animam efflauit ann. 1564. iacet in
eccleſia ſanctæ Mariæ ad Mineruam cum
epigraphe in marmore exſculpto, vbi &
eius inſignia ſpectantur.

D. O. M.

Iulius Gallettus Piſanus, Epi-
ſcopus Alexanen. ætatis ſuæ
LXIIII. moritur die XXIV.
Iulij MDLXIIII.
D *Nicolaus Gallettus eius frater,*
ac benemer. fecit.

26 IACOBVS Gallettus ex patrui ceſ-
ſione obtinuit epiſcopatum die 25. Octob.
1560. mortuus anno 1574.

27 CÆSAR Buſdragus Lucenſis de
Epiſcopatu prouiſus eſt 8. Octob. 1574.
poſtea Archiepiſcopus Theatinus 1578. de
quo egimus tom. 6. in Theatinis Archiepi-
ſcopis.

28 HERCVLES Lamia Fauentinus in
Romana Curia Aduocatus non ignobilis
Buſdrago datus eſt ſucceſſor die 11. Augu-
ſti 1578. exceſſit an. 1591.

29 SEPTIMIVS Burſerius Mantuanus
epiſcopatu ornatus eſt die 20. Nouembris
1591.

1591. ſedit menſes ſex, rranſlatuſque eſt ad accleſiam Caſalenſem in Pedemontana prouincia, de quo vide to.n.4.

30 SEXTILIVS Mazuca Calaber vtraque lingua Græca, & Latina peritiſſimus, variaque eruditione clarus, Petri Aldobrādini Cardinalis præceptor, barum accleſiarum apiſcopus declaratus eſt die 19. Iunij 1592. auctuſque eſt an.1594. Vaticanæ Baſilicæ Canonicatu cum retentione prioris dignitatis, quam pauló poſt dimiſic, & cùm fato ceſſiſſet, omnia bona ſua pauperibus erogauir.

31 HORATIVS Raparius ſucceſſit die 3.Octobris 1594. obijt ſequenti anno.

32 Fr.IVLIVS Doffus Florentinus Ordinis Prædicatorum ſac. Theologiæ doctus magiſter, Papiæ contra hæreticam prauitatem Quęſitor ab Clemente VIII. delectus eſt apiſcopus Alexanus die 6. Martij 1595. vitam liquit anno 1597. maximam de ſe pietatis opinionem reliquit, ac lacrymis populorum funeratur in ſua Cathedrali.

33 CELSVM Mancinum Rauennatem Canonicum Regularem Lateranenſis Congregationis, Portuenſis Cœnobij apud Rauennam Præfectum, virum doctum Clemens VIII. ſucceſſorem dedit Iulio die 19. Aprilis ann. 1597. moritur anno 1612. in ſua Cathedrali humatus. Poſt ſe ſui ingenij monumenta reliquit de iuribus Principatuum lib.9. De cognitione hominis, quæ lumine naturali haberi poteſt lib.3. quorū meminit Gabriel Penottus hiſtor. Tripart. lib.3. cap.55.



34 NICOLAVS ANTONIVS Spinellus Neapolitanus ex Aquari Ducibus, Clericus Regularis Theatinus à Paulo V. die 16. Iulij 1612. creatur Antiſtes Alexanus, præfuic omni laude eximius Præſul ann. 23. exceſſit anno 1635.

35 PLACIDVS Padiglia Neapolitanus monachus Cæleſtinus, antea apiſcopus
A Lauellenſis, ad has accleſias tranſlatus die prima Iulij 1635. defunctus eſt an.1648.

36 FRANCISCVS ANTONIVS Rubeſtus è terra Cupertini Neritonenſis Diœceſis ſucceſſit Placido die 25. Nouembris 1648. exceſſit anno 1653.

37 IOANNES FRANCISCVS Granafeus Brunduſinus electus die 9. Iulij anno 1653.

CASTRENSES
B
EPISCOPI.



CASTRVM vulgari appellatione *Caſtro* Ciuitas Salentinorum in Hydrunti terra, titulo Comitatus inſignis, Turcarum
C incutſionibus anno Dom. 1537. direpta ad ſolitudinem penè redacta, habitatur tantum vix centum hominibus. Hanc nonnulli Leucam eſſe contendunt vrbem antiquiſſimam, cuius Strabo meminit. Epiſcopatus Caſtrenſis antiquus eſt inter recentiores, & Archiepiſcopi Hydruntini ſuffraganeus. Cathedralis Sanctiſſimæ Virgini Annunciatæ dedicata eſt, ſatis amplæ ſtructuræ pro loci conditione exædificara. Dnabus dignitatibus fulget, Archidiaconatus nempe, atque Archipresbyteratus, cui cura animarum incumbit, & ſex Canonicis, alijs Clericis paucis, qui diuinis aſſiſtunt, nullum ibi Cœnobium, non hoſpitale, nec Mons pietatis ſpectatur. Diœceſis
D parua eſt, continet namque aliquos pagos, ſeu caſalia, in eaque cenſentur ad tria millia hominum capita. Epiſcopus Dominus eſt etiam in temporalibus pagi, quod Madianum vocant: cenſus verò huius Eccleſiæ ſunt ad mille quadringēta ſcutata pondere illius prouincię. taxa illius eſt in lib. Cancellariæ Apoſtolicæ 100. florenorum. Epiſcopi qui hanc accleſiam aliquando adminiſtrarunt, pauci ſequentes ſunt, quos ex varijs monumentis noſtra expiſcata eſt induſtria.



1 N. . . . Caſtrenſis epiſcopus cum ſuo Hydruntino Metropolitano interfuit Lateranenſi Concil. ſub Alexandro III. anno 1179.

2 PEREGRINVS epiſcopus Caſtrenſis ab Innocentio IV. anno 1255. 10. Kalendas Nouembris tranſlatus eſt ad Brunduſinam eccleſiam ann. pontif. 12. vt in epiſt. Regeſt. Vatic. 272. fol. 182.

3 PEREGRINVS huius nominis ſecundus obijt Bonifacij VIII. temporibus anno 1295.

4 IOANNES Pariſius huius eccleſiæ Clericus poſtulatur in epiſcopum defuncto Peregrino, confirmatur à Bonifacio VIII. anno 1295. 7. Kal. Aprilis, vt in epiſt. ad eum ſcripta, quæ num. eſt 148. fol. 32. Reg. Vat. Occiſus eſt Ioannes mandante impio Hectore Canonico Hydruntino, qui per potentiam laicalem in eccleſia Caſtrenſi ſe intruſerat, quam vſque ad Benedicti pontificatum violenter tenuit, dirisque nodatus obijt, vacuam, occupatam eccleſiam nolens volens reliquit.

5 LVCAS ex Ord. Prædicatorum à Benedicto XI. delectus eſt huius eccleſiæ epiſcopus 6. Id. Nouembris 1303. pontif. prim. habetur in Reg. Vatic. præfuit laudatiſſimè ann. 18. & ad Archiepiſcopalem Hydruntinam tranſlatus eſt anno 1321. poſt cuius tranſlationem Ioannes XXII. ad hanc Caſtrenſem eccleſiam vocauit Ioannem epiſcopum Calcinenſem, qui tranſlationi conſentire noluit, cum ſua priori ſponſa manſit, & ad Caſtrenſem vocatus eſt, qui modo ſequitur.

6 IACOBVS Primicerius Rauellenſis eccleſiæ, vir optimus, & ſummæ exiſtimationis apud Ioannem XXII. ab ipſo Lucæ datus eſt ſucceſſor 17. Kalen. Decemb. anno pontif. 6. ſalutis 1322. ſub Clemente VI. mortem obijt.

7 FRANCISCVS electus 1347. promiſit ſacro Collegio die 14. Martij.

8 PETRVS obijt 1366.

9 DONADEVS ex Canonico fit epiſcopus huius eccleſiæ anno 1366. 2. Id. Iunij ex lib. oblig. Vrbani V.

10 ANTONIVS ſucceſſor Donadei viuebat anno 1387. 20. Ianuarij, quo promi-

A ſit pro ſuo prædeceſſore ſub Vrbano VI. eiuſdemque partes ſouit, pro qua re à Pſeudopontifice Clemente VII. epiſcopatus honore priuatus eſt.

11 IOANNES, Clementis VII. Pſeudopontificis ſectator, à quo hanc ſedem occupandam ſuſcepit anno 1388. 2. Decemb. promiſit pro Donadeo prædeceſſore in lib. obligat. Clementis.

12 NICOLAVS ab eodem Pſeudopõtifice in hac eccleſia intruſus 1389. 8. Maij, & ipſe ſoluere promiſit ſolitum penſum. Hac tempeſtate miſerè vexabatur Chriſtiana

B Reſpublica ob ſchiſma teterrimum inter Vrbanum VI. legitimum Papam, & Clementem VII. Pſeudopapam, vnde ſurſum deorſumque exagitabatur eccleſia Dei, ſimulque duo inter ſe pugnantes Præſules, in eadem eccleſia non ſine bonorum ſcandalo. in profundum mergebatur eccleſiaſtica diſciplina, epiſcopi, inteſtino odio ſe proſequentes, potius lupi rapaces, quam paſtores, iure merito cenſerentur, vnde aliquando factum eſt, vt poſt diutinam contentionem omnes infulæ honore ſpoliati ſint.

13 EVOLDVS ſiue Geraldus à Bonifacio IX. legitimus delectus eſt Epiſcopus an. 139. 19. Martij. Vix annum expleuerat in ea dignitate eum ad funus vocatus eſt.

C 14 LEONARDVS Lycienſis epiſcopus ad hanc ſedem tranſlatus ab eodem Bonifacio IX. anno 1391. Kal. Martij. Deceſſit anno 1402. ex eodem lib.

15 BERINGARIVM epiſcopum Alexanum ad hanc ſedem tranſtulit idem Bonifacius anno 1402. 3. Kalend. Martij. Diu hanc adminiſtrauit eccleſiam: cuius meminit relatus oblig. lib.

16 VRBANVS Beringario ſucceſſit anno 1429. 14. Martij, ſe obtulit ſoluturum pro ſua Caſtrenſi eccleſia in eodem lib. ſedit ann. 24. exceſſit ſub Nicolao V.

17 NICOLAVS de Pineo Rector eccleſiæ ſanctæ Mariæ della Vetrona ad hanc inſulam vocatus eſt à Nicolao V. anno 1453.

D 15. Kal. Iunij, triginta omnino annos ſedit, fato functus eſt ann. 1483.

18 STATIVS de Vera Neapolitanus promotus per obitum Nicolai die 9. April. 1483. fato ceſſit 1491.

19 IO. GEORGIVS ex Satrianenſi eccleſia ad hanc tranſlatus eſt an. 1491. die 22. Iunij.

20 PETRVS Faber aſſentiente Ioanne Georgio, huius eccleſiæ Præſul electus eſt ann. 1501. 13. Auguſti.

21 ANGELVS Iaconia Lycienſis, germanus frater Antonij epiſcopi Puteolani, vir nobilis, & literis clarus, epiſcopus Caſtrenſis delectus eſt ab Clemente VII. anno 1530. die 5. Iunij. Præfuit, ac profuit an. 36. Deceſſit mœrentibus cunctis ann. 1565. qui aliquando Caſtrenſem ciuitatem miſerè à Turcis direptam proprijs vſurpauit oculis.

Lycij in patria à fundamentis ſacellum D.Magdalenæ condidit ſecundo à præſulatus ſui anno, vbi proſtat hæc inſcriptio legentibus. A

Reuerendiſſimus Angelus Iaconia Præſul Caſtrenſis ſacellura D. Magdalene à ſundamentis erexit.
A. D. MD. XXXI.

Ex hac nobili familia Iaconia nuper vixit Ioannes Dominicus doctus, eximiuſque Guardiæ epiſcopus, de quo alibi dictum eſt. B

22 LVCAS ANTONIVS Reſta ſucceſſit Iaconiæ anno 1565. 26.Octob. tranſlatus deinde eſt adNicoterenſem eccleſiam an.1578.

23 IVLIVS Othanellus Fanenſis, Lucæ Antonio in epiſcopatu ſucceſſit anno 1578. die 21. Octob.

24 Fr.MARIVS Ord.Minorum electus Præſul die 18. Decemb.1587.obijt 1594.

25 CAMILLVS Burgheſius Senenſis, Pauli V. Pont. Max. Patruelis, poſt Marij exceſſum Caſtrenſem ſuſcepit eccleſiam regendam anno 1594. 5.Septembris,tranſlatus ad Ilcinenſem epiſcopatum 1600. inde euaſit archiepiſcopus Senarum, vbi ex hac mortali vita diſceſſit. Vide tom.3.noſtrum in archiepiſcopis Senenſibus. C

26 PLACIDVS Fabius Bononienſis, Conſtantij filius, Generalis Congregationis Montis Oliueti die 19. Iannarij 1600. adlectus huius eccleſiæ Præſul à Cardinali Paleotto 21.Febr.in eccleſia ſanctæ Marthæ conſecratus,ad eccleſiam ſuam properauit; omni honore exceptus, Synodum, primus omnium anteceſſorum ſuorum celebrauit, Clerum ad normam Tridentini Conc. adduxit, pluraque opera paſtore pio digna operatus ſedit ann. 4. & ad Theleſinam eccleſiam tranſlatus eſt ann.1604. D

27 ANTONIVS Bornius Fiuizanenſis electus die 10. Decemb. 1604. poſt annos decem ſibi coadiutorem adſciuit Carolum, pauloque poſt exceſſit.

28 CAROLVS Bornius Fiuizanenſis, petente Antonio à Paulo V. electus eſt epiſcopus titularis Coronenſis in partibus infidelium, & coadiutor in Caſtrenſi eccleſia cum ſpe futuræ ſucceſſionis die 27. Auguſti 1614. eoque defuncto ſucceſſit, præfuitque ad annum vſque 1627. quo, fato ceſsit.



29 IOANNES BAPTISTA Detus nobilis Florentinus, dum priuata fortuna vteretur Romæ, ab Vrbano VIII. creatus eſt huius eccleſiæ Præſul die prima Martij 1627. tranſlatus deinde eſt ad Anglonenſem eccleſiam ann.1630.



30 DIONYSIVS Tomacellus Neapolitanus, Ordinis Carmelitani ob præcipuam ſanguinis nobilitatem, & intuitu Philippi Columnæ Comeſtabilis, cuius erat propior affinis, adlectus eſt epiſcopus Caſtrenſis die 21. Maij 1630.exceſsit an. 1642.

FRAN-



31 FRANCISCVS Columna Romanus Dionyſio ſubrogatur die 17.Iunij 1642. Romæ obijt Conſtantinianæ Baſilicæ Vicarius menſe Iulio 1653. ſepultus ſine pompa in Eccleſia SS.Apoſtolorum.

32 ANNIBAL Syllanus declaratus eſt huius ſedis antiſtes die 6. Octob. 1653.

GALLIPOLITANI EPISCOPI.



GALLIPOLIS vrbs vetuſta in Salentinis, & Magna Græcia in ipſa ora, & in ipſo quaſi ſinu, & cauda Italiæ ſita immobili ſaxo inſidet, muris, tam ad defenſionem idoneis, quam ad ornatum, & magnificentiam conſpicuis circundata, aére feliciſſimo gaudet, habitationes vltra mille octingentos continet, Milæ ita vocata, ſed Auza à Plinio P. M. à Tarento XLII. eam, ait Leander, Græcos, deinde Gallos tenuiſſe Razzanus vult, nobis contra videtur Græcos ſucceſſiſſe Gallis, idque potiſſimum nominis argumentum, quod à Græcis, vti vbi de Gallis captæ iudicium, Gallipolis; Nam ſi primos Græcorum ſuiſſe colonos arbitraremur, poſteriores Gallos, illi ſanè, non Græcam appellationem, ſed aliam ex ſua lingua vernacula condidiſſent. Accedit huic ſententiæ, quod Eccleſia Gallipolitana tanquam à poſterioribus colonis Græcis etiamnùm inſtituta, ritusque Græcorum obtinet, quodque in more habebat, nunc originis, gentiſque Græcanicæ nunc Latinæ, per vices Epiſco-

A pum creare. Scopulis inſidet, ſeu Inſulæ
modicæ, quæ mari vndique cingitur; conti-
nenti adhæret ponti, ſaxis ingentibus ſuf-
fulto, quæ nonnunquam tumidis vndis, ita
prorſus occultatur, vt vbi plena, tum Inſu-
læ forma ſit: munitiſſimum itaque natura
ſitum habet vt adeo haud facile vi expu-
gnari poſſe videatur. Locus eſt ſoti, & ne-
gotiatoribus acceſſu tam mari, quàm ter-
ra peroportunus; quapropter toto anni
tempore mercatoribus frequentatur, ma-
ximè Iannenſibus. Ex aduerſo duæ longiùs
in altum proiectæ inſulæ, ſed permodicæ
minimique momenti cernuntur. Ager Gal-
lipolitanus optimus, & fertiliſſimus eſt
B oleo, vino, croco, cæteriſque fructibus ad
vſum humanæ vitæ cum primis abundans:
mare valde piſculentum habet, atque ita
quidem Leander. Sed Io.Baptiſta Criſpus
topographica tabula, quam in laudem, &
elogium patriæ ſuæ ęuea tabula diuulgauit,
hæc de Gallipoli. In aditu vrbis, qui vni-
cus tantùm pontis eſt, Caſtrum eſt valde
munitum ad defenſionem, & conſeruatio-
nem loci peroportunum. Præterea varia
loca pietati nuncupata. Eccleſiam etiam
Cathedralem ſanctæ Agathæ dicatam Gal-
lipolis exhibet. Fontem ſimiliter nouum
elegantiſſimis decoratum ſtatuis, quinque
tubis, præſtantem aquam ſimilibus vſibus
C affatim eructantem. Aquæductum præte-
rea operis vetuſti, partim conſpicuum, par-
tim per occultos terræ meatus procul de-
riuatum. Inſula marinis ſecata aquis ager
quondam fuit vrbi Gallipolitanæ multis
ſæculis continuus, nunc aquarum impetu à
continenti auulſus, & in Inſulæ formam re-
dactus eſt. Quæ paulo maior ex oppoſito
Inſula apparet, D.Andreæ dicta, milliare
Italicum in latum continens, plana, & mari
in circumferentia accliuis compaſcua pe-
coribus larga pabula præbet, quæ & Gal-
lipoli certo anni tempore eo pabulatum
emiſſa aliquandiu loco ibi tuto ſubſiſtunt,
vbi & Gallinarum multitudini bruchus in
paſcuis frequens victum affatim præbet. In
D Inſulæ medio lacus dulcem aquam tanta
copia fundit, alueum vt in mare deducat.
Gallipolis deſcriptiò Antonij Galati Me-
dici ad Summontium extat Baſileæ excuſa
anno 1588. Cæterùm Cathedrale templum
D.Agathæ ſacrum antiquæ ſtructuræ, vbi
religioſus Clerus diuinum opus perurget,
Canonici nempe decem & octo, è quibus
ſex dignitate eminent, Archipresbyter ſe-
cundus eſt ab Antiſtite, necnon alij Presby-
teri, & Clerici multi. In ciuitate præter
Cathedralem eccleſia nulla; Sacerdos enim
ab Epiſcopo conſtitutus in ipſa Cathedrali
totius ciuitatis animarum curam gerit. Vi-
rorum Cœnobia diuerſorum Ordinum
tria. Sanctimonialium ſeptum vnum. Xe-
nodochium vnum, Laicorum ſodalitia
nonnulla. Diœceſi caret eccleſia hæc; epi-

ſcopi enim iuriſdictio iiſdem, quibus ciuitas, & peninſula finibus circumſcribitur: habuiſſe tamen antiquitus amplam Diœceſim ferunt. Sed cum Federicus II. Imp. ciuitatem ſolo æquaret, in Neritonenſem Abbatem ius ceſſit, ex quo nouus inde Neritonenſis epiſcopatus inſtitutus eſt. Vetuſtiſſimus Gallipolitanus epiſcopatus eſt, cuius meminit Gregorius Magnus Papa in Regeſtis; caruiſſe tamen proprio paſtore per aliquot ſæcula, vel ex eo credi poteſt, quod nullus, vel in Concilijs, vel in antiquis monumentis recenſeatur epiſcopus, poſterioribus verò temporibus tanquam Hydrũtini Archiepiſcopi ſuffraganeus Gallipolitanus memoratur epiſcopus, cuius præſentatio ad Regem ſpectat, cuius etiam menſæ epiſcopalis cenſus ad tria millia ſcutata illarum partium aſcendere dicunt: in lib. Cam. taxatur ad flor. 33. Porrò epiſcopi qui in ea floruerunt, ſequentes tantum ſunt à nobis obſeruati.



1 DOMINICVS vixit ante D. Gregorij Magni tempora, ſi vera ſunt quæ breuis notula ad me tranſmiſſa commemorat, cætera ignorantur.

2 IOANNES ad quem ſcribit Gregorius Papa de Andrea epiſcopo Tarentino, & Matricula verberata ep. 45. lib. 2. Ind. 11. cuius obitum commemorat idem Gregor. epiſt. 21. lib 5. Ind. 14. ad Petrum Hydruntinum epiſcopum cui iniungit viſitationem Brunduſinæ, & Gallipolitanæ ecclefiarum tunc Paſtore vacantium.

3 SABINIANVS, ſiue Sabinus Monachus S. Andreæ ad Cliuum Scauri de Vrbe, doctrina, & religione vir clariſſimus ſucceſſit Ioanni, ad quem item ſcribit Gregorius Papa ep. 105. lib. 7. Ind. 2. ne patiatur res eccleſiæ angarijs prægrauari, de quo etiam Tritemius lib. 4. fol. 263.

4 IOANNES interfuit Lateranenſi Concilio Romæ celebrato à Martino I. Papa anño 648. menſe Febr. Ind. 7.

5 MELCHISEDECH intereſt Concilio Nicæno ann. 767. cui ſubſcripſit. Poſt hunc per multa ſæcula deſiderantur epiſcoporum acta, & nomina.

6 GREGORIVS Epiſcopus Gallipolitanus mortem obijt anno decimo Pontificatus Ioannis XXII. ann. ſal. 1325. quo defuncto Capitulum in partes diuiſum, duos vocauit ad ſedem, Gaufridum nempe Archidiaconum Gallipolitanum, alterumque Canonicum; ſed cum Lucas Hydruntinus Archiepiſcopus eorum electionem vitio factam declaraſſet, Metropolitica auctoritate Meliſium Monachum ſancti Baſilij ex Monaſterio ſancti Nicolai de Calauiſio Rheginæ Diœceſis ad inſulam elegiſſet, eique munus conſecrationis impendiſſet, lis inter eos exorta ad Curiam Romanam delata eſt, vbi poſt diutinam concertationem Gaufridus Auenione deceſſit, Meliſius autem dignitati liberè in manibus Ioannis XXII. nuncium remiſit, à quo iterum ad eundem epiſcopatum aſſumptus eſt.

7 MELISIVS itaq; per Ioannem XXII. legitimè ad hanc ſedem euehitur 10. Kal. Nouembr. an. pontif. 14. Chriſti verò 1329. in eaque dignitate plus minus annis duobus vixit, vt in Regeſt. Vatic. habetur.

8 PAVLVS Abbas S. Saluatoris Ordin. S. Baſilij Gallipolitanæ Diœceſis ſucceſſit Meliſio Id. Octob. anno 1331. qui fuit pontif. Ioannis XXII. annus 16. quanto verò poſtea tempore in ea vixerit dignitate, neque quis fuerit eius immediatus ſucceſſor, non reperio.

9 IOANNES huius eccleſiæ Pontifex tranſlatus eſt ad eccleſiam Laquedonenſem à Bonifacio IX. anno 1396. nono Kalend. Febr. ex lib. oblig. Prælat.

10 GVILLELMVS antea epiſcopus Laquedonenſis, Gallipolitanus euaſit eodem die, & anno, quo Ioannes Laquedonenſem ſuſcepit eccleſiam regendam, ſub Ioanne XXII. diem ſuum obijt.

11 Fr. GVILLELMVS de Fonte Ord. Minorum electus ann. 1412. 4. Kal. Februar. apud Vvadingum tom 5. Annal. Minor.

12 Fr. ANGELVS Corpoſancto Ordin. Prædicatorum Prior Conuentus Lycienſis delectus eſt Epiſcopus Gallipolitanus à Martino V. ann. 1421. 13. Kal. Auguſti, ſedit ann. tribus.

13 Fr. DONATVS de Brunduſio Ord. Minorum immediatè ſucceſſit Angelo die 2. Non. Febr. 1424. obijt anno 1443. ex lib. de Prouiſ. Prælat.

14 Fr. ANTONIVS de Neotero Ordin. Minorũ creatur epiſcopus ab Eugenio IV. anno 1443. 13. Kalen. Aprilis, tranſlatus ad Mutilenſem eccleſiam an. 1445.

15 PETRVS Epiſcopus Mutilenſis, ſiue Motulanus huc tranſlatus ann. 1445. 3. Kal. Auguſti.

16 Fr. ANTONIVS, ſeu Antonellus de Ioannetto Ordinis Minorum huius ſedis creatur antiſtes 8. Id. Octobr. 1451. anno ſequenti

quęnti tranſlatus eſt ad eccleſiam Andrienſem in Apulia, de quo vide to. 1. & 7.



17 LVDOVICVS Spinellus Neapolitanus ad hanc ſedem fuit promotus à Calixto III. anno 1458. die 28. Aprilis Is eodem anno ab Ioanne Antonio Vrſino, & Anna Columna Tarenti Principibus Decimarum partem baiulationis Gallipolitanæ ciuitatis pro Eccleſia ſua obtinuit, donationem deinceps anno 1463. eidem Ludouico confirmauit Ferdinandus I. Rex Neapolitanus hoc modo ab exemplari.

Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Hungariæ.

Vniuerſis & ſingulis præſentem ſeriem inſpecturis tam præſentibus, quàm futuris. Subiectorum noſtrorum humilibus precibus libenti animo annuimus, & honeſta petentibus gratioſos nos præbemus, & gratias eiſdem conceſſas liberaliter confirmamus. Nuper Reuerendus in Chriſto Pater, Conſiliarius fidelis noſter dilectus Ludouicus Spinellus Gallipolitanus epiſcopus obtulit nobis infraſcriptas literas nomine ſuæ Eccleſiæ Gallipolitanæ eidem indultas per Illuſtrem quondam Ioannem Antonium de Vrſinia Tarenti Principem, ac Annam de Columna Tarenti Principiſſam, quæ quidem literæ ſunt continentiæ, & tenoris ſubſequentis. Ioannes Antonius Princeps Tarenti, Comes Litij, Regni Siciliæ Magnus Comeſtabilis. Supplicauit nobis Reuerendus in Chriſto Pater Orator noſter cariſſimus Dominus Ludouicus Spinellus Gallipolitanus Epiſcopus, vt quemadmodum ſui prædeceſſores decimam baiulationis ciuitatis noſtræ Gallipolis, deducta tertia parte pro noſtris ſtatutis, ac incantu, & expenſis neceſſarijs habuerunt, & receperunt, ſicut & ipſi gratioſè concedere dignaremur. Nos verò volentes iura eccleſiarum,

A & eccleſiaſticorum totis viribus præſeruare, harum ſerie de certa noſtra ſcientia committimus, & mandamus erarijs noſtris ipſius ciuitatis Gallipolis præſentibus, & ſucceſſiuè futuris, quatenus eidem Ludouico Epiſcopo, vel eius procuratori præſens mandatum oſtendentes, ſoluant & aſſignent anno quolibet incipiendo à præſenti anno ſextæ Indictionis, vt in antea prout ad vnumquemque ipſorum ſpectabit, decimam baiulationis prædictæ, deducta tamen tertia parte pro nouis ſtatutis, ac incantu, & expenſis neceſſarijs, & recipiant ab eodem Epiſcopo, vel eius procuratore de aſſignatione huiuſmodi debitas apodixas, quas
B vnà cum tranſumptu præſentium in eorum computis producendas eis audiri volumus pariter, & admitti.

Datum in Curia noſtra Tarenti vigeſimo ſexto Iunij 1458. Ioannes Antonius Tarenti Princeps manu propria; de principali mandato mihi facto Iacobo Tonta. Regiſtrata per Iacobum. Anna de Columna Principiſſa Tarenti, Comitiſſa Litij, &c. Conſeruatoribus ſalis principalibus noſtræ ciuitatis Gallipolis anni præteriti primæ Indict harum ſerie de certa noſtra ſcientia præcipiendo mandamus, quatenus de ſale ipſius Curiæ eiuſdem anni præ ipſorum manibus, & conſeruatione ſiſtenti dare, menſurare & aſſignare debeant Reuerendo in
C Chriſto Patri Domino Ludouico Dei gratia epiſcopo Gallipolitano Oratori noſtro cariſſimo ad menſuram ſalis Curiæ conſuetam ibidem tumulos octo tantum, quos Illuſt. Dominus Princeps Reuerendus vir noſter ſolet donare, eleemoſynare quolibet anno iuxta conſuetum eidem epiſcopo, intelligendo tantùm ipſum ſal fore aſſignatum prædicto Epiſcopo pro ipſo præterito anno 6. Indictionis, ſi Conſeruatores prædicti non dederint, atque aſſignauerint ſal ipſum eidem Epiſcopo pro anno prædicto, & de aſſignatione huiuſmodi ab eodẽ Epiſcopo debitam recipiant apodiſſam, quam . . . tamen præſenti mandato noſtro
D ſibi plenè ſufficere volumus ad cautelam.

Datum in caſtro Litij ſub proprio nomine noſtro die 11. menſis Septembris 12. Ind. Antonellus principalis. Quibus quidem præinſertis literis præſentatis . . . . pro eiuſdem epiſcopi parte humiliter ſupplicatum, vt dictas inſertas litteras, omniaque & ſingula in eis contenta cõfirmare, & de nouo concedere benignius dignaremur. Nos verò iura Eccleſiarum & eccleſiaſticorum totis viribus ſeruare intendentes cum dicta eccleſia Gallipolitana gratioſè agere, eiuſdemque Epiſcopi humilibus precibus inclinati tenore præſentium de certa noſtra ſcientia prædictas inſertas litteras omnia & ſingula in eis contenta, item earum ſenſum, & tenorem eidem Epiſcopo, & eccleſiæ & pro eis . . . in poſſeſſione, & conſerua-

ſeruatione dictæ decimæ, & ſalis tumulorum octo, vt in litteris continetur ſint, & ad præſens eidem conſignamus, ratificamus, acceptamus, laudamus, & approbamus, & ad maius ſuffragium denouo concedimus, & donamus, nouæque confirmationis, ratificationis, acceptationis, approbationis, nouæque conceſſionis munimine validamus; Sereniſſimæ propterea Reginæ Iſabellæ conſorti, & Alphonſo de Aragonia Duci Calabriæ filio Primogenito Locumtenentibus, & Vicario noſtris cariſſimis voluntatem noſtram præmiſſorum declarantes, mandamus ærarijs, baiulis, & doanerijs in dicta ciuitate Gallipolis præſentibus, & futuris conſeruatoribus dicti ſalis alijſque officialibus, & ſubditis noſtris, ad quos ſpectat, & ſpectare poterit quomodolibet in futurum, quatenus eidem Eccleſiæ, & Epiſcopo de dicta decima, & ſale tumulorum octo annuatim, vt in ipſis litteris continetur, reſpondeant, & ſatisfaciant integrè, & indiminutè, ipſaſque litteras obſeruent vnà cum præſenti noſtra confirmatione, & noua conceſſione iuxta ſui ſeriem pleniorem, & de aſſignatione dictæ decimæ & ſalis recipiãt debitas apodixas, quas acceptari volumus à Magno Camerario, Præſidentibus, rationalibuſque Cameræ noſtræ ſummariè, & alijs quibuſcunque ab eis computum audituris, quibus mandamus, vt illas audiant, & acceptent, dubio & difficultate ceſſantibus quibuſcunq; & contrarium non faciant pro quanto dicti Regina, & Dux nobis parere cupiunt, cæterique officiales noſtri gratiam noſtram caram habent, iramque & indignationem noſtram cupiunt non ſubire, & pœnam ducatorum mille.

Datum in Caſtello ciuitatis noſtræ Gallipolis per nobilem virum Benedictum de Balſamo Locumtenentem ſpectabilis, & magnifici viri Honorati Gaytani Fundorum Comitis, Regnique huius noſtri Siciliæ Logotheta, & Prothonotarij, Collateralis, Conſiliarij, fideliſque nobis plurimum dilecti die decimo menſis Decembris 1463. Regnorum verò noſtrorum anno ſexto.

Rex Ferdinandus.

Ludouici verò memoria extat in monumentis eiuſdem Eccleſiæ ad annum vſque 1487.

18 ALPHONSVM Spinellum, Ludouici germanum fratrem in hac ſede ſucceſſorem volunt, defunctumque an. 1493.

19 ALEXIVS Celadonius Lacedemonius nobili genere natus, geminę linguæ cultiſſimus, & Orator inſignis, Beſſarionis Cardinalis diſcipulus, Alphonſi, & Friderici Aragonei Ferdinãdi Regis Neapolis filiorũ præceptor in eorum gratiam euaſit Gallipolitanus ſpiſcopus die 22. Decemb. 1494. ſedit ann. 14. tranſlatuſque eſt ad eccleſiam Melphitenſem anno 1508. die 4 Iunij. Romę deceſſit vir omni laude dignus an. 1517. ſepultus ad ſancti Auguſtini eccleſiam, vbi epitaphium legitur, quod retulimus in ſpiſcopis Melphiten. tom. primo.

20 HENRICVS de Aragonia ſubſectus eſt epiſcopus die 6. Auguſti 1508. ſedit varia fortuna vſque ad annum 1513.

21 FRANCISCVS Card. Romelinus hanc habuit commendatam eccleſiam anno 1513. obijt 1518.

22 ANDREAS Card. de Valle factus eſt adminiſtrator die 18. Febr. 1518. poſt annos ſex munere ſe abſoluit cum regreſſu.


23 HIERONYMVS Munoz Monachus & Abbas ſancti Baſilij Squillacenſis Diœceſis euaſit Gallipolitanus epiſcopus die 17. Octobris 1524 Romæ conſecratur 13. Nouembris ab Epiſcopo Piſaurenſi, aſſiſtentibus Archiepiſcopo Patracenſi, & epiſcopo Corinthienſi cum retentione Abbatiæ, quã prius obtinebat. Præfuit ad annum vſque 1529. ac liberè nuncium remiſit.



24 FEDERICVS Petruccius nobilis Patritius Senenſis, Alexandri filius, frater Raynaldi Romanæ Rotæ ſub Paulo III. Auditoris ex Prothonotario Apoſtolico, olim Leonis X. intimus cubicularius, à Clemente VII. Epiſcopus renunciatus eſt Gallipotanus die 20. Auguſti 1529. ſedit annis ſeptem, ſenio, & laboribus feſſus liberè reſignauit ann. 1536. de quo hæc honorifica carmina cecinit Feretrius in ſua Sena vetuſta,

Vltimus huic tanto Federice accedis honori
Omnimodis decore bonis, qui celſius in altum
Tollens inſignis Romani iura Senatus.

PE-



25 PELEGNVS Cybo Ianuenſis, cedente Petruccio ſuffectus eſt 4. Aug. 1536.
B Hic cum callidus & litigioſus vir eſſet, plura adiuit vitæ diſcrimina, varijſque exceſſibus accuſatus apud Pōtificem Maximum, Romam ad expurgandum, quæ illi obijciebantur vocatus, ex cēſura Pontificis carcerem Hadrianæ molis fuit experiri coactus, in quo miſerè obijt anno præſulatus ſui quarto.

26 IO.FRANCISCVS huius ecclesiæ Præſul exceſſit anno 1575.

27 ALPHONSVS Herrera Hiſpanus Canonicus Regularis ſancti Auguſtini ſucceſſit Ioanni Franciſco ann. 1576. die 30. Iulij fauore Philippi II. Hiſpaniarum Regis, obtento Epiſcopatu, cum ingentis pietatis
C eſſet, vt nullam horæ notulam labi fineret, in qua de reformatione Cleri, quæ prædeceſſorum incuria peſſum ierat, non cogitaret, quo factum eſt, vt breui Gallipolitana Eccleſia auitæ pietatis ſplendorem recuperauerit. Pauperes fouit, eccleſiam Cathedralem adeo nouis molitionibus compleuit, vt à fundamentis illam erexiſſe videatur, adiecit Palatium ſucceſſuris ad curas aliquādo relaxandas futurum domicilium haud procul ab Gallipoli in feudo Lilli, quod pulcherrimum nunc viſitur ab ſucceſſoribus abſolutum, vbi in Aula magna ad inſignia Alphonſi hæc leguntur verba.

D *Deiparam Virginem Gallipol.*
Cathedra petiturus, quæ cum
primis ornaret, qua cumprimis
exhilararet, prophanæ huius ædis & prophanæ labis expertis,
prima fundamenta iecit
Alphonſus Herrera Hiſpanus
ſeptuagenarius in vtroſq; animo propenſiſsimus.

Cæterùm contra primates ciuitatis ita ardenter eccleſiaſtica iura defendit, vt inde prægrandi conflagrans inuidia coactus ſit homo pius, & pacis amator aliam ſibi viam

A quærere, vt cum pace iam penè capulatis ſenex vltimum vitæ finem expectaret. Ad Arianenſem itaque Eccleſiam ſe transferēdum curauit anno 1585. de quo ibi.

28 SEBASTIANVS Quinterus. Ottis Hiſpanus, homo ſimplex & parum aptus ad onus epiſcopale peragendum; ex præſentatione tamen Catholici Regis Præſul Gallipolitanus renunciatus eſt anno 1585. Præfuit ann. 8. & cum imbecillitatem ſuam ſatis expertus fuiſſet, ne ſibi, ſuiſque ſubditis conſcientiam oneraret, Epiſcopatui ceſſit, ſeceſſitque in Hiſpaniam, vbi obijt in Abbatia, quam in commendam ex benignitate Regia habuerat.



29 VINCENTIVS Capycius è Neapolitana nobilitate Clericus Regularis Theatinus, vir non vulgaris prudentiæ, ac Religionis à Philippo II. Rege deſignatus huius eccleſiæ epiſcopus fuit anno 1595. probatus à Clemente VIII. 8. Ianuarij. Romæ munus conſecrationis accepit. Eō traductus, vt Ioſeph Sylos teſtatur, tranſtulit vnà ſecum exquiſitum Numinis cultum, ac morum formam. Illo ſiquidem cultore induit ſeſe nouam in faciem Gallipolitanus ager, cui Capycius inſtituendæ Cleticorum vitæ, fingendæ communi pietati, ſubleuandis pauperum neceſſitatibus, ornandis etiam ecclſiæ parietibus egregiè deſudauit, vixitque in hac ſede diutius cōſtanti optimi Præſulis forma, diē obijt ſuum anno 1620. ſepultus in Cathedrali, de quo fuſius idem Sylos lib. 9. Hiſtor. Clericorum Regul.

30 GVNDISALVVS de Rueda Hiſpanus epiſcopus Aquilanus ad Gallipolitanam hanc eccleſiam tranſlatus eſt die 14. Nouemb. ann. 1622. ſedit ſumma pietatis laude ann. 28. è viuis deceſſit 1650. humatuſq; eſt in Cathedrali, in cuius ſepulchro hoc epitaphium legitur, & virtutes eiuſdem receuſentur.

Gundi-

D. O. M.

Gundiſaluo Rota Hiſp. Reg. Conſil. Aquil. primò, poſtea Gallipol. Epiſcopo, Epiſcoporum normæ abſtinentijs, eleemoſynis, pietatis fama clariſsimo.
Andreas Maſſa Italus Epiſcoporum minimus Reg. Conſil. olim Stabien. nunc eius locum, non virtutes occupans addictiſsimi animi ergo P.
A. D. M. DC. LII.
V. A. lxxx. ſedit Aquil. xvj. Gallip. xxviij. obijt Kalend. Nouemb. M. DCL.

31 ANDREAS Maſſa nobilis Ligur Epiſcopus Stabienſis ad hoc Gallipolitanum Sacerdotium die 25. Septembris anno 1651. tranſlatus, Epiſcopales ſtatim ædes iniuria temporum penè collapſas, magnificentius reſtituit, vt inſcriptio ibidem ad parietes poſita docet.

Philippo IV. Monarcha pijſſimo regnante Andreas Maſſa olim Epiſcopus Stabien. nunc autem Gallipolit. Reg. Conſil. Has ædes temporum iniuria, hominum incuria penè collapſas ad ſui & ſucceſſorum commodiorem, & ampliorem ornatum proprio ære propè trium millium aureorum impenſa in hanc formam reduxit huius Epiſcopatus anno primo.

PorròAndreas cum maiora meditaretur, fato functus eſt die 30. Ianuarij 1655. iacet in Cathedrali.

VXENTINI EPISCOPI.



VXENTVM vulgo *Vgento*, mediterranea Magnæ Græciæ, ſeu oræ Salentinæ ciuitas in prouincia Hydruntina à mari milliari diſſita memoratur Ptolomeo, antiqua fuit, & magna ciuitas, vt ex eius veſtigijs liquet; ſed bis Turcarum claſſe direpta, atque euerſa, vt hodie quaſi ad ſolitudinem redacta ſit. In hac ciuitate opinione hominum antiquior dignitas Epiſcopalis eſt quam quod arbitrantur aliqui, qui eius exordium reijciunt eo ſæculo, quo Hydruntina Metropolis inſtituta eſt, cuius nunc intuetur arbitrium. Græcos olim habuiſſe Epiſcopos non inſulſa conjectura eſt, tot pagi in hac Diœceſi, totque Eccleſiæ in eadem ciuitate à Græcis Presbyteris, Clericiſque poſſeſſæ, rituque eorum olim adminiſtratæ, quæ tandem vrgentibus Epiſcopis ad Latinam normam conuerſæ ſunt. Cathedralem habet honorificæ ſtructuræ ſub inuocatione S. Vincentij Martyris. Sunt in ea dignitates tres, maior eſt Cantoratus, nouem Canonici, paucique Clerici, curã animarum Archipresbyter exercet: duo extant in ciuitate virorum Cœnobia, vnum Sanctimonialium, aliquotque laicorum Fraternitates. Diœceſis ſatis ampla eſt, continentur enim in ea oppida ſex, pagi octo. Parochiales Eccleſiæ omnes Archipresbyterales quatuordecim: Familiæ fidelium totam Diœceſim incolentium 2600. populus religioſus, & pius, vt Eccleſiarum nitor haud obſcurè teſtatur, menſæ Epiſcopalis cenſus ſcutatorum Regni circiter 1000. taxatur in lib. fiſci Apoſtol. ad flor. 130. Porrò ius præſentandi Epiſcopum habet Catholicus Rex. Epiſcopi huius ſedis pauci ſequẽtes inuenti ſunt, nulla enim documenta, nullæ memoriæ antiquæ, nec recentiores ibi reperiuntur, ex quibus vel nomina ſaltem Præſulum, qui in ea Eccleſia floruerunt expiſcari potuiſſemus.

SE-



1 SEMON Monachus Caſſinas, & Epiſcopus Vxentinus, cuius obitus dies memoratur 9. Kalend. Octob. in veteri emortuali Caſſinenſis eccleſiæ; tempus tamen, quo vixerit ignoramus.

2 LANDVS de Vico albo electus eſt epiſcopus Vxentinus à Capitulo Hydruntino, ſede tunc vacante, confirmatur à Matthæo deinde electo Hydrũtino, electionem iterum Innocentius IV. aſſeruit in literis ad Capitulum Vxentinum ſcriptis 10. Kalend. Auguſti, pontif. ſui 12. quæ extant in Reg. Vat. n. 54. fol. 153. an. 1254. obijt ſub Martino IV.

3 GOFREDVS epiſcopus Leucadien. poſt Landi obitum à Canonicis Vxentinæ Eccleſiæ poſtulatur in epiſcopum; Martinus autem ſupplicem illorum libellum ad Gerardum epiſcopum Card. Sabinenſem Legatum remiſit, vt ſi Goſredum reperiret dignum, ſua auctoritate illum ad hanc eccleſiam transferret; ita in litteris ad Gerardum datis legitur in Reg. Vatic. Datum apud Montem Flaſconem 9. Kal. Decembr. pontif. ſui 2. ſalutis autem 1282. An fuerit à Gerardo confirmatus incompertum mihi eſt.

4 ÆGIDIVS memoratur in Regio Regeſt. ann. 1283.

5 IOANNES electus huius Vxentinæ eccleſiæ epiſcopus, poſtulatus eſt Antiſtes Rauellenſis, & à Martino IV. ad eam eccleſiam transfertur 3. Kal. Octob. 1284. an. 4. ex Reg. Vatic. epiſt. 554. fol. 110.

6 IOANNES Ioanni ſucceſſit ex archidiacono Rauellenſi ad infulam vocatus ab eodem Martino IV. eodem anno 1284. ac die quibus Ioannem electum tranſtulerat ad Rauellenſem, vt ex ep. 554. fol. 110. Reg. Vat. habetur. Præſens fuit Ioannes cum Adamo Auerſano epiſcopo conſecrationi eccleſiæ S. Angeli de Caieta, quam Gerardus epiſcopus Card. Sabinenſis Apoſtolicæ Sedis in Neapolitano Regno Legatus peregit anno 1289. in feſto S. Lucæ Euangeliſtæ, ſupplicante Adenulpho eiuſdem S. Angeli Abbate, in cuius Altari poſuit reliquias SS. Ioannis Baptiſtæ, Marci, Marcelliani, Laurentij, Matthæi Apoſtoli, M. Magdalenæ, Stephani, Sebaſtiani, Andreæ Apoſtoli, Coſmæ & Damiani, & Ligni S. Crucis, ex tabulario eiuſdem Abbatiæ.

7 IOANNES epiſcopus Vxentinus promiſit ſacro Collegio ſolitum penſum die 56. Aug. 1363. ita in lib. ſolut.

8 LEONARDVS obijt anno 1392. ex eodem lib.

9 THOMAS epiſcopus Litterenſis huc transfertur 18. Kalend. Febr. anno 1392. à Bonifacio IX. ſub quo obijt anno 1399. in eodem ſupra citato lib.

10 IOANNES ſucceſſit Thomæ, legitimè ad hanc dignitatem promotus ab eodem Bonifacio IX. anno 1399. 15. Kal. Septembr. Is ille eſt Ioannes, vt in lib. Prouiſ. Prælat. fol. 19. legimus, qui licet olim damnatæ memoriæ Roberto Baſilicæ 12. Apoſtolorum Presb. Card. tunc Antipapæ, qui ſe Clementem VII. auſu ſacrilego nominabat, adhæſiſſet, & tum in Subdiaconatus ordine conſtitutus exiſtens ad Eccleſiam Monopolitanam, tunc, vt dicebatur, vacantem, licet de facto per ipſum promotus, & de ipſius mandato omnes alios ordines & munus conſecrationis ſuſcepiſſet; tamen poſtea ad Romanæ Eccleſiæ obedientiam, & deuotionem abiurato ſchiſmate reuerſus eſt, & à Bonifacio IX. diſpenſatus vt in ſic ſuſceptis ordinibus miniſtrare valeret, eligitur à dicto Pontifice in epiſcopum Vxentinum per obitum Thomæ 15 kalend. Septembris ann. pontif. 10. Exceſſit verò anno 1401.

11 THOMAS alterius eccleſiæ epiſcopus in prædefuncti Ioannis locum transfertur 4. Id. Decembris 1401. ſedit an. plus minuſue quatuor, moritur anno 1405. ex eodem libro.

12 Fr. HONVPHRIVS de Sulmona Ord. Eremitarum S. Auguſtini electus anno 1405. 4. Non. Decemb. ſedit ad annum vſq; 1427. quo è viuis ſublatus eſt.

13 IOANNES promotus die 3. Non. Decembris 1427. obijt circa finem anni 1437.

14 Fr. NVCCIVS de Nentono Ord. Minorum vir doctus, huius epiſcopatus habenas ſuſcepit regendas anno 1438. 15. Kalen. Aprilis, finem vitæ fecit an. 1446.

15 PHILIPPVS Canonicus Gallipolitanenſis deligitur huius Eccleſiæ Epiſcopus 1446. prid. Id. Martij.

16 DOMINICVS Erarch Præſul erat an. 1464. ex Regio Regeſt. Neapol.

17 NICOLAVS obijt 1489.

18 ANTONIVS Iaconia nobilis Lycienſis electus anno 1489. 13. Iulij, Regius fuit Cappellanus, qui cum in ſede fuiſſet per ann. quinque, tranſlatus eſt ad Eccleſiam Puteolanam.

19 MAVRVS de Sinibaldis datus eſt ſucceſſor Antonij ab Alexandro VI. anno 1494. die 7. Martij.




20 CAROLVS Borromeus Mediolanenſis à Carolo V.Imper. præſentatus electus eſt à Clemente VII. Pont. Max. poſt Vrbis depopulationem die 9. Martij 1530. tranſlatus deinde eſt ad Puteolanam eccleſiam die 9. Martij 1537.

21 BONAVENTVRA deceſſit anno 1558.

22 ANTONIVS Sebaſtianus Minturnus de Traiecto Bonauenturæ ſuffectus eſt die 27. Ianuarij 1559 interfuit Concilio Tridentino ſub Pio IV. tranſlatus deinde eſt ad Crotoniatem eccleſiã die 15. Iulij 1565. de quo vide in eius eccleſiæ Epiſcoporum ſerie, vbi plura de viro hoc eximia virtute claro.

23 Fr.DESIDERIVS de Sancto Martino Panormitanus Ordinis Carmelitarũ, ſcientiarum penè omnium exaggerata cognitione longè clariſſimus, claruſque inter Concilij Tridentini Thologos, & Philippi II.Regis in paucis charus ex præſentatione eiuſdem euaſit Vxentinus Epiſcopus anno 1566. die 14. Auguſti. Sedit eximia fama ann.29. mortalitatem expleuit an. 1596.



24 IOSEPH de Rubeis è Caſtello Paganico Aquilanæ Diœceſis honeſtis parentibus natus iuris vtriuſque doctor, Auditoris munere apud tres Apoſtolicos Nuncios Neapoli laudabili prudentia functus ex Re-

A gia præſentatione à Clemente VIII. conſtitutus Vxentinus epiſcopus anno 1596. die 11. Martij, ſedit ann. 3. tranſlatuſque deinde eſt ad Aquilanum Epiſcopatum, vt in primo noſtro tomo retulimus.

25 PETRVS Guerrerus Hiſpanus electus die 15. Decembris 1599. exceſſit anno 1613.

B



26 LVCAS de Franchis Neapolitanus nobili genere natus ob egregias animi dotes Philippo III. Regi ſummè charus,eoq; petente delectus eſt Epiſcopus à Paulo V. C anno 1614. die 27. Ianuarij. Vix annum fecundum in ea dignitate attigerat,quando illum atra mors abſtulit mortalibus, cuius Laurentius frater Neapoli in Eccleſia ſancti Dominici,ſacelloq; familiæ ex marmore memoriam clariſſimo Præſuli ad poſteros perennauit.

Lucæ
Vincentij de Franchis filio
Epiſcopo Vxentino
Sibi,ſuis, Religioni ornamento,
Ab oculis, complexuq; Regis abreptó
Rudi viduata coniugio
D *Voti rea,nec damnata Eccl.Vxentina*
Lacrymis effert immemorabilibus.
Nec inanem lacrymis vrnam
Fratri ſuauiſsimo
Laurentius de Franchis
Regiæ Cameræ ſummariæ Præſes
P.

Fr.IOAN-



27 Fr.IOANNES Brauo de Lugana Prouinciæ Bæticæ Hiſpanus Ordinis Eremitarum S.Auguſtini à Rege præſentatus eligendus à Paulo V. epiſcopatum obtinuit die 11. Ianuarij 1616. Præfuit ann. 11. vltroque ſe abdicauit anno 1627. Matriti obijt in Hiſpania anno 1634. in Clauſtro Fratrum Sancti Auguſtini excalceatorum quieſcit.

28 Fr.ALOYSIVS Ximenes Hiſpanus Ord.S.Mariæ de Mercede, cedente Ioanne electus eſt Antiſtes anno 1627. die 30. Auguſti defunctus eſt 1636.

29 HIERONYMVS Martinus ſucceſſit Aloyſio anno 1637. die 19. Martij.



30 AVGVSTINVS Barboſa Luſitanus ſcriptis ſuis, & libris editis Chriſtiano orbi celeberrimus, omniumque exiſtimatione præclarus, & dignus vt Infula exornaretur, ex Philippi IV. Catholici Regis præſentatione in Epiſcopum Vxentinum ab Innocentio X. fuit cooptatus anno 1649. die 22. Martij, ſed antequam conuolueretur annus, è viuis exemptus eſt die 19. Nouemb. ſepultuſque iacet in Cathedrali cum hac marmori inſculpta epigraphe.

D. O. M.

Auguſtino Barboſæ I.C. Patria
Luſitano ex vrbe Vimarenſi,
Emanuelis Barboſæ I. C. cele-
berrimi, & in Regno Luſita-
niæ Regis Procuratoris filio.
Ingenio, doctrina, eruditione,
diſcendi cupiditate libris etiam
in adoleſcentia editis admirabi-
li, qui Romæ Pontificij iuris vo-
lumina viginti duo; de iure ciuili
dedit in lucem octo; alia poſt-
huma reliquit edendi, quique
ab Vrbano VIII. Vimarenſis
Eccleſiæ Theſaurarius, à Phi-
lippo IV. Rege Catholico ob
eximia merita, doctrinæque
famam ad Epiſcopatum Vgen-
tinum ab Innocentio X. magnis
cum laudibus approbatus, non
ſine dolore doctiſsimorum homi-
num, omniumque ſuorum fletu,
intra curæ Paſtoralis annum
extinctus eſt, anno ſal. huma-
næ M.DC. XLIX. ætatis ſuæ
lx. die xix. Nouembris. viuet
in futurum fama virtutum,
& in ſuorum operum æternita-
te ſemper immortalis.
Simon Vaſ.us Barboſa Vima-
renſis Canonicus Germanus fra-
ter amantiſſimo fratri, tanquam
Parenti cum lacrymis poſuit
Anno Domini M.DCLI.



31 ANDREAS Lanfranchus Neapolitanus Marcelli, & Lauræ Gerundæ filius, Clericus Regularis Theatinus, qua doctrina, qua eloquentia celebris verbi Dei concionator, ex regio eccleſiaſte dignus repertus

tus eſt, qui Barboſæ in Vxentino Sacerdotio ſuccederet. Electus igitur Epiſcopus ab Innocentio X. anno 1650. die 17. Decembris, ac Romæ inauguratus, Cathedram, quam ſtatim petijt, annum haud integrum tenuit, functus vita, atque interciſa maturius ſpe, quam à viri ſolertia, ac zelo decius Eccleſiæ incrementis populares conceperant. Viri præclari laudes non tacuit Sy-

A los lib.5.hiſt.Cler.Reg. octo omnino annis vacauit ſedes hæc poſt Lanfranchi obitum.

32 Fr. LAVRENTIVS Enzines Hiſpanus Ord.Carmelitarum ſucceſſit tandem Lanfranco, à Catholico Rege præſentatus eligitur, ab Alexandro VII. Pont.Max. anno 1659.Obijt an. 1660. menſe Nouembri, iacet in Cathedrali.

TARENTINA METROPOLIS

Cuius ſuffraganei ſunt

Epiſcop. { Caſtellaneten.
Mutilanen. ſeu Motulanen.



TARENTVM antiquiſsima nobiliſſimaque vrbs Magnæ Græciæ olim armis, & literis florentiſſima ex primis Italiæ vrbibus apud Taræ flu. in regionis extremo ſita, vbi Salentini, quibus hodie cenſetur, incipiunt, in parua Cherſoneſo inter ſinum Tarentinum, & portum amplisſimum conſtructa, forma longiuſcula à paucis habitata; antiquæ vrbis ruinæ ingentes adhuc monſtrantur quæ modo extat, tametſi exinanita videatur populi frequentia, tamen terræ Hydruntinæ vrbes, Aletio excepto, ſuperat. à Brunduſio in Auſtrolybicum xxxvj. M. P. recedens, quot à Matera in ortus æſtiuos, à Rouiano in Septentrionem ſupra xl. à Neapoli ad clxx, in ortus hybernos. Tarentum pleriſque dicitur: *Taranto* hodie. Vrbem illi volunt conditam ab Lacedæmonijs, alij ab Heraclidis, alij à Cretenſibus, & ab vno eorum Duce Tarentum appellatam. Alij ab Tarento amne v. ab vrbe P. M. præterfluente denominatam cenſent: nonnulli, inter quos Varro ab Sabina voce, quæ molle ſignificat, vnde & molle Tarentum Horatio Flacco, præterea quod, vt nonnulli volunt, in agro Tarentino, & nuces, & lanæ molliſſimæ proueniant. Plerique Tarenti auctorem faciunt Tarantem Neptuni filium, à quo nomen quoque ſuum accepiſſe narrant, deinde à Laconibus aucta, qui Duce Phalanto illuc aduentantes expulſis incolis (vt Iuſtinus lib. 3. ſcribit) eam tenuerunt. Situs eius notatur in intimo receſſu ſinus, qui ab ipſa vrbe dicitur Tarentinus in ipſis maris Hadriatici faucibus. Portum, quem habuit maximum, pulcherrimum, tutiſſimum, deſcribit curioſè Strabo. Hodie viſitur obturatus ſaxis ingentibus adeò, vt paruis tantùm nauigijs pateat. Quod quare ſit factum, nondum legitur. Maxima nunc in eo portu piſcium vbertas. De antiqua etiã ibidem arce, ſtatuiſque inibi, & ſignis poſitis, quæ tum Cartaginenſes, tum Romani abſtulerunt, lectu etiam digna habentur apud Strabonem, & alios, Theatrum item habuit propè portam, ſtudium luculentiſſimum, forum ampliſſimum, Coloſſum ex ære artis ſummæ. Initio populari adminiſtrata imperio, tantis opum, potentiæq; incrementis valuit, vt finitimas gentes omnes rerum geſtarum amplitudine; & gloria longè ſuperaret: magnis bellis partatis cum Meſſapijs, & Lucanis, itemque cum Romanis; quibus cum imparem ſe videret, Pyrrhum Epirotarum Regem in auxilium vocauit, quo ſuperato, ab Romanis occupata, dein proditione capta ab Hannibale, ac non ita multo poſt ab Q. Fabio Maximo recepta, tandem Romanis colonia eſt facta. Ab eo tempore imbelle eſſe cœpit, vt etiam Horatius appellat, cui & molle dicitur. Byzantinis dein Imperatoribus diu paruit, vſque ad Saracenorum incurſiones, qui Italiam ferè totam occuparunt. Quibus poſtea eiectis in principum ſuorum (ex quibus Vrſini fuerunt, gente Romana oriundi) moxque Regum Neapolitanorum fuit poteſtate. Quis poſteriore ſæculo Tarentum, potiſſimum quó-

dam

dam vrbem euerterit, & in eam redegerit ſpeciem, quæ nunc eſt, vt Caſtellum videatur, in peninſula tribus lateribus conclusa mari, non facilè dixerim. Vrbs enim egregia, admodum parua eſt hodie, ſi ad veteris magnitudinem conſeratur. Poſtremà in parte, qua continentem ſpectat, vbi priſca vrbs erat, arx viſitur munitiſſima, marinis cincta aquis, ab Ferdinando Aragonio Primo Neapolitanorum Rege reſecta. Celebrarunt ortu ſuo hanc vrbem cum alij, tum Architas Pythagoricus, diu ciuitatis Princeps, qui Platonem, quum mortem ipſi machinaretur Dionyſius Tyrannus, per epiſtolam eripuit. Ortus etiam hic Ariſtoxenus, qui celebrem Philoſophiæ ſcholam Mantineæ diu habuit, & prælatum ſibi ab Ariſtotele Theophraſtum periniquè tuliſſe dicitur. Tarentini quoque fuerunt Nicomachus Mathematicus, qui de Arithmetica, & Muſica ſcripſit. Luritus Philoſophus celeberrimus, Heraclides muſicus. Alios, nam innumeri ſunt, prætereo. Neptunum Tarenti cuſtodem vocat Horatius in Oda ad Architam Tarentinum. Herculeum nominat Tarentum Virgilius lib. 3. Æneidos. Ager Tarentinus, qui rerum omnium fertilis, ſalem generat, quem Plinius, vti ſuauiſſimum, candidiſſimumque præ cæteris generibus commendat. Ab Varrone mel Tarentinum laudatur. Macrobius lib. 3. Saturnal. Nucem Tarentinam adeò fragili eſſe putamine, ac ita mollem ſcribit, vt vix attrectata rumpatur. Fauorinus Nuces item, & Oues molles Sabinorum lingua Tarentinas vocari dixit. Lanas molliſſimas in agro Tarentino prouenire conſtat, cum ex alijs, tum ex Martiale Poeta. Reſpicit ea Perſius ſatyra 2. Calabri velleris faciens mentionem. Et affirmat Varro, Oues ibi pellibus tegi ſolitas ne lana inquinaretur. Portum Tarentinum nominat Martialis, & Plinius lib. 15. Ficus etiam Tarentinas laudat idem, vt & caſtaneas. Purpuram item ager Tarentinus producit, quæ ab loco Tarentina vocatur. At qui maiorem huius vrbis cognitionem deſiderat Philippum Cluuerium in antiquæ Italiæ lib. ac Ioannem Iuuenem Tarentinũ adeat, qui de Antiquitate, & varia Tarentinorum fortuna lib. 8. ſcripſit: Guill. & Ioan. Blaeu ſuperius relata auxerunt. Cæterum Tarentinos baptiſmali aqua fuiſſe tinctos tradunt à Beato Petro Apoſtolorom Principe, cum ad expugnandum Simonem Magum, Marco, qui eius erat diſcipulus, comite, Romam commearet, naufragio nauis, qua vectabatur ad Tarẽtinos Hydrũto diuertiſſe, quos cum Idolis & ſoli maximè, quem ante aquæ hauſtum adorabant, obnoxios tam perditè conſpiceret, ad fidem Ieſu Chriſti, tum prædicatione, tum ſignis conuertit: Amaſiumque illis præfecit epiſcopum, quem Marcus Euangeliſta adeo incurnum, vt cælum ſuſpicere nulla ratione poſſet, illis Pſalmographi verbis, *Dominus erigit eliſos*, ſumma omnium, qui intererant, admiratione, ad pomerij ianuam ſedentem erexit. Et quoniam Apoſtolorum Princeps Principi omnium, quæ habebantur, vrbium debebatur: vbi & Petri ipſius Nauicula Tarentinis erat conſeruanda per crucis tropheũ euolaſſet ad cælum, Amaſiano, quem paſtorẽ Tarentinis dederat, haud multo poſt ad beatiorem vitam fortiſſimè accerſito, reuerſos ad Idolorum cultus, vt canis redit ad vomitum, Tarentinos centeſimo & ſexageſimo anno poſt Domini ad Patrem aſcenſum, Anacleto Syro tunc Põtifice Maximo Beatus Cataldus ab Hibernia vſque exteri maris Inſula oriundus ad priſtinam reuocauit fidem, iuſſus à Deo ipſo, vt id faceret, poſthabito Eremiticæ vitæ in Hieroſolymis partibus propoſito; quem Diuum glorioſiſſimum, & miraculis in tota Italia, ne dum Iapygia clariſſimum ſi antea, nunc verò maiori quidem ſanctione, Patronum, & Tutelarem habent Tarentini auctoritate Gregorij XIII. Pontif. Max quem vt officium tanti Paſtoris peruigilis ederetur, oraculo Gulielmus Sirletus Cardinalis ſibi facto, licentiam conceſſiſſe, ac dediſſe teſtatur. De aduentu Petri, & Marci Euangeliſtæ Tarentum, deque fundatione Eccleſiæ Tarentinæ idem Iuuenis lib. 8. ijs verbis proſequitur.

☞ Quadrageſimo autem quinto Domini noſtri anno, (& Claudij Tiberij Cæſaris ſecundo, cum Romam eo conſilio proficiſci decreuiſſet, vt Simonis cuiuſdam Magi, cuius antea Hieroſolymis nequiſſimas deteexerat fallacias, errores quamplurimos refelleret, ſicut ſcriptores multi fidiſſimè teſtantur. Clemens in primis, qui illi quarto in Eccleſiæ regimine ſucceſſit loco, cum Marco eius diſcipulo, & interprete, quem ipſe Canonica ſua epiſtola filium appellat, nauem conſcendit, cumque dies multos ex Aſia ad Europam nauigaſſet, vi ventorum aduerſa ab incœpto, quo intenderat, itinere deflectens, ſinum, quem Tarentinum vocari tot auctoribus præmõſtrauimus, intrauit. Viſitur hodie ad xij. mill. paſſ. ab Acra Iapygia verſus Tarentum, vetuſtiſſimum templum Diuo ipſi Petro dicatum, quem locum primum in Italia attigiſſe creditur, ibique (vt aiunt) rem diuinam fecit, vt omittam multa in toto ipſo Regno, non modo in noſtra hac regione ſacella, atque oppida, quæ Sancti Petri nomine inſignita ſingulari denotione frequentantur. Illudque præcipuum, & populo olim Græco habitatum, vbi commorari Princeps Tarentinus conſueuerat, S. Petrus Galatina. Ad Inſulas igitur cum ſocijs, & nautis expoſitus, inde vrbem proſpiciens,

quam

quam à multis habitatã perceperat, exiſti-
mauit Chriſti virtute huc ſe deuectũ. Flexit
igitur Apoſtolus gratias Deo acturus de mo-
re ad orationem genua: lapis ſerui Dei põ-
dere preſſus, ita mollis redditus, ac ſi ce-
reus eſſet, recepit ſanctorum genuum veſti-
gia: locus inde Apodonia, vt in Gargano
monte ad Eccleſiã Michaelis Archangeli ob
ſigna veſtigiorum eſt appellatus: vulgus ho-
die piſcatorum Diuum appellat Petrum
Veteranum in illo maioris Inſulæ eminen-
tiore loco, vnde proſpectare conſueuerunt
inimici piratæ, ne ibi commorantes præda
fierent. Venetùm præcipuè, quibus Adria-
tici maris vſque ad prædictum ſinum curæ
eſt. Audiui à multis maiorum traditio-
ne dicentibus, lapidem illum ita Apoſtoli
genibus concauatum, à Venetis nautis
ablatum, Venetiaſque aſportatum, vbi Bea-
tus Marcus ingenti omnium veneratione
colitur. Crebreſcentibus deinde auſtris,
cum diſcedere, quo incœptum abſolueret
iter, inde nequiret, Spiritu ſancto admo-
nitus portum ingreditur vrbis, ænea catena
à turri Turrunda ad vrbis ipſius muros di-
ſtenta clauſum, intimumque cum comite
breui cymba nauigans mare ad litus tan-
dem deuenit. Erat tũc diei hora ferè tertia,
quo tempore ciues, qui in aquis obuersãtur,
hinc atq; illinc prope litus erant frequentes.
Cognita per eos via ad puteũ accedit, propè
quẽ ſolis ingens aſtabat ſimulacrũ: effuudere
ad illud preces neſcio quas cogebantur, qui
haurire aquã, vel bibere optarẽt, & dũ Bea-
tiſſimus Clauiger potum ab ijs peteret, qui
tunc ferè haurirent, reſponſum huiuſmodi
accepit: Adora, & bibe: ad quæ Apoſto-
lus, nos Hieroſolymitani ſumus, & hoc
ſignum in nomine Dei noſtri, qui ſolus ve-
rus eſt Deus, facimus, ſiue manduceamus,
ſiue bibimus, & facto crucis ſigno aquam
potauit. Obſtupeſcunt omnes, tali, quod
ignorarant, perſpecto ſigno, & iterum
Apoſtolo repetunt, puteum illum eſſe Dei
ſolis, nullique ante hac licuiſſe bibere, niſi
adoraſſet. At ille rurſus, puteus Ioannis
Baptiſtæ, qui Iordanis fluenta exhauſit,
Saluator omnium eſt homo Chriſtus Ieſus.
Quibus dictis, facto iterum crucis ſigno
receſſit plenos relinquens omnes admira-
tionis, ac ſtuporis, cum viderint nouo il-
li manus dexteræ motui eam fuiſſe vim, vt
Idolum ad terram deiecerit, deiectumque
confregerit. Erat ſtatua illa tantæ magni-
tudinis, vt inter coloſſos recenſeretur, quæ
turribus eſſent pares. Opus fuit Lyſippi,
cubitorum quadraginta. Sed illud in ea mi-
rum, quod cum manu eſſet mobilis, ea
erat libramenti ratio, nullis conuelleretur
procellis, artifex id prouidit, cum modi-
co interuallo columnam appoſuiſſet, vnde
maximè flatum frangi opus erat, itaque
propter magnitudinem difficultatemque
moliendi non attigit eam Fabius Verruco-

A ſus, cum Herculem, quem in Capitolio
ſtatuit, inde transferret. Ingreſſus iterum
ſcapham Petrus per eundem ſinum interiùs
nauigauit, cumque in Reguli ipſius vrbis
Pomarium deſcendiſſet, rogauit horti cul-
torem, vt aliquantiſper, dum æſtiuus de-
ferueſceret ignis, ibi ſe vnà cum ſuis quie-
ſcere pateretur. Erat ibi tum Pomarij
cuſtos Amaſianus quidam pauperculus, vſ-
que adeo incurruus, vt nullo modo cælum
ſuſpicere miſerrimus valeret. petijt ab eo
Petrus, quod nomen loco illi eſſet, reſpon-
dit, Ceruaricium ab omnibus appellari, di-
ctum ante hac ad fontanas, remque huiuſ-
modi expoſuit. Regulus noſter Eucadius,
B cum fortè in venatione, quo exercitationis
genere nimium oblectatur, ceruam hic lã-
cea transfixiſſet, inde non multo poſt in-
gentem inter fruteta viſum Ericium occi-
dit, & ex Cerua, & Ericio nomen loco im-
poni mandauit Ceruaricium. Intuens Apo-
ſtolus quantopere homo ille iam inde à
pueritia ſua infeliciſſimus, dum loqueretur,
laboraret, vt de facie eum internoſceret,
& miſeratione motus, vtque initium præ-
dicationi, illiuſque populi conuerſioni da-
ret, Marco dixit, fili dilecte, erige homi-
nem. Suam tunc Marcus extendens manum
appræhendit illum, prophetæque verbis
piè prolatis. Dominus ſoluit compeditos.
C Dominus illuminat cœcos. Dominus eri-
git eliſos, Dominus diligit iuſtos, illum
eleuauit. Et homo ille fortunatiſſimus au-
ctoribus ijſdem baptizatus tam breui tem-
poris curriculo, & corporis & animæ ſalu-
tem fuit conſecutus. Ante ſolis occaſum,
qui prope aderat, ratem denuò ingreſſus
ad eam vrbis partem venit, vbi porta ma-
ior dicebatur. Cœpit ibi inter vrbem, &
arcem antiquiſſimam de ingenti marmo-
re, ante Apoſtoli ipſius ſacram ædem ad
vſque noſtra tempora ſeruato, verbum Dei
prædicare aſtantibus, præcipuè illis, in
quorum conſpectu Solis ſtatua deciderat, &
in hoc ſalutifero nec dum ſatis commen-
dato opere, plures conſumpſit dies: multi,
D qui audierunt, crediderunt in Dominum
Iesvm, eiuſdemque Apoſtoli manu ſunt om-
nes baptiſmate ſacratiſſimo initiati. Proſ-
piciens demum fore, vt poſthac vniuerſus
populus, qui frequens erat, & pronus ad
pietatis cultum, in Ieſum Chriſtum crede-
ret, Rhegium vetuſtiſſimum Calabriæ op-
pidum commeaturus, reliquit ibi Marcum.
Is multos in prædicatione menſes expen-
dit, & nullus illuceſcebat dies, quo Taren-
tini illi veteres cum accolis omnibus ad fi-
dem non aduolarent. Accidit, vt Eucadij
filia Principis à Dæmonio vexaretur, &
Marcum prædicantem audiens clamabat,
quid mihi & tibi ſerue Dei Marce? Cur me
ante tempus, vt magiſter tuus, tam ſæuè
conaris incendio afficere? increpuit eam
Euangeliſta, vixque Dæmoni præcepit, vt
abire

abiret,& protinus ille aufugit audiens præcipuè illa Catechiſmi verba, exi ab ea immunde ſpiritus, exi, & da locum Spiritui Sancto Paraclito. Puella igitur hoc modo liberata,pater eius Eucadius Tarentinorum Regulus cum reliquo credens populo in nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti baptizatur, cunctis Idolorum fanis, quæ tunc plurima erant, dirutis, & ad memoriam Sanctorum denuò, Apoſtolorum, ipſius in primis Dei Genitricis,ſemperque Virginis MARIAE à poſteris erectis. An autem illa fuerint, quorum vnum in portu iuxta litus Deiparæ matri, alterum Principi Apoſtolorum intra vrbem, & arcem, tertium in acta parui maris Beato Marco nuncupabâtur haud facilè conijci poteſt, cum ipſa vrbis forma fuerit immutata. His omnibus ea, qua dictum eſt, ratione peractis, & omnibus iam in fide confirmatis,beatus Marcus ad præceptorem ſuum Petrum, qui Rhegij commorabatur, tranſiturus, ne ſine paſtore oues tenerrimæ aberrarent, Amaſianum, quem ante adhoc ritè inſtruxerat, Epiſcopum deſtinauit. at ipſe Apoſtolo adhærens cum eo Romam verſus iter direxit. Hæc ita ſcripta ſunt, veluti patrum noſtrorum traditione præcepta, & manuſcripti etiam cuiuſdam codicis lectione, quem Tarentini Clerici pro officio D. Cataldi in Choro aſſeruabant: mutata ſunt tamen nonnulla, & ſtilus ipſe in meliorem à nobis redactus Laurentij Surij imitatione. Hactenus ille.

Igitur iam inde ab Apoſtolorum prædicatione, ab anno ſcilicet ſalutis 45. Epiſcopalem dignitatem Tarento acceſſiſſe ſupra relata facile oſtendunt. Quo verò tempore facta ſit Tarentina Metropolis non legi, ante tamen annum 1100. vel paulo poſt noſtræ ſalutis milleſimum haud fallaci coniectura dixerim, cum eo ſæculo aliæ etiam huius Regni Eccleſiæ Archiepiſcopali dignitate exornatæ fuerunt. Archiepiſcopus, qui à Rege præſentatur duos tantum habet ſuffraganeos, Mutilenſem ſcilicet, & Caſtellaneteuſem quibus acceſſit Vritanus. Præſidet Archiepiſcopus præcipuè Baſilicæ Diui Cataldi qui Patronus eſt vrbis, verum, quam ad hanc, quæ hodie conſpicitur formam, Dragonus, quia vetuſtior ruinam minitabatur, qua ſumma vigebat pietate reduxit. ſexdecim vtrinque ſuſtentatur marmoreis columnis: & pauimentum multis emblematibus laboratum, habet nauim à duobus hinc atque illinc minoribus diſtinctam, cum ſuis ædiculis, quæ Diuorum imaginibus decorantur. Sacrarium habet inſigne, vbi repoſitæ ſunt reliquiæ Sanctorum, atque in primis Cranium, brachium, tibia, lingua,oſſaque aliquot Diui Cataldi thecis argenteis ſtipata; vbi argentea etiam ſtatua,quæ Pontificem, dum celebrat, imitatur cum pallio,infula,

A baculo, aliiſque ſacris, & Pontificijs indumentis. Rem diuinam ibi faciunt duodecim Canonici, è quibus quatuor dignitate eminent,Archidiaconus ſecundus ab Antiſtite,Primicerius, ſeu Prior, Cantor & Theſaurarius, multique Sacerdotes & Clerici, qui omnes in Chorum conueniunt pro matutino, Miſſa, & Veſperis, reliquæ horæ ab iiſdem diurna viciſſitudine recitantur. In ciuitate præter Metropolitanam, Parochialis eccleſia nulla, ſed Collegium Cathedralis totius ciuitatis animarum curam habet, quam Baſilicani omnes ab Ordinario ad audiendas confeſſiones approbati ſine diſcrimine exercent. Ad tollendam verò, quæ inde conſequebatur in ſacris adminiſtrandis confuſionem, ſapientiſſimè ab Archiepiſcopo Clerus Metropolitanæ Eccleſiæ in quatuor partes diſtributus eſt, vt ex quatuor ſacellis quatuor ciuitatis regionibus facta miniſtrarentur, qua partitione & Cleri labores leuabantur conſulebatur, ſi in vſum inducta fuiſſet. Sunt autè in ipſa ciuitate virorum Cœnobia compluра, ſeptem Sanctimonialium aliud, xenodochium pro infirmis, mons Pietatis, & Clericorum Seminarium, fidelium animæ intra mœnia 18.mill.Diœceſis mediocriter ampla, partim Græcis, partim Latinis habitatur. Latinorum oppida octo in ea cēſentur, quorum duo maximè inſignia, & nihil niſi nomine, ac titulo, ciuitate inferiora, nempè Martinæ, & Griptaliarum, in quibus ſunt Eccleſiæ ornatiſſimæ, quarum vtraque habet ſupra 100. miniſtros nempè quatuor in dignitate conſtitutos ad inſtar Metropolitanæ, & intus Presbyteros, & Clericos multos. fidelium animæ ſupra 15. millia, in reliquis oppidis adſunt Archipresbyteri & Clerici.qui diuina officia, & eccleſiaſticas functiones Romano, Latinoque ritu obeunt. Præter hæc ſunt octo Albanorum, ſeu Epirotarum Pagi, Græco ritu viuentium,quorum tamen Sacerdotes, ſuo ſaluo rituRomanam profitentur fidem. Sunt & in Tarentina Diœceſi quinque Abbatiæ Conſiſtoriales, & vt pluriuum Cardinalibus commendantur: prima eſt Sanctorum Viti, Modelli,& Creſcentiæ, quæ olim fuerunt Græcorum Monachorum è Societate Magni Baſilij, qui extra vrbem habebant Monaſterium ſub ſancti Viti nuncupatione. habet hodie Abbas intra vrbem Eccleſiam ſancti Saluatoris, vbi ſeruantur reliquiæ prædictorum Diuorum. Caput in primis & brachium S.Viti argento obtecta, cum non parua ſanguinis parte, qui in vitrea phiala aſſeruatur. hunc duriorem toto anno perſpiciunt; at in feſto, quod 17. Kalen.Iulij celebratur, liqueſcit,vt ſi recens de corpore manarit. Altera Abbatia dicitur ſanctæ Mariæ de Galeſo, quæ olim fuit Ord.Ciſtercienſis: tertia vocatur SS.Petri, & Andreæ, cuius Baſilica fuerat ante hac

B

C

D

in

in Inſula parua Ordinis ſancti Benedicti, ſicut quarta, quæ appellatur S.Mariæ deCriſpana; huius redditus magna & melior pars eſt apud Martinenſes, illius vero apud Mandurinos. Quinta & vltima Græcorum etiam Monachorum Baſilij Magni Sanctæ Mariæ de Talſano, cuius Eccleſia ſex ab vrbe milliaribus diſtat, & iis, qui Montis Oliueti nuncupantur. Eccleſia S.Mariæ de Iuſtitia olim fuerat pauperum peregrinorum hoſpitium. Aliæ etiam duæ Abbatiæ Ord.Ciſtercienſis in hac Archidiœceſi fuerunt extructæ, nunc deſtructæ, nempe S.Mariæ Coronatæ,& S.Spiritus de Valle. Menſæ Archiepiſcopalis annuus cenſus ducatorum Regni decem millium. Taxatur in lib.Cam. Apoſtolicæ ad florenos quadringentos. De Præſulibus Tarentinis ſatis mendosè & parce ſcripſit idem Ioannes Iuuenis: inde nos, atque ex multis alijs monumentis, ac præcipuè Vaticanis, eiuſdem Præſulum ſeriem vberiorem concinnauimus:



1 AMASIANVS meritò primus Tarenti Epiſcopus dicendus eſt, quando in eam vrbem Petrus Apoſtolorum Princeps vnà cum Marco diſcipulo fidem inuexiſſet anno ſalutis humanæ 45. relictoque Marco, Rhegij Calabriæ vrbem petijſſet. Is iuſſu Petri, ante ſuum à Tarento diſceſſum, Amaſianum ex Hortorum Cuſtode iam ad Chriſtum conuerſum Epiſcopum Tarenti ordinauit, qui per annum vnum, paucoſq; menſes Chriſti fideles ſanctè rexit, & ad cælum, vt piè creditur euolauit.

2 S.CATALDVS ſecundus huius ſedis Epiſcopus numeratur, mortuo namque Amaſiano, cum Tarentini fideles nullum haberent virum, à quo æternæ ſalutis monita percipere poſſent, paulatim deficere cœperunt quibus Dæmon generis humani antiquus hoſtis, centū viginti annos eos illaqueatos tenacitèr habuit. Quod Hieroſolymis Cataldo piè meditanti, Chriſtus Ieſus in viſu apparuit, eique præcepit, vt Tarentum, vbi Petrus Apoſtolus, & Marcus Euangeliſta prima fidei rudimenta iecerāt, ſtatim proficiſceretur; Igitur Cataldus iter arripuit, ingreſſuſque Tarentum eſt anno à partu Virginis ſexageſimo ſexto ſupra centeſimū, Aniceto Summo Pontifice, & Marco Aurelio Imperatore. Ibi à paucis Chriſtianis, qui remanſerant, Tarentinus Præſul conſtitutus, per plures annos ſedit, quantos, qualeſque pro Dei labores exantlauit, eius vita apud Surium, alioſque ſatis oſtendit. Denique miraculis clarus feliciter migrauit ad Dominum. Cuius natalis dies celebratur 8. Id. Maij. Inuentio 6. Id. eiuſdem. De quo Petrus in Catalog. lib.4. & fuſius Ioannes Iuuenis lib. 8. cap. 2. in hunc modum.

Beatus Cataldus ex partibus Hiberniæ, quæ ſuis & ipſa gloriatur in Domino, & lætatur Sanctis, oppido Numeniæ Catando, patre Eucho, matre Athena, honeſtis quidem inter ciues natus, quantæ futurus eſſet ſanctitatis, quantiſque & quot miraculis Dei omnipotentis virtute coruſcus, iam inde à natiuitate præmonſtratum eſt. Vir quidam eximiæ virtutis Chriſtianæ, & Maieſtatis diuinæ amicus, cui vaticinij munus ob ſuam gloriam fuerat dilargitus, Dichus nomine, ſtellæ cuiuſdam ductu, non ex illis, quæ in Firmamento fixæ nunquam mouentur, ſed ad vaticinium iſtud declarandum mirabiliter exortæ, domum naſcituri infantis peruenit, & cum occluſas proſpexiſſet fores, illas mendicantium more feriens aperiri ſibi ob eleemoſynam petijt: intus Athena pulſanti reſpondit, ſola ſum, partu laboro, aperire tibi, vel cuiquam nequeo. Scias, mulier, foris illi prædixit, naſcetur tibi filius coràm Domino Magnus, illique gratiſſimus, quibus dictis abijt, nuſquam deinde viſus. Poſtero autem die natus puerulus decidens tenello capite ſaxum impegit duriſſimum, quod non modo illæſum erexit, ſed tanquam ſi in molliſſimam incidiſſet materiam concauum lapidem reliquit. Eadem hora mater dolore partus, quæ muliercularum miſeria eſt, expirauit. Infantulus, non obſtetricis, neque alicuius alterius ope adiutus, præter diuinam, ſurrexit, ac parentem exanguem tenellis brachiolis complexus ſuo illam oſculo, Dei gratia ad vitam reuocauit. Lapis, vbi naſcens, caput admouerat, ſub dio aliquando poſitus, & in partem concauam aquam excipiens, priſtinæ omnes reſtituebat ſanitati, quicunq; ægrotantium aquam inde ad potum deuotiſſimè haurirent. Nomen illi in fontis lauacro imponendum inſerunt parentes, Cataldus, cuius deſinentiæ nomina quamplurima in ea Inſula eſſe ſolent, vt Mogaldus, Donaldus, Oſaldus, & Helbaldus, Haraldus, Archibaldus. Creſcebat puer non minus ſapientia, & eruditione, quam pietate

A erga Deum, & proximum, percelebreque Caraldi nomen inter Francigenas, Anglicos, Theutonicos, Scotoſque magno honore diuulgabatur. Patentibus inde orbatus, ad Sacerdotalem promotus ordinem, ſuos excitat ciues vt iu honotem Beatę, ſemperque Virginis, ac Matris Dei ædem ſacram erigerent. ipſe in primis, & vehementior alijs tanto operi occupabatur, & dum ſabricæ eſſet intentus, ecce quidam nobilis vir filij vnici cadauer nuperrime defuncti multis ad eum lacrymis adducit, rogans, vt ad vitam ſenectutis miſeratus ſuę reuocaret. reſtituit adoleſcentem glorioſus Christi athleta ad vitam, ſed facta prius oratione, non immemor verbi illius, quod B Apoſtolis aſſertor humani generis promiſerat. Quodcumque petieritis à Patre in nomine meo dabit vobis. præcurrerat pater, quum nondum ſanctum Confeſſorem conueniſſet, ad foſſam, quam diximus naſcentis infantis capite ſaxo impreſſam, & fruſtra miſer præcucurterat, quod eam vt antea, cæleſti rore plenam non reperiſſet. Fama tanti miraculi totam ſubito replet & vrbem, & paulo poſt prouinciam. Credentes in fide confirmantur, qui fideles nondum erant, ad fidem inuitantur. Non multo poſt militis cuiuſdam filius moritur: eius cadauer à patre ad amicum Dei Cataldum in feretro effertur: rogat C gemebundus vt &. ſe conſolari non dedignaretur in mortuo filio, nam & ipſe æque miſer erat, arque ille, cuius aute filium ſuſcitauerat. Recuſat aliquantulum Sanctus, ſeque id efficere, cum Deus ipſe non ſit, nullo modo poſſe aſſeuerat. volebat præterea & patris conſtantiam periclitari; nam & hoc iu Euangelio legerat Saluatorem aliquando ſactitaſſe. inſiat pater, & lacrymis, & precibus filio vitam deprecari. Attendebat interim Eccleſiæ operi Sanctus, qui dum terram effoderet, dumque caſu terram ſuper mortui adoleſcentuli corpus aſpergeret, continuò ille ſic tactus viuus è feretro deſilijt, ſanctumque veneratus, patris ingemeſcentis pependit amplexibus. D Pergit inde qui viuum filium miles receperat ad Regem, & quantum ſui miſertus fuerit Deus, quantumque Beati viri Cataldi interceſſione beneficij ſibi contulerit, ordine exponit. Incredulus ille magicis omnia cenſet artib. adſcribenda, & vt è ſuo ſanctum eijceret, deturbaretq; Regno quanta admodum celeritate nauigauit. Vbi ad locum venit, comprehendi ſine mora Cataldum iubet, comptehenſumque apparitoribus tradit in vinculis cuſtodiendum in craſtinum ad exilium miſſurus. Nocte, quæ nefandi conſilij diem ſubſequitur, ab Angelis per viſum terrore magno perculſus ab ijs audit, quod ſtatim moreretur, niſi à propoſito malo ceſſaret. Excuſſus ſomno Rex ſuſpirat ſæpius, vt qui melancholia percitus: quid ſibi hæc velint ſuſpiria ſciſcitatur Regina Regi, ſibique timens, reuelat ille viſum, at illa conſulir, quæ eſſent, vt ab imminente diſcriminc liberarentur, facienda. Eadem nocte dux quidam ſceleris cōſiliarius moritur. Id Rex audiens, Deique vltionem pertimeſcens, Sanctum non modò è carcere educi, liberarique mandat, ſed & ab illo veniam gemebundus petit, tā ſibi, quàm ſuis omnibus. Mox de functi Ducis prouinciam Eccleſiæ, quæ etiam tunc erigebatur, cuique Cataldus conſtruēdæ præerat, in perpetuum conceſſit. Erat Dux ille Meltridis Dominus. Sanctus igitur acceptam prouinciam in duodecim Epiſcopatus diſtribuit, & ſuum Epiſcopium Archiepiſcopatum faciens, Rachau Archiepiſcopus fuit dictus, cumque Rachaenſi Eccleſiæ multos præfuiſſet annos, & verbo & exemplo nunquam deſtitit, alios ad fidem trahere, alios iam tractos confirmare.

Hæc vbi tam feliciter ad honorem omnipotentis Dei, & eius eccleſiæ expanſionem, ſibi ſucceſſiſſe animaduertit, diuina motus inſpiratione ſepulchrum Domini ſalutiferum, vbi pro omnium ſalute triduum iam quieuerat, viſere diſpoſuit, locaque omnia perluſtrare, ſique fieri poſſet, quantum in ſe eſſet ſtratus lugere, lacrymiſque perſundere vbi ſteterunt ſanctiſſimi, & nunquam fatigati pedes eius. Conducta naui ſub peregrini habitu viam ingreditur. peruenit tandem Hieroſolymam, continuò ſepulchrum Dominicum, cuius viſendi deſiderio flagrabat, magna deuotione nudis pedibus introiuit, illudque labijs, & cordis & oris quanta potuit humilitate tremens, & ingemiſcens exoſculatus immenſas humani generis Redemptori gratias egit, quod dignatus eſſet ſibi ſeruo ſuo concedere, vt attingere valeret monumentum illud vſque adeò ſuauiſſimum, vnde morte ſurrexerat deuicta: atque idipſum fecit de ſanctiſſimis locis illis, quæ à ſacratiſſima Virgine olim frequentabantur, dum viueret. Quibus ita deuotè, pièque abſolutis, vitam, ea in regione ſtatuit degere eremiticam, quod tamen propoſitum honeſtiſſimum voluntati diuinæ commendarat, & quum interea nihil iuxta cordis ſui deſiderium obtingere cerneret, orationi aſſiduæ, quam & lacrymis condire aſſueuerat, intento, vt quid Deo de ſe placeret, cognoſceret, apparuit illi Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & inter cætera, quæ ad eius ſolatium locutus eſt, illud in primis præcepit, vt ab eremitica deſiſtens deliberatione ſe ad eam Italiæ partem transferret, vbi ciuitas eſt, quod Tarentum appellatur: ibi enim rudem olim, idoliſque deditum populum per Petrum Apoſtolum, & Marcum eius diſcipulum ad fidem ſuam conuerſum inueniret, quem ad Idolorum cultum, prædi-

cantium

cantium inopia reuerſum, ipſe denuò reuocaret ad fidem. Hoc Domini præceptū alacriter audiens cum multis nauem inſcendit Italiam verſus nauigaturus. inter nauigandum autem diuino repletus ſpiritu tempeſtatem prædicit, cuius quidem inſtantis periculi, quia ſignum nautæ non videbant vllum, fidem illi non adhibuerunt. Sed vix poſt Sancti viri prædictionem dimidiæ horæ ferè ſpatium tranſierat, exoritur tempeſtas, cui antehac ſimilem nautæ haud proſpexerant. rudens craſſior, quo velum in ſublimem arborem eleuatur, vi tempeſtatis effringitur. Vnus ex nautis adoleſcentior, & cæteris agilior malum conſcendit, vt rudentis partes disiunctas coniungeret. Ventorum procelloſa rabies illum infelicem ea vi deiecit, vt ſtatim colliſus vitam cum omnium dolore perdiderit. Qui in naui erant, vt mox morituri Deo quiſque ſuo lacrymis effuſis ſupplicare, vota proponere; nonnulli inter huiuſmodi afflictiones recordati, quod vir ille, quem Deo cæleſti & immortali adeo carū putabant non cognouerant, naufragium prædixerat, prouoluti illius pedibus humiliter obſecrare, obteſtarique. Homo Dei, dicentes, qui talem cæleſti afflatus ſpiritu imminere nobis tēpeſtatem proſpexiſti, qualem alias non ſumus experti, exorare, quæſumus, ne graueris, Deum, vt tuis placatus precibus nos de vehementi periculo miſericorditer eripiat. Confeſſor Sanctus, vt qui pietate redundabat, ad orationis præſidium confugit, qua nondum finita, ceſſant venti, ſedatur mare, & magna inde ſequitur, exoptataque ſerenitas. Neque tamen Sanctus ab oratione ceſſat, donec iuuenem è malo delapſum, contractumque vitæ reſtituat, conſolidetque. Dant interim nautæ vela ventis, & nullo negotio Hydruntem perueniunt, vbi Sanctum exponunt, & gratias illi agentes ob tot in vndis officia præſtita, eius ad Deum deprecationibus ſe commendant.

Dum Sanctus Tarentum pergeret, iuxta Fellinum (Oppiduli nomen eſt) occurrit illi puella, quæ ſurda & muta pecudes ad paſtum fortè agebat: eam cum fuiſſet bis & ter perperam allocutus, & cognoſcens tandem miſellæ defectum, præcipio, inquit in nomine Domini mei Ieſu Chriſti, vt abſque mora mihi reſpondeas: & ſtatim illa recipiens cum auditu loquelam, eum ad ſuos domum deduxit, omnibuſque diuulgauit miraculum, quod vir Sanctus diuina in ea fuerat virtute operatus, ibique ab incolis honorificè exceptus, cum illis quos omnes ſacro abluit fonte, aliquot dies commoratus eſt, Cum verò Tarentum introiret, vidit ante ianuam pauperculum quendam à natiuitate cœcum: eum Beatus Cataldus ita alloquitur. Cuius religionis, & fidei ſunt homines iſtius ciuitatis? Cæcus reſpondit, patres noſtri omnes fuerunt Chriſtiani, nunc autem omnes quotquot videbis, præter paucos, Ethnici. Tu verò fili, inquit, Chriſtianus, an Ethnicus? reſpondit cæcus, vtinam aliquis me ad fidem Ieſu Chriſti docendo adduxiſſet, iamdiu Epiſcopo, qui nos inſtrueret, deſtituti ſumus. Si ex toto corde, ſubdit Sanctus, credideris in ſanctam, atque indiuiduam Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, & in eius nomine fueris baptizatus, promitto tibi ſalutem animæ, & lumen quod exoptas, oculorum. Credo, inquit ille, domine omnia eſſe ſicut dicis. Tunc beatus Confeſſor ſuis hauriens manibus aquam, illum baptizauit, & ſtatim eius oculi aperti ſunt. Qui videns iam quæ prius ignorauerat, clamare cœpit ijs, qui non longè diſtabant; Venite, & videte hominem Dei ſanctum, qui me, in eius nomine aquam ſuper caput effundens, illuminauit. Ad eius vocem factus eſt populorum multus concurſus Deum collaudantium, atque dicentium, nunquam ſe tale quid alias perſpexiſſe (audiuiſſe tamen) vt cæcus à natiuitate cerneret. Erat annus Domini centeſimus, & ſexageſimus ſextus, quando Diuus Cataldus Tarentum ingreſſus eſt. Sedem Petri tenebat tunc Anicetus Syrus, qui ſedit annos nouem à ſexageſimo tertio vſque ad ſeptuageſimum tertium poſt centeſimum à Chriſto nato, Martyr in quarta Eccleſiæ perſecutione, Imperatoribus M Antonio Vero, & L Aurelio Commodo. Sunt qui contendant Diui Cataldi comites fuiſſe Euperpium, qui poſtmodum fuit appellatus Leutius Brunduſinorum Epiſcopus, & Barſonuphrium, qui colitur ab Vritanis, qua de re aliter legitur. Corpus ſcilicet Diui Barſonuphrij ex remotiſſimis Paleſtinæ partibus ad ſuperi maris vicina delatum litora, ad Theodoſium virū alioqui ſanctiſſimum Vritanorum Pontificem ab hominibus illis, ad quos id erat expoſitum, vel qui antea ſeruandum acceperant, fuiſſe adductum; quæ poſteriora tempora deſignare videntur. Diuum verò Leutium multi tradunt fuiſſe Alexandrinū. Eſt & alia opinio, quam dicunt referri à Iacobo Antonio Ferrario Lupienſi in hiſtoria, quam nondum edidit, Auſtria: ſanctum ſcilicet Cataldum ad Iapygiam veniſſe, qui & comitem habuit germanum fratrem nomine Donatum primum Lupienſiū Epiſcopum, & per quatuordecim annos vitam cum illo eremiticam degiſſe propè oppidum, quod ab ipſo ſancto nomen accepit, hodieque adhuc extat, Sanctus Cataldus, ad decem millia paſſuum ab Hydrunte remotū. Hunc igitur tantum Patronum maiores noſtri, & viderunt, & amplexi, veneratique ſunt, gratias in dies Deo agentes, quod ſola ſua gratia, & largitate, non eorum meritis dignatus ſit hanc

vrbem ſub Beati Cataldi patrocinio apud ſe eſſe, vt ſexcentas, quæ in toto orbe terrarum ſunt, ac in Chriſtiana Republica amplissimæ, quamlibet Diuorum ſuorum, tutelariumque cuſtodum præſidio fulciri. Venetias Marci, Peruſium Herculani, Aſſiſium Franciſci, Matthæi Salernum, Andreæ Amalphiam, Bartholomæi Beneuentum, Galleciam Iacobi, Maſſiliam Magdalenæ, Ambroſij Mediolanum, Nicolai Barium, Brunduſium Leucij, aliaſque aliorum, ne catalogum conficere tot recenſendis videar. Voluit enim Deus ipſe Sanctos ſuos inter ſe & homines poſt Chriſtum eius filium, qui Princeps, & caput omnium eſt, eſſe mediatores, vt vota illorum, quæ criminum mole in altum aduolare nequirent, veluti quibuſdam alis, Sanctorum videlicet interceſſionibus leuarentur in Cælum. Scriptura nulla extat, qua dignoſcere poſſemus, quot annos cum Tarentinis ſuis vitam duxerit Beatus Cataldus: legitur autem in eius vita, vnde hæc excerpſimus, quæ ante Romanum officium reſtitutum, in Choro à Clericis legebatur, quod hic Sanctus, dum ſui diſſolutionem corporis imminere ſentiret, conuocatis ad ſe vrbis optimatibus, quos in fide, quam prædicauerat, conſtantiores cognouerat, & erga Deũ magis deuotos, Clericiſque omnibus ad hæc ferè verba locutus ſit. Fratres, & filioli mei dilectiſſimi, ſcire debetis aduerſus fidem Catholicam, permagnam ab hæreticis, & inimicis Crucis Chriſti non multò poſt inſurrecturam perſecutionem, nauem Petri magnis fluctibus actum iri: vos autem qui ſpirituales eſtis, confirmate, vbi ego ad Dominum pertranſiero, confirmate, inquam, populum, illumque docere, admonere, corrigere ne ceſſeris, vt in fide Domini noſtri Ieſu Chriſti, quam eis tot laboribus, ac vigilijs prædicaui, firmi ſint, & conſtantes; ab illa nunquam recedant, nũquã diſtrahantur, ſiue præmia promittãtur, ſiue pœnæ acerbiſſimæ ante oculos proponãtur; ad hanc enim Græcæ regionis vrbem percelebrẽ nõ caſu, ſed Dominico iuſſu profectus ſum iã inde à Paleſtina, quo me religionis, ac pietatis ergo contulerã à Britannis toto orbe diuiſis. Etenim cũ Hieroſolymis agerem, apparuit mihi Dominus noſter Ieſus Chriſtus, iuſſitque, vt haud mora illhuc ad vos & veſtros omnes me conferrẽ, ſanctum Euangelium, & fidem concionaturus, & cordibus omnium impreſſurus, vbi centum & vigintiquatuor annis ante Beatiſſimus Apoſtolorum Princeps Petrus, & eius in Domino filius, & in rebus Chriſti geſtis diſcipulus Marcus prædicauerant. Vos præterea rogatos etiam atque etiam velim, vt corpus meum in maiori noſtra æde reponendum curetis, & in cellula, quæ ſancti Ioannis in Galilea dicitur, ipſumque ſub terra quàm diligentiſſimè recondatis.

His ita dictis & mox expletis in eo cunctis ſacris miniſterijs, quæ circa ab hoc ſæculo commigrantes à fidelibus fieri conſueuit, ſanctiſſima illa anima corpore ſoluta in æternæ claritatis gaudijs Angelorum manibus fuit collocata. ipſa etiam obitus hora, campanæ quotquot erant in vrbis eccleſijs pulſari angelicis, non humanis ictibus cœperunt. At vbi ſancti viri corpus intra Eccleſiam domo deductum eſt, vt circa illud Clerici de more ſuneralia, exequiaſque perſoluerent, confluxit eo innumerabilis vtriuſque ſexus frequentia cum ingenti affectorum ægritudinibus multitudine, qui vbi primum venerabile illud corpus tangerent, priſtinæ reddebantur ſanitati. Celebratis tandem ritè, honorificèque parentalibus, tam Clerici, quam Ciues pij, habito ſuper hoc concilio, ſepulchrum, quod adhuc extat marmoreum, miræ, vt tempora illa erant, pulchritudinis extruxerunt, ibique corpus illud odore fragrãs nimio, ob ſanctitatem magno deuotionis affectu reponentes, ipſum ſub terra, vt moriens mandauerat, poſuerunt. Ex aduentu & prædicatione igitur huius glorioſiſſimi Confeſſoris extiterunt Tarentini religioſiſſimi, vitam viuentes Chriſtianam, Deorum cultu Gentilium, qui pro ſtatu temporum illo miſerabili, magno ſtudio, vt dictum eſt, à veteribus ſtatis ceremonijs obſeruabatur, penitùs deleto. Hactenus Iuuenis. De inuentione corporis Beati Cataldi idem auctor ſcripſit cap. 3. eiuſdem libri. Eius vero geſta heroico verſu conſcripſit Fr. Bonauentura Moronus Tarentinus Ord. Minorum lib. 6. diſtincta. Bartholomæus verò Moronus eiuſdem frater acta & miracula Cataldi in lucem emiſit. Cæterùm, qui Diuo Cataldo in ſinu Abrahæ, hoc eſt, in Paradiſum recepto ſecuti ſint Epiſcopi Tarentinæ Eccleſiæ præſides non ſatis liquet vſque ad annum ſalutis nonageſimũ primum ſupra quingenteſimum, Gregorio Pontifice maximo, tametſi tres referuntur ſediſſe ante Pontificatum Gregorij, quorũ non meminit idem Ioan. Iuuenis in ſuo Catalogo, in multis tamen mendoſo; ſed & qui hos tres adſtruunt, nullum habent teſtimonium, tempus ignorant, & acta.

3 MASONA Gothus, cuius, inquit Diptyca apud me, vitam imperfectè Beringerius Tarentinus Diaconus ſcripſit, hanc non vidimus.

4 RENOVATIVS, &

5 INNOCENTIVS, quorum omnino acta & tempus, quo floruerint, ignorantur.

6 ANDREAS Tarentinus Epiſcopus vixit anno 590. ad quem Gregorius Magnus ſcribit epiſtolam, quæ eſt 44. lib. epiſtolarum 2. & cap. 83. quæ etiam legitur diſtinctione 33 §. habuiſſe: illum arguit de eius concubina, & de muliere de matriculis

ver-

verberata, qua de re etiam idem Gregorius ſcribit ad Ioannem Epiſcopum Gallipolitanenſem.

7 HONORIVS ſub eodem Gregorio floruit Tarentinus Præſul anno 603. ad quem idem Pontifex de Baptiſterio in Eccleſia ſanctæ Mariæ conſtruendo ita reſcripſit in epiſt.24.lib.11. epiſtolarum, Ind.6. *Fraternitate tua indicante didicimus, in ciuitate Tarentina, in qua praeeſſe dignoſceris in Eccleſia S. Mariæ Baptiſterium, nouiter conſtruxiſſe, & ideo frater chariſſime præſenti auctoritate ſuſcepta tui deſiderij complebis effectum: quatenus per ſacrum lauacrum peccatorum illic maculæ deleantur*

8 IOANNES Tarentinus Epiſcopus interfuit Synodo Lateranenſi Romæ celebrato ſub Martino Papa I. anno 643.

9 GERVASIVS huius nominis primus vixit ann.659. huius non meminit Iuuenis in Catalogo.

10 GERMANVS Epiſcopus huius ſedis ſubſcripſit ſextæ Synodo Conſtantinopolitanæ ſub Agathone Pontifice ann.680. in hæc verba. *Germanus humilis Epiſcopus ſanctæ Tarentinæ Eccleſiæ Prouinciæ Calabriæ in hanc ſuggeſtionem, quam pro Apoſtolica noſtra fide vnanimiter conſtruximus, ſimiliter ſubſcripſi.*

11 CÆSARIVS intereſt Concilio Romano ab Zaccharia Papa coacto ann.743. apud Baronium mendoſè legitur Aufridus; ſed hic Cuſentinus Præſul ſubſcripſit in vetuſtiſſimo Codice Biblioth. Montis Caſſini, Synodi Zaccharię. Ante Aufridum Cuſentinum, ſubſcripſit Pelagius Compſæ, cuius ex lapſu memoriæ in ſerie illius Eccleſiæ Epiſcoporum to.6.non meminimus. Poſt hunc plures deſiderantur Epiſcopi.

12 DIONYSIVS Præſul Tarentinus erat ab anno 1008. vſque ad annum 1029. ex monumentis eiuſdem eccleſiæ.



13 ALEXANDER Facciapecora anno ſalutis humanæ 1040. ſedaſſe legitur tumultum Mutilenſium in ſui Epiſcopi electione, & auctoritate Metropolitana eligendum iuſſit Lybertum, ſeu Lyberium à Fumis Germanum Ducis ipſius vrbis Mutilarum. Hic primus omnium eſt, qui Tarentinus Archiepiſcopus recenſeatur, cæteri epiſcopali dignitate fulſerunt.

14 STEPHANVM huius nominis primum, virum laudatiſſimum, pijſque virtutum floribus ornatum per plures annos in Tarentina Eccleſia ſediſſe legitur, cuius memoria præcipuè habetur in monumentis eiuſdem Eccleſiæ anno 1041. eius tamen non meminit Ioan.Iuuenis in Catal. Quem occiſum fuiſſe narrat Codex Andr. Lupi Protoſpatæ. Chronic. eodem, ſcilicet anno 1041. die 4. Martij in prælio inter Græcos, & Normannos apud Melphim commiſſo.



15 DRAGO Tarentinus Archiepiſcopus interfuit conſecrationi Eccleſiæ Caſſinenſis ann.1071. & Bullæ Alexandri II. qui eam conſecrauit, ſubſcripſit apud Anonymum Caſſinenſem. Hic Baſilicam maiorem Tarentinam vetuſtate collabentem dirui fecit, & nouam erexit nobiliorem, in cuius ædificatione reliquias Beatiſſimi Cataldi primus inuenit, de cuius inuentione ex veteribus Cartophylaeijs hæc ſcripta reliquit idem Ioannes Iuuenis lib.8.cap.3. [Poſt multos annos Dragonus Pontifex in hac prouincia maximus, Tarentinæ (inquam) Eccleſiæ Archiepiſcopus, vir apprimè religioſus, Dei cultui anhelans tota animi propenſione diuinitùs inſpiratus, maiorem Tarentinam Baſilicam vetuſtate conſūptam conſtituit funditùs diruere, & nouam auguſtiorem erigere, quæ ornatu & magnitudine veterem ſuperaret. placet omnibus tam laudabile conſilium, inchoatur ergo opus, & inter multos, qui ibi opifices erant, vir quidam vitæ ſanè optimæ, quem Deus ad tantum detegendum Theſaurum parauerat, fundamentum effodiens, attigit ſepulchrum quoddam marmoreum, vnde mira odoris fragantia emanabat. Vocatus Pontifex ad miram ſuauitatem percipien-

cipiendam properans adeſt, & monumentum cœpit animo concipere, & à reliquijs, quæ ibi erant reconditæ, odorem illum tam ſuauem prodire. Clerus currit, populus properat, cum vocibus, tum odoris fragãtia accerſiti. Aperit Præſul tumbam, videt ſanctas reliquias, ebore, vt aiunt, antiquo rubicundiores. Crucem præterea adinuenit auream, ſancti ipſius nomen, C. T. latinis duabus literis ſignificantem. Indicitur pro gratiarum actione ſupplicatio, cerei, lampadeſque accenduntur, diuerſique generis concremantur aromata, quæ tamen de reliquijs prodiens ſuauitas non minùs ſuperare ſentiebatur, ac minora lumina Solis ſplendor hebebat. Pontifex interim B ſuis ipſe manibus pretioſum reliquiarum Theſaurum colligit, quarum magna pars thecis hodie argenteis conditæ ſpectantur. Brachium præcipuè Sancti ipſius dexterum, tibia, caluaria, oſſa quàmplurima, dentes, & quæ ſtuporem cernentibus affert, integra lingua, cuius quia ſuã inuentio habet hiſtoriã, ab ea nunc ſuperſedendum videtur. Monumentum marmoreum funibus, rudẽtibuſq; extrahitur, & ſacello, quod à brachio ipſius Sancti nomen habuit, magna cum reuerentia reconditur.] Hæc ille.

Hanc inuentionem actam fuiſſe recolunt veteres chartæ anno 1071. ſequenti mortalitatem exuiſſe oportet, cum qui ſequitur C eo anno Tarentinam regeret Eccleſiam.

16 ALBERTVS electus poſt Dragonem anno 1072. ſedit aliquot annos.

17 BASILIVS primus memoratur anno 1084. Is anno 1085. donauit Capitulo quandam annui cenſus decimam, nec de eo aliquid aliud in monumentis inuenitur.

18 ACOBVM quendam huius Eccleſiæ Archiepiſcopum fuiſſe anno 1099. ſcribit idem Iuuenis in Catalogo, tametſi illum haud reſediſſe narret.



19 STEPHANVM Philamarinum priſcæ nobilitatis, & virtutis virum, Eccle- A ſiam Tarentinam rexiſſe ſcribunt ſub Paſchale II. Pontifice Max. anno Chriſti 1102. Quot annos verò hanc ille rexerit Eccleſiam non produnt; cuius tamen memoriam nuper excitauit in Eccleſia Metropolitana Neapoli eius gentilis Aſcanius Philamarinus Archiepiſcopus, S. R. E. Cardinalis,

Memoriæ
Stephani Philamarini
inter priores illos
Eccleſiæ Tarentinæ Archiepiſcopos
B *Priſca ſanctitate, & doctrina illuſtres*
Deciminoni,
Qui floruit ante annum MCII.
Aſcanius Philamarinus
S.R.E. Cardinalis
Arch[illegible]opus Neapolitanus
[illegible]t tam vetuſtum
Sacræ nobilitatis monumentum
In familia ſua perenne extet
honoris, pietatiſque cauſa
Poſuit.
C *Anno MDC.XXXXIII.*

20 MORALDVS Tarentinis ius dixit anno 1103.

21 RAYNALDVS Tarentina dignitate præfulſit ab anno ſalutis 1106. ad annũ vſq; 1119. Huic & ſucceſſoribus eius vir Illuſtris Rodulphus dictus Machabeus, pro ſalute animæ ſuæ, ſuorumque parentum, feudum S. Theodori, quod *la Bernaudina* hodie nuncupatur, cum omnibus ſuis pertinentijs Regia liberalitate cõceſſit. donationis documentum extat in tabul[illegible]o Tarentinæ Eccleſiæ: teſtis etiam fuit, ſubſcripſitque donationi, quam Conſtantia Francorum Regis filia, & quondam Boe[illegible]ndi D Antiocheni Principis vxor vnà cum filio ſuo Boemundo Eccleſiæ ſancti Petri Imperialis Tarentinæ ditionis aſſerm[illegible] anno Domini 1114. Indict. 8. Conſtantia ita ſe ſubſcripſit † *Signum manus Conſtantiæ vxoris quondam Boemundi Antiocheni Principis, & Boemundi filij benedicti Antiochiæ Principis*. Eadem item Conſtantia Comitiſſa, conſilio, & aſſenſu Raynaldi Archiepiſcopi, Monaſterium ſancti Bartholomæi Tarenti pro ſacris virginibus ædificauit, in eoque conſtituit Abbatiſſam Aloyſiam. Cæterùm cum Conſtantia viam vniuerſæ carnis ingreſſa fuiſſet, & à quibuſdam maligni ſpiritus bona eiuſdem Monaſterij, & Eccleſiæ inuaſa eſſent, Abbatiſſa virili conatu ius ſuum ſuſtinuit, & non multo poſt de-

uotio-

uotionis gratia Hieroſolymam petijt, vbi & piè obijt, monaſterium penè derelictum à Monialibus, à Boemundo Principe Antiocheno Conſtantiæ filio vna cum bonis Nilo Abbati ſancti Anaſtaſij de Carbono, accedente conſenſu Clericorum Tarentinæ Eccleſiæ, vt ex priuilegio ſcripto anno mũdi 6634. Chriſti verò anno 1126. licet proſpicere, quod ab ipſo Archetypo euulgauit Paulus Æmilius Sanctorus Archiepiſcopus Cuſentinus in hiſtoria Carbonenſis Cœnobij; in hunc modum. A

Priuilegium ſactum à me Boamundo filio, & hærede Illuſtriſſ. Principis, & felicis recordationis Boamundi, & conceſſum tibi ſanctiſſimo Nilo Abbati venerandi Monaſterij ſancti Martyris Anaſtaſij de Carbono, & omnibus in dicto Monaſterio ſucceſſoribus tuis. Anno 6634. menſe Ianuario. Indict. 4. B

Quoniam clariſſima, & ſemper memoranda Domina mater mea Conſtantia, cum adhuc viueret, tanquam religioſa & animæ ſalutem quotidie curans, ac pio deſiderio, & diuino amore detenta, in mente habuit ſacrum templum ſancti & glorioſi Apoſtoli Bartholomæi, quod eſt in ciuitate Tarenti fabricare, & illud pro ſalute animæ prædicti patris mei, ſuæ & noſtræ, ac etiam pro animarum ſalute omnium cognatorũ C ſuorum poſt ſe, in Monaſterium erigere & bene quæ in eo ſunt adminiſtrare. Quare & mentem ſuam ad honorem Dei adimplere feſtinans, in prædicto templo de conſenſu, & hortatu Reynaldi eo tempore Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Tarenti, Aloyſiam quandam religioſam monacham Abbatiſſam conſtituit. Verùm quoniam diuinum hoc templum iniuria afficiebatur à quibuſdam, qui res nouas molientes, bona & facultates illius occupabant, cum hanc iniuriam diutius ipſa ferre non poſſet, templum ipſum defendere, & rem illius afflictam rectè diſponere, & iura ſua Eccleſiæ reſtituere decreuit. Quibus omnibus per D eam ad optatum finem redactis, bona vniuerſa iuſtè defenſa, & obtenta dictæ venerandæ Monachæ tradidit. Quæ etiam ad longum tempus hæc omnia obtinuit, & poſſedit, vt Domina, cum augmento, & vtilitate Eccleſiæ. Sed cum diuinum quoddam deſiderium ei in animum veniſſet, deuotionis gratia Hieroſolymam petere, & in illis ſanctiſſimis locis vſque ad ſuæ vitæ finem commorari, his omnibus relictis, eo ſe cõtulit, interea vero Domina mater moriens ad Deum eſt profecta. Nos igitur illius conatum, & deſiderium Deo gratum, & animabus noſtris vtile imperfectum relinquere nolentes, ne fortè huiuſmodi negligentia iram ipſius Dei contra nos prouocemus: & quod pro animarum noſtrarum ſalute eſt inſtitutum, in earundem detrimentum commutemus. Omnia hæc tradidimus tibi ſanctiſſimo Abbati Nilo, qui præfatæ Eccleſiæ poſſeſſum, & adminiſtrationem à Reuerendis Clericis maioris Eccleſiæ prædictæ ciuitatis Tarenti canonicè & legitimè iam accepiſti, videlicet à Reuerendis Ioanne Archidiacono, & Bernardo Primicerio, & omnibus Clericis Eccleſiæ prædictæ. Tradimus autem tibi omnia bona ad præfatam eccleſiam ſpectantia, & attinentia, tam in ciuitate Tarenti, quàm extra exiſtentia, quemadmodum fel. record. mater mea iuſtè illa defendit & vicit, & Monacha prædicta nocte, dieque ea obtinuit, & poſſedit, & eorum Domina fuit. Quorum omnium poſſeſſum, & poteſtatem tibi dedimus in præſentia Reuerendiſſimorum Dominorum Gualterij Archiepiſcopi Barij, & Petri Archiepiſcopi Hydrunti, & Bagelardi Brunduſij Archiepiſcopi; nec nõ in præſentia Alexandri Comitis Cuperſani, & Zagræ eius conſobrini, & Roberti Comitis Poletini, & Rogerij de Montibus Conteſtabilis noſtri, & Guliclmi filij Dauid, & Saphræ & Vui Talabotti, & Roberti de Sais moderni agentis ciuitatis noſtræ, vt eã Eccleſiam habeas, obtineas, poſſideas, & gubernes piè, & in timore Dei tu, & omnes tui ſucceſſores. Si quis autem ex omnibus viris, qui ſub nobis exiſtunt, vel ex hæredibus, ſeu ſucceſſoribus noſtris præſens Priuilegium à me ad animarum noſtrarum vtilitatem, & Dei timorem factum irritum habere, & in aliquo immutare, ſeu alterare tentauerit; primum quidem indignationem noſtram ſe incurſurum, deinde verò quinquaginta libras auri veſtiario, & Cameræ noſtræ, & alias quinquaginta Eccleſiæ prædictæ, tibique & tuis ſucceſſoribus ſe nouerit ſoluturum. Nos verò ipſi, vel hæredes noſtri, ſeu ſucceſſores, ſi eorum quæ nobis optima viſa ſunt in aliquo tempore nos pœnituerit, ita vt ea irrita facere, vel infringere velimus, indignationem Dei & Sanctorum, ac venerandorum patrum, & ipſius Apoſtoli maledictionem incurramus: præſenti priuilegio firmo, infracto, & in robore ſuo nihilominus in perpetuũ duraturo. Quod ad abundantiorem cautelam, & maius robur de mandato meo, manu Michaelis Notarij mei ſcriptum, & plumbea Bulla mea roboratum, traditum, & conceſſum fuit tibi, menſe, Indictione, & anno ſupradictis.

† *BOAMVNDVS.*

† *Signum hoc crucis feci ego Rogerius de Montibus, Domini Boamundi Comeſtabulus propria manu ad confirmationem præſcriptorum.*

† *Signum hoc crucis feci ego Safredus ad confirmanda ſuperius ſcripta.*

† *Signum hoc crucis feci ego Robertus de Sais*

Sais ad confirmationem præfatorum.

† *Signum hoc crucis feci ego Triſtanus Propria manu Quiangotæ filius.*

† *Corum de Simillis per ſignum crucis præſcripta firmat,*

22 GVALTERIVS, patria Neapolitanus moribus, & doctrina inſignis vir ſucceſſit Raynaldo circa annum Domini 1119. ſedit plus minuſue annis duodecim. Is cum eſſet inſtacti animi vir, & magna virtute præditus, ab Honorio II. Beneuento vocatus anno 1127. Ciuitatem illam ſuo conſilio regendam accepit, vt Falco Beneuentanus in Chron. ſcribit. Dum eo in munere obeundo verſaretur, Baſilicam ſanctorum Ianuarij, Feſtl, & Deſiderij conſtrui fecit, vt idem teſtatur Falco ad ann. 1129. quo Roffridus Beneuentanus Archiepiſcopus corpora eorundem ſanctorum in ea Baſilica honorificè recondidit. Interfuit deinde, teſte Roccho Pyrrho notitia prima Eccleſiæ Sicilienſium, coronationi Rogerij I. Siculorum Regis, Panormi habitæ anno 1129. Quo ſedente Boamundus iunior cum Conſtantia matre Tarentinorum Principes nouas auxerunt eccleſiæ Tarentinæ iuriſdictiones.

23 ROLEMANNVS Eccleſiæ Tarentinæ præfuit, eius vnica mentio habetur anno 1133. in priuilegio ei conceſſo à Rogerio II. Comite.

24 PHILIPPVS Archiepiſcopus Tarentinus memoratur in Tabulario an. 1138. Hic ille Philippus eſt Anacleti II. Antipapæ aſſecla, & fautor, qui ann. 1139. in celeberrimo illo mille Prælatorum Concilio ſub Innocentio II. Romæ celebrato cum alijs Cardinalibus, & Epiſcopis depoſitus, & ſacrorum vſu priuatus, ſententiam hanc æquo tulit animo, & ne vltra fortunæ fieret ludibrium, Claravallem in Gallia ſe conferens, de manibus ſancti Bernardi habitum Ciſtercienſis Ordinis ſuſcepit, vbi tanta vitæ puritate, & ſanctimonia effulſit, vt anno 1150. Monaſterij Clareuallenſis Prior conſtitutus fuerit, in quo officio laudabiliter perſeuerauit vſque ab obitum S. Bernardi, & ſub eius ſucceſſore Beato Roberto de Brugis vſque ad annum 1156. quo, virtutum eius fama magis, magiſque clareſcente, promotus fuit in Abbatem eleemoſynæ, quod eſt Cœnobium Ordinis Ciſtercienſis anno 1121. in Diœceſi Carnotenſi fundatum à Theobaldo Comite Campaniæ & Bleſæ. Quod cum poſtquam annis aliquot prudenter, & piè rexiſſet, ætate & laboribus fractus, illud ſponte reſignauit, & Claravallem reuerſus eſt, vbi ſancto fine quieuit. Pro Philippo, tunc Monacho Clareuallenſi ſcripſiſſe ſanctum Bernardum ad Eugenium III. epiſtolam ſuo, & totius Cõuentus nomine, quæ inter alias eiuſdem Sancti 257. obſeruat Angelus Manriquez annalium Ciſtercienſium tom. 2. vt in Altari miniſtrare permitteretur; nec omnino petitio ſancti fuit inanis, inquit Manriquez: exauditus eſt pro ſua reuerentia, & cũ Philippo ex parte diſpenſatum, non vt offerret Altari ſacrificium; ſed vt Diaconus offerenti miniſtraret. Ea erat diſciplinæ diſtinctio illis temporibus, is Eugenij zelus, qui temperari ex ratione aliquando conſueuiſſet, nunquam deficere. Habemus hæc ex Catalogo Priorum Clareuallenſium de Philippo pro Reinero ſuffecto, ita loquitur *Philippus, qui fuerat Epiſcopus Tarentinus, & tempore ſchiſmatis degradatus, venit ad Claramuallem, cui de miſericordia conceſſum eſt eſſe in officio Diaconi. Prior quando obijt Beatus Bernardus. Et poſtea ſub Abbate Roberto præfuit. Deinde factus eſt Abbas Eleemoſynæ, & nouiſſimè in Claramuallem rediijt, vbi & obijt.* Ab eodem Manriquez a[illegible]tur, Philippum hunc ſcripſiſſe librum miraculorum à ſancto Bernardo in Germania, & Belgio perpetratorum, dum crucem prædicaret, ad Henricum, Ludouici Francorum Regis fratrem, tunc in Claraualle adhuc Monachum nouitium, poſtea Beluacenſem Epiſcopum, mox Remenſem Archiepiſcopum, quod non probat Carolus de Viſch non ſine honore nominandus, in Bibliotheca ſua Ciſtercienſi, cui probabilius videtur, hunc librum ſcriptum fuiſſe ab alio Philippo quondam Leodienſi Archidiacono, & poſtea Monacho etiam Clareuallis, qui multorum, quæ ſcripſit miraculorum, teſtis fuit oculatus, fuitque longè diuerſus à noſtro Philippo quondam Tarentino Præſule; quamquam & hic vir fuerit, non minùs doctrina, quam virtutibus celeberrimus, qui eruditionis ſuæ varia monumenta poſteris reliquit, ex quibus tamen Auctor nõ potuit aſſequi, niſi 25. epiſtolas inſigni eruditione refertas, ad Regem Galliæ, diuerſos Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Principes ſæculares, aliosque conſcriptas, quas nuper publici iuris fecit ad calcem ſuæ Bibliothecæ idem Carolus de Viſch. De Philippo plura leges apud eundem Auctorem, Angelum Manriquez Epiſcopum Pacenſem tom. 2. Annal. Ciſtercienſis Ord. Chriſoſtomum Henriquez in Faſciculo Sanctorum Ordin. Ciſtercienſis inter Priores Clareuallis, Gaſparem Iongelinum in Purpura Diui Bernardi, & in Notitia Abbatiarum Ord. Ciſtercienſis in Regno Galliæ pag. 39. alioſque eiuſdem Ordinis Auctores.

25 GIRALDVS exauctorato Phillppo ſucceſſit; vixit in hac dignitate ad annum vſque 1172. Is diuino repletus ſpiritu, maximaque in Beatiſſimum Cataldum deuotione affectus, anno 1150. ſacras reliquias decentiori loco recondere decreuit. Capſam igitur, argenteam, in qua ſacræ reli-

quiæ

quiæ aſſernarentur, Saluatoris noſtri, Angelorum, Apoſtolorumque imaginibus inſignitam, vbi etiam Ligni ſalutiferæ Crucis particnlam auro tectam, gemmiſqne pretioſiſſimis decoratam poſuit, miro artificio elaborari fecit, indictoque tranſlationis die ad ſextum Idus Maij, Giraldus vnà cum Epiſcopis ſuffraganeis, vniuerſo Clero, & Populo ad Eccleſiam veniens, ſepulchrum ſub altari maiori repoſitum aperuit, inde reliqnias extrahens, in theca illa argentea honorificè collocauit: vbi plura miracula Deus per Sanctum ſuum eo tempore operatus eſt, ſedente Eugenio III. Summo Pontifice.

26 BASILIVS ſecundus cognomine de Palaiano, vir probitate morum, & prudentiæ laude præclarus ab Alexandro III. factus eſt Tarentinus Archiepiſcopus, ſub quo Lateranenſi Concilio interfuit a. 1179. Eccleſiã ſanctorum Simonis & Iudæ Apoſtolorum erexit, quæ hodie Athenifiorum eſt iuriſpatronatus; clara etiam mentio eius habetur in tabulario eiuſdem Eccleſiæ Tarentinæ anno 1181.

27 GERVASIVS ſublectus eſt Archiepiſcopus poſt Baſilium, præfuitqne ad annum vſque 1194.



28 ANGELVS ordinatur Metropolitanus huius Eccleſiæ an. 1194. Quantæ Præſul hic fuerit prudentiæ, Innocentij III. Pontificis, & Henrici VI. Imper. teſtimonio facilè credi poteſt, Innocentius illum S.Sedis Legatum eſſe iuſſit apud eundem Henricum Imper. cuius meminit in 2. Decret. Henricus vero in magnis Regni negotijs vſus eſt, cuius intuitu Henricus confirmat omnia priuilegia per ſuperiores Reges conceſſa in fauorem Tarentinæ Eccleſiæ, illaque ampliata Conſtantia Imperat. vxor, cum eſſet magnæ pietatis Princeps, confirmauit omnia, quæ maritus irrogarat, rata etiam, & firma declarans. Priuilegiorum tenor ab exemplari tabularij Tarentinæ eccleſiæ exſcriptus talis eſt.

A *Henricus Sextus diuina fauente clementia Romanorum Imperator & Rex Siciliæ ſemper Auguſtus.*

In nullo melius ſtatui noſtro conſulimus quam ſi Eccleſiarum Dei commodis, & quieti conceſſa nobis diuinitus poteſtate præcipimus, & eorum iura integre creatori noſtro propenſius conſeruamus Hac ſiquidem conſideratione inducti dilectum fidelem noſtrũ Angelum Archiepiſcopum Tarentinum, & Eccleſiam eius ſub protectione noſtra ſuſcipimus; In primis quidem ſtatuentes vt quidquid iuris, vel conſuetudinis in affidandis hominibus B tam in ciuitate quam in caſalibus, & iuriſdictione exercenda ſuper eos à tempore Regis Rogerij ipſa Eccleſia habuit ipſique Archiepiſcopo, & ſucceſſoribus eius inuiolabiliter obſeruetur nec vlli liceat homines affidatos eccleſiæ, vel affidandos exactionibus impoſitis, & imponendis pergrauare, vel ipſis hominibus moleſtiam inferre occaſione alicuius mandati, vel reſcripti obtenti contra priuilegia ipſorum eccleſiæ indulta, & conſuetudinibus diutius obſeruatam, ſed eccleſia ita eos libere affidet, & poſſideat ſicut antiquitus melius habuit vſque ad tempora Regis Guillelmi II. caſſantes, & prorſus in irritum prædicentes C quidquid in præiudicium eius Tancredus omnibus ciuitatibus indulſerat, decimas propterea introituum noſtrorum, & omnes poſſeſſiones, & iura tam in ciuitate quam in caſalibus in piſcarijs Iudæis domibus . . . . bararum & alijs omnibus, quæ ipſa Eccleſia ex donatione Principum, oblatione fidelium hactenus poſſedit, & poſſidet ſpecialiter autem tenimentum Appij quod Geruaſius quõd. Epiſcopus emit à Domina eiuſdem loci ſine onere ſeruitij poſſidendum Tarentinæ Eccleſiæ concedimus, & confirmamus, ſtatuimus itaque & Imperiali ſancimus edicto vt nulla omnino perſona, vel ſæcularis, alta, vel humilis hanc noſtram conceſſionis paginam, D ac confirmationis audeat infringere, vel ei temeritate aliqua contraire. ſi quis autem contra hoc Imperiale ſtatutum auſu temerario aliquid duxerit attentandum in vindictam ſuæ præſumptionis, iram & indignationem noſtræ maieſtatis incurrat, & pro pœna trangreſſionis centum libras puri auri componat; medietatem imperiali Cameræ, & reliquam medietatem Eccleſiæ prædictæ. Vt ergo hæc noſtra conceſſio, & cõfirmatio perpetuæ firmitatis robur obtineat ad petitionem Tarentinæ eccleſiæ præſentem diualem paginam, inde conſcribi, & noſtri ſigilli muuitione iuſſimus communiri.

Datum apud Panorm. anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo nonageſimo quinto, . . decimatertia Indictionis.

In nomine Summæ Indiuiduæ Trinitatis.

Henricus Sextus diuina fauente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ.

Imperialis celſitudinis Maieſtatem tūc rectè dirigit pietas actionum cum ad pacis, & libertatis ecclesiaſticæ incrementum aciem internæ conſiderationis extendens, ſic erga eos qui in ſacris Deo dicatiſque locis diuino cultui tam debitum quam aſſiduum ſamulatum exhibenc temporalia ordinat, & diſponit vt à ſpiritualibus ſtudijs nec rerum inopia, nec vllius perturbationis moleſtia retrahantur. Hac igitur pietate affectus ob timorem & reuerentiam conditoris noſtri, & Beati Cataldi Confeſſoris merita cuius ſanctiſſimum corpus in Tarentina ecclesia requieſcit. Attendentes etiam expertam fidem, & deuotionem quam tu dilecte, & fidelis noſter Angele Venerabilis Archiepiſcope, diutius in magnis, & arduis Imperij noſtri negotijs impendiſti, prædictam ecclesiā cum omnibus quæ in præſentiarum rationabiliter poſſidet, vel in futurum iuſtis modis poterit adipiſci ſub protectione maieſtatis noſtræ, ac defenſione, iuſſimus & præſenti ſcripto priuilegio communimus Imperiali ſtatuentes edicto, vt quæcumque dignitates, & iura, & quæcumque bona prædicta ecclesia habuit in ciuitate Tarenti, vel extra, vel nunc de munificentia noſtra poſſidet tibi tuiſque ſucceſſoribus firma ſint, & permaneanr illibata in quibus ſpecialiter, & expreſſius concedimus, & confirmamus tibi, & ecclesię tuę homines tā proprios quā affidatos quos ecclesia in ciuitate habuit temporibus Illuſtris memoriæ Rugerij, & Guilielmi Regum, & nunc per reſtitutionem noſtram habere dignoſcitur, & quid quid iuris, & conſuetudinis anteceſſoris tui in ipſis hominibus, vineis, terris, animalibus, domibus ſiue quibuſcumque rebus alijs habuerunt, quæcumque vero à prædeceſſoribus tuis in diſpendium ecclesię alienata ſunt, vel conceſſa, & quæcumque malitia, & violentia vſurpata, ſiue quæ temporibus Tancredi de iudicijs ecclesiæ ſubtracta ſunt reuocandi, & vendicandi tibi, & ecclesiæ tuæ liberam concedimus poteſtatem. ius liberè affidandi tam in ciuitate quam in alijs locis tuis ſicut ecclesia tua temporibus dictorum Regum, & Principum habuit, & nunc habet, & ſpecialiter apud Saletum. quam nuper de licentia Illuſtriſſimæ conſortis noſtræ reædificeate cœpiſti. Noſque perfici, & conſummari concedimus firmum tibi, & ipſi ecclesiæ illibatum permaneat nec vlli liceat affidatos, vel affidandos homines in ciuitate, vel alijs locis tuis exactionibus, vel aliquibus moleſtijs pergrauare occaſione alicuius mandati, vel reſcripti obtenti contra cōmunem libertatem indultam ipſi ecclesiæ, & cōſuetudinem diutius obſeruatam. Sacerdotes præterea tam Latinos quam Græcos tuæ Diœceſis &c. eorumque filios poſt ſactos Ordines genitos, & iuriſdictionem plenariam ſuper ipſos tibi, & ecclesiæ tuæ concedimus ita tamen quod de iuſtitijs dūtaxat patrimonij ſui ſi quid habent, vel impoſterum . . . decimas inſuper redditium noſtrorum onerumque prouentuum Batonum cum piſcarijs, barcis domibuſque . . . . paruumque de conceſſione . . . . quia inter ecclesiam . . de ſolutione decimarum liberam Indulgemus . . . auctoritatem . . . . Integras decimas omniumque reddituum noſtrorum recipiant, & ſumma ipſarum decimarum excreſcat ſemper id quod baiuli pro ipſa baiulatione dare . . ſolent terminis piſcariarum poſitis ſecundū quod ſtatuti fuerint & conſeruati vſque ad obitum Illuſtriſſimæ memoriæ Regis Guillelmi II. contra piſcarios ecclesiæ, nullus tranſgredi, vel violare præſumat, ad hoc Callelanetum, quod intuitu fidelium obſequiorum tuorum . . . . concedimus cum omnibus pertinentijs ſuis quos habuit à tempore Regis Rugerij vſque ad tempus Regis Guglielmi II. vſurpata fuerant à Comite Tancredo Litij, & alijs circumpoſitis vicinis infra antiquos terminos territorij ipſius, & nunc de mandato iam dictæ Illuſtriſſimæ Conſortis noſtræ per Vgonem Tommacella Comitem montis Caueoſi Iuſticiarij terræ Idrunti reſtituta ſicut Mutaram, & Murlanum quæ primo conceſſa Abbati Viſaci, poſtmodum à noſtra munificentia recepi ſatisſacturus ipſi Abbati de pecunia, quæ nobis pro ipſis caſalibus ſoluerat cum omnibus tenimentis, & pertinentijs ſuis cum Caſtarello, & Caprarica cum foreſta, ſicut ea antequam haberemus Regnum, Notarius Stephanus, & poſtmodum idem Abbas tenuit ſpecialem auctoritatem, & vineam einſdem loci, quæ Viari dicitur quam cum decreta eſſet à temporibus iam dicti Regis Guglielmi culturam proprijs expenſis, & laboribus reduxiſti tibi, & ecclesiæ tuæ ſicut ea de gratia noſtra tenes, & poſſidet concedimus, & confirmamus terram Aplj, & caſale ſancti Petri cum omnibus tenimētis, & pertinentijs tuis, quæ Sibilia Domina eiuſdem loci ante aduentum noſtræ ſublimitatis in Regno Ecclesiæ Tarentinæ vendidit quā etiam venditionem vir ſuus qui tunc abſens fuerat poſtmodum cum eſſemus apud Meſſanen. ratam habuit, & pretij partem accepit, tibi, & ecclesiæ tuæ in capite poſſidenda concedimus, & confirmamus . . . . . Comiti montis

Cau-

Caucoſi qui nunc eſt, vel qui pro tempore fuerit, occaſione, quæ terra ipſa fuit de honore iam dicti montis Caucoſi, ſiue prædictæ Sibiliæ & . . . . hæredibus ſuis vel alteri de conſanguinitate ipſius ſuper hoc Tarentinum . . . liberè poſſideat eadem eccleſia abſque illius impetione perpetuo præſideat, & quiete iura etiã libertatem & conſuetudines quas homines ſancti Theodori in terra iam d[illegible]i honoris priorum Regum temporibus habuerint ſine moleſtia cuiuſque habeant, & tã caſale ipſum quã caſalia Gripelliatum ſancti Victoris Monacitij, & ſaluo cum alijs omnibus poſſeſſionibus, & bonis quæ ad præſens rationabiliter poſſides tibi tuiſq; ſucc[illegible] pe[illegible]nt, & quia [illegible]orum decimas Deo, & E[illegible] d[illegible]tas [illegible] pro tim[illegible] Dei, nec [illegible] edictũ, quod poſt co[illegible] per gratiam Dei Regnum apud Pa[illegible]mum fecimus, tibi, & Eccleſiæ tuæ [illegible]re acquieſcunt, & quidam eorum eas [illegible] a v[illegible] diſtribuunt, tibi tuiſque [illegible] concedimus pote[illegible], ad [illegible]das decimas, & alia [illegible]ica iura [illegible]d quibus [illegible] exigi[illegible] p[illegible] e[illegible]communicatio[illegible] a[illegible]que [illegible]es [illegible]mporales ſi opus fuerit, [illegible] d[illegible] dicto præmemorato ſta[illegible] noſtræ c[illegible]dinis cõ[illegible] & per præſen[illegible] [illegible]ratoriæ [illegible]ntis paginam ſan[illegible], vt nulla p[illegible]a humilis, vel [illegible] contra ſupradi[illegible], & confirmat[illegible]s noſtræ [illegible] aliquo infringe[illegible] vel im[illegible] p[illegible] mant, & qui contra fecerit triginta libras auri pro pœna componatur [illegible] Cameræ noſtræ, & re[illegible] q[illegible]m Ar[illegible] Tarentino . . .

[illegible] huius rei teſtes ſunt videlicet: VVdo[illegible]ypritenſis Epiſcopus, ... Conſtantienſis E[illegible] . . . Tiſal[illegible] d[illegible] V[illegible] Ma[illegible] S[illegible] Ab[illegible]as Caurl[illegible]. Corra[illegible] Dux Sueuiæ, Philippus Dux T[illegible] V[illegible]aleranen. Comes d[illegible] Soſ[illegible]ſouio, Henricus Comes d[illegible] Comes de VVerter. Gela[illegible] Comes Valdente Robertus de Durre C[illegible] M[illegible] n. & alij Clerici, & Laici complures, & cætera.

Signum Domini Henrici Sexti Romanorum Imperatoris inuictiſsimi ſemper Auguſti.

Acta ſunt hæc, anno Dominicæ Incarnationis 1196. *indict.* 14. *imperante Dom. Henrico inuictiſsimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, & Siciliæ Rege.*

Anno vero Regni eius 26. *Imperij vero* 5. *& Regni Siciliæ* 2. *&c. Datum per manus Alberici Imperialis aulæ Prothonotarij VVormat.* 3. *Idus Iulij,*

A

In nomine Sanctiſs. & Indiuiduæ Trinitatis. Amen.

Conſtantia diuina fauente clementia Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta & Regina Siciliæ

Imperialis celſitudinis . . . . Eccleſiarum quieti prouidere, & iura ipſarum nec vllius priuatis . . . . . hinc eſt quod cum tu dilecte fidelis noſter venerabilis Tarenti Archiepiſcopus ad magnam præſentiam noſtram acceſſiſſes, & priuilegium in[illegible] tibi, & Eccleſiæ à

B

Sereniſſimo Domino, & viro noſtro Henrico recolendæ memoriæ . . . . à noſtra celſitudine [illegible] priuilegium aurea infinitum [illegible] offerri nobis duximus & perlegi dilige[illegible], ac exemplare igitur . . . . . prædictam Eccleſiam, & cum omnibus qui in præſentiarũ rationabiliter poſſidet, vel in futurum iuſtis modis poterit adipiſci ſub imperio maieſtatis noſtræ, ac defenſione ſuſcipimus, & præſenti priuilegio communimus imperiali ſtatuentes edicto, vt quæcumque priuilegia, & iura quæcumque bona prædicta Eccleſia hactenus habuit in ciuitate Tarenti . . . .

C

de munificentia noſtra p[illegible]det tibi tuiſq; ſucceſſoribus firma ſint, & permaneant illibata in [illegible]ibus ſpecialiter, & expreſſius concedimus, & confirmamus tibi, & Eccleſiæ tuæ . . . . quos in ciuitate habuit temporibus Illuſtriſſimæ memoriæ Domini Rogerij, & Guiglielmi Regum, & nunc per reſtitutionem noſtram habere dignoſcitur, & quidquid iuris, & conſuetudinis anteceſſores tui in prædictis hominibus, vi[illegible], terris, an[illegible] al[illegible]bus, domibus, ſiue quibuſcumque rebus a[illegible] habuerunt quæcumque à prædeceſſoribus tuis in diſpendium Eccleſiæ alienata ſint vel conceſſa à quacumq; malitia, vel violentia vſurpata, ſiue quod temporibus Tancredi de iuſtitia eccleſiæ ſubtracta ſint reuocandi, &

D

vendicandi[illegible] & eccleſiæ tuæ liberam concedimus [illegible]em ius liberè affidandi tam in [illegible] quam in alijs locis tuis ſicut eccleſia tua temporibus dictorum Regum, & Principum habuit, & nunc habet, & ſpecialiter apud Saletam quam nuper de licentia noſtra reædificare cœpiſti noſque perfici, & conſumari concedimus firmum tibi, & ipſi eccleſiæ illibatum, &c. permaneat nec vlli liceat affiuentes, vel affidandos homines in ciuitate, vel alijs locis exactionibus, vel aliquibus moleſtijs pergrauare occaſione alicuius mandati, vel reſcripti obtenti contra libertatem indultam ipſi eccleſiæ, & conſuetudinem diutius obſeruatam. Sacerdotes præterea, tam Latinos quam Græcos, & alios Clericos tuæ Dio-

A ceſis eorumq; filios poſt factos Ordines, & iuriſdictionem plenariam ſuper ipſis, & eccleſiæ concedimus ita tamen quod de iuſtitijs dumtaxat patrimonij, quod habent . . . . decimas etiam omnium redditaum noſtrorum om[illegible] pronentuum Baronum cum pi[illegible]atorijs Barcis domibuſque quas in ipſa ciuitate habes domum quoque Brazuli, quæ [illegible] eſt [illegible]que manc paruum quam ex conce[illegible]ione noſtra poſſidet habendam, & conf[illegible]mandam tibi, & Tarentinæ eccleſiæ confirmamus, & quia inter eccleſiam,& baiulos ciuitatis de ſolutione Decimar[illegible] da[illegible] ot[illegible], & iure ſuo eccleſia defrau datur tibi, & t[illegible]is ſucceſſoribus autem libera[illegible] indulgemus conſtituendi n[illegible]ios c[illegible] per integras

B decimas omnium r[illegible] noſtrorum recipiant, & ſumma ip[illegible]arum decimarum excreſcat ſ[illegible]undum id [illegible] baiulis pro ipſa ba[illegible]atione [illegible] contingit terra[illegible] piſcariarum Pontis ſecundum quod ſtatu[illegible] fuerint, & conſerua[illegible] uſque ad obitum Illuſtriſſimæ memoriæ Regis Gui[illegible]lmi II. & piſcatias eccleſiæ nullus [illegible], vel violare præſumat mutatam, & [illegible], quæ primo conceſſa Abbati Vrſariæ poſt modum à prædicti D[illegible] & viri noſtri munific[illegible]tia rec[illegible] ſatisf[illegible] de pecunia quam no[illegible] pro i[illegible] caſali[illegible] ſolucrat dum [illegible]mnibus teni[illegible] & perti-

C nentijs ſuis cum caſtro Cai[illegible] C apatica cum forcita ſpecialiter autem & vineæ quæ Viari dicitur, q[illegible] terra eſſet ad culturam propri[illegible] reduxiſti, tibi, & [illegible] ea de gratia noſtra te[illegible] concedimus, & con[illegible] Ap[illegible], & caſale ſancti P[illegible] tenimentis, & pertine[illegible] quo[illegible] S[illegible]ia Domina eiuſdem [illegible] aduer[illegible]um noſtræ ſublimitatis in R[illegible]gnum, eccleſiæ Tarentinæ v[illegible], quam etiam venditionem vir ſ[illegible] qui tunc abſens fuerat poſtmodum ratam habuit, & pretij partem accepit; tibi, & eccleſiæ tuæ in capite p[illegible] concedimus, & co[illegible]mus, nec liceat

D Comiti montis Caucoſi, qui nunc eſt [illegible] pro tempore fuerit occaſione quod terra ipſa fuerit de honore montis Caucoſi,ſiue prædictæ Sibiliæ viro, & hæredibus ſuis,vel alicui de conſanguinitate huius ſuper hoc, Tarentinam eccleſiam moleſtare, quo minus terram ipſam ſicut anteceſſor tuus [illegible] capite poſſedit; & t[illegible] ad præſens [illegible] poſſides, eadem eccleſia abſque [illegible] petitione perpetua poſſid[illegible] . . . Iura etiam liberta[illegible] [illegible] quas homines ſancti T[illegible] in terra iam dicti honoris,priorum R[illegible]gum temporibus, habuerint, ſine moleſtia [illegible]uſq; habeant & tam caſale ip[illegible]m quā caſalia Gripalia &c. Sancti Victoris Monacitij, & Saletæ, cum omnibus alijs poſſeſſionibus, & bonis,quæ ad præſens rationabiliter poſſidet, tibi, tuiſque ſucceſſoribus inconcuſſa permaneant, & quia nonnulli Parochianorum t[illegible] orum decimas Deo, & eccleſiæ debitas, nec pro timore Dei, nec etiam noſtræ iuſſionis edictum quod poſt conquiſitum per gratiam Dei Regnum apud Panormium fecimus, tibi & Eccleſiæ tuæ ſoluere acquieſcunt, & quidem eorum eas pro ſua voluntate diſtribuant tibi, tuiſque Sacerdotibus liberam concedimus poteſtatem, vt ad ſoldum decimas, & alia tibi debita eccleſia[illegible] a iura ſ[illegible]cundum, quod ius Canonicum ex[illegible] per excommunicationem, interd[illegible], aliaſque d[illegible]ictiones neceſſarias, & temporales ſi opus fuerit,quod etiam [illegible] memorato ſtatuimus autem n[illegible] [illegible] dinis compell[illegible]tis, ad huius [illegible] cionis, & confirmationis noſtræ [illegible] riam, & i[illegible]bile firma m[illegible]tum p[illegible] priuilegium con[illegible]cribi [illegible] & [illegible] . . . [illegible]ximus [illegible]

Datum in ciuitate [illegible] Meſſin. anno Domini a Incarnationis 1198. men[illegible] D[illegible] cembr[illegible] ſeptimæ indict[illegible]nis re[illegible] nante D[illegible]mina noſtra Conſtantia Dei gratia [illegible] Romanæ [illegible] Imperatri[illegible] [illegible] Regina Siciliæ vna cum F[illegible]o [illegible] mo eius filio, & Siciliæ [illegible] feliciter.

Cæterum Angelu[illegible] anno 11[illegible] Ciſte[illegible] Or[illegible]is voc[illegible] tradidit locum ad Monaſt[illegible] in Archidi[illegible]œceſi, quo[illegible] Galaſio, aut Galaſo n[illegible] mi Monachi ad hunc locum [illegible] Monaſterio Sambuciæ in Calab[illegible] betur de eo [illegible] ce[illegible] III. [illegible] nu[illegible] C[illegible] hoc [illegible] donec [illegible] tur, & [illegible] cœpit [illegible] Monachi [illegible] nali [illegible]. Hodie pe[illegible] [illegible] ſolatum manet, ſicque nobile [illegible] Angeli Ar[illegible]iep[illegible]i erga Beati[illegible] Virginem MARIAM, [illegible] honorem liberali mano [illegible], & Monaſter[illegible] exædificanda curauerat [illegible] item fuit A[illegible] [illegible] tioni [illegible] Galatia ab eodem F[illegible]ico [illegible] Imper a[illegible]. 119[illegible] 5. Kal. Auguſti,ap[illegible]uem ſumma au[illegible] [illegible]itate [illegible] vitæ fecit circa [illegible] ſalut[illegible] 1[illegible]2.

29 GIRALDVS ſecundus in hac florebat Eccleſia anno 1202. cætera eius acta ignorantur.

30 NICOLAVS primus ſucceſſit Giraldo, vnica eius memoria extat in Cartophylaceis Eccleſiæ Tarentinæ an. 1205.

31 BERARDVM habent Diptycæ præfuiſſe ab anno 1205. vſque ad 1210. quo menſe

menſe Aprili à Federico II. Imper. confirmationem priuilegiorum ab Henrico, & Conſtantia Impp. temporibus Angeli Archiepiſcopi Eccleſiæ Tarentinæ conceſſorum, obtinuit in hæc verba.

In nomine Dei æterni, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

Federicus diuina fauente clementia Rex Siciliæ, Ducatus A[illegible]uliæ, Princ[illegible]atus Capuæ.

[illegible] R[illegible]alis [illegible] culminis [illegible] quæ ſub [illegible]s [illegible] p[illegible]one, [illegible] tamē ve[illegible]a[illegible]a, & Sac[illegible]tas [illegible]ccleſias in qui[illegible] [illegible] officioſa diuinis c[illegible] [illegible] noſtræ fauore [illegible]o [illegible]id[illegible]mus ex hoc illum prop[illegible] [illegible]s [illegible]i dat [illegible] in Regi[illegible] [illegible] piè [illegible]onet re[illegible] Cum [illegible] [illegible]atio [illegible]b[illegible]s Arc[illegible]co[illegible] Ta[illegible] [illegible] tuæ [illegible] E[illegible] [illegible] ob reu[illegible] [illegible] c[illegible] iuſtis [illegible] [illegible]dul[illegible] [illegible] o[illegible] [illegible] R[illegible] P[illegible] Co[illegible]m, & [illegible] fidelium ratio[illegible]a [illegible] præſentiarum poſſi[illegible], [illegible] dante Domino po[illegible] [illegible]one noſtri cul[illegible] [illegible] ac d[illegible]ne [illegible] plurib[illegible]s, & præſc[illegible] ſcripti r[illegible]b[illegible]re c[illegible], volentes, vt [illegible] ates, quæ[illegible] [illegible] alia bona [illegible] Ta[illegible] [illegible] a p[illegible] m[illegible] [illegible] ha[illegible] [illegible] A[illegible] op[illegible] [illegible] n[illegible] [illegible]bata [illegible] ri mou[illegible] a[illegible] vt ſi [illegible] [illegible]es Siciliæ & poſt[illegible] [illegible] Illuſtris mater n[illegible] [illegible] Auguſti augme[illegible] [illegible] tuorum [illegible] [illegible] noſtris tempori[illegible] [illegible] nos [illegible]ant fauore beni[illegible] noſt[illegible] ſpe[illegible]alis ſalut[illegible] [illegible]u, & pro noſtra omniu[illegible]que præcl[illegible]æ [illegible]riæ parentum noſtrorum &c. Conc[illegible]d[illegible], & perp[illegible] [illegible]firmamus prædictæ Tarentinæ Eccl[illegible] vniuerſa, & ſingula, quæ p[illegible] priui[illegible]gia, [illegible] Regis Rogerij, & Re[illegible]is [illegible]i, necn[illegible] poſtmodum Henrici [illegible] [illegible] patris noſtri, & Illuſt[illegible] Imperat[illegible] matris noſtræ ipſis eccleſiæ fuerunt indulta, ſeu quod ipſis in priuilegijs plenius continetur ſpecialiter autem concedimus, & cōfirmamus eidem eccleſiæ pia conſideratione donauit cum omnibus tenimentis, & pertinentijs, ac iuſtitijs, eorum inſuper concedimus, & confirmamus eidem eccleſiæ Appium, & caſale Sancti Petri, quæ Geruaſius tunc temporis Tarentinus Archiepiſcopu[illegible] à Sibilia tunc Domi[illegible]a Appij de bo[illegible]is ipſiu[illegible] eccl[illegible]iæ licitè, ac liberè comparuit, quam venditionem dictus Imperator pater noſter, & Sereniſſima noſtra mater Auguſta po[illegible]m ratā h[illegible]bentes eidem eccleſię per pr[illegible]ilegium confirmarunt. con[illegible]di[illegible]u[illegible] inſuper, & i[illegible] perpetuum confirma[illegible] [illegible] S[illegible]le[illegible], [illegible]od Archiepiſcop[illegible] Ang[illegible] Im[illegible]iali licentia propr[illegible]s eccle[illegible] auit c[illegible]m omnibus [illegible], [illegible] perti[illegible]ent[illegible]js co[illegible]o[illegible] [illegible] co[illegible] [illegible]is n[illegible]mor[illegible] [illegible]s. Ad huiu[illegible] autem [illegible], & confirmationis memoriam, & [illegible]abil[illegible] c[illegible] inctis ſæculis fir[illegible]amentum præſ[illegible]s priuilegi[illegible]m per manus Iac. de Capua Notarij, ac fidelis noſtri [illegible]criba, & ſigi[illegible]lo noſtro noſtræ c[illegible]l[illegible]itudinis mandauimus inſigniri, anno menſe, & ind[illegible] ſu[illegible]riptis

D[illegible]tum in ciuitate Meſſina anno Dominicæ Incarnationis 1210. Menſe Aprilis decim[illegible] t[illegible]rtia indicti[illegible]ne. Regni vero noſtri . . [illegible] Am[illegible]n.

[illegible]2 GVALTERVS ſecundus [illegible]nno vno præſ[illegible]t ſci[illegible]t anno 1216. ſequenti exceſſit. poſt [illegible]ius obitum Capitulum Tarenti[illegible], [illegible] [illegible]git in Gualterij ſucceſ[illegible]rem, ſed cum contra formam, leg[illegible]que Latera[illegible]i Co[illegible]ij in electione proceſſiſſet, [illegible] III. Papa ele[illegible]m nullam fuiſſ[illegible] [illegible]la[illegible] [illegible] Ma[illegible] [illegible]uo pontif. [illegible] qui fuit ſalutis 1218. [illegible] ex epi[illegible] [illegible]ſdem ad Capit[illegible]um Tare[illegible]um in Regeſt. Vatic. num. [illegible]27.fol. 6[illegible] [illegible]h[illegible]iuo.

33 NICOLAVS ſecundus Honorio huius nominis III Pontifice ad Tarentinæ Eccleſiæ Arc[illegible]co[illegible] a[illegible]m aſſ[illegible]mptus eſt di[illegible] [illegible] C[illegible]p[illegible]lo Tare[illegible] [illegible]e, præclaris [illegible] [illegible]a [illegible]2 Kal. De[illegible] [illegible]4. quæ extat in Reg. Vatic. [illegible]6. Hu[illegible]c conſecratum Romæ [illegible]b [illegible]od[illegible]m Honorio anno ſui Pontifi[illegible]s 7. ſalut. 122[illegible]. in eodem Regeſt. Vat. [illegible] Nic[illegible]laus conſecrationi Eccleſiæ Ci[illegible], anno 122[illegible] de quo mentio ad annum v[illegible]e 12[illegible]2. [illegible] monumentis Cathed[illegible] [illegible]uo Præſ[illegible]le [illegible] h[illegible]c Diœceſi condita [illegible] C[illegible]nobia duo Or[illegible]inis Ciſtercienſis, v[illegible] [illegible]æ M[illegible]æ Coronatæ anno 1225. a[illegible]t[illegible]ru[illegible] Sancti Sp[illegible]itus de Valle 1229. euo[illegible] Monachis è Monaſterio S. Mariæ de F[illegible]ra[illegible]la The[illegible] Diœceſi de linea Cla[illegible]r[illegible]al[illegible]s.

HEN-

34 HENRICVS de Ceraſolo vir nobilis, Comitis Acerrarum conſanguineus erat, ex Canonico H[illegible]druntino, ab Archiepiſcopo Capuano Innocentij IV. delegato Tarentinus Archiepiſcopus eligitur anno 1252 confirmatur ab eodem Pontifice, & commendatur Tarentino Capitulo præcipua epiſtola, quam legi in Vatic. Reg. num. 186. fol. 145. ann. pontif. 6. die 6. Idus Aprilis. Quot annis in hac ſede vixerit incertum eſt.

35 GIRALDVS tertius ann. 1260. de quo præter nomen nil referunt Diptycæ; eius tamen electio in Regeſt. Vatic. non extat.

36 Fr. IACOBVM de Viterbio Ord. Prædic. Generalem Procuratorem virum doctiſſimum volunt fuiſſe Tarentinum Archiepiſcopum anno 1270. Io. Iuuenis habet 1275. ſed hallucinatur, is habuit litem ſuper decimas [illegible] Tarentinæ, & eius, vt dicunt, pertinentiarum; mortuus eſt an. 1273.

37 HENRICVS Rector [illegible] S. Petri de Alexano in Hydrunto, Archiepiſcopus Tarentinus electus 1273. ſequenti anno die 9. Ianuarij, ind. 2. cum a Carolo I. R[illegible] compromiſſarius conſtitutus, vt litem, quæ inter Epiſcopum Stephanum Cuper[illegible]ſem, & Iſabel[illegible] Ab[illegible] S. Benedicti Ordinis Ciſtercienſis [illegible] ciuitatis vertebatur, ſedaret, quod fecit, vt patet ex ſententia ab ipſo [illegible] rolata, cuius initium, *Anno Domini 1274. 2. indict. &c. Nos Henricus miſeratione diuina Archiepiſcopus Tarentinus, licet indignus. Notum facimus, &c.* Integram dedimus in ſerie noſtra Cup[illegible]ſanorum Epiſcoporum tom 7. pag 963. In Regeſt. Neapo. Caroli I. R[illegible]is memoratur anno 1285. fol. 104. [illegible] Carolus quendã Albericum Catalanum familiarem ſuum Rectorem feciſſet Eccleſiæ S. Pauli de Alezano in Hydrũto tunc vacantis per promotionem Henrici ad Tarentinum Archiepiſcopatum. De Capitulo, vt refert Iuueni[illegible] fuit Henricus optimè meritus; nam illi [illegible]gitus modios frumenti trecentos, [illegible] confirmauit quartam, vt dicunt, [illegible] & alia multa; de quo in monu[illegible] eccleſiæ Tarentinæ legitur ab an. 1[illegible] ad annum 1297. quo impetrau[illegible] Duce Calabriæ, [illegible] Regis Caroli II. & eius Vica[illegible], quod ca[illegible] p[illegible]letum, & alia aggregarentur caſali C[illegible]taliarum ob bell[illegible] diſcrimen, ita en[illegible] rum erat, vt ſecurius habi[illegible] eccleſiæ. Mortuus eſt Henricus an[illegible] 1298. vel initio [illegible] confirmatione ſucceſſoris [illegible] Reg. Vat. vt mox dicam

38 GVAL[illegible] N[illegible]politan[illegible], Anglonenſ[illegible] d Tare[illegible] Capitulo po[illegible] Henrici [illegible] pum poſtula[illegible]m Bonifac[illegible] VIII. confirmavit ann. 1298. 10. Kal. Iunij ann. pontif. 5. vt in epiſt. Reg. Vatic. num. 290. fol. 202. ad ipſum Gualterium ſcripta legitur alia epiſtola, cuius initium, *Gualtero dudũ Epiſcopo Anglonenſi in Tarentinum Archiepiſcopum electo. &c.* Fuit Gualterus liberaliſſimus in Clericos; nam iis ſex inſtituit annua prandia cum trecentis frumenti modijs. Voluit præterea, vt magiſter ſacriſta, & qui in maiore altari miniſtrauerint, ſacrumq; fec[illegible], de menſa ſua comederent. hoc feciſſe aſſerit Iuuenis ann. 1300. Exceſſit anno 13[illegible]1. Nuper inuenius eſt lapis ſepulch[illegible] in Eccleſia S. Petri de I[illegible]ula de Ta[illegible] vbi inſculptum erat epit[illegible] hoc ce, quod poſitum fuit G[illegible] ſepul[illegible]

Hic iacet in Chriſto Pater Dominus Gualteru[illegible] [illegible]rchiepiſcopus ſanctæ Eccleſiæ [illegible] natione Partenopeus, [illegible] die [illegible] Kalen. [illegible] cuius anima requieſcat in pace.

39 Fr. GREGORI[illegible] C[illegible] Prædicatorum nob[illegible]is a[illegible] piuſque vi[illegible], & B[illegible]ifacio VIII [illegible] quo defuncto Gualtero e[illegible] A[illegible]piſcopus anno 1301. Idu[illegible] N[illegible] ſatis prius electio[illegible] C[illegible] lebratis, eum vna [illegible] Parmenſem, & Romanæ Eccl[illegible] V[illegible] cellarium, altera ve[illegible]o [illegible] lanum Epiſco[illegible] præſules po[illegible] tu[illegible] epiſt.[illegible] 7 [illegible] [illegible] a[illegible] 1304 Carol[illegible] I Regi[illegible] [illegible] e fi[illegible] ub Roberto R[illegible] [illegible]otat[illegible] n Reg. Neap[illegible]. Re[illegible] G[illegible]s, [illegible] d[illegible] [illegible]are[illegible] Eccl[illegible]æ, a[illegible] p[illegible] Tar[illegible] [illegible] C[illegible] [illegible] C[illegible] C[illegible] D[illegible]us [illegible] alt[illegible] re [illegible] Eccl[illegible] conceſſ[illegible]

40 RVGERIVS Capit[illegible] [illegible] Archiepiſcopus T[illegible] [illegible] 1334 ad eam dig[illegible]atem vocatus ab Ioanne XXII a quo morte præuento p[illegible], recepit verò à Benedicto XII. [illegible] qui inſigne eccleſia[illegible] [illegible]tamentum tranſmiſit [illegible] Troianumque epiſcopos

A pos anno 1335. vt in epiſt. num. 679. anni primi ſcripta 2. Idus Octobris, quæ extat in Reg. Vatic. Hic, anno ſui Præſulatus duodecimo, ſalutis autem 1346. ſacra lipſana Cataldi in brachio argenteo repoſita recognoſcens, mellifluam inuenit eiuſdem linguam, quæ ad hæc vſque tempora cernitur integra & ſubrubens, quaſi recens ab eius ore eſſet euulſa, eamque intra candidiſſimam cryſtallum collocauit. Verè lingua feliciſſima, quæ æmula æternitatis, naturæ leges prætergrediens, vt olim viuens diuini verbi prædicatione, innumeras animas Chriſto deuouit, ſic adhuc integra, & quaſi recens ab ore ſancti Præſulis extracta, B ſui admiratione populorum traheret animos ad Deum, ſuoque ſilentio omnium linguas in ſui laudem ſolueret, quæ dum loqueretur in terris ſua cæleſti facundia omnium ora obſtrueret. Cæterum Rogerius Canonicos inſtituit, & Conſiliarius, familiariſque Roberti Principis, ac Ioannæ I. Reginæ, cui per ſupplicem libellum aſſeruit nomine ſuæ Eccleſiæ antiquitus poſſidere caſtrum Theodori anno 1347. vt in Regio Regeſt. Neapol. Vixit deinde vſque ad annum 1348. & è viuis ſublatus eſt.

41 BERTRANDVS Gallus in demortui Rogerij locum Tarentinus Archiepiſcopus electus eſt à Clemente VI. anno 1348. nec dum conſecratus tranſlatus eſt ad Sa- C lernitanam Eccleſiam 7. Id. Ianuarij 1346. tranſlatio habetur in ep. 13. ſol. 84 a. 7 Clementis par 1 lib. 7. Regeſt. Vatic. Hic ex Salernitano deinceps Ebrodunenſis in Gallia euaſit Archipræſul. De quo videnda ſeries noſtra Salernitanorum Archiep. tom. 7.

42 IACOBVS Archiepiſcopus Corinthienſis ad hanc Tarentinam Eccleſiam anno 1349. Id. Ianuarij per Clementem VI. tranſlatus eſt tunc vacuam per tranſlationem Bertrandi electi ad Salernitanam, cuius notitia eruitur ex epiſt. 137. ſol. 113. an. 7. Clementis in Vatic. Reg. memoratur item in epiſtola alia eiuſdem Reg. ad Franciſcum de Maſſa Etruſcum Ord. Minorum electum Corinthienſem Archiepiſcopum per tranſ- D lationem Iacobi ad Tarentinum Sacerdotium, ſediſſe ad paucos annos ex monumentis habemus.

43 IOANNES florebat anno 1353 de co mentio habetur in tabulario.

44 IACOBVS de Adria electus Tarentinus Archiepiſcopus ann. 1354. Soluit pro ſua Eccleſia ſolitum ſubſidium ſacro Collegio 1355. die 14. Maij in lib. ſolutionum Prælatorum Innocentij VI. Hic aliquando litem habuit cum ſuo Capitulo, deinde donauit eidem quàm multa, nempe duodecim Italicæ pecuniæ vncias, bina prandia, decima decimæ cuiuſdam caſalis Magnani, quod hodie, ait Iuuenis, non extat præter ædiculam Diuæ Mariæ, quæ dicitur *della Camera* anno 1362. memoratur in quodam Ioannæ Reginæ documento anno 1378. de quo legitur in lib. de diuerſis formis regul. Bonifacij IX ſol. 41. quod anno 1378 occiſus fuerit à quodam Blaſio Toito de Gryptaleis laico Eccleſiæ Tarentinæ Vaxallo cum quibuſdam complicibus. Necis huius meminit Angelus Catellus Notarius Tarentinus in notis ſuis, quem occidiſſe refert die 15. Iulij. Iuuenis in ſuo Catalogo Iacobum hunc propudiosè in tres ſecauit Iacobos, cum ſatis conſtet vnum fuiſſe Iacobum Tarentinum Archiepiſcopum ab anno 1354. vſque ad 1378. hinc à noſtra ſerie duos illos Iacobos gratis recenſitos ab alijs exulare iuſſimus.



45 MARINVS de Iudice Amalphitanus vir longe clariſſimus, olim patriæ ſuæ Archipræſul in hac ſede ſucceſſit occiſo Iacobo, quem Vrbanus VI. cuius erat Camerarius magnis laudibus extulit in Bulla, dum eum in Prouincia Patrimonij, Spoletanoque Ducatu ſuum Vicarium conſtituit anno 1381. Id. Nouembris, pontiſ. 4. quæ extat in lib. de diuerſis formis ſol. 136. *Marinus*, inquit, *Camerarius noſter in ciuitate Tudertina in temporalibus Vicarius in magnis expertus, & arduis eximia probitate, & fidelitate, volumus, ſicuti magnitudine, & induſtria claritate, maturitate conſilij, & morum elegantia aliorumq; graduum & virtutum titulis inſignitus ita &c. vt in Prouincia Patrimonij, & Ducatu Spoletano Vicarius noſter ſit &c.* Anno 1383. die 15. Iulij Marinus Archiepiſcopus Tarentinus erat eiuſdem Vrbani Camerarius ex bulla Dat. Romæ ann. 6. pontiſ. ad fauorem Michaelis Abbatis Arabonæ Ord. Ciſtercienſis, eiuſdemque Ordinis Vicarij Generalis, cuius tranſumptum ab originali exſcriptum fideliter aſſeruit, incipit. Vniuerſis &c. *Marinus miſeratione diuina Archiepiſcopus Tarentinus Domini Papæ Camerarius ſalutem in Domino. Cum nos &c. In fine. Datum & actum Tibure apud ſanctum Blaſium in loco Capitulari Conuentus Fratrum Prædicatorum ſub anno Natiuitatis Domini 1383. ind. 6. die 15. Iulij, hora tertia, pontiſ. Sanctiſſimi*

in

In Chriſto Patris Domini Noſtri Domini Vr- A
*bani diuina prouidentia Papæ VI.*S.R.E.Car-
dinalis creatus eſt hoc ipſo anno 1383. ta-
metſi à Ciaccono,alijſque aſſeratur,illum
Cardinalem creatum, vel anno 1381. aut
ſequenti 1382. Cæterùm Marinus iuxta
morem illius ſæculi, ad Cardinalatus ho-
norem promotus, Tarentinam dimiſit Ec-
cleſiam; tandem læſæ maieſtatis reus fa-
ctus, Nuceriæ captus, diu in carcere ma-
ceratus, tormentis cruciatus Ianuæ, cum
alijs quinque Cardinalibus iuſſu Vrbani in-
terfectus ann. 1385. in mari, ſacco incluſus
ſepultus. Vide noſtrum 7. tom. in Amal-
phitanis Archiepiſcopis,vbi de Marino ali-
qua leges. In lib.Prouiſ.& obligat.Clemen- B
tis VII.Antipapæ Thomas quidam eiuſdem
Pſeudopontificis ſectator, ab ipſo Tarenti-
nus Archiepiſcopus renunciatus promiſit
ſolitum ſubſidium die 25. Iunij 1384. ſed
cum ab illegitimo Pontifice intruſus fuerit,
inter Catholicos Tarentinos Archipræſules
haud connumerandus eſt.

46 IACOBVM neſcio quem poſt Ma-
rinum, Tarentinum Archiepiſcopum fuiſ-
ſe ſcribit Iuuenis,qui potuit ſucceſſiſſe Ma-
rino, de quo in monumentis Tarentinæ
Eccleſiæ vnicam mentionem extare, ait an-
no 1388. ſed de ipſo nullam in lib.Oblig.
Prouiſionumque Prælatorum Vrbani VI.
mentionem legimus, fortaſſis hoc eodem C
anno ex hac mortali vita diſceſſit, cum Pe-
trus ſucceſſor ex Hydruntina ad hanc ſedem
tranſlatus eſt anno 1388. vt mox dice-
mus.

47 PETRVS magnæ virtutis, & ſcien-
tiæ vir, Archiepiſcopus Hydruntinus ad
Tarentinam hanc ſedem tranſlatus eſt ab
Vrbano VI. anno 1388.Huius tranſlationis
meminit idem Vrbanus in Bulla ſub die
12.Aprilis 1389.pontif.ſui anno 12. in libr.
de Diuerſis formis. non diu eum titulum
tenuit, cum anno 1391. ſub Bonifacio IX.
ex hac vita migrauerit, vt ex lib.de diuerſ.
formis, & exhibitis fol. 95. aſſeritur in Bul-
la Eleazari ſucceſſoris ſui. Sunt qui ſcri-
bant hunc fuiſſe Petrum Amelium Gallum D
olim Sacriſtam, & Bibliothecarium Apo-
ſtolicum ſub Vrbano V. & Gregorio XI.
ſcriptorem itineris eiuſdem, quod extat
apud Ciacconum, ad hanc ſedem tranſla-
tum ab Vrbano VI.cuius erat à ſacris Con-
feſſionibus, de quo loquitur Bzouius in Ec-
cleſ.Annal.ad annum 1388. referunt tamen
tranſlatum ab Eccleſia Senogallienſi; ſed
cum in ſerie Senogallienſium Epiſcoporum
nullus eidem locus competere videatur,pu-
tarim fuiſſe illum Epiſcopum titularem
Singulienſem in partibus, nõ Senogallien-
ſem, deinde Archiepiſcopum Hydrunti-
num, & Tarentinum. In monumentis Ta-
rentinæ Eccleſiæ nulla mentio de Petro A-
melio, fortaſſis nunquam reſedit, ſi idem
eſt cum Petro ex Hydruntina huc tranſla-
tus ab Vrbano, cuius obitus annus memo-
ratur in lib.de diuerſis formis anno 2.Boni-
facij IX. qui fuit Chriſti 1391.

48 ELISARIVS Abbas Monaſterij ſan-
ctæ Mariæ de Gualdo Beneuentanæ Diœ-
ceſis Ord. S.Benedicti immediatè ſucceſſit
Petro defuncto, ad hanc dignitatem voca-
tus à Bonifacio IX. anno 1391.5. Kal.Iulij,
pontif. 2.cuius electio extat in lib. de diuer-
ſis formis,& exhibitis fol 95.quot annis ſe-
derit, non habemus, clara tamen memo-
ria eius habetur in tabulario eiuſdem Ec-
cleſiæ.



49 BARTHOLOMÆVM de Aprano
nobilem Neapolitanum ex Archiepiſcopo
Tarentino ad Salernitanam Eccleſiam
tranſlatum fuiſſe à Bonifacio IX.ann.1400.
9. Kalend. April. docet lib.Prouiſ. Prælato-
rum ſub eodem Pontifice. Bartholomæi
electio, & tranſlatio Iuuenẽ latuit, in cuius
locum neſcio quem Matthæum repoſuit,
fortaſſis Matthæus iſte intruſus fuerat ab
Benedicto Pſeudopontifice.

50 IACOBVS Palladinus de Teramo
Aprutinus, antea Epiſcopus Monopolita-
nus, ad hanc Tarentinam Eccleſiam eue-
ctus eſt anno 1400. 9. Aprilis ex eo-
dem lib. ad Florentinam ſedem
in Etruria tranſlatus eſt an-
no 1401. die 24. No-
uembris.

***

ALB-



50 ALEMANNVS Adimarius clara ſtirpe Florentiæ natus, ornatuſque ijs omnibus virtutibus, quæ primum ad patriæ ſedem, & nedum conſecrato, ad Tarentinam Eccleſiam illi gradum fecerunt anno 1401. die 22. Nouembr. Abſens præfuit ad annum vſque 1406. quo ad Piſanum Sacerdotium die 3. Nouembr. tranſitum fecit, & poſt maximas pro Romana Eccleſia obitas legationes ab Ioanne XXIII. renunciatus eſt Presb. Cardinalis anno 1411. Romæ è viuis exemptus eſt eximius Præſul ſub Martino V. anno 1422. Iacet in Eccleſia ſanctæ Mariæ Nouæ, de quo plura leges, & ſcitu digniſſima in noſtro 3. tom. in Florentinorum, & Piſanorum Archipræſulum ſerie. Confirmaſſe Alemannum anno primo ſui Sacerdotij Capitulo Tarentino omnia eius iura ſcribit Iuuenis.

51 LVDOVICVS Bonitus Siculus, & vt non ſemel ſcripſimus, patria Agrigentinus, origine Neapolitanus, è Scalenſi ciuitate olim Panormitanus, mox Antibarenſis, & Theſſalonicenſis Archiepiſcopus, à quo trãſlatus eſt ad Bergomenſem ſedem, inde ad Piſanam, & tandem euaſit Tarentinus Archiepiſcopus 1406. Hanc ille retinuit Eccleſiam ad mortem vſque, quæ nec ipſa ſponſi faciem videre meruit: etenim ad Ladiſlaum Regem Apoſtolicus Nuncius miſſus ab Innocentio VII. eodemque munere ſub Gregorio XII. functus ab eodem anno 1408. ad purpuram euocatus ſub titulo ſanctæ Mariæ Transtyberim, Cardinalis Tarentinus in honorem quintæ ſuæ ſponſæ nuncupari voluit. Deceſſit egregius vir Arimini anno 1413. in Gregorij obediẽtia ibidem ad S. Franciſci ſepultus cum epitaphio quod leges in tertio noſtro tomo in ſerie Archiepiſcoporum Piſanorum, vbi plura de eo, ſuaque familia offendes.




52 RAYNALDVS è clariſſima Brancacciorum gente, ſanctorum Viti, & Modeſti in Macello Diaconus Cardinalis Archiepiſcopatum Tarentinorum ab Ioanne XXIII. obtinuit anno 1412. amoto ab eodem Pontifice, Ludouico Cardinali Bonito, Gregorij XII. ſectatore. Sedit plus minus annis nouem, vltroque eo munere ſe abſoluit. Vir fuit Raynaldus excelſi, & ingentis animi, atque inter ſui ſęculi purpuratos maximæ exiſtimationis. De quo legendus Ciacconus in Vrbani VI. Pontificatu. Romæ mortuus eſt menſe Septembri 1427. Cadauer Neapolim tranſlatum eſt in eccleſia ſancti Angeli ad Nidum à ſe fundata.

53 IOANNES ex Comitibus Tagliacotij Neapolitanus ex ceſſione Card. Brancaccij Tarentinæ Eccleſiæ regimini admotus eſt 1421. 13. Kalen. Nouembr. Nuncius ad Baſilienſes Patres miſſus ab Eugenio IV. à quo creatus Card. anno 1437. dictus eſt Card. Tarentinus: euaſit deinde epiſcopus Præneſtinus, maiorque Pœnitentiarius. Poſt quartum, & vigeſimum annum in adminiſtratione Tarentinæ eccleſiæ feliciter exactum vltro nuncium remiſit, multis Legationibus illuſtris Romæ mortalitatem expleuit 15 Kalen. Februarij 1449. ſepultus ad ſancti Auguſtini, de quo in epiſcopis Præneſtinis.

54 MARINVS Vrſinus Domicellus Romanus cum eſſet Archiepiſcopus Panormitanus electus ab Eugenio IV. tranſlatus eſt ad hanc Tarentinam eccleſiam 3. Kalen. Auguſti 1445. fuit is doctus, & in omni genere humanarum litterarum eximiè eruditus Nicolao V. charus, & inter Apoſtolicos Referendarios ab eodem relatus: vixit in ſua eccleſia conſultè adminiſtranda arc. paucos & cum totã Diœceſim non ſemel, nec ſine fructu luſtraſſet liberè nuncium remiſit, fato functus an. 1471. & in Cathedrali humatus eſt.

55 ALEXANDER huius eccleſiæ Archiepiſcopus obijt ann. 1449. ex Actis Conſiſtorial.

A 56 ALEXANDER de Galeotta Alexandro ſucceſſit 15. kalend. Ianuarij 1449. electus vt in ActisConſiſtorialib.Nicolai V. legitur. Acta eiuſdem deſiderantur.



B 57 LATINVS Card. Vrſinus, Tranenſis, Barenſis Archiepiſcopus, alijſque Sacerdotijs ornatus, hanc etiam Tarentinam eccleſiam poſt Marini gentilis ſui obitum ſuſcepit regendam anno 1472. Romæ obijt anno 1477. epiſcopus Card. Sabinenſis, iacet in eccleſia ſancti Saluatoris de Lauro, de quo plura alibi ſcripſimus.

58 IOANNES Aragonius Ferdinandi Regis Neapolitani filius Diac. Card. C & Tarentinus Archiepiſcopus creatus eſt à Sixto IV. anno 1478. Romæ obijt an.1485. de quo alibi dictum.



D 59 IOANNES BAPTISTA de Petrucijs Theanenſis Antonelli filius, qui à ſecretis Ferdinandi I. Regis erat, cuius gratia Ioannes Baptiſta renunciatus eſt Archiepiſcopus Tarentinus anno 1485. ſed cum pater in Regem conſpiraſſet, & capite damnatus, ingrati animi pœnas luiſſet, Ioannes Baptiſta tametſi coniurationis ignarus iuſſus eſt Tarentinam eccleſiam dimittere, accepto pro ea titulo Madicenſis archiepiſcopatus anno 1489. ad Aprutinam eccleſiam tranſlatus eſt, mox ea relicta Caſertanus epiſc. euaſit an. 1493. mortuus eſt variantis fortunæ exemplar ſururus anno 1514. ſcripſit Ioan. Baptiſta vitam B. Iacobi de Marchia heroico carmine latino; opus pro illius temporis ratione, non contemnendum, bonæ mem. Lucas Vvadingus typis Lugdunenſibus edi curauit. Fuerat enim Ioan. Baptiſta beato viro familiaris, & beneficijs acceptis adſtrictus, de quo vide noſtrum 7. tom. in ſerie EpiſcoporumCaſertanorum, pag. 660. vbi plura.

60 FRANCISCVS natione Hiſpanus, patria Barchinonenſis ex Aprutino epiſcopo ad hanc Tarentinam eccleſiam tranſlatus eſt anno 1489. breuis Pontifex fuit cum 1491. anno elatus eſt ad ſepulchrum in Cathedrali.

61 BAPTISTA Card. Vrſinus an. 1491 adlectus eſt Archiepiſcopus Tarentinus, in ea dignitate cum laude probitatis effloruit annis ſeptem, ac vltro onere ſe exſoluit anno 1498. Romæ obijt in mole Hadriani veneno ſublatus anno 1503. ſepultuſque eſt in Vaticana Baſilica die 22. Febr.



62 HENRICVS Brunus Aſtenſis Alexandri VI. ſacrique Senatus à ſecretis, & ærarij Apoſtolici Præfectus, & egregia virtute clarus ex Ortano epiſcopo ad archiepiſcopatum Tarentinum tranſlatus eſt anno 1498. die 14. Septembr. Is an. 1505 Ludouico Scarampio Card. iam diu in eccleſia S. Laurentij in Damaſo ſepulto ob veterem in eum obſeruantiam, monumentum erexit cum cœnotaphio. Non reſedit, ſed tantum ſemel ſuam hanc poſtremam eccleſiam inuiſit, & Romæ functus eſt ſub Iulio II. ann. 1509. ſepultus ad S. Auguſtini prope Ludouicum Brunum epiſcopum Aquenſem in Inſubria affinem ſuum, cui pietatis ergo anno ſuperiori epitaphium poſuerat, quod retulimus in tom. 4. in ſerie epiſcoporum Aquenſium, vbi ex typographi incogitantia pro Tarentino, Tranen. legitur.

OR-



63 ORLANDVS de Runere, Iulij II. conſanguineus ſucceſſit Henrico die 10. Octobr. 1509. electus, poſt paucos menſes, hoc eſt 24. Aprilis ſubſequentis anni 1510. ad Archiepiſcopalem ſedem Nazarenam tranſlatus eſt, vt Acta indicant Conſiſtorialia.



64 IOANNES MARIA Podericus Neapolitanus Patritius Archiepiſcopus Nazarenus eodem die, & anno tranſlatus eſt ad hanc Tarentinam eccleſiam, quo Orlandus Nazarenam ſuſcepit. Quindecim annis benè præfuit, ſuoque ære magnam partem Baſilicæ S. Agnelli erexit, cuius altare maius Diuo Cataldo dedicauit. Deſijt autem inter mortales eſſe Neapoli a. 1524. ad Diuum Laurentium ſepelitur, vbi legitur Epitaphium.

I. Mariæ Puderico Tarentinorum Pontifici ac intimo Regum Conſiliario, de patria, ſuaque familia optimè merito.
Paulus Pudericus patruo benemerenti puſillum gratitudinis munus poſuit. Anno Domini M. D. XXV.

65 FRANCISCVS Card. Armellinus S.R.E. Camerarius à Clemente VII. Archiepiſcopatum Tarentinum obtinuit an. 1524. quam quidem eccleſiam abſens adminiſtrauit annis tribus. Romæ deceſſit anno 1527. menſe Octobris nobili tumulo incluſus in eccleſia S. Mariæ Tranſtyberim, vbi epitaphium legitur, quod refert Ciacconius.

66 Fr. HIERONYMVS de Hippolyto Monopolitanus ex Ord. Prædicatorum doctrina, & moribus præclarus, dignus ſanè, qui cum primoribus viris illius ſæculi doctiſſimis poſſit conferri, Neapoli, Patauijque Academijs publicus Doctor, donec illum Clemens VII. ad hanc Tarentinam eccleſiam euocauit ann. 1528. die 8. Ianuarij: in ea dignitate menſes octo expleuit, Viterbij cum in morbum incidiſſet, maximo ſuorum luctu, vita longiore dignus fato functus eſt Auguſto menſe in Monaſterio S. Mariæ ad Gradus in communi Fratrũ Oſſuario iacet. Venetijs in Monaſterium SS. Ioannis, & Pauli, vbi S. Dominici habitum ſumpſerat, honorifica inſcriptio legitur huiuſmodi.

Frater Hieronymus de Monopulo Archiepiſcopus Tarentinus, inſignis Doctor Ord. Prædicatorum huius Conuentus filius.
Obijt M. D. XXVIII.



67 ANTONIVS Card. Sanſeuerinus ex Archiepiſcopo Cuſentino ad Tarentinam eccleſiam tranſlatus eſt die 21. Auguſti 1528. ſed vſque ad Caroli V. Imperatoris coronationem impeditus quo minus illius Sacerdotij poſſeſſionem iniret. Romæ obijt Præſul generis nobilitate, & virtutum ornamentis clariſſimus dum eſſet Epiſcopus Cardinalis Portuenſis 17. Kalen. Septembr. anno 1543. tumulatus eſt in eccleſia ſacratiſſimæ Trinitatis ad montem Pincium. Eo ſedente Tarenti Fratres Minimi recipiun-

piuntur ann.1530. 14. Iulij, attributo prædio proximo ad vrbem ipſam non procul magis, quam vnus aut alter lapidis ictus. Ædificium eſt luculentum, & præcipuum ſub titulo S.Mariæ de Gratia. Bartholomeus à Caieta ciuis Hydruntinus præcipuus fuit benefactor.

68 PETRVS FRANCISCVS Columna Io.Hieronymi, & Liuiæ de Anguillara filius, Pompeij Card. nepos, patruus M. Antonij Card. ex archiepiſcopo Roſſanenſi, & Sublacenſis abbatiæ Ord. S. Benedicti Commendatario Tarentinorum archiantiſtes euaſit ad præſentationem Caroli V. Imper.die 27.Octob.1544. ſedit cum ſemel Diœceſim luſtraſſet annis 16. deceſſitque
B Neapoli. iacet in ſacello ad montem Oliueti, quod Columnenſi familiæ illuſtriſſimæ dicatum eſt, erectumque Pompeio Columnæ Card. qui Neapolitani Regni iubente Carolo V. Prorex fuit.



69 MARCVS ANTONIVS Columna Petri Franciſci ſuperioris ex fratre nepos ſucceſſit ad præſentationem Philippi II. Catholici Regis die 7. Auguſti 1560. Interfuit Concilio Tridentino; aliquando in hac reſedit eccleſia, ſed parum, & nomine dotis donauit Cappellæ S.Agnetis modios viginti ſalis, & ius, quod habebat in feudo Caſtinei: bis eccleſiam viſitauit, Synodum Prouincialem, & Diœceſanam vocauit. Seminarium erexit pauperum Clericorum. Vicarios habuit, Mutilenſem, Acerranum, S.Leonis & Hoſtunenſe apiſcopos, qui omnes iuris erant periciſſimi. A Pio IV. in Cardinalium numerum cooptatus, ac deinceps tranſlatus eſt ad eccleſiam Salernitanam die 13. Octobr. 1568. de quo vide ſeriem Salernitanorum archipræſulum to.7. noſtro, & tomo primo inter epiſcopos Cardinales Præneſtinos.

70 HIERONYMVS Auſtriacus de Corrigio S.R.E.Presb.Card. à Pio IV. creatus, ſub Pio V. Tarentinam aſſecutus ſedem die 13. Maij 1569. Synodum conuocandam
A iuſſit Prouincialem, & Diœceſanam anno 1571. cui præfuit Aloyſius Compagna Roſſanenſis, epiſcopus Mutilienſium. Romæ ex hac mortali vita diſceſſit die 8.Id. Octobris 1572. In eccleſia S. Silueſtri in Quirinali monte humatus eſt. Vacauit ſedes Tarentina an.1.menſ.8.



71 LÆLIVS Brancaccius Neapoli a-
nus, Surrentinus archiepiſcopus ad ha
eandem ſedem tranſlatus die 5. Iulij 157
Tarentum 16. Kal. Nouembris einſdem an
C ni ſolenni ritu ingreſſus laudabili virtute
incredibili animi ardore, & zelo gre
ſibi commiſſum aggreſſus eſt iuſtitiae
ſed dum conſtanti virtute ſibi creditæ e
cleſiæ iura defendere cœpit, inter ipſum
ciues, Clericoſque Tarentinos oborta e
controuerſia, quæ ad Gregorium XIII. de
lata, ſuo fuit diplomate compoſita. Ea ſ
blata procella, Lælius eccleſiæ ſuæ ad
niſtrandæ omnem curam intendit, Cle
mores ex abſentia anteceſſorum aliqua
tulum deprauatos frænauit, eoſque ad no
mam Tridentini Concilij reduxit, non ſem
ſuã Diœceſim ipſe luſtrauit, ædes inſtru
pro Clericorum Seminario, Prioratus inſ
tuit, numerumque Canonicorum auxit
D eccleſia Collegiata Cryptalienſi. In opp
do Martinei Parochialem eccleſiam Col
giatam eſſe voluit, in eaque Canonicos or
dinauit, pauperes fouit, in eaque omnia
egit, quæ boni Paſtori digna eſſe cenſer
tur, ac demum laboribus feſſus Neapo
cum laudabili virtute præfuiſſet an. 25. f
bri abſumptus interijt an. 1599. ſepultuſ
eſt in Neapolitana Metropoli, vbi hoc leg
tur epitaphium.

Lælius Brancaccius ab adoleſcentia pijs operibus addictus ad Archiepiſcopatum Surrentinum à Pio IV. aſſumptus, mox ad Taren-

Tarentinam Eccleſiam Philip-
po II. Rege Cath. vocatus, Re-
ligionis cultuſque diuini per an-
nos xxvij quo ad potuit ſolli-
citus vindex annum agēs lxij.
vt quæ cæli ſunt cælo, quæ terra
terræ redderet, curis omnibus
abdicatis, tempeſtatibus hunc
portum parauit. Cautum eſt ad
mares tantum poſteroſque Ia-
cobi Brancaccij alumni Ioannæ
Aragoniæ Ferdinandi I. Regis
vxoris ius ſacelli pertinere, iiſq;
deficientibus ad poſteriores ma-
res familiæ Brancacciæ.

Lælij cum laude meminit Ioannes Iuue-
nis in opere de antiqua, & varia Tarenti-
norum fortuua, quod eidem inſcripſit anno
1589.

72 IOANNES de Caſtro Hiſpanus
ſummo loco natus Franciſci de Caſtro Re-
gni Neapolis Proregis germanus frater, ex
Monacho ſancti Benedicti ad Tarentinam
hanc ſedem vocatus eſt die 20. Martij 1600.
C Romæ munus conſecrationis accepit ab
Alphonſo Card. Geſualdo in Eccleſia, ſeu
Cappella S. Saturnini nuncupata in monte
Quirinali apud Domum Monachorum
S. Pauli extra, & prope Vrbem eiuſdem Or-
dinis Benedictini. Is ob maximam erga
Beatiſſimum Cataldum deuotionem, alte-
ram Crucem addidit longè maiorem, auro
plurimiſque lapidibus precioſis ornatam,
miroque artificio elaboratam. Sedit plus
minus annis tribus, & in maxima eccleſiæ
Tarentinæ bene gerendæ expectatione inte-
rijt. Iacet in Cathedrali.

73 OCTAVIVS Mirtus Frangipanius
Neapolitanus, antea epiſcopus Calatinus,
inde Tricaricenſis ob eius eximia merita
D tranſlatus ad hanc Tarentinam ſedem die
20. Iunij 1605. Tarenti per ſeptem annos
vti Pater præfuit, & ſe præclarè in eo mu-
nere geſſit, æternâ ſui ad poſteros fama
relicta deceſſit 9. ſextilis 1612. Illius cor-
pus in Cathedrali ſepelierunt, tabulaque
marmorea huiuſcemodi de eo incidere
epitaphium.

D. O. M.

Octauio Frāgipanio Mirto Nea-
politano viro humaniſſimo, atque
eruditiſſimo prim ò Calatiarum,
tum Tricaricenſi Epiſcopo, tan-
A *dem Tarēti Archiepiſcopo apud*
octo Pontifices, Principeſque
Auſtriacos gratiſs. Legationibus
alibi, atque alibi ſumma cum
fide, & laude functo.
Diomedes Capuanus Auunculo
amantiſs. poſuit.
Vixit ann lxxviij. obijt ix. Kalen.
Sextilis MDC. XII.

Hoc tibi figo nepos, mi dulcis auun-
B *cule, marmor*
Cætera det quem iam ſpero de-
diſſe Deus,

De Mirto vide tom. 6. & 7. inter epiſco-
pos Calatinorum, & Tricaricenſium, vbi
plura leges, & tanto Præſule digna.

74 BONIFACIVM Card. Caietanum
antea epiſcopum Caſſanenſem Paulus V.
Pont. Max. ad præſentationem Catholici
Regis ad hanc eandem Tarentinam eccle-
ſiam cenſuit transferendum anno 1613. die
22. menſis Aprilis. Romæ exceſſit è viuis
8. Kal. Iulij 1617. ſepulturam accepit in ec-
cleſia tituli ſui S. Potentianæ propè Henri-
cum Card. patruum.



75 ANTONIVS de Aquino Neapoli-
tanus, Ladiſlai Cardinalis germanus frater
epiſcopus Sarnenſis ad hanc ſedem perue-
nit 24. Iulij 1618. quam ille eccleſiam per
octo ferè annos rexit, nihil omittens quod
bonum deceret Paſtorem. Tarenti è viuis
ſublatus eſt anno 1626. ibi ſepultus iacet.

76 FRANCISCVS Sanchez de Villano-
ua Hiſpanus Matriti nobili genere natus,
doctus vir, ac verbi Dei declamator egre-
gius ſublectus eſt in locum Antonij die 24.
Ianuarij 1628. præfuit ann. 2. tranſlatus ad
eccleſiam Mazarienſem in Sicilia an. 1630.
23. Septembris cum denominatione, & ti-
tulo

tulo Archiepiſcopi Tarentini, inde euaſit epiſcopus Canarienſis. De quo legendus Rocchus Pyrrhus in notitia Mazarienſi.

77 ÆGIDIVS Carillus Card. Albernotius Hiſpanus, Tarentinus Archiepiſcopus renunciatus eſt anno 1630. 23. Septembris. præfuit, ſed non reſedit, annis 7. ac liberè nuncium remiſit. Romæ defunctus die 20. Decembris 1649. ſepultuſque eſt in parua, ſed deuota eccleſia S. Annæ in Quirinali.



78 THOMAS Caracciolus Neapolitanus ex Principibus Abellinatibus, Camilli & Robertæ Carafæ filius, Clericus Regularis Theatinus quē ex epiſc. Cyrinenſi incredibili Tarentinorum applauſu ex Philippi IV. Catholici Regis auctoritate Vrbanus VIII. Pont. Max. Tarentino Archiepiſcopatu exornauit anno 1637. 17. Martij, commiſſum ſibi gregem præſens ſemper ſumma fide, & pietate moderatus eſt, ha-ctenuſq; ad paſcua ſalutis morum etiā affabilitate deducit; raro enim, & miro diuini cultus zelo epiſcopium, Seminarium Clericorum, Cathedralemque ſuam ædificijs nobilitauit, ſacraque ſuppellectili inſtruxit; Diſcalceatos Carmelitanos Fratres ad augendam populorum pietatem in Vrbe adduxit. Tumultuantem Tarentinorum populum in illo plebeio Neapolitanorum tumultu compeſcuit, & Regiam fidem, vt ſartatecta ſeruaret, in ijs, non ſine vitæ ſuæ diſcrimine, ſummoque labore firmauit, quod non paruam ſinceræ ſuæ fidei erga munificum ſuum Regem laudem tulerit cumulatiſſimam; raro enim in aduerſis firma fides. Viuit adhuc tot titulis præclariſſimus Præſul, cui ne eius modeſtiam onerare videamur, alijs, eius virtutes enumerandas reliquimus, interim Neſtoreos illi precamur annos, ad populorum ſalutem ſuæque Eccleſiæ ornamentum.

A

CASTELLANETENSES EPISCOPI.



B CASTELLANETVM Baſilicatæ vlterioris (Hydruntinam Prouinciam vocāt) recens ciuitas eſt, medio, ſed obliquo itinere inter Tarentum atque Brunduſium ſita, Marchionatus titulo nobilis, Mutiliæ, ſeu Motulæ oppidi veteribus Colonis, ſi Marino Friziæ credimus, extructa, de ea nihil in antiquis Hiſtorijs, neq; recentioribus reperio, niſi quod anno Domini 1080. à Duce Roberto obſeſſa capta eſt, in eaque eodem fortaſſe tempore epiſcopus ordinatus eſt, cum Tarentina eccleſia Archiepiſcopali dignitate exornata fuit, vnus ex proprijs eiuſdem Archiepiſcopi ſuffraganeis, ideoque ijs omnibus à Normannis Principibus, gratijs, & priuilegijs condecoratus,

C quibus cæteri omnes huius Prouinciæ Præſules ſolent gaudere. Cathedralis eccleſia titulo S. Nicolai Myrenſis epiſcopi pro loci conditione decentis ſtructuræ eſt. Sacri in ea miniſtrant Canonici, & Clerici multi, quorum prior eſt Archidiaconus, cum tribus alijs dignitate fulgentibus. In ciuitate nulla Parochialis eccleſia præter Cathedralem, ſed in ea animarum cura geritur à Theſaurario. Vnum Monialium, & tria extant virorum Monaſteria, Hoſpitalis domus vna dumtaxat, & ſodalitia laicorum quatuor. Diœceſim plane nullam habet hic epiſcopatus, omnes enim filij, qui ad ſex mille aſcendunt, in ciuitate degunt.

D Menſæ epiſcopalis annus cenſus ſcutorum illarum partium 1500. taxatur in libris Cancellariæ Apoſtolicæ ad florenos 125 Porrò Epiſcopi, qui in ea floruerunt, ſequentes tantum ſunt à nobis obſeruati ex diuerſis monumentis.

IOAN-



1 IOANNES in hac ſede florebat ann. 1088. ex monumentis Epiſcopij.

2 NICOLAVS anno IV. florebat, cuius precibus anno 1130. Rogerius Siciliæ Rex nobile conceſſit Priuilegium Eccleſiæ Caſtellanetenſi, in quo ſub Regla tutela eam admiſit. egregium ſanè eſt hoc Priuileginm, vbi iura, & bona eiuſdem receuſentur. Documenri in tabulario Epiſcopi aſſetuati tenor eſt huiuſmodi:

In nomine Domini Dei æterni, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Anno Incarnationis eiuſdem Milleſimo centeſimo trigeſimo tertio Indictione duodecima.

Ego Rogerius Dei gratia Siciliæ, & Italiæ Rex Rogerij primi Comitis hæres, & filius. iuſtæ poſtulatio voluntatis omnibus Dei cultoribus, lociſque venerabilibus ſtudio debet proſequente compleri, illis præcipuè, qui pro peccatis noſtris, vigilijs, & orationibus Dei miſericordiam inuocant, piæ poſtulationis officium iugiter debemus impendere, eorumque iuſtis petitionibus aſſenſum præbere. Tuis igitur Nicolae venerabilis Epiſcope Eccleſiæ S. Nicolai de Caſtellaneto petitionibus clementer annuentes pro ſalute Patris nuſtri glorioſæ memoriæ Rogerij Comitis, Matriſque noſtræ Adelaydæ Reginę & noſtra, Roberti denique Guiſcardi inclytæ memoriæ Patrui noſtri, aliorumque noſtrorum parentum, atque fidelium concedere, Priuilegij authoritate firmatum in nominaræ Eccleſiæ, & tibi tuiſque Succeſſoribus totas Eccleſias, & Terras eum Eccleſijs, aquis, herbis, & omnibus pertinentijs ſuis, ſicut in præſcriptis Eccleſiæ Priuilegijs continetur, quas Riccardus Seneſcalcus iniuſtè retro tempore eidem Eccleſiæ abſtulerat, Monaſterium Sactum S. Sabini, cum Terris ſuis, & cum omnibus rebus mobilibus, ſiue immobilibus, & Eccleſiam S. Georgij de Minetba, cum Terris, & oliuis, & omnibus pertinentijs ſuis, & Eccleſiam S. Matthei de Dono cum tertis, & cunctis pertinentijs ſuis, atque omnes alias Eccleſias, & hæreditates, & terras, & vineas, & oliuas, & quicquid Epiſcopatui præfati S. Nicolai iuſtè pertinet, & eius Priuilegia aperte deſignant, terræ autem præſctiptæ ſub ijs finibus concluduntur; incipiunt itaq; à terra quæ dicitur de Manilio, & pergit ad Grabilionem à parte Orientis vſque ad maiorem Grauinam, de hinc pergit per fundum Grauinæ, vſque ad Minetbæ, & indè deſcendit per lamam de via, de hinc per fundum ipſius Grauinæ vadit vſque lubtus fraſſinetum de S. Mama, & inde girat per parietem à parte Occidentis de ipſo fraſſineto, & capit aquam currentem de Grauiglione de S. Mama, & aſcendit ſurſum ad planum, & inde vadit, atque capit fines de ferro, & tranſit lamam, quæ venit ad viam, & venit ſurſum vſque ad terram de Romato de curculo, & vadit ad vnū vintale à parte Occidentis à freagitu, & redit ſurſum ad viam, & inde vadit vſque ad Grauilionem pontis, & à ponte pergit ad Concam, deinde capit Grauilionem inſurſum à parte Boreæ vſque ad parietem, & inde vadit ad terras de Manilio, & Caſale S. Andreæ cum totis Terris, Eccleſijs, aquis, herbis, & omnibus pertinentijs ſuis, cuius fines ijs terminis aſſignamus, incipit enim ab ore lati, & vadit per medium latum, & vadit per aquam currentem à parte Boreæ, & pergit vſque ad lamam, & vadit vſque ad caput Macchiæ Magnæ, quæ eſt in medio lamæ ipſius lamanæ, & quomodo tenet, & deſcendit foris aquæ riui, quæ eſt ex parte Occidentis à capite præſcriptæ Macchiæ & ab ipſo riuo quomodo ſerit ad Macchiam, & ad Maccbiam redit, & ferit adfixas perras, & ab ipſis quomodo dirigit ex parte Auſtri, & vadit de petra in petram vſque ad arbortm Florentinam, & puteum lamæ, de hinc ſerit de iugone in iugonem quomodo vadit ad caput fraſſinorum, qui ſunt in paludibus, & ab iſtis vadit, & ferit per Occidentalem partem dictæ Eccleſiæ S. Viti, & deſcendit ad mare, poſtea dat voltam ab aqua maris quomodo vadit ab Oriente, & dat ad Os lati, quæ vadit per medium latum cum ipſo medio lati concedimus etiam, & plenam iuſtitiam, quæ eſiatum poteſt pertinet; tali quidem tenore, vt à modo in antea omni futuro tempore, hæc omnia, quæ in iſto Priuilegio contineâtur maueant, & ſint in poteſtate, & Dominio præſcripti S. Nicolai Epiſcopi, cunctorumque Rectorum etiam faciantque exinde omnia, vt eorum fuetit voluntas ad profectum, & vtilitatem eiuſdem S. Eccleſiæ, ſine uoſtri noſtrorumq; hæredum controuerſia, nec non, & officia huiuſmodi: addicimus quoque quidquid in poſterum præfata Eccleſia conceſſione

Pon-

Pontificũ, liberalitate principũ, oblatione fidelium iuſtè, atque canonicè poterit adipiſci, ſi quis autem quod abſit huiuſmodi noſtræ conceſſionis paginam temerario auſu violare, vel irrumpere quomodolibet modo præſumpſerit, ſciat ſe compoſiturum auri libras decem, medietatem palatio noſtro, & aliam medietatem præſcriptę Eccleſiæ, pœnaque perſoluta præſens decretum priſtinum robur obtineat, ad huiuſmodi ſanè noſtræ conceſſionis, & confirmationis iudicium, per manus Nicolai noſtri Notarij, ſcribanique ſigillo plumbeo inſigniri præcepimus.

Datum Grauinæ per manus Guarini noſtri Cancellarij 11. *Kal. Octobris Anno Regni noſtri tertio*.

3 ROBERTVS anno 1196.

4 BLASIVS Epiſcopus Caſtellanetenſis, cuius memoria perennauit ad poſteros Vatic. Regeſt. Martini Papæ V. anno 1282. eodem quippè anno defunctus recenſetur in epiſt.29. pag.109.



5 PETRVS Monachus, & Abbas Florenſis Monaſterij ex Ordine Ciſtercienſi, defuncto Blaſio Epiſcopus Caſtellanetenſis à Capitulo electus exceſſit antequàm munus conſecrationis acciperet, vnde Martinus Pontifex Gerardo Epiſcopo Card. Sabinenſi Apoſtolicæ Sedis in Neapolitano Regno Legato per epiſtolam ſupracitatam num.29. ann.2. Pontif. Chriſti 1282. 9. Kal. Decembris commiſit, vt dictæ vacanti Eccleſiæ quantociùs prouideret.

6 Fr. IOANNES anno 1299.

7 BERARDVS, ab alijs Boemundus dicitur, reperitur vixiſſe anno 1300. in documentis huius Eccleſiæ; quo anno à Carolo II. Rege Priuilegium olim à Rogerio Rege præſente Nicolao ſuo Proanteceſſore Eccleſiæ Caſtellanetenſi conceſſum renouari, & confirmari obtinuit cum inſertione eiuſdem, ſic autem eo verborum tenore videtur;

A *Carolus Secundus Dei gratia Rex Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ Prouinciæ Forcalquerij Comes*.

Vniuerſis præſentes literas inſpecturis tam præſentibus, quam futuris. ſi nonnunquam circa Eccleſias, Eccleſiaſticaſue perſonas noſtræ munificentiæ largitatis propriæ votis exuperat promptioribus tamen effectibus quod ipſis ab alieno traditur per noſtram benignitatem largifluam roboratur. Sanè Venerabilis Pater Bernardus Epiſcopus Caſtellanetenſis dilectus fidelis noſter in noſtri præſentia conſtitutus præſentauit nobis priuilegium quoddam plumbea Bulla munitum, felicis memoriæ Rogerij Siciliæ, & Italiæ Regis Catholici bonæ recordationis Nicolao Caſtellaneten. Epiſcopo prædeceſſori ſuo & eidem Caſtellanetenſi Eccleſiæ, quod eſt per omnia continentiæ infraſcriptæ. Supplicauit itaque nobis præfatus Berardus Epiſcopus Caſtellaneten. vt cum prædeceſſores eius, ſiue dictæ Caſtellaneten. Eccleſiæ præſpecta omnia in Priuilegio ipſo contenta iuſtè tenuerint, & poſſederint, ipſeque ea teneat, & poſſideat, ſicut dicit confirmare illa ſibi, & eidem Eccleſiæ pro ſui, & Succeſſorum ſuorum memoria, & cautela benignus dignaremur. Nos ergo eius in hac parte ſupplicatione admiſſa omnia præſcripta in præſcripto Priuilegio adnotata eidem Epiſcopo pro ſe, & ſuis ſucceſſoribus, ac præfata Eccleſia dummodo illa dicto modo prædeceſſores eius tenuerint, ipſeque nunc ea teneat, vt profertur tenore particulari de certa noſtra ſcientia, & ſpeciali gratia confirmamus fidelitate noſtra iuribus quoq; noſtris & cuilibet alteri ſemper ſaluis, in cuius rei teſtimonium, & prædictorum Epiſcopi, & Succeſſoris eius, & Eccleſiæ præſcriptæ cautelam præſentes literas noſtras exinde fieri, & pendente Maieſtatis noſtræ ſigillo iuſſimus communiri.

D *Datum Neapoli Anno Domini Milleſimo trecenteſimoprimo, Die penult. Decemb. quartadecimæ Indictionis. Regnorum noſtrorum anno ſextodecimo*.

8 ANGELVS electus promiſit ſolitum penſum ſe ſoluturum Sacro Collegio, die 10. Febr. an.1328. in lib. Oblig. Prælat.

9 THEOBALDVS anno 1331. Ianuario menſe memoratur in libro ſolutionum Prælat. ſub Clemente VI. defunctus eſt anno 1342.

10 PETRVS Canonicus Squillacenſis Eccleſiæ, tunc poſtulatus in Epiſcopum Equenſem, datus eſt Succeſſor Theobaldo à Clemente VI. anno 1343. 4. non.Febr. vt Reg.Vatic. Epiſt.42. fol.66. ann. Pontif. 2.

Fr.

11 Fr. THOMAS de Sulmona Ordinis præd. electus 17. Kal. Decemb. ann. 1367. ſucceſſit Petro, eius electio extat in Reg. Vatic. lib. 1. ann. 5. Vrbani VI. fuit Thomas aliquando Confeſſor, & Conſiliarius Philippi Tarentini Principis, qui Conſtantinopolitanus dictus eſt Imperator, à quo Priuilegium ad fauorem ſuæ Eccleſiæ obtinuit anno 1368. quod hic exſcribimus ab Originale Tabularij eiuſdem Eccleſiæ.

Philippus Dei gratia Imperator Conſtantinopolitanus, Romaniæ Deſpotus, Achaiæ, & Tarenti Princeps.

Vniuerſis & ſingulis, nec non iuſtitiarijs, & Vicarijs, Magiſtris Cameræ, ac Ærarijs, & Officialibus alijs Principatus noſtri Tarenti, quocumque nomine cenſeantur, vel eorum Locatenentibus præſentibus, & futuris, & Vniuerſitati hominum Ciuitatis noſtræ Caſtellaneti Conſiliarijs, Camberllanis familiaribus, & deuotis noſtris ſalutem, & dilectionem ſinceram. Decus principium eſt continuò reformationem appetere Ciuitatum, & aliorum locorum, in quibus habitationem quærunt, vt in illo ad vnum Populus congregatus ſuperiori eorum diuerſa ſubſidij conferant incrementa. Sanè venerabilis in Chriſto Pater Dominus Frater Thomas prætitulata gratia Epiſcopus præfatæ Ciuitatis Caſtellaneti, Confeſſor, Conſiliarius, & familiaris noſter dilectus tam pro ſe ipſo quàm nomine, & pro parte dictæ ſuæ Maioris Eccleſiæ Caſtellanetenſis excell. meæ humili expoſitione monſtrauit, quod dicta ſua maior Eccleſia habet, tenet, & poſſidet Caſale erectum ſitum in tenimento præfatæ Ciuitatis Caſtellaneti cum territorio ſibi diffinito, exhabitatum quidem, & derelictum ab incolis guerrarum præteritarum turbine faciente, quod intendit in augmentum dictę ſuæ maioris Eccleſiæ, ſuiſque commodiùs rehabitare facere, ac incolis reformare, cumque homines dicti Caſalis, vaſſalli Eccleſiæ ſupradictæ dubitent redire ad habitandum in Caſali iam dicto propter collectas generales, dona, & onera alia impoſita, & in poſterum imponenda, per Curiam noſtram, vobis hominibus præfatæ Ciuitatis Caſtellaneti, cum quibus conſueuerunt, & contribuere diſtringuntur dicti homines Caſalis iam dicti, & etiam ipſis hominibus memorati Caſalis, quarum ſolutionem propter eorum paupertatem, & quia oportet eos in dicto Caſali domos reparare habitationum ipſorum non poſſent aliquod ſupportare, Maieſtati noſtræ ſupplicauit humiliter, vt dignaremur mandare ſingulos homines oriundos ex Caſali præfato arctè compelli ad habitandum in eo, nec non eos, & alios ſingulos homines venire volentes ad habitandum in ipſo Caſali, ita quidem qui non ſint de terris demanij mei, à dictis generalibus ſubuentionibus, & collectis, donis, taxis, & oneribus alijs quibuſcunque vobis Caſtellanetenſibus hominibus iam impoſitis, & in poſterum quomodolibet imponendis, & ipſis etiam hominibus Caſalis prædicti, ac alijs in eo ad habitare venire volentibus, francos facere, & per decennium, & demum in antea ad noſtrum beneplacitum decennio ipſo completo reddere liberos, & exemptos. Nos verò attendentes, quod rehabitatio, & incolarum reformatio Caſalis huiuſmodi eſt Deo grata non modicum, & vtile commodum in futurum Curię noſtræ dante Deo proueniet, quo eſt hucuſque propter inhabitationem dicti Caſalis curia ipſa priuata, & quia tenetur vnuſquiſque vaſſallus Domino ſuo in quibuſcumque caſibus ſubuenire eo iure, prout Sancta Regni Conſtitutio dictat, & ordinatio claræ memoriæ Domini Regis Roberti mei patrui reuerēdi apertè declarat, cui ſupplicationi deflexi de certa noſtra ſcientia, & poteſtate Dominica, & gratia temporali, omnes, & ſingulos homines dicti Caſalis dummodò habitent in eodem, & alios vnumquemque venientes ad habitandum in illo ita, quidem, quod de noſtro demanio non exiſtant à dictis generalibus ſubuentionibus, & collectis, donis, taxis, & oneribus alijs quibuſcunque impoſitis, & quomodolibet imponendis, tam vobis hominibus Caſtellaneti, quàm ipſis Caſalis eiuſdem, & ad habitandum venientibus in eodem per decennium, & ipſo completo decennio ad noſtrum beneplacitum francos reddimus, ac liberos facimus penitus, & omnino exemptos. Quare deuotioni veſtræ de dicta ſcientia certa noſtra præſentium tenore committimus, & mandamus expreſsè, quod prefatos homines dicti Caſalis, qui ad habitandum in eo redierint, & ad alios qui habitare voluerint in eodem, prout ſupra diſtinguitur, eis & cuilibet eorum quilibet veſtrum officij hic tempore hanc noſtram franchitiam, libertatem, & exemptionem teneat, & effectualiter obſeruantes propè ſcriptis generalibus ſubuentionibus, & collectis, donis, taxis, & oneribus alijs ſupradictis in perſonis, & bonis eorum nullatenus moleſtetis, ſeu veſtri propter quomodolibet permittatis, dictis decennio, & noſtro beneplacito duraturis, ſi habetis gratiam noſtram caram. Vos autem iuſtitiarij, & Vicarij ſi aliquis hominum dicti Caſalis Vaſſallorum Eccleſiæ memoratæ renitens fuerit ad redeundum, & habitandum in illo, vigore pręſentium, prout iuſtum fuerit, ſtrictiùs compellatis. Præſentibus poſt oportunam inſpectionem earum remanentibus præſentanti efficaciter valituris toto tempore prænarrato.

Datam Neapoli per D. Ioann. Frizziam de Ranello arbit. Iuris Ciuilis profeſſorem aug. Regialis ver. Mag. rationalem Prothonot. Curia noſtra Conſiliarium familiarem noſtrum dilectum, Anno Domini Milleſimo trecenteſimo ſexageſimo octauo, die 7. Maij Ind. VI. Imperij, Principatuſque vero noſtrorum anno 5. Iacobus de Auſſa Regiſt. in Cancellaria.

Sed alterum Monumentum audiamus ad petitionem Thomæ Epiſcopi datum à Ioanna I. Regina, in quo, quæ antea Philippus Princeps Tarenti conceſſerat Eccleſiæ Caſtellanetenſi affirmauit, aliaque Priuilegia afferuit anno 1378. ab exemplari.

Ioanna Dei gratia Regina Ieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ Prouinciæ, & Forqualquerij, ac Pedimontis Comitiſſa.

Iuſtitiarijs terræ Hydrunti, ac Iuſtitiarijs, ſeu Vicarijs Principatus noſtri Tarenti, & Erarijs, ſeu Magiſtris Cameræ cum eis per noſtram Curiam deputatis, & deputandis, Secretis quoque, ac Magnificis Portulanis, & Procuratoribus, & Magiſtris ſalis partium Apuleæ, necnon Baiulis, & quibuſcunque Perceptoribus Iurium Gabellarū noſtræ Curiæ VG. baiulationis, & furnor. ac Salis, Salinarum lacus Ciuitatis Caſtellanetæ, & pertinentiarum ipſius Gabelleris, ſeu Credenzerijs præſentibus, & futuris fidelibus noſtris gratiam, & bonam voluntatem. Venerabilis Pater Fr. Thomas Epiſcopus Caſtellanetenſis Dilectus fidelis noſter, Maieſtati noſtræ humiliter ſupplicauit, vt cum prædeceſſores ſui Epiſcopi Caſtellanetenſi qui fuerunt pro tempore conſueuerint annis ſingulis percipere, & hic integram Decimam omnium Iurium quæ hac noſtra Curia in dicta Ciuitate Caſtellanetæ VG. dictarum Gabellarum Baiulationis, & Furnor. ac Salis Salinarum lacus ipſius Ciuitatis, ac pertinentiarum ſuarum, ipſeque preſens Epiſcopus pro præſcriptis temporibus, & vſque ad tempus, & tempore obitus claræ memoriæ Philippi Imperatoris Coſtantinopolitani cariſſimi Fratris noſtri perceperit, & habuerit illam ſuper Iuribus antedictis mandare, & exhiberi ſibi dictam Decimam pro præſcripto tempore, ac pro præſenti anno primæ Indictionis, & deinde in antea pro futuris ſingulis VG. annis per noſtras literas dignaremur. Nos verò volentes de promiſſis plenius informari commiſimus Locumtenentibus Viri Magnifici magni Regni nomine Siciliæ Camerarij, qui vocatis Procuratoribus, & Aduocatis Fiſci, qui iura noſtræ Curiæ tuerentur ſummariè, & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij co-

A gnoſcerent de præſcriptis, & facerent eidē ſupplicanti ſuper illis plenæ, celeris, & expeditæ Iuſtitiæ complementum, qui vocatis dictis Procuratoribus, & Aduocatis Fiſci, & examinatis per eos nonnullis teſtibus ſuper cauſa præſcripta, ac viſis, & auditis ipſorum depoſitionibus, atque dictis compertum eſt, quod tam prædeceſſores dicti præſentis Epiſcopi, quam ipſe præſens Epiſcopus nomine, & parte ſuæ Maioris Eccleſiæ conſueuerunt percipere, & habere ſuper dictis iuribus Decimam antedictam, & propterea nolentes dictum Epiſcopum perceptione dictæ Decimæ, ex tūc antea quoquomodo carere cui illam intendimus cum integritate perſolui; & præſertim

B cum Decima tam de iure Diuino, quàm humano rationabiliter debeatur, & ad illarum exhibitionem promptam, & facilem ipſi Eccleſiæ faciendam morale præceptum vniuerſi naturæ indictum Nos excitet, & affectus incitet, eiuſdem Epiſcopi in hac parte ſupplicationibus inclinati volumus, & fidelitati veſtræ de certa ſcientia noſtra harū ſerie mandamus expreſsè, quatenus eidem Epiſcopo, vel eius Procuratori, vel Nuntio iam dictam Decimam ei, ſeu dictæ Maiori Eccleſiæ Caſtellanetenſis, ſicut prædicitur debitam. Vos ſcilicet prædicti Baiuli, & Perceptores Iurium præſcriptorum, Gabelleri, ſeu Credenzerij

C pro dicto præſenti anno primæ Indictionis ſi illam pro ipſo anno forſitan non perceperit, ſtatim, ſimul, & ſemel, & deinde tam ipſi præſentes, quam vos alij ſucceſſiuè futuro Baiuli, & Perceptores Gabelleri, ſeu Credenzerij quolibet ſcilicet anno ab inſtanti, Anno ſecundæ Indictionis in antea numerando de pecunia Iurium reddituum & prouentuum dictarum Gabellarum Baiulationis, & Furnor. ac Salis Salinarum lacus dictæ Ciuitatis Caſtellanetæ, & pertinentiarum ipſius ſententia, & futura per Magiſtris veſtrorum officiorum temporibus, deducta tertia parte pro nouis ſtatutis vigore præſentium integraliter exoluatis,

D nullumque ei, ſeu dictæ ſuæ Eccleſiæ Caſtellanetenſi ſuper ſolutione dictæ Decimæ, quocumque prætextu, vel cauſa obſtaculum ingeratis, ſicut habetis gratiam noſtram caram. Cum intendamus quod eidem Epiſcopo, vel alteri pro ipſo, & dictæ ſuæ Eccleſiæ dicta Decima per vos velut permittitur integraliſ exoluatur, à quo quidem Epiſcopo, ſeu dicto eius Procuratore vel Nuntio de ſolutione dictæ Decimæ recipiatis ſuis viribus more ſolito Apodixam, quàm vobis plenè ſufficere volumus ad cautelam, illamque vna cum ſolutione huiuſmodi in veſtro computo acceptari, pariter & admitti nullis cautelis alijs, quā præſentibus noſtris literis cum Apodixa iam dicta, à vobis propterea quomodolibet requiretur; Voſque præſcripti Iuſtitiarij,

rij, & Vicarij, ſeu Gratij, & Magiſtri Camere, nec non Secreti Magiſtri Portulani, & Procuratores, & Magiſtri Salis dictarum partium Apuleæ præſentes, & futuri non impediatis in aliquo ſolutionem eandem. Imò vos, & quilibet, ſeu alius, vel alij veſtrum cum requiſiti fueritis iam dictos Baiulos, & Perceptores, Gabelleros, & Credenzerios ad illam ſicut prędiximus faciendam, ſi & prout opus fuerit, tam per impoſitiones pœnarum, & exactionem illarum, quàm per quælibet alia opportuna remedia, quæ ad id expedire videritis arctius compellatis, quibuſcumque Ordinationibus, Literis, vel edictis in contrarium fortè factis, vel in antea faciendis ſub quacunque forma, vel expreſſione verborum, vt temporis & dierum, & præſertim tam Edictis neceſſarijs dudum factis à tero VG. eorum, Die 3. Septembris Anni Decimæ, & altero die vigeſimoprimo Februarij Anni XIII. Indictionis facto præteritarum de minimè ſoluendo alicui de quacunque Fiſcali pecunia, ſed & totam ad noſtram Cameram deſtinandam, quàm alio Edicto noſtro olim facto ſub datum Auerſæ die primo decembris Anni nuper elapſi quartæ Indictionis de ſuſpenſione prouiſionum, & gagionum, à quo prouiſiones & Decimæ Eccleſiarum temporaliter excluduntur, quam etiam literis [illegible] Cenſus per Nos S. Romanæ Eccleſiæ debiti nullatenus obſtituris partes, aut literas poſt opportunam [illegible] earum [illegible] ipſorum per eos [illegible] Baiulos, & Perceptores, Gabelleros, ſeu Credenzerios in publica forma recepto pro cautela reſtitui voluimus poteſtati, premiſſo, modo efficaciter in antea valituris.

Datum in Caſtro Oui propè Neapolim in Camera noſtra, Anno Domini Milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimooctauo. Die 7. Aprilis prima Indictionis Regnorum noſtrorum Anno XXXV.

11 BENEDICTVS florebat ſub Vrbano VI. anno 1385. quo ex hoc vita migrauit.

12 Fr. BARTHOLOMÆVS de Senis Ord. Minorum præficitur in Epiſcopum Caſtellanetenſem ab Vrbano VI. anno 1396. die 16. Nouemb. ex Reg. eiuſdem. Huius etiam meminit Iſidorus Vgurgerius de Viris Illuſtr. Senenſibus tit. 7. ex monumentis Xenodochij de Scala; fato functus eſt anno 1396.

13 BENEDICTVS ex Epiſcopo Acernenſi huc tranſlatus anno 1396. 12. kalen. Aprilis Hic die 27. Octobr. 1399. recognouit pro Bartholomæo Prædeceſſore ſuo & Benedicto Antepredeceſſore ſuo, vt in lib. oblig. fol. 121.

14 ROBERTVS Benedicti Succeſſor obijt ſub Martino V. anno ſalutis 1418.

A 15 FRANCISCVS Archamonus Clericus Neapolitanus, creatus Epiſcopus à Martino V. 18. Kal. Decembris 1418. ſex omnino annos ſedit.

16 BARTHOLOMÆVS adlectus fuit 6. Kal. Nouemb. 1424. exceſſit anno 1431.

17 GREGORIVS Reſtius de Grauezia dictus eſt Epiſcopus 15. kal. Decemb. 1431. Protraxit ætatem Gregorius vſque ad annum 1454. & in ſenectute bona diſceſſit.

18 EVSTACHIVS Cantor Eccleſiæ B. Mariæ de Maraſſina Motulanæ Diœceſis euaſit Epiſcopus Caſtellanetenſis 4. Kalen. Aprilis 1454. prefuit plus, minuſue annis 4.

B 19 IOANNES FRANCISCVS electus die 16. Octobris 1459. cuius electio in iiſdē Actis Conſiſt. habetur

20 ANTONIVS de Pyrro Barenſis renunciatus eſt prid. kal. Febr. 1477. huius Eccleſiæ Pontifex, indè tranſlatus eſt ad Eccleſias Auellinenſem, & Frequentinenſem die 8. Octob. 1492.

21 Fr. ALPHONSVS Galeghus, ſeu Galieto Hiſpanus Ord. Eremitarum Sancti Auguſtini Theologus inſignis die 12. Martij 1494. promotus eſt in Epiſcopum Caſtellanetenſem, eodemque anno interfuit Neapoli coronationi Alphonſi II. Regis: ſub Federico Rege anno 1498. ius accepit conficiendi Salinas in territorio menſæ ſuæ Epiſcopalis. C

22 M. ANTONIVS Pheoldus, ſeu Priodus Neapolitanus in hac florebat Eccleſia anno 1517. quo in Regia Curia Neapol. agebat pro ſua Eccleſię confinibus. Obijt ſub Paulo III. anno 1536.

23 IOANNES PETRVS Sanctorij Præceptor S. Spiritus in Saxia Epiſcopus declaratus eſt die 14. Iulij 1536. in eoque munere nihil memorabile geſſiſſe perhibetur, cum illi non diuturnum fuiſſet: exceſſit enim menſe Octob. eiuſdem anni, ſepultuſque eſt in eadem Eccleſia S. Spiritus.

24 BARTHOLOMÆVM Sirigo Cretenſem Græcum Epiſcopum Arienſem crāſtulit Paulus III. die 9. Nouembris 1536. D ſedit ann. 8. vltroque onere ſe abſoluit anno 1544.

25 BARTHOLOMÆVS Sirigo Cretenſis Gręcus, Bartholomæi Superioris ex fratre nepos per ceſſionem eiuſdem eligitur Epiſcopus die 27. Martij 1544. cum diſpenſatione ſuper defectum ætatis; erat enim annorum viginti; magnæ tamen expectationis iuuenis, & ſupra ætatem doctus. Diu, longoque tempore Eccleſiam ſuam eximiè rexit, interfuit Concilio Tridentino, fuit aliquando eidem à ſecretis pro Epiſcopo Theleſino infirmo; cuius meminit Card. Pallauicinus in Hiſt. eius Concilij. Regreſſus deinde ad ſuam Eccleſiam eximia pietate per aliquot annos rexit, ac tandem ſenio, & laboribus feſſus liberè

nuncium reſiliit anno 1577.

26 IOANNES ALOYSIVS de Benedictis Cyprius [illegible] Bartholomæo renunciatus eſt Epiſcopus die 10. Martij 1577. vixit ad annum vſque 15[illegible]5. quo ſe abdicauit.

27 BERNARDVS de Benedictis Cyprius ſucceſſit Io. Aloyſio die 28. Ianuarij 1585. obiit ſub Paulo V. anno 1607.

28 AVREOLVS Auerolduſ Brixienſis Caſtellanete [illegible] hanc Eccleſiam conſequutus eſt die 5. Nouembris 1607. mortem obiit 161[illegible].

29 ANTONIVS de Mathæis Aquilanus S. Theologiæ Doctor electus die 12. Februar. 1618. exceſſit Vrbano VIII. ſedente 1635.

30 ASCENSIVS Guernerius ex oppido Raguſiæ creatus die 7. Iunij 1635.

31 ANGELVS Melchiorius Parmenſis creatus die vltima Iulij 1645. per obitum Aſcenſij, obijt 1650.

32 CAROLVS ANTONIVS Agudius Mediolanenſis, ſpectatæ virtutis vir, electus die 21. Nouembris 1650.

MVTILENSES
SEV
MOTVLANENSES
EPISCOPI.



MVTILA [illegible] terræ Hydrunti Ciuitas [illegible] Marchionatus titulo decorata, duodecim tantùm millia paſſuum à Tarento diſsita. Motulam vulgus appellat. Nullus, ex antiquis Scriptoribus, illius meminit, nobilis tamen erat ante annum 1033 [illegible] queus, vt Marinus F[illegible], ex cuius ruinis vicina oppida, [illegible] pro regione [illegible] æ[illegible]cara, & Caſtrum [illegible] condi[illegible] am vocarunt [illegible] ut lata f[illegible] d[illegible]a ab antiquis [illegible] hodie ex[illegible]a, & [illegible]is eſt, q[illegible] adeunr, [illegible] co[illegible] cogun[illegible]r, in ea enim centum quinquaginta [illegible]um via

anno æ recenſentur. Epiſcopatum ibi erectum fuiſſe credimus eo ipſo tempore, quo Tarenti Præſuli acceſſit Archiepiſcopalis dignitas, cuius hactenus Antiſtes Motulenſis præſentatur arbitrium, & ſuffraganeus eſt. Cathedralis Diuo Thomæ Cantuarienſi dicata eſt, quinque habet dignitates, & Canonicos nouem, quorum antecſignanus eſt Archidiaconus, nulla alia Eccleſia, neque pia loca intra mœnia [illegible] Diœceſis, vt Ciuitati correſpondeat, per[illegible]a eſt, tantum tria continet loca. Diues tamen eſt Epiſcopatus [illegible]ſa, cuius redditus ad 1500. ſcutata illarum partium aſcendunt, taxatur in lib. Fiſci Apoſtolici ad florenos 60. Epiſcopus præſentatur à Catholico Rege. Huius Eccleſiæ Præſulum ſeriem ſatis ieiunam modo proferemus, non tamen noſtra culpa, ſed aliorum ſomniculoſa incuria n[illegible] ex a[illegible]m, vndè & nuda plerumque nomina ex fide licuit pro[illegible]



1 N. [illegible] nomen ignoramus d[illegible] eſt anno 1[illegible]. Forte is fuit primus Mutilenſis Epiſcopus.

2 LIBERIVM, ſeu Libertum à Fumis Mutilienſis Ducis fratrem, Alexandri Tarentini Archiepiſcopi auctoritate Antiſtitem Mutilienſis Eccleſiæ electũ anno 1040. ſcribit Io. Iuuenis lib. 8. de fortuna Tarentinorum, diſſidentem namque Populum in electione noui Præſulis Alexander pro officij ſui dignitate Eccleſiam [illegible], commotam ſeditionem [illegible]a prudentia ſedauit, & Liber[illegible]m curauit, qui diù, & [illegible] deuiandatum ſibi munus [illegible]

3 ANC[illegible] Amurus Mutilenſis E[illegible] anno Domini 1099. die 29. Septembris cum alijs Epiſcopis Eccleſiam S. Michaelis Archangeli montis Ca[illegible] [illegible]ecrauit Vv[illegible]do Comite deprecante, qui eam ædificauerat. Poſt hunc plures deſiderantur Epiſcopi.

4 N. [illegible] nomen non habemus, vixit temporibus Innocentij III. extat Epiſtola eiuſdem Innocentij ad Epiſcopum

C 11.

Cuperſanenſem ſuper [illegible] Epiſcopi Mutilenſis.

5 HVGO huius [illegible] ſiæ [illegible] defunctus ſub Martino IV diſſidente Capitulo in eligendo ſucceſſore, [illegible] Martinus [illegible] lam ſcripſit Gerardo [illegible] Card. Sabi[illegible]enſi Apoſtolicæ ſedis Legato, vt [illegible] na idonea quantocius [illegible] Dat. Kal. Decembris an. 2. [illegible] 1282. [illegible] ſtola extat in Reg. Vat. num. 27. [illegible] verò Hugoni [illegible] fuerit [illegible], niſi fuerit is, [illegible] modo [illegible]

6 NICOLAVS epiſcopus Mutilenſis tranſlatus eſt ad Alerrinam eccleſiam à Bonifacio VIII. anno 1298 Kal. Febr. ex Reg. Vat. ep. 454 fol. 113. an. 4.

7 RAYNERIVS exceſſit an. 1356

8 THEODORVS Raynerio ſucceſſit ad hanc infulam [illegible] uocatus ab Innocentio VI. anno 1357. die 2. Ianuarij ex Reg. Vat. epiſt. 66. fol. 58. Huius etiam meminit anno 1361 die 10 Septembris [illegible] lib. [illegible] Prælatorum.

9 ANTONIVS obijt 1419.

10 PETRVS Theodorus Presbyter Ta[illegible] præficitur à Martino [illegible] Kal. Iulij [illegible] 141[illegible] [illegible] erat [illegible] 1439 [illegible] 1445. quo tranſlatus eſt ad Ga[illegible]anam ſedem

11 Fr. ANTONIVS de N[illegible] Ordinis Minorum [illegible]minus, antea epiſcopus Gal[illegible]tanus cum Petro co[illegible] factus que eſt [illegible] Kal. Aug. [illegible] 1445. [illegible]

12 L[illegible]ALDVS florebat ann. 1478. exceſſit anno 148[illegible]

13 Fr. ANGELVS de B[illegible] de nobili, & Baronum genere procreatus Ordin. Minorum Obſeruantiæ religioſus Motulenſis epiſcopus dictus eſt 14. Kal. Septembris 1482. paucos ſedit annos.



14 ROBERTVS Piccolus Neapolitanus Brunduſinus Archiepiſcopus, admi[illegible]ſtrator erat [illegible] Mutilenſis eccleſiæ anno 1488

15 HIERONYMVS Scudellus ciuis, & epiſcopus Mo[illegible]lanus post deuaſtatam ciuitatem [illegible], vbi obijt anno 15[illegible]2. menſe Februario, ibidem [illegible]

16 VINCENTIVS de Ni[illegible] ſucceſſit anno eodem 15[illegible]2. qui reſedit in Caſtro M[illegible]æ.

17 PETRVS de Quercis anno 1512.

18 GVIDO de Guidonibus de Petra, [illegible] 1528.

19 VITVS [illegible]atus Abbas, datus eſt ſucceſſor G[illegible] à Clemente VII. anno 1528 die 7. Auguſti Romæ conſecratus in facello Pontificio à Vincentio Pimpinella Arch[illegible]o Roſſanenſi, aſſiſtentibus Caſertano, & C[illegible] epiſcopis, mortem obijt 1537.

20 Fr. ANGELVS PASCALIS Dalmatinus Ord. Prædicatorum electus 5. Martij anno 1537. Iacet Neapoli in eccleſia S. Catharinæ apud Fratres ſuos Dominicanos.

21 SCIPIO Card. Rebiba Archiepiſcopus Piſanus huius eccleſiæ aliquando adminiſtrator fuit, illamque dimiſit anno 1560.



22 CÆSAR Geſualdus Michaelis Pieſcopagani Toparchæ filius Morulenſis. electus eſt epiſcopus die 15 Februarij 1560. obijt 1566.

23 IOANNES Aloyſius de Campania, alijs de Coperia Calaber ex ciuitate Roſſanenſi epiſcopus Monris Peluſij ad hanc eccleſiam tranſlatus die 5. Iulij 1569. vitam amiſit 1579.

24 IACOBVS MICHAEL vir doctus, & dignus, vt ad hanc Infulam eueheretur, quam aſſequutus eſt die 3. Auguſti anno 1579. viginti omnino annis cum laude ſedit, exceſſit 1599.

†



25 SILVESTER Tuſus Neapolitanus Clericus Regularis Theatinus, vir integerrimæ vitæ, morumque grauitate inſignis, deligitur epiſcopus die 29. Nouemb. 1599. Breuis Pontifex fuit, vix enim eccleſiam ſuam cum cœpiſſet ſanctè adminiſtrare, vocatur ad tumulum anno 1600. menſe Octobri in Cathedrali humatur, Vincencium fratrem germanum ſequutus, eiuſdẽ Inſtituti Clericum, & epiſcopum Vritanum, qui ſuperiori menſe Septembris extrema clauſerat. Horum virtutes, ac præcipuè Siluestri humilitatem non reticuit Ioſeph Sylos p. 2. Hiſt. Cleric. Regul. vbi plura, & digna circa virtutes Siluestri deg[illegible] auctor.

26 BENEDICTVS Rube[illegible] Patriciorum Ordine Neapolitanus, Clericus Regularis Theatinus, ſublato ex humanis Siluestro, eiuſdem eccleſiæ eligitur epiſcopus à Clemente VIII. die 13. Decembris 1601. Doctrinis, vt Sylos ſcribit, quarum exactè confecerat in Ordine ſpatia, non mediocriter inſtructus Rubeus erat: tum religioſæ vitæ ſeruantiſſimus, morumque grauitate apprimè ſpectatus, Conſultoris apud Patrem ſuum Generalem officio functus, alijſque in præcipuis Cœnobijs præfecturis, Romæ, Neapoli, Licij cum laude adminiſtratis, vt probatiſſimæ publicæ eccleſiarum [illegible] domeſticis hiſce magiſtratibus videri potuerit. Subactum, præparatumque à Tuſo breuis æui Antiſtite Motuenſem agrum reperit, ac proſecutus ipſe egregiè eſt, quod præceſſor inchoauerat. Quæ præcipuè epiſcopi partes ſunt, viſus abunde impleuiſſe. Priuatas religioſæ vitę rationes in Inſula retinuit, quas pulcherrimo quidem, ac religioſi viri nexu, cum communis boni, ſuarumque ouium ſtudio miſcuit. Æque ſacrorum, ac morum munditiam procurauit, id maximè contendens, vt niteret eccleſia, & eccleſiaſticus ordo. In iuuanda potiſſimùm pauperum inopia multus fuit. Putab[illegible] qui[illegible] ab religioſa paupertate ad cur[illegible]rtim, fouendoſque egenos ſe [illegible]um. Eximia vitæ innocentia [illegible] cura[illegible]que co[illegible]tion Cathedram [illegible] tenuit, exhauſtuſque [illegible] ac valetudine, anno huius ſæculi primo, & vige[illegible], die 22. Februarij Neapoli inter officia, precesque noſtratum piè occubuit, ac de[illegible]i mortalitatis exuuias iuſſit vnà cum [illegible]s fratribus in Cœmeterio D. Pauli. Hactenus de Benedicto Sylos.

27 FRANCISCVS Salutij electus die 7 Maij 1621. obijt anno 1626.

28 Fr. SERAPHINVS de Nuceria Ord. Præd. deligitur 4. Aprilis 1627. exceſſit 163[illegible].

29 THOMAS Arichonius Clericus Regularis Theatinus huius eccleſiæ epiſcopus creatus die 9. Septembris 1630. Ad Tranenſem Cathedram tranſlatus die 21. Auguſti 1635. de quo ibi.

30 Fr. IOANNES BAPTISTA Paleſius Ord. Præd. ſucceſſit Thomæ anno 1638. die 15. Ianuarij.



31 THOMAS de Aquino Neapolitanus Clericus Regularis Theatinus, Paleſio ſucceſſit die 24. Auguſti 1648.

32 IOANNES Caponeſchus epiſcopus Thermicenſis, ad hanc eandem eccleſiam tranſlatus eſt defuncto Thoma, anno 1654. die 22. Auguſti. Exceſſit menſe Nouemb. ann. 1657.

†

VRIA

VRIAE SEV ORIAE EPISCOPI.



VRIA, vulgo *Oria*, vrbs Salentinorum, ſeu Iapygiæ antiquiſſima à Cretenſibus, qui primum in Siciliam transfretarunt condita inter Brunduſium xviij. paſſ. mill. & Tarentum xxviij. ab Aletio xxx. in Meridiem ſita eſt ſupra collem Tarentum ſpectantem, ſpectat eam alio in colle Arx munitiſſima à Federico II. Imp. ædificata, Marchionatus titulo gentis Balzorum nobiliſſimè condecorata. Huius meminit Strabo in 6. Pliniuſque, quam Vriam appellant. Appianus, & Herodotus Hyriam vocant, non deſunt, qui Vriam ab Hyria diſcriminent. Sæpè à Saracenis depopulatam ſcribit Frizia de ſubſeudis, ex Lupi Protoſpatæ Chron. anno, inquit Lupus, 924. *Vria à Saracenis menſe Iulij capta eſt, & interfecerunt cunctas mulieres, reliquos vero deduxerunt in Africam, cunctos venundantes: & an. 977. incenderunt Agareni ciuitatem Oriæ, & cunctum vulgus in Siciliam deduxerunt.* Gaideris Beneuentani Principis municipium fuiſſe tradit Herempertus ad ann. 879. in poteſtatem tandem perueniſſe Roberti Ducis ann. 1062. commemorant, paſſamq; deinde excidium, iterumq; exædificatam in hãc, quam modo ſpectamus pulchritudinem. Chriſtianitatis autem Vritanæ vrbis exordium haud facile eſt inueſtigare; fuiſſe tamen eadem tempeſtate, qua Brunduſium, cæteræq; finitimæ ciuitates Euãgelij lucem ſuſceperunt, omnino fatendum videtur, ſi S. Barſanus, ſiue Barſonulphus vrbis Patronus, vt quidam ſcribunt, S. Cataldi Tarentini Epiſcopi, qui ſub M. Aurelio Imp. vixit Synchronus fuit. Barſonulphum hunc alij Eremitam Ægyptium, alij Vritanum primum Epiſcopum fuiſſe volunt. Nonnulli etiam eundem cum Abbate Gazæ in Paleſtina, cuius mentio eſt in Martyrol. Romano ad 11. Aprilis faciunt. Refertur in tabulas eccleſiaſticas, cum ad 30. menſis Augusti, tum ad 8. Februarij, quæ poſtrema illi feſtiua eſt apud Vritanos. Paulus Regius, & Romæus inter SS. Regni Neapolitani recenſent, ac copioſius de illo meminerunt. Eccleſiam habet B. Barſonulpho ſacram extra vrbis mœnia, vbi volunt ſanctum eiuſdem corpus quieſcere. Cæterum, ſiue Barſanulphus primus fuerit Epiſcopus, ſiue non; conſtat tamen Vritanum Epiſcopatum antiquum eſſe, vbi aliquando poſt deſolatum Brunduſium à Saracenis, Epiſcopi Brunduſini ſe receperunt, in eaque Vria vixerunt donec & ipſa ab Agarenis funditus deſtructa, ad inuicem hæ duæ Eccleſiæ vnitæ, ac ſimul copulatæ fuerũt, adeo vt per multa ſæcula harum Eccleſiarum Antiſtes Brunduſinus, & Vritanus, vel Vritanus & Brunduſinus Archiepiſcopus nuncuparetur; ſed patrũ noſtrorum memoria, ad tollendas lites, iurgiaque ſedanda, quæ inter Brunduſinos ciues, & Vritanos quotidie oriebantur, expoſcente Philippo Hiſpaniarum Rege, Gregorio XIV. Pont. Max. diſſoluta fuit vnio illa, ac diſtinctæ Diœceſes fuerunt an. 1592. Brunduſinis remanſit antiquus Archiepiſcopatus titulus, Vritanis Epiſcopatus obuenit honor ſub Tarentino Metropolita. Gregorij diploma hic exſcribere viſum eſt ab ipſo exemplari, antequam more noſtro ſtatum Vritanæ Eccleſiæ, ſeriemque Præſulum eiuſdem concinnemus.

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad futuram rei memoriam.

Regimini vniuerſæ Eccleſiæ diuina voluntate, meritis licet imparibus præfecti, de Cathedralibus, & alijs Eccleſijs, ipſarumq; Paſtoribus, quo populus eis commiſſus in via Domini dirigatur feliciter, quantum nobis ex alto conceditur, nos cogitare conuenit, idque vt facilius ſequatur, dum vnicuiq; Eccleſiæ proprium Paſtorem præeſſe debere cognoſcimus expedire, earundem Eccleſiarum iam pridem factam vnionem diſſoluimus, prout temporis conditione, & rerum qualitate penſata conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Dudum ſiquidem cariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, ad quem nominatio perſonæ idoneæ ad infraſcriptas Eccleſias, dum pro tempore vacant, ratione Regni Siciliæ, cuius ipſe Philippus etiam Rex, exiſtit ex priuilegio Apoſtolico, cui non eſt hactenus in aliquo derogatum, ſpectat, & pertinet, conſiderans, quod cum propter vnionem Brunduſinorum, & Vritanorum Eccleſiarum auctoritate Apoſtolica dudum inuicem perpetuò factam, ac huiuſmodi vnionis occaſione, variæ exinde, graueſq; lites & diſcordiæ inter Brunduſin. & Vritan. ciuitatum Communitates, & homines exortæ fuiſſent, & continuo vigerent, in dieſque magis accenderen-

derentur in ſcandalum, & damnum plurimorum, ſtatuſque ciuitatum, & eccleſiarũ huiuſmodi perturbationem non modicam, fel.rec.PP.Xiſto V. prædeceſſori noſtro humiliter ſupplicauit, quatenus vnionem huiuſmodi diſſoluere dignaretur. Idem prædeceſſor negocium huiuſmodi Congregationi S.R.E. Cardinalium Conſiſtorialibus Præfectorum examinandam, & poſtea ſibi referendam commiſit. Qui demum tam Philippi Regis, quam ciuitatum huiuſmodi pluries auditis agentibus, & procuratoribus, viſiſque videndis, & conſideratis conſiderandis, vnionem ipſarum cenſuerunt diſſoluendam. Quin etiam eccleſiæ ipſæ & ciuitates quę cõpetentes habebant Diœceſes, & vnaquæque proprium Præſulem, ac Paſtorem habere, exindeque melius, commodiuſq; à ſuo quoque Paſtore regi, gubernarique poſſet, vnde nos conſiderantes, quod ſi vnio prædicta perpetuo diſſolueretur, & litibus, diſcordijſque prædictis, indeque prouenientibus ſcandalis, & incõuenientibus opportunè obuiaretur, ac alias vtriuſque eccleſiæ, & ciuitatis perſonarum paci, & tranquillitati conſuleretur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod ſemper in vnionibus, & diſmembrationibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſt, vnionis, annexionis, & incorporationis, aliorumque præmiſſorum, ac inde exequutorum, & de neceſſitate, ſeu alias quomodolibet exprimendorum tenores, ac menſarum dictarum eccleſiarum, & cuiuſlibet earum fructus, ac illarum veros, & annuos valores, ac litium, & cauſarum ſuper quibuſcunq; prætenſionibus, ac vnionis, annexionis, & incorporationis prædictarum occaſione mortarum, & pendentium ſtatum, & merita, nominaque & cognomina iudicum, & collitigantium, nec non vera, & prætenſiones præſentibus pro expreſſis habentes, nec non omnes, & quaſcunque cauſas inter Communitates, & homines prædictos ſuper quibuſcunq; prætenſionibus, ac illarum, & vnionis, annexionis, & incorporationis prædictarum occaſione quandocunq; motas, & quomodolibet introductas, & indefinitas pendentes ad nos harum ſeri e aduocatis, illaſq; ac lites quaſcunque cum omnibus, & ſingulis ſuis incidentibus, dependẽtibus, emergentibus, annexis, & connexis extinguentes, & perpetuum ſilentium hinc inde deſuper imponentes, ex prædictis & alijs rationabilibus cauſis animum noſtrum mouentibus, præmiſſa cauſa, cogitatione, ac re maturè diſcuſſa, de venerabilium Fratrum noſtrorum eiuſd. S.R.E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu, vnionem, annexionem, & incorporationem de dictis Eccleſijs Brunduſin. & Vritan. tunc per obitum bo.me, Bernardini olim Archiepiſcopi Brunduſin. & Vritan. qui extra Rom. Cur. debitum naturæ perſoluit, Paſtoris ſolatio

A deſtitutis, alias, vt præmittitur factas, quarum tenorem haberi volumus pro expreſſo, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo diſſoluimus, itaut ex nunc de cætero ipſæ Eccleſiæ non amplius ſint, nec intelligantur vnitæ, ſed vnaquæque de per ſe, ipſaque Brunduſina Metropolitana, Vritana verò tantum Cathedralis remaneat, & nihilominus augmentum dotis eidem Eccleſiæ Vritanæ per eoſdem Communitatem, & homines dictæ ciuitatis Vritanæ ideo factam, vt illa Metropolitana, vt ipſi inſtabant, remaneret, ſeu fieret, ita etiam illis conſentientibus, iuſq; nominandi perſonas idoneas ad dictas ec-
B cleſias ſic olim vnitas, quod dicto Philippo Regi ex priuilegio Apoſtolico, cui non erat hactenus derogatum cõpetebat, ſibi, & ſucceſſoribus ſuis firma, & illæſa reſpectiuè perpetuò remaneant, ita vt de cætero idem Philippus Rex, & ſucceſſores ſui perſonas idoneas ad vnamquamq; prædictarum eccleſiarum, ſuper quarum fructibus antiqua penſio annua quingentorum ducatorum, ſeu ſcutorum, quam nos ſuper vtriuſq; fructibus pro cuiuſque rata ſoluendam eſſe volumus, certæ, ſeu certis perſonis eccleſiaſticis illam annuatim percipientibus Apoſtolica authoritate prædicta reſeruata reperitur, tam hac prima vice, quam quoties illas
C deinceps vacare contigerit, nominare poſſint, prout ipſe Philippus Rex ante vnionis huiuſmodi diſſolutionem ad ipſas eccleſias vnitas nominabat, ac nominare poterat, dictamq; Eccleſiã Vritanam Cathedralem remanentem Eccleſiæ Tarentinæ, & illius Archiepiſcopi nunc, & pro tempore exiſtentis ſuffraganeam conſtituimus, & aſſignamus. Inſuper prædictæ Eccleſiæ Brunduſinæ pro ſua Diœceſi vltra eam, quam prius habebat caſtra Celini, Guagnani, Salicis, Veliæ, & Leuerani . . . de ipſa Brunduſina Diœceſi non ſint, cum eorundẽ Caſtrorum diſtrictibus, territorijs, iuribus, & pertinentijs, ac incolis, & habitatoribus, illa à Diœceſi Vritana . . . de ea
D exiſtant, diſmembrando, & ſeparando eiſdem authoritate, tenore etiam perpetuo concedimus, & aſſignamus. Volentes, & dicta authoritate decernentes, ac mandantes, quod Decimæ, quas Eccleſia Brunduſina in territoria eccleſiæ, & ciuitatis Vritanæ vigore donationis Tancredi, ſeu cuiuſcunque alterius tituli prætendebat, eidem Eccleſiæ Vritan. ſaluæ etiam remaneant, nominaq; & dominationes caſtrorum, & locorum, quæ vnicuiq; dictarum ciuitatum Brunduſin, & Vritan. poſt vnionis, annexionis, & incorporationis huiuſmodi diſſolutionem remanebant in ſuis exinde conficiendis litteris exprimi, & ſpecificari, declarariq; poſſent, & deberent, non obſtantibus voluntate noſtra Apoſtolica, & quatenus opus ſit de iure quæſito non tollendo,

ac

A ac quibuſuis alijs Apoſtolicis, nec non etiã in Prouincialibus,& Synodalibus Concilijs editis, ſpecialibus,& generalibus Conſtitutionibus,&Ordinationib.ac dictarũ Eccleſiarũ, etiam iuramento roboratis ſtatutis, conſuetudinibus,priuilegijs quoque, indultis,& litteris Apoſtolicis, etiam illis, ac earũ Præſulibus, Capitulis, & quibuſuis alijs ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis,ac eum quibuſuis alijs derogatariarum derogatorijs,a͛ljiſq; efficacioribus,& inſolitis clauſulis,irritantibuſq; & alijs decretis etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac Conſiſtorialibus,& alias in contrarium quomodolibet conceſſis, con-
B firmatis,& innouatis. Quibus omnibus illorum omnium,& ſingulorum tenores pro expreſſis habentes ſpecialiter, & expreſsè derogamus,cæteriſq; cõtrarijs quibuſcunq. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ aduocationis,extinctionis, impoſitionis, diſſolutionis, conſtitutionis, aſſignationis, conceſſiónis, voluntatis, decreti,mandati,& derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri,& Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit
C incurſurum.

Datum Romæ in monte Quirinali, anno Incarnationis Domini 1591. ſexto Id. Maij. Pontif. noſtri anno Primo feliciter. Amen.

Antiqua, primaq; Cathedralis Vriani Epiſcopatus titulo SS. Criſanti,& Dariç ędificata fuit in eo loco, vbi nunc Arx ſpectatur, à Theodoſio Epiſcopo. Hæc,quæ nunç ſpectatur, intra ciuitatem Cathedralis nobili architecturæ artis ſchemate conſtructa Deiparæ Virginis titulo inſignitur, ac Sanctorum reliquijs nobilitatur,nẽpè SS.Sebaſtiani,Blaſij Epiſcopi & martyris, S.Apolloniæ virg. &mart. maxilla, S.Barſonulphi Diui tutelaris brachio, & oſſibus aliquot, S.Stephani Protomartyris, S.Laurẽtij mart. S.Claræ,S.Bartholomæi Apoſtoli,SS.Coſmæ
D & Damiani,S.Hieronymi Presb.SS.Criſanti & Dariæ, S.Catharinæ virg. & martyris, S.Andreæ Apoſtoli, duobus oſſibus SS.Innocentium,S.Caroli Borromei,& S.Philippi Nerij Florentini ex præcordijs. In hac Baſilica quatuor dignitatũ gradus ad ampliorem Dei cultum ſunt, Archidiaconatus, Cantoratus, Subcantoratus, Theſaurariatus. Canonicatus ſexdecim. Sunt in hac ciuitate duo Cœnobia, vnũ Sanctimonialium Ord.S.Benedicti, alterum Monachorum Cœleſtinorum, extra muros Monaſteria tria Mendicantium, S.Dominici, nempe, Conuentualium S.Franciſci, vbi B.Frãciſci Verrachini, Seraphici diſcipuli, integrum corpus aſſeruatur, & Ord. S.Franciſci de Paula ad eccleſiam S.Barſonulphi ciuitatis Patroni, ibi credunt ſacra eius lipſana iacere.

Diœceſis tres inſignes Collegiatas Eccleſias habet; in ijſdem,& qualibet earum in Oppidis Francauillæ, caſalis Noui, & Ceglię recenſentur dignitates quatuor, nempè Archipresbyteratus, Cantoratus, Theſaurariatus, & Succentoris cum Canonicis ſexdecim. In caſali nouo eſt Monaſterium Ord.S.Benedicti,in Francauilla Cœnobium Cappucinorum ad S.Caroli. Epiſcopatus hic ad Regiam eſt præſentationem, ad quẽ Italum natione Summo Pontifici præſentare tenetur. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus ſcentatorum Regni . . . taxatur in lib. Cameræ Apoſtolicæ flor. 400. Porrò Epiſcopi ante vnionem cum Brunduſina Eccleſia pauci ſunt, reliqui vſque ad ſeparationem eorundem ſupra in ſerie Brunduſinorum ſunt enarrati, reliqui ſequentes erunt ad hæc vſque tempora.

THEODOSIVS Epiſcopus Oritanus Cathedralem veterem SS.Chriſanti, & Dariæ titulo condecoratam ædificauit,in loco,vbi nunc Arx munitiua ſpectatur, in columna marmorea adhuc hi verſus leguntur ædificationis teſtes.

Hanc ædem Præſul ſtruxit Theodoſius almam

Dicito quæſo Deus, eſto miſertus ei.

Vixit Theodoſius temporibus, quando oſſa S.Leucij Beneuento Tranum delata ſun, *Interea,* inquit, *auctor tranſlationis Leucij. Theodoſius Oritanæ ſedis Antiſtes cum Beneuentano Pontifice caritatiuam inierat amicitiam. In cuius dilectione confiſus, petijt ab eo aliquantum partis pretioſi corporis. At ille petitioni eius ſatisfaciens, ſumma cum diligentia conceſſit quod fraterna deuotè caritas poſcebat, ſuſcipienſque tanti theſauri munus magna cum exultatione apud Brunduſium loco priſtino collocauit*: integra tranſlationis Acta retulimus tom.7. in Tranenſium ſerie Epiſcoporum. Qui ſequitur, primus eſt Vritanæ ſedis Epiſcopus, Tarẽtinæ Metropolis ſuffraganeus, poſt ſeparationem à Brunduſina Eccleſia.



1 VINCENCIVS Tuſus Neapolitanus, genere & moribus clarus ex Clerico Regulari Theatino, primus ex Regia præſentatione

tione à Clemente VIII. die 15. Iulij 1595. adſcitus eſt Epiſcopus Vritanus. De quo Sylos tom. 1. Hiſt. Cleric. Regul. hæc habet. Euexere ad hanc illum ſacerdotij dignitatem, cum ſua virtus, tum virorum Principum fauor, præſertim Ioan. Andreæ Doriæ Melphitanorum Principis, ac maris Præfecti, quem præſtanti quodam genere prudentiæ, ac ſuauitate morum ſibi deuinxerat. Vt Clericus Regularis adminiſtratis præclarè Religionis, ac Magiſtratibus, eximiæ integritatis, atque in agendo ſolertiæ ſpecimen dedit, ita poſtea, mutatæ vitæ inſtituto, in epiſcopales curas ingreſſus, atq; in omnem præſtantiſſimi eius muneris partem intentus, quæ Antiſtitem decent, ornamenta virtutum expreſſit munificè in moribus. Planè cum erudiri rudem ſacrorum populum oporteret, nulli pepercit ſtudio, ac operi, quin eius Religionem, pietatemq; expoliret. Eccleſiam ſuo ſenio laborantem reſtituit, ornauitq; ſumptu quidem non modico. Pontificiam iam idem domum adauxit, ac nobilitauit ſubſtructionibus ad Epiſcopi dignitatem, & commodum. Inter hæc ſui muneris ſtudia agentem mors intercepit anno ſæculari ſacro, Septembri menſe, abijtque ad pauciores, ſuorum laborum pretio donandus, ac ſepultus in ſua Eccleſia eſt inter Vritanos epiſcopos. Nec poſt multo ſcilicet Octobri eiuſdem anni menſe, fato conceſſit Siluester Tufus Vincentij germanus frater, Motulæ epiſcopus, ſuperſtite Ioanne Baptiſta horum germano fratre epiſcopo Acerrarum.

2 LVCIVS Fornarus nobilis Brundnſinus à Rege præſentatus, creatur ſecundus Vritanus Antiſtes ab Clemente VIII. die 26. Septemb. 1601. ſedit ann. 15. Hic Patres S. Franciſci de Paula admiſit in eccleſia S. Barſonulphi extra vrbis mœnia, vbi pijs Vritanorum eleemoſynis Cœnobium condiderunt.

3 DOMINICVS Rodulphus Neapolitanus Clericus Regularis Theatinus, vir bonus, quem Petrus Gironus, vt Sylos ſcribit, Dux Oſſunienſium, Neapolitanus Prorex, ea beneuolentia, ſtudioq; complexus eſt, vt nominari à Philippo III. ad Vritanum Sacerdotium petierit, ac impetrauerit. Is autem authoratus eo gradu die 27. Ianuarij 1620. ac deuexa admodum ætate in eas curas ingreſſus præter quandam indolis, morumq; probitatem, quam ſuis ouibus egregiè approbauit, impar ferẽdo grauiſſimo oneri videri potuit, quod tamen decennium tulit, ac propè octuagenarius Neapoli anno 1630. die Iulij menſis 15. deſijt eſſe inter homines, ſepultuſque eſt in Diuæ Mariæ Angelorum cœmeterio, è cuius Cœnobio euocatus ad Inſulam fuerat.

4 M. ANTONIVS Pariſius Syllacenſis, Rodulpho ſucceſſit 8. Kal. Decembr. 1631. ſedit an. 17 Deceſſit anno 1648. Hic ſacellum Beatiſſimæ Mariæ in Cathedrali conſtruxit, vbi antiquorum Tarẽtinorum Principum memoriam reuocauit, quorum munificentia ea eccleſia dicata fuit, ibi legitur inſcriptio hæc.

Antiqua Principum Tarentinorum inſignia è ruderibus Eccleſiæ ſelecta, quorum maiores eam latifũdijs ampliſſimisq; priuilegijs muniere, vt æmulatione gloriæ, & munificentiæ fideles adpietatem, preceſque excitentur. M. Antonius Pariſius Epiſcopus in Aede B. V. à ſe conſtructa repoſuit anno Domini

MDC. XXXXIV.

5 Fr. RAPHAEL Palma nobilis Neapolitanus Ord. Conuentualium S. Franciſci inſignis Theologus, ac verbi Dei declamator egregius, germanus frater Honuphrij, Regijs à conſilijs à Philippo IV. nominatus huius eccleſiæ epiſcopus delectus ab Innocentio X. die 20. Feb. 1650. commendatur maximè eius in pauperes charitas, & pro eccleſiaſtica diſciplina, & immunitate zelus, atque in exornanda eccleſia munificentia, quibus virtutibus pergit gregem ſibi commiſſum ad paſcua ſalutis adducere.

ITALIA SACRA FERD. VGHELLI

Abbatis Ordinis Ciſtercienſis.

PROVINCIA VIGESIMA.

SIVE

CALABRIA.

Vbi quatuor Metropolitanæ, ac Principes ſedes, cum earum ſuffraganeis accuratè deſcribuntur.

CALABRIAM veteres Græci pariter, ac Latini Salentinam Hydruntinorum oram dixerũt. At poſterioribus ſęculis Imperatores Græci Auſtralem [illegible] in ditione habentes Calabriam nomen illi parti impoſuerunt, quæ Bru[illegible]os Populos & magnam complectitur Græciā. Hęc omnium continentis Italiæ regionum [illegible] p[illegible]ſtrema eſt; quippe maximè omni[illegible]m [illegible] p[illegible]rrecta. At eadem Cæli iugi, a[illegible]ate temperie, & ſoli vbertat[illegible] amœni[illegible]que, deliciarum præterea omnium incredibili copia reliquas omnes, non modo Ita[illegible], [illegible] terrarum orbis regio[illegible]s l[illegible] ſuperat. Nec enim fœlix Arabia, aut Campania, nec Fortunatæ Inſulæ, nec i[illegible]a ipſa Palæ[illegible]inorum Terra melle, ac la[illegible] [illegible] huic poſſunt com-

A parari. Nam Arabia quidem ipſa ſi thuris, & aromatum odorata excipias mercimonia, nihil habet præterea, quod multum oblectet, quin potius arida, & ſiticuloſa eſt, ſic vt aquarum putei præſidiario milite tanquam theſauri cuſtodiantur. Fortunatę autem In[illegible]ulæ quid boni habeant noſtra explora[illegible] ætas, & Palæſtinam Iudæorum florētibus re[illegible]us diuina prorſus nō naturali virtute fœcundam fuiſſe docti conſentiunt; cum iam [illegible]ffęta, & aſpera atque arida conſ-
B piciatur. Cæterum Calabria perpetua cęli, & terræ benignitate vſa regionũ omniũ optima ſemper fuit, quod ex ip[illegible]o nomine percipi poteſt, à καλῷ enim ideſt bono, & βρύω quod eſt ſcaturio dicta eſt, quod ſcilicet bonis o[illegible]ibus ſcaturiat Herodotus lib. 1. ait, *N[illegible] vna Regio cuncta ſibi ipſi ſuppeditat, ſed aliud habens, alijs indiget, quæ tamen habet plurima, ea eſt optima.* Hac ergo ratione omniu Italiæ regionum optima eſt Calabria, qu[illegible] mortalibus eſt neceſſariũ ipſa per ſe felix abudè gignit, nulliſq; ad

ſcitiitijs bonis eget, ſed per ſe ſibimet ſuppe-
tit; quin etiam multa foras emittit. Eſt
autem vniuerſum Calabriæ ſolum felix, &
amœnum, non ſtagnis impeditum, ſed li-
berum, & herbi[illegible]um, ac proinde pabulis
ac[illegible]odatum, vbi Cerealium inaudita
fœcundi[illegible]s vi[illegible]t, & viui ac perſpicui fon-
tes emanant, & vt ſingula ceeenſeam, tellus
pulla eſt. Calabra autem arua pinguia
ſunt, & feraces campi, vbi cernere eſt ſi-
mul & mirari quam grandes ſegetes, no-
uales, & campi ipſi roſcidi emittant. Mon-
tes in eis ſunt frugiferi, & aprici, pingueſ-
que colles frugibus, vitibus, arboribus im-
pendio apti, ac benigno ventorum afflatui
expoſiti: valles amœnæ, & frugales. Extant,
& amœna, opacaue nemora ſingulari qua-
dam voluptate conferta, ſpirantibus vndi-
que ſuauiſſimis auris. Paſcula item, pabu-
laque ibi ſunt teneris heebis, ac floribus
virentia, perennibus riuis irrigata. Ac præ-
ter cætera prouenit ibi ſponte ſua Medicæ
herbæ ingens copia, qua armenta, ac gre-
ges ſaginantur. Hanc herbam è Media
in Italiam aduectam quidam aſtruunt,
ſed nempè in Calabria, et præſertim
Orientali tractu multis locis, quæ nunquam
vomeres ſenſere, neque ligones ſarculaue,
vltro naſcitur locis argilloſis. Quare opi-
nandum eſt cũ è Media allata eſt in Latium
ignotum fuiſſe Romanis in Calabria na-
ſci. Habet adhoc Calabria mirificas, ac
pulcherrimas ſyluas tum optimæ picis, &
reſinæ, ac terebintinæ feraces, tum pro-
ceris omnis generis arboribus, & aquis
frigidis refertas, & ad domorum tigna,
celiquaque vteuſilia, & nanium fabricam
aptas. Quamobrem in Pontificali hiſtoria
ſcriptum eſt Templi Vaticani tecta trabi-
bus ex Calabria aduectis reſtituta fuiſſe.
Sunt & in his ſyluis venationes, cum pæ-
ſtent cubilia feris. Sunt ſyluæ glandiferæ
ad porcos alendos, & vt ait Plinius quer-
cus bigena, quæ & latifolia appellatur à fo-
liorum latitudine: item robur, ilexque bi-
gena, quarum altera parua eſt, & coccum
fert. Eſculus præterea, fagus, cerrus, ægy-
lops, carilum vocant, hemeris, & haliſleos.
Hic glandiferæ arbores ferunt Agaricum,
qui fungus eſt candidus, odoratus, nocte
relucens. Naſcitur in Calabria è quercu
aculeatis ſpiculis, ſed tenellis erinacei
modo obductus, arnacem vocant accolæ,
quo in cibum vtuntur. Eſt & larix arbor
altiſſima montes amans folijs pini ſimili-
bus; quæ non de[illegible]un[illegible], [illegible]am ferens.
Habet præterea Calabria paſſim caſtaneta,
& ad mortalium vſum [illegible] a[illegible] alen-
dos o[illegible] Ad [illegible] nol[illegible]m her-
barum ad [illegible] c[illegible]piam pro-
ne[illegible], & paſſim ſpon[illegible] pla[illegible]tæ,
vt platanus, vitex, terebintus, [illegible]leander,
ſiliqua ſylueſtris, arbutus; item crocus ſyl-
ueſtris, rubea tintoria, glycyrrhiza, ideſt ra-

A dix dulcis, ſubera. Nec deſunt tepentium,
calidarumque ſcaturigines aquarum mor-
bis curandis opportunæ, frigidorum quo-
que laticum, dulciũ, leuium, & innoxiorum
ſcatebræ perſpicuæ paſſim erumpunt, quas
par[illegible] ipſa natura ad incolarum commo-
ditatem, & ſalutem comparauit. E[illegible]
etiam multis locis fo[illegible]s ſalſam aquam
manantes. Irrigatur & tota Calabriæ [illegible]
gio innumeris propè fluuijs, & his piſc[illegible]
lentis, quorum pluſquam centum & decem
nominatim recenſentur apud Barrium, quo-
rum quidam ad morbos depellendos præ-
ter cætera ſunt commodi. Mare quoque
Calabrum ex vtroque latere piſcoſum [illegible]
B varijs, clariſque piſcibus, thynnis, xiphijs, &
murænis fœcundum, multiſque locis c[illegible]
rallium optimum, album & rubeum n[illegible]
tur. Venationes autem, & aucupia no[illegible]
& varia in Calabria ſunt. Nam multi [illegible]
quadrupedes ſtabulantur, & [illegible]
cant, vt apri, cerui, ca[illegible], [illegible]
pes, lynces, lutræ, [illegible] vi-
uerræ, hiſtrices, [illegible] [illegible]dines t[illegible]
aquaticæ, tum terreſtres, glires; ex al[illegible]
bus externæ, pe[illegible]ices, coturni[illegible], ru[illegible]
culæ, gallinagines, palumbi, phaſia[illegible]
nices, turtures, turdi, me[illegible]æ, ficed[illegible]
Cæterum in Calabria aliæ antiquitus fuerunt ſedes Epiſcopales: Cerillus, vel Cer[illegible] Epiſcopatus memoratur in Later. Con[illegible]. ſub Martino Papa, vbi ſubſcripſit R[illegible]. Epiſcopus Ce[illegible]. Oreſtis [illegible]m, vel Ore[illegible] portus Plin. lib. 3. cap. 5. hodi[illegible] *P[illegible]glioſo* ſedem habuit e[illegible] [illegible] epiſcopus Ore[illegible] [illegible] do ſexta Roman[illegible] ſub S[illegible]ac[illegible]o Papa Ca[illegible]na vrbs epiſcopali[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]cto Anti[illegible] [illegible] ordinare non [illegible] [illegible] loc[illegible] [illegible] D. G[illegible] M[illegible] ſedem [illegible] Regienſi [illegible] 4. Reg[illegible]. [illegible] Lu[illegible] quæ tem[illegible] P[illegible] hoſtib[illegible] E[illegible] ad S[illegible] C[illegible] vt [illegible] go[illegible] L[illegible] h[illegible] [illegible] Sq[illegible] qu[illegible] [illegible]us, [illegible] a[illegible] C[illegible] ranz[illegible] & S[illegible] ac[illegible] [illegible] cernuntu[illegible] ad [illegible] ar[illegible] vbi [illegible] [illegible] Turris.

Nunc vero in vniuerſa Calabria ſunt ſedes Epiſcopales quatuor & viginti, ex iis vero quatuor Metropolitanæ, nempe Rhegi[illegible], Cuſentina, R[illegible]ſanenſis, S. S[illegible]eri[illegible]næ; de quibus omnibus ſeparatim agemus, & primo de iis, quæ in citeriori Calabria ſunt, de quibus ant[illegible]quam exo[illegible] [illegible] ipſa citeriori Calabria, quam ſuperiorem Brutiorum antiquum regnum appellant aliqua breuiter attingemus.

Calabriæ pars [illegible]a ad O[illegible] [illegible]git, & Sept[illegible] B[illegible]um, n[illegible] c[illegible] Su[illegible] a, pellatur, [illegible]æc ab Oc[illegible] mari [illegible] [illegible] ab [illegible] Græcia[illegible], [illegible] Ca[illegible] Sept[illegible] [illegible] attin[illegible], ab A[illegible] Fretum Siculum & Siciliam [illegible]at. Brutiorum autem gentis & nominis origo à Iuſtino [illegible]o p[illegible] Br[illegible] [illegible]um S[illegible] [illegible] va[illegible] [illegible] poten[illegible] ex[illegible] [illegible], & ad [illegible]um [illegible]. Nam [illegible]as [illegible]tates Græci no[illegible] [illegible] [illegible] quoque, [illegible] b[illegible], & pacem cum eis [illegible] fecerunt. Sypontum [illegible] Apuliæ vrbem Coloniam d[illegible]xerunt, vbique potentia floruerunt quatuor eorum liberæ ciuitates, [illegible] gina, [illegible], Crotonienſis, & Th[illegible]. P[illegible] bellum Punicum Annibalis, & Carthagi[illegible] excuſſo imperio in Romanorum [illegible]ate perp[illegible] fuerunt vſque ad Imperi[illegible] Romani [illegible]m. [illegible] porro fœ[illegible] [illegible] regi[illegible]s deſcribit A[illegible]alari [illegible] ad Seue[illegible]rum ap[illegible] Caſſiodor[illegible].8 Nunc vero hæc regio [illegible] habet ci[illegible] A[illegible]piſcopali titulo inſignitas [illegible] pro[illegible] [illegible] caput & [illegible] Epiſcopales vero [illegible] [illegible]m nempe, [illegible] C[illegible]anen[illegible]m, [illegible] [illegible] V[illegible]. In[illegible] [illegible] in autem C[illegible], & Terræ c[illegible] [illegible] ſexaginta. [illegible] Metropoli ſuffraga[illegible]s [illegible] Ma[illegible]ran[illegible]s Epiſcopus; [illegible] exempti [illegible], Sancti Marci, Bi[illegible]ia[illegible], & Caſſan[illegible], de primis d[illegible] [illegible] ſæpiſſimus in pr[illegible], inter Epiſcopos Ro[illegible] Po[illegible] [illegible] C[illegible]anen[illegible] [illegible] x lap[illegible] [illegible] mus, [illegible] B[illegible] [illegible] [illegible] n[illegible] c Cu[illegible] [illegible] dorum cauſa [illegible] Metrop[illegible] R[illegible] [illegible] Archiepiſcopa[illegible] [illegible] æ num habet ſuffraga[illegible]m, [illegible] C[illegible]iaten. Stran[illegible]ulen. [illegible]b[illegible]en. [illegible] R[illegible]ncnſi A[illegible] [illegible] am Metrop[illegible] agen[illegible]

CVSEN-

CVSENTINA METROPOLIS.

Cuius ſuffraganeus eſt.

Epiſcop. { Marturanenſis.



CVSENTIA, quæ [illegible] interioris [illegible] la[illegible], [illegible] vt ait Strabo, Brutiorum fuit Metropolis, in Mediterraneis inter Crathim, & Baſentum amnes [illegible] cliui loco ſita, Septentrionem ſpectans à Tyrrheno mari paſſuum mill[illegible]us duodecim, ab Ionio quadraginta diſtans, nobilis, antiqua, & diuitijs pollens, ſeptem circum collibus, ac creberrimis vndique pagis [illegible] nobilibus & opulentis habitatoribus plena. Hanc olim Auſonij vel Oeno[illegible] [illegible] Lucani condidere. Annibal Pœnus [illegible] expugnauit, ſed arte [illegible] Populi Romani rediit, vt ſcribit Liuius. R[illegible] labente Imperio Alaric[illegible] [illegible] chro, & Othonis [illegible] [illegible], quemadmodum Iornandes [illegible] Paulus Diaconus ſcriptum reliquerunt, poſt [illegible] expugnatam hinc profectus [illegible] [illegible] Gothi autem in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] atque eodem di[illegible] [illegible] deruut; quod fecit e Bar[illegible] ex[illegible] [illegible]ſſimi Italiæ Re[illegible] [illegible] Nam [illegible] [illegible] ne a [illegible] [illegible] om[illegible] [illegible] Otto C[illegible] [illegible] [illegible] Virum [illegible]

Cuſentia fuit an. à partu Virginis DCCCCLXXV. Iam vero Cuſentia, quod in vm[illegible] fere Calabriæ ſit, & rerum vbertate [illegible] ſede[illegible] regionis, [illegible] opera [illegible], cæteraque [illegible]ramenta. In C[illegible] agro poma bifera, ac trifera naſcuntur, auctoribus Varrone, & Plinio, fit vinum bonitate mirificum ex eodem Plinio; laudantur hortenſia, & Cuſentinæ intubi, ſatiuæ & braſſicæ, item coriandum, & fœno græcum, item caſtaneę. Secundum C[illegible] arcem, quæ vrbi imminet aurum, & argentum, plumbum naſci ferunt. Sunt in Cuſentino agro ſyluæ glandi[illegible], & picis, ac terebenthinæ feraces, arborum mira eſt frequentia, ac varietas. Nam alicubi pinaſtri frequentes [illegible] naſcuntur, alicubi [illegible] crebræ, alibi aliud arborum genus, [illegible] ita vaſt[illegible] [illegible] vt humanæ [illegible] diſtributæ videantur. E[illegible] ſylua hæc pulchrorum taurorum [illegible] frequens, & [illegible] natio[illegible] ac pabulis maximè accommodata. Naſcitur & hic ſila frutex ferens fructus [illegible] ſimiles, guſtu ſuaues [illegible] vocant. Naſcitur arbor [illegible] ferens ſimiles [illegible] [illegible] cœleſti. [illegible] Strabone authore, [illegible] eſt [illegible] [illegible] paſſuum. [illegible] & iuxta [illegible] opera [illegible], & [illegible] lapi[illegible] [illegible]. Cingitur etiā [illegible] caſtellis, atque pagis [illegible] quæ omnia [illegible] [illegible] ab Orientali [illegible] latere ad [illegible] mar[illegible]

mare quadraginta millium paſſuum longitudine protenſa. Quæ vallis Crathi fluuio nobili, & piſculento, alijſque plurimis, qui Crathi miſcentur amnibus eſt irrigua, ac rerum omnium vbertate referta, frumenti, ac ſiliginis, aliorumque fructuum ferax, omnis pretera generis pomis, ac potiſſimum caſtaneis inſititijs abundans. Fiunt item hortenſia non vulgaria ac vina electa, mella, lana [illegible], goſſipium, ſeſama clara, ac paſſim manna legitur. Sunt & ſyluæ glandiferæ, & laeta pa[illegible] ac in planis aucupia, in montibus venationes perpulchræ fiunt. Cuſentia lumen Euāgelij hauſit Stephano Rhegino Epiſcopo Apoſtolorum diſcipulo prædicante [illegible] Paulus, vt Chriſtianæ fidei fines extenderet, legauit ad Brutios eorumque Metropolim Coſentiam, cui & proprium [illegible] buiſſe Paſtorem vetus ad poſteros deriuata traditio narrat. Cu[illegible]m vna [illegible] ex antiquioribus ecc[illegible] Regni Siciliæ ſcribit Innocentius III. Pontifex Max. in [illegible] la ad Archiepiſcopum C[illegible] Siciliam [illegible] Regni Neapolitanu Pontifex [illegible]git. D[illegible] us ſcripſit epiſt. 47 lib. 7 Ind. 2. ſalutis anno 59[illegible]. Iulianus Epiſcopus Cuſen[illegible] fuit Synodo Conſtantinopolitanæ [illegible], quæ ſub Agathone Papa ce[illegible] ulſſe aliquando, epiſc[illegible] Archiepiſcopo Salernitano obnoxium ſcribit Gaſpar Muſcæ in lib. de Epiſcopis S[illegible]tanis in Alfano primo quod habeta[illegible] ex bullis Ioannis XV. anno 9[illegible]. & S[illegible] IV anno 101[illegible] quas [illegible] Ar[illegible] lernit[illegible] dedimus. A[illegible] pa[illegible] ro ſede, quo anno, & à [illegible] Romano Pont. Cuſentina [illegible]ſtituta ſit non conſtat; habemus tamen ante annum 1056. illam huiuſcemodi dignitate exornatam fuiſſe [illegible] eo anno Petrus [illegible] Archi[illegible] [illegible] t Lupo Protho[illegible] pata. ſu[illegible] frag[illegible] h[illegible], & [illegible], Ma[illegible] turan[illegible]m Epiſcopum [illegible] Metropolis & Siſillæ R[illegible] [illegible] cum maximorum priuilegi[illegible] dives eſt, cuius annui redditus a[illegible] [illegible]a ducatorum aſ[illegible], & tax[illegible] in lib. Cameræ Apoſtolicæ ad florenos 600. Metropolitana Baſilica titulo D[illegible] Vi[illegible] Aſſ[illegible] [illegible] eſt a[illegible], & [illegible] ro, organi, cœmiteri[illegible] ſt[illegible] [illegible] A[illegible] & fa[illegible] [illegible] maximam Nicolaus [illegible] ſter[illegible] Mo[illegible] nali[illegible] [illegible] edi[illegible] [illegible] P[illegible] con[illegible] 1[illegible]2 Euan[illegible] S. [illegible] C[illegible]

Hic aſſeruantur [illegible] Sanctorum reliquiæ, al[illegible] Gregorij Nazianzeni, brachium Martini Epiſcopi, brachium Hippolyti, & brachium B[illegible] A[illegible] b[illegible] tis [illegible] B. [illegible] fru[illegible] Crucis Dominicæ, & crucis Andreæ Apoſtoli. Bod[illegible] qui fuit vnus [illegible] duobus diſcipulis eſt & ampula c[illegible] San[illegible] [illegible] In a[illegible] de Cruce Domini, d[illegible] B. M[illegible] [illegible] S. Ioann[illegible] E[illegible] hio [illegible] Apoſtoli. It[illegible] m[illegible] Annæ, Simeonis, I[illegible] Ma[illegible] E[illegible] [illegible], Step[illegible] [illegible] D[illegible] Areopagitæ, [illegible] C[illegible], S[illegible] & Damiani [illegible] B[illegible] Blaſij, L[illegible] A[illegible] Martini, Nico[illegible], [illegible] [illegible] Mariæ M[illegible] [illegible] [illegible]næ, Agathæ, Luciæ, Euſemiæ, [illegible] cum qua [illegible] In [illegible] M[illegible] [illegible] Z[illegible] A[illegible] t[illegible] ta, [illegible] ta [illegible] Papæ, D[illegible] Po[illegible] ta[illegible] S[illegible] [illegible] Ma[illegible] A[illegible] A[illegible], Com[illegible] & [illegible] In a[illegible] A[illegible] [illegible] P[illegible] & A[illegible] [illegible] ſacra [illegible] t. Fruſta Crucis Dominicæ [illegible] P[illegible] Apoſtoli, reliquiæ Pauli, Andreæ, Iacobi, Philippi, Matthæi, Ma[illegible], & Bartholomæi Apoſtolorum. Cl[illegible] a B[illegible] R[illegible]manorum [illegible] Chry[illegible] C[illegible] & C[illegible] [illegible] Bo[illegible] Arch[illegible] Mercurij, Chriſtophori, Georgij, Da[illegible] Vic[illegible] He[illegible] Au[illegible] Tiburtij, Pan[illegible], L[illegible] [illegible] Agnes, [illegible] etiam G[illegible] Papæ. Adc[illegible] [illegible] a[illegible] p[illegible] D[illegible]is. Sacris in hac Baſilica miniſtrantibus [illegible] fere octoginta [illegible] is ſunt Canonici viginti, è quibus [illegible] dignitate emi[illegible], & ex Apoſtolica conceſſione [illegible] to cappa [illegible] pelliceo etiam, & [illegible] ferica, al[illegible] [illegible] & p[illegible] D[illegible] ab A[illegible] Ca[illegible] offi[illegible] [illegible] [illegible]mator [illegible] & p[illegible] [illegible] [illegible] tam ger[illegible] ſuc[illegible] [illegible] omnia offi[illegible] [illegible] Sunt [illegible] quin [illegible] & C[illegible] [illegible] m[illegible] ex[illegible] [illegible] ter[illegible] iam.

tiariam. Eorum præbendæ tenuiſſimæ sũt, & duodecim ducatos non ſuperant; Hebdomadarij in tres diſtincti claſſes, quinque pro Miſſa, quinque pro Euangelio, quinq; pro epiſtola decantandis tenentur quotidie deſeruire; Miſſæ vero parnæ multæ quotidie in hac eccleſia celebrantur.

Ædes autem Archiepiſcopales perampl{e} prope Metropolitanam Eccleſiam Cardinalis Pallotti Archiepiſcopi ſumptibus lapideis gradibus, & porticu arcuato opere ornatæ ſunt, In ciuitate Cuſentina Parochialis Eccleſia præter Metropolitanam nulla; hic enim Cappellanus perpetuus duobus coadiutoribus Presbyteris totius ciuitatis animarum curam gerit. Eccleſiæ ſine cura ſunt quindecim, Monaſteria erant virorũ ſeptem, nempe Auguſtinianorũ, Dominicanorum, Carmelitanorum, Franciſcanorum, Obſeruantium, Conuentualium, Cappucinorum, & Minorum, Collegium Societatis Ieſu ad Iuuentutem bonis artibus, & moribus informandam; extra vrbem Ciſtercienſium vnum, quod Scalzatorum vocabant, in quibus omnibus ſupra centum ſeptuaginta Deo famulabantur. Sanctimonialium Cœnobia tria, in quibus Ancillæ clauſtri fere ſeptuaginta. Eſt etiam erecta pia Domus, in qua recipiuntur virgines, quæ verſantur in diſcrimine admittendæ virginitatis; & domus hoſpitalis pro infirmis curandis, & pueris expoſitis alendis annui cenſus 1200. ducatorum; eſt, & mons pietatis, & laicorum ſodalitia ſexdecim, qui varia pietatis opera exercent, & ſingulæ ſuum Cappellanum habent, qui in Dominicis feſtis, in ipſius Oratorijs celebrat, Euchariſtiæ ſacramentum Confratribus adminiſtrat. Familiæ ciuitatis ſunt ſupra duomillia.

Cuſentiæ in templo Minorum quieſcit corpus D. Ioannis eiuſdem Ordinis Cœnobitæ, Cuſentinus etiam fuit Theleſphorus Presbyter, & Eremita, vir non mediocriter doctus, & ſanctimonia, ac ſpiritu prophetico præditus, qui floruit circa annos Domini 1356. Floruit in hac vrbe Lucas Ord. Ciſtercienſis Monachus miræ ſanctitatis, & eiuſdem ciuitatis Archiepiſcopus, qui hiſtorias ſcripſit: Ianus Parralius poeta item & orator clariſſimus à magno Iacobo Triuultio ſexagenario ſũmæ dignitatis viro adiri, & audiri Mediolani ſolitus, & à Leone X. in Romanum gymnaſium accitus, cuius extant commentarij in Horatium, Ouidium, & Claudianum, & in epiſtolas Ciceronis ad Atticum Aldi Manutij nomine falſo editas; Cuſentini item fuere Cæſarij duo pater, & filius, quorum multa extant carmine, & ſoluta oratione edita monumenta; ex eadem ciuitate fuere Antonius, & Bernardinus Teleſij, ille orator, & poeta, hic philoſophus præſtantiſſimus, vt indicant libri de naturæ principijs contra Ariſtotelem ab eo conſcripti. Fuere & Petrus Paulus, & Flaminius Pariſij Iuriſconſulti, ille Cardinalis, hic Epiſcopus Bituntinus, & Coriolanus Martiranus, epiſcopus S. Marci, vtraque lingua eruditus, Sertorius Quatromani, Ioannes Paulus Aquinus, Iulius Caualcantes, & Fabius Cicala; magni nominis philoſophi, Ioannes Baptiſta Ardomus, & Coſma Morellus poetæ non ignobiles.

Diœceſis Cuſentina continet oppida quadraginta, pagos quinquaginta ſex, partim Regi, partim Dynaſtis ſubiectos, qui in viginti duas Præturas, ſeu corpora ſunt diſtributi: horum primum Paula ſancti Franciſci Minimorum Fundatoris celebris patria ab Oenotrijs condita, vt ex Stephano obſeruat Orcelius; eſt autem ſita in agro Brutiorum. à Meridie mare inferum, ſeu Tyrrenum ſpectat, à quo non procul eſt, quadringentis paſſibus vtrinque à Blanda, & Amantia ſexdecim milliaribus diſtans, totidemque à Cuſentia Metropoli. Vino celebratur, & ſerico, quibus abundat. Ciuitatis iure donata eſt à Philippo II. Rege Hiſpaniarum ſub dominio Marchionum Spinellæ familiæ nobiliſſimæ. Aliqua ibi Cœnobia religioſorum, ac nobile Societatis Ieſu Collegium ab Marchionum Forcaldorum pietate exædificatum. Secundum Caſtorinum oppidum amœno loco in arduo colle ſitum. Nec longe ab hoc eſt Zompanum oppidum. B. Franciſco venerandum, hic S. Vir militauit Chriſto ſub habitu Eremitarum ſancti Auguſtini, eius corpus Suberati iacet. Sequuntur Lapanum, Rubetum, Celicum, Ioachimi Abbatis Ciſtercienſis Ordinis, ac Florenſis Congregationis inſtitutoris patria. Is ſpiritu intelligentiæ diuinitus præditus plurima de futuris temporibus ſcripta reliquit, & ſanctitatis fama poſteritati commendatus eſt, quamuis enim nonnulla eius nomine ſint edita, quæ ſuſpicionem hæreſis inducerent, facile ab omni calumnia ſe vindicauit ipſemet cum ſua omnia ſcripta, & ſcribenda Rom. Pont, correctioni ſubiecit. Migrauit ad dominum an. 1202. Iacet in Monaſterio Floris à ſe conſtructo, & ſuæ diſciplinæ hæredes reliquit viros ſanctimonia claros, Pereginum, Bonatium, Lucam, qui poſtea fuit Archiepiſcopus Coſentinus, Gerardum, & Ioannem Abbates, Nicolaum, Mattæũ, qui poſtea fuit Epiſcopus Geruntinus, Rogerium Petrum, atque Nicolaum, de quibus omnibus egimus in lib. quem ſcripſimus de viris Illuſtribus Ord. Ciſtercienſis. Poſt Celicum Sparzanum eſt; inde Pedagium, Petrafitta, Aprilianum, vbi cultri, & ſclopi ferrei fiunt, Fighinum Maugorum, Rubbianum, Carpancianum, Scyllanum, cuius incolæ pectinibus conficiendis, & lanificio vacant. Nam & aulæa, & tapetia texunt, inde Altilia, Crepiſitum, vbi naſcitur

ſcitur

ſcitur lapis ſpecularis, Maletum, Paternum Epiſcopali quondam ſede nobile. Depinianum cuius incolæ æneis vaſis conficiendis dant operā; inde Teſſanum, Bonitium, vbi calchanthum naſcitur. Per omnia autem loca generoſa vina fiunt, & lina nobilia. Supra Cuſentiam ſunt oppida Menecina olim Pandoſia, Catoleum; Domanicum, & ad mare oppidum fluminis frigidi, Antonij, Boni & Franciſci Maiorani ſociorum Beati Franciſci Paulitani integerrimæque vitæ virorum patria, ſunt in hoc agro pagi Longoburgum nunc Longobardum, ſeu Longobardi ex quò fuit Archangelus itidem ſocius Beati Franciſci Paulitani, & ſanctiſſimæ vitæ vir. In hac ipſa Diœceſi eſt oppidum Guardiæ itidem oppidum ſancti Sixti.

Prouincia Cuſentina per citeriorem Calabriam late protenditur plures epiſcopatus complexa; cæterum, vt diximus vnus duntaxat Marturanenſis hanc Metropolim agnouit, reliqui exempti appellantur. Cuſentiam tamen Metropolim Synodorum cauſa conueniunt, & nuper Concilio Prouinciali ibidem affuerunt. Qui autem Cuſentinam rexerunt eccleſiam infraſcripti Præſules ſunt, quorum ſeriem ex varijs monumentis eruimus, nec ſine magno labore concinnauimus.



1 PALVMBVS Cuſentiæ Epiſcopus florebat anno Chriſti 599. ad quem extat Magni Gregorij epiſt. 47. lib. 7. Ind. 2.

2 IVLIANVS Concilio Conſtantinopolitano interfuit ſub Agathone Papa anno 680. Poſt hunc per aliquot ſæcula nomina Epiſcoporum deſiderantur.

3 ROFREDVS Cuſentinus Epiſcopus intereſt Synodo Romę celebratę à Zaccharia Papa anno ſal. 743. apud Baronium in recenſione Præſulum qui interſuerunt Synodo Aufredus Tarentinus vocatur, ſed cū ipſe ingenuè fateatur, Epiſcopos, qui ſubſcribuntur mendoſiſſimè recenſeri in pluribus quæ viderit exemplaribus, placuit exſcribere, quos vetuſtiſſimus codex Bibliothecæ Caſſinenſis litteris Longobardis conſcriptum notauit. *Aufridus Coſentia 1.*

4 ISELGRIMVS Epiſcopus Cuſentinus cum Godelperto Abbas S. Vincentij de Vulturno quaſdam commutationes fecit ex Chron. S. Vincentij de Vulturno lib. 4. Godelpertus obijt anno 920. paulo ante epiſcopus Iſelgrimus florebat.



5 PETRVS huius Eccleſiæ Archiepiſcopus à Leone IX. Papa creatus ſub eodē defunctus anno 1056. teſte Lupo Protoſpata in Chron. Neſcitur verò, an Petrus iſte primus fuerit omnium Archiantiſtitum Cuſentinæ Eccleſiæ, an vero alius eum præceſſerit, & quo præcisè anno, quibuſue ſolemnijs facta ſit prima ipſius Metropolis fundatio, ac inſtitutio; cenſetur tamen mutatio hæc ſub Gregorio IX. vel paulo ante accidiſſe.

6 ARNVLPHVS, qui & Rodulphus dicitur Normannorum ſanguinis perilluſtre germen ante annum 1092. Archiepiſcopus Cuſentinus creatus ſummam aliquādo gratiam Rogerij Calabriæ & Siciliæ Ducis collegit, cuius donationi factæ Eccleſiæ Catanenſi ſe ſubſcripſit anno 1092. Ind. 15. 5. Id. Decembris, exemplar conſcripſit, & edidit Rocchus Pyrrhus in notitia eius eccleſiæ. Confirmationem oppidi S. Lucidi, olim ſuis anteceſſoribus ab eodem Rogerio Duce elargiti obtinuit anno 1093. Autographi exemplar extat in Archiuio Canonicorum in hac verba.

In nomine ſanctæ & Indiuiduæ Trinitatis.

Ego Rogerius Dei gratia Dux Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ confirmo & ſtabiliter largior, & dono tibi Domino Arnulpho Archiepiſcopo tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum quidquid pater meus tuis prioribus Archiepiſcopis Eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis Mariæ Cuſentiæ gubernantibus dedit, ſcilicet omnem decimationem victualium

ctualium & beſtiarum , & omnes Eccleſias veſtri epiſcopatus cum Presbyteris tam Græcis, quam Latinis , & cum omnibus rebus eis pertinentibus filijs deniq; atq; hæredibus eorum , & caſtellum ſancti Lucidi cũ omnibus rebus ſibi pertinentibus . Item de Minſiuoio inde eius pertinentijs ſimiliter iterum nouiter concedo tibi, & dono Domino Arnulpho Archiepiſcopo eandem ſanctam Mariam Eccleſiam regenti, tuiſq; ſucceſſoribus cunctas leges ſpiritualiter tibi pertinentes iure eccleſiaſtico , & decimas omnium ſolidorum iudiciorum,ac tributorum . Hæc omnia inſraſcripta confirmo , & ſtabilio , vt omni tempore firma, & inconcuſſa permaneant . Quicumq; vero hoc noſtrum præceptum temerario auſu violare præſumpſerit ſtratigus videlicet, ac vice Comes , Troncarem , plazearum ſe noſtræ Curiæ decem libras auri puriſſimi ſciat compoſiturum , atq; ſit maledictus, & excommunicatus à Deo Patre Omnipotente , & ab omnibus Sanctis eius. Et vt hæc noſtra conceſſio permaneat . Petro noſtro nomine ſcribere præcepimus .

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo nonageſimo tertio,Ind.1.Kal.Aprilis .

Ego Rogerius Dux .
Ego Robertus filius Roberti Ducis.
Ego Formundo de Ruſiano .
Ego Melinoſtona .
Ego Marinus Imperialis Magiſter atque Stratigo .
Ego Baldninus .
Ego Richardus filius Triſtain.

Arnulphus is ille eſt Archiepiſcopus Cuſentinus , qui cum poſt aliquot annos , vt Petrus Diac.lib.4.cap.49.Chron. Caſſinen. narrat , eiuſdem Rogerij indignationem incurriſſet ab ipſo è ſede ſua turbatus,coactus fuerat Monachus fieri Caſſinenſis Cœnobij , ſed ille diu iniuriam paſſus , iamq; defuncto Rogerio , in Ceperani Synodo à Paſchali Papa II. celebrato , aduerſus eundem Comitem conqueſtus eſt de violentia ſibi illata , iniuſtaq; eius depreſſione . Vbi vero Paſchalis ad Caſſinenſem Abbatem pertinere ex priuilegio iſta cognouit , per eum quæſtionem dirimi voluit, qui ad pedes Pontificis veſtes Monaſticas deponi iuſſit , ſic liber eſt permiſſus abire . Reuerſus ad ſuam Eccleſiam, in gratiam Guillelmi Ducis Rogerij filij deinde illum rediiſſe fatendum eſt, cum ab ipſo , quæ pater eius eidem & Eccleſiæ Cuſentinæ olim conceſſerat , nouo priuilegio exornatus , confirmationem accepit anno 1113. ab Incarnatione, qui 1114. erat à natiuitate , quo anno celebrata eſt Ceperani Synodus apud Baronium. inſcriptum eſt autem indultum eo verborum tenore , quæ ſequuntur ex tabulario eiuſdem eccleſiæ deſumpto .

A

B

C

D

In nomine ſanctæ & Indiuiduæ Trinitatis.

Guillelmus diuina fauente clementia Dux Rogerij glorioſi Ducis hæres & filius .

Nos ab omnium conditore , & gubernatore dignas mercedes credimus accepturos ſi ſanctis , & venerabilibus locis curam impenderimus, & quod ab eorum cultoribus poſtulati fuimus bono,& ſincero animo præbuerimus. ob amorē ergo Regis cæleſtis per quem ſubſiſtimus & regnamus, propter redemptionem etiam animarum ſupradicti patris mei , & aui mei Roberti magnifici Ducis , aliorumque noſtrorum parentum , ſed & propter noſtram ſalutem poſtulationibus Domini Arnulphi venerabilis Archiepiſcopi ciuitatis noſtræ Cuſentiæ digne aures accomodantes , cōcedimus & per hoc noſtræ Ducalis poteſtatis ſigillū confirmamus eadem in honorem Dei Genitrix Mariæ conſtitutæ in eadem ciuitate Cuſentiæ , & eidem Domino Arnulpho venerabili Archiepiſcopo eiuſq; ſucceſſoribus in perpetuum habendum , & poſſidendum in perpetuum quicquid ſupradictus pater meus R.Dux eidem eccleſiæ,& ipſi Archiepiſcopo ſuiſque prioribus Archiepiſcopis dedit , & ſuum per ſigillum firmauit ſcilicet omnes decimationes, victualium,& beſtiarum ouilrarum,& omnes ecleſias ipſius epiſcopatus, quæ Diœceſis iuri pertinentes cum Presbyteris tam Græcis , quam Latinis, & cū omnibus rebus eis pertinentibus, & filijs atq; hæreditatibus eorū,de Mooticioo quoq;& eius pertinentijs ſimiliter tibi concedimus.Cōcedimus etiam tibi cunctas leges ſpiritualiter ſibi pertinentes iure eccleſiaſtico, & decimas ſolidorum de Iudæia videlicet, ac tributis , ſeu de quibuſcunque noſtro iuri pertinentibus ſcilicet iam dictæ ciuitatis etiam , & de plateis : hæc itaque omnia ſicut ſupraſcripta ſunt ita tibi concedimus , & confirmamus , vt omnia tempore firma, & inconcuſſa permaneant, quēadmodum iam dictus pater meus tibi dedit , & per ſuum ſigillum firmauit . Prætera pro redemptione animarum ſupradicti patris mei bo.mem. & aui mei atque aliorum noſtrorum parentum , & pro noſtra ſalute damus iam dictæ eccleſiæ ſanctę Mariæ Archiepiſcopatus Cuſentiæ,& ſupranominato Domino Archiepiſcopo ſuiſque ſucceſſoribus, & concedimus iure perpetuo habendos , & poſſidendos hos villanos in caſali ſpeciaoi Ioannes Curator , Andreas filius eiuſdem , Letus Ruſſo , Petrus nepos eius Nicolaus de vinerc,Michael de caſule. Ioannes Congus, voto de ſuetetali, Petros triginda Dēmonum,Andreas de Benedicti ,

R Bon-

Bonfilius de Votouoleanus. In caſali autem Lappani ſunt iſti Bonus Magiſter miles, Ioannes Gouiſi, Michael de Ruſſimanni, Ioannes de Stephano, Ioannes Beſinianen. Talaricus cum filijs, & hæredibus, & pertinentijs eorum commorantes in hijs duobus caſalibus. Et vt hæc omnia, vel ſupradicta leguntur à nobis noſtriſque hæredibus, vel ſucceſſoribus ita firma atque inuiolabilia ſtabilimus, vt nullus aliquot hæredum noſtrorum, vel ſucceſſorum, nullus Stratigotus, vel Vicecomes, aut Iudex nullus quilibet noſtræ reipublicæ miniſter nulla quælibet magnifica, paruaque perſona, quocumque tempore audeat violare, ſed ipſa eccleſia, & idem Dominus Archiepiſcopus eiuſq; ſucceſſores ex iure quieto habeant & poſſideant ſiue omni humanæ perſonę contrarietate. Si quis autem huius noſtræ conceſſionis, & confirmationis quocumque tempore violator extiterit; ſciat ſe compoſitutum auri puriſſimi libras viginti, medietatem Curiæ noſtræ, & medietatem ipſi iam dictæ eccleſiæ, ſine ipſius paginę qualibet infirmatione. Quam vt firmiter obſeruetur Ioanni noſtri Notarij ſcribere pręcipimus, & noſtro cum ſigillo inſigniri iuſſimus.

Anno Dominica Incarnationis milleſimo centeſimo tertio decimo, Ducatus autem noſtri ann. 2. Menſe Febr. 6. Ind.

Ego Guillelmus Dux me ſubſcripſi.
Ego Richardus Seneſcalcus me ſubſcripſi.
† *Signum crucis propria manus Dragonis Abbanelli.*
† *Signum crucis ex manu propria Guidanäi de Orber.*

Arnulphus deinde ann. 1127. obtulit Beato Benedicto, & eccleſiæ Caſſinenſi, teſte Petro eodem Diac. cap. 88. Eccleſiam in Pruda cum ſuis pertinentijs, & anno 1129. Kalen. Febr. Panormi cum alij Regni Prælatis coronationi Rogerij Regis apud Rocchum Pyrrhum ex Chronica cuiuſdem ſuſpectæ fidei Maraldi. Nulla deinceps, eius extat memoria, Intrepidi animi fuiſſe Arnulphum opus eſt aſſerere, quippe qui qua fortuna, qua fortitudine Rogerij Ducis ſæuitiam confundere, & ſibi Vuillelmi filij conciliare, eccleſiamque ſibi commiſſam ſupra ſexaginta, & amplius annos vario euentu viriliter habenas ſuſtinere, incertum tamen quo fato quoue anno & die obierit.

7 RICHARDVS Archipræſul erat anno 1166. de quo aliud nihil, quam repertum nomen habetur in faſtis eccleſię. Defunctus circa annum Domini 1168.

8 SANCTIVS Cuſentinam eccleſiam regebat an. 1169. menſe Septemb. Ind. 2. ex monumento eiuſdem Eccleſiæ tranſumpto ab autographo iuſſu Opizonis Archiepiſcopi in hæc verba.

Ego Riccardus Notarius de mandato Domini Obizonis venerabilis Cuſentini Archiepiſcopi quoddam inſtrumentum à Iudice Iacobo de Calico exhibitum tranſumpto, cuius tenor talis eſt. Anno Dominica Incarnationis milleſimo centeſimo ſexageſimo nono menſe Septemb. 2. Ind. anno vero Dom. Guillelmi Dei gratia magnifici, & glorioſiſſimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, filij quondam glorioſi Regis Guillelmi, tertio feliciter. Amen. Quoniam de Inſtitutione redditus, quem Notarius Maurus de Calico matri Eccleſiæ Cuſentinæ ſedis annuatim ex eius perſoluendus hominio, litigium apud eandem Eccleſiam vertebatur, ac ab hoc modo conſurgeret maius inde litigium, & cauſa effugiendi litem & contentionem, & vt idem Notarius Maurus impetrando veniam ab eadem Eccleſia ſemper ineſt miſericordia, redditum cum patientia redderet, & quem diu prædicta Eccleſia vtile ſeruitium exercuerat. Ideo ego Sanctius Dei gratia Cuſentinæ ſedis Archiepiſcopus conſilio, & aſſenſu Capituli noſtri conſtituimus, & concedimus tibi prænominato Notario Mauro de Calico homini noſtro, vt tu, & tui hæredes ſingulis annis nobis, vel noſtris ſucceſſoribus, ſolidum vnum tantum reddatis, & tibi, vel tuis hæredibus nullum ſeruitium, vel alium redditum nos, ſeu noſtri ſucceſſores quæramus. Si autem aliquis aliquando adueniente tempore tibi, vel tuis hæredibus hanc noſtram conceſſionem, & inſtitutionem temerario auſu infringere voluerit, & eam non obſeruauerit, vinculo anathematis innodetur, & æternæ mortis caſibus mancipetur. Pro tua vero tuorumque hæredum ſecuritate Alexandro Notario ſacri Epiſcopij, totiuſque Cuſentiæ taliter hanc carthulam noſtræ conceſſionis ſcribere iuſſimus per menſem, & Indictionem ſuper not.

Ego Sanctius Dei gratia Cuſentinus Archiepiſcopus me ſubſcripſi.
Ego Guido Decanus teſtis ſum.
Ego Mameebus Theſaurarius.
Ego Philippus Canonicus.
Ego Richardus Canonicus.
Ego Philippus Canonicus me ſubſcripſi.
† *Ego Obizo Archiepiſcopus Cuſentinus prædictum inſtrumentum tranſcribi feci, & huic tranſumpto per omnia ſimili ſubſcripſi.*
† *Ego Ioannes Archidiaconus Cuſentinus, viſo, & perlecto authentico huic ſcripto ſubſcripſi.*
† *Ego Guillelmus Cantor Cuſentinus, viſo, & lecto authentico, huic tranſumpto ſubſcripſi.*
† *Ego Guillelmus de Pollino Cuſentinus Canonicus viſo, & perlecto authentico, huic tranſumpto ſubſcripſi.*
† *Ego Ioan. de Alais Cuſentin. Canonicus, viſo, & perlecto authentico, huic tranſumpto ſubſcripſi.*

Ego Thomas de Matera Canonicus Coſentinus viſo, & perlecto authentico, huic tranſumpto ſubſcripſi.

9 RVFFVS claræ memoriæ Præſul confeſtim Sanctio ſubſequutus eſt circa an. ſalutis 1170. teſtis fuit in quodam priuilegio Guillelmi Regis anno 1171. Interfuitq; Lateranenſi Concilio Præſide Alexandro III. anno 1179. cum Michaele Marturanenſi ſuffraganeo, cui ſubſcripſit. Qui quidem Ruffus, creditur eximiè ſediſſe annis 14. inde obijſſe anno 1184. & ritè quidem hic calculus cum Anonymi Caſſinenſis Monachi Chronica cohæret, quæ Ruffi miſerabilem vitæ finem hiſce verbis commemorat. *Anno 1184. Nono Kal. Iunij Terræmotus adeo magnus, & terribilis fuit per totam Calabriam in valle de Grati, & vallem de Sinu Eccleſiæ omnem, & omnia ædificia murorum corruerunt. & Rufus Cuſentinus Archiepiſcopus, & multi alij ſub murorum præcipitio ſuffocati ſunt.* Pro Ruffi exitu mirandum quomodo Ioannes Pitſeus, qui de Scriptoribus Angliæ ſcripſit, & Rodulphus de Duceo Lindonenſis Decanus in imaginum hiſtoriarum libro, ſtatuerint Herebertum Hoſchomum Anglum in Medelxaſia oriundum virum pium, & eruditum in Italiam profectum aſſenſu Regis Guillelmi Cuſentinum Archiepiſcopatum accepiſſe, ibidem anno 1185. ex terræmotu ſub ruinis Cathedralis vna cum toto Clero, familia ſua, maximaque ciuium parte obrutum diem ſuum obijſſe: cum hæc anno antea id accidiſſe Ruffo Anonymus Caſſinenſis tradat, eodemque anno ſucceſſorem accepiſſe Petrum ex tabulis eiuſdem Eccleſiæ habemus. Suſpicatus aliquando ſum Ruffum, & Herembertum fortaſſis vnum, & eundem eſſe, ſed coniectura illa vacillabat cum in monumentis, & ſubſcriptionibus Ruffi nunquam Herembertus legatur. Vixit ijs temporibus, ac longo tempore Compſanam Eccleſiam rexit Herembertus Præſul ſanctiſſimus Guillelmi Regis familiaris qui & ipſe Lateranenſi Concilio ſub tertio Alexandro interfuit anno 1178. quem alij Anglum, alij Hiſpanum fuiſſe tradunt, cuius venerabile corpus hoc noſtro ſæculo in ea Cathedrali inuentum, miraculis corruſcauit, de quo Ferrerius in Catalogo agit 20. Auguſti, putarim ego illum extitiſſe Herembertum de quo ſupra relati Angli ſcriptores, qui Cuſentinum Archiepiſcopum faciũt, hallucinati quippe ſimilitudine nominis ciuitatum, quem potius Compſanum ſcribere, & melius debuiſſent, vt in Compſanis Archiepiſcopis ſupra retulimus tom. 6.

10 PETRVS ſucceſſit Ruffo in Cuſentina Cathedra anno ſalutis præcisè 1184. anteceſſore viam vniuerſæ carnis ingreſſo in miſerabili illa ruina ſupra commemorata. De quo Præſule tantum nomen habemus in Indiculis eiuſdem eccleſiæ, cætera ignorantur.

11 BONOMVS creditur poſt Petrum hanc eccleſiam ſuſcepiſſe regendam circa annum Domini 1188. eo namque anno in Indiculo nouus Archipræſul deſignatur ſuppreſſo nomine. Hac tempeſtate, eoque Archipræſule B. Ioannes Ioachim ſignis, virtutibus, ac prophetiæ dono illuſtris quondam Monachus Sambucinæ, mox Abbas Curatij Ordinis Ciſtercienſis in Marturanenſi Diœceſi, Monaſterium Floris S. Ioanni Baptiſtæ titulo inſigne in hac Cuſentina Archidiœceſi ad radices Silæ ſyluæ inter duo flumina Alaulam, & Neethum in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis de conſenſu Archiepiſcopi conſtruere cœpit ann. 1189. & nouam Monachorum Congregationem, ſeu Ordinem Florenſem inſtituere. Hanc Pontifices Maximi ſuis diplomatibus confirmarunt, liberamque à Capitulo, Ordineque Ciſtercienſi fecerunt, ſed poſt aliquot ſæcula ad matrem ſuam tedijt Ciſtercienſem, ſub qua vſque adhæc tempora perſeuerat: de qua legendus Angelus Manriquez Pacenſis Epiſcopus tom. 3. Annal. Ord. Ciſtercienſis. Porro Florenſis Abbatiæ originem locumue Cornelius Peluſius eiuſdẽ Prior in toto Neapolitano Regno Vicarius, & Viſitator Ordin. Ciſtercienſis deſcripſit, in lib. quem de fundationibus cæterorum omnium Monaſteriorum eiuſdem Ordinis in eodem Regno exiſtentium compilauit, & Acta B. Ioachimi, ac miracula ab ipſo patrata ex vetuſto codice M.S. Florenſis Monaſterij exſcripſit, ex quo Iacobus Græcus Syllaneus vitam eiuſdem Ioachimi compilauit, & ex eo Manriquez, ac nuper Gregorius Laurus Abbas Sagittarienſis ex eodem codice in lib. cuius titulus *B. Ioachim Abbatis Florenſis mirabilium veritas defenſa.* Peluſij vero M.S. liber extat apud amicum noſtrum eruditum Camillum Tutinum ex quo exſcripſimus. Duo priuilegia Monaſterio eidem Florenſi conceſſa, primum à Cõſtantia Imperatrice, alterum ab eius filio Federico II. Imper. quæ exſcribere hic libet in memoriã, ac claritudinẽ tanti Cœnobij; tantique ſancti Viri, cuius contemplationeſ fuerunt conceſſa. authographa aſſeruantur in tabulario eiuſdem Cœnobij.

In nomine ſanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis, Amen.

Conſtantia diuina fauente clementia Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta, & Regina Siciliæ.

Cum omnia humanitatis opera, quæ pietatis conferuntur intuitu, ſtabile apud Deum habeant firmamentum, illud

A præcipuè æternas nobis promeretur diui-
tias, quod locis religioſis, & Chriſti pau-
peribus impartimur. Inde eſt, quod ad
petitionem tuã venerabilis Abbas Ioachim
benignum habentes reſpectum, pro reme-
dio animarum Domini patris noſtri famo-
ſiſſimi Regis Rogerij diuæ recordationis,
& Dominæ Beatricis Illuſtriſſimæ Reginæ
matris noſtræ, Nec non pro ſalute noſtra,
& dilectiſſimi filij noſtri Friderici glorioſi
Romanorum, & Siciliæ Regis confirma-
mus, & in perpetuum tibi, & ſucceſſoribus
tuis, ac Monaſterio tuo S.Ioannis de Flore,
poſſeſſiones, & donationes,ſeu etiam liber-
tates, quæ factæ ſunt tibi, & eidem Mona-
ſterio tuo,à DominoHenrico glorioſiſſimo
B Romanorum Imperatore ſemper Auguſto,
& Rege Siciliæ cariſſimo quondam viro
noſtro, concedimus, & donamus tibi, tuiſ-
que ſucceſſoribus in antedicto Monaſterio
tuo de Flore terras laboratorias, aquas, &
ſyluas adiacentes eidem monaſterio à vado
fluminis Neheti, quod eſt ſubtus caſtellum
de Sclauis, ſicut vadit via ipſa verſus Me-
riediem per petram Caroli Magni, & per
terraticum vſque ad vadum Sabbuti, & ab
ipſo vado verſus Ortum ipſius fluminis vſ-
que ad alueum ampullini, & deſcendit idẽ
fluuius vſque ad eum locum, vbi miſcetur
flumini Neto, & aſcendit terminus per al-
ueum eiuſdem fluminis Neti, & vadit vltra
C flumen per fines monaſterij ſanctorum triũ
Puerorum, & monaſterium Abbatis Marci
vſque ad viam, quæ venit à ciuitate Ache-
rentiæ, & vadit per partium, quæ videlicet
non manet in confinio à parte Aquilonis
vſque ad locum, qui dicitur Fraſſinetum,
& exinde reuertitur terminus ad alueum
fluminis Neti, & aſcendit idem alueus vſ-
que ad vadum, quod eſt ſubtus caſtellum
de Sclauis, & concludit in priori fine. Con-
cedimus præterea, & confirmamus tibi &
iam dicto monaſterio tuo de Flore tenimẽ-
tum Fluce ſitum in maritima Calabriæ, ac
libera paſcua omnium mandrarum præno-
minati monaſterij Floris, & aliorum quo-
rumlibet animalium, quæ illuc immittere
D libet, prohibentes,vt nemo vobis in eodem
tenimento aliquam moleſtiam inferat, aut
ibi ſua,vel aliorum hominum animalia ſu-
perinducat, ſeu aliquo modo paſtoribus,&
animalibus, quæ ſub cura illorum ibi fue-
rint, damnum, vel iniuriam facere præſu-
mat, Inſuper concedimus tibi, & ſæpedi-
cto monaſterio Floris per totam Calabriã
libera paſcua pro animalibus eccleſiæ tuæ
abſque herbatico & fundatico, permitten-
tes, vt liceat Fratribus, & hominibus mo-
naſterij tui liberè percipere ſaltem per ſali-
nas Calabriæ, emere quoque & vendere,
abſque omni exactione,& trãſire libere ter-
ra, marique inſula vobis vbique per terrã
domanij noſtri plateatico,& præſtagio. Ad
hæc concedimus, & confirmamus tibi, &
monaſterio tuo quinquaginta bizantios au-
reos percipiendos annis ſingulis abſque
aliqua diminutione de ſalina Neti, quæ eſt
prope Calniomariam, aut ante feſtum
S.Ioannis Baptiſtæ, aut in ipſa feſtiuitate.
Ipſumque monaſterium ſupradictum de
Flore, & monaſteria, quæ de nouo funda-
ſti in loco qui olim dictus eſt Caloſuber,
nũc autem bonum lignum, & in loco qui
dicitur Taſſitanum, & monaſterium, Ab-
batis Marci, quæ & ipſa ad tuam curam,
conſtitutis ibi à te Prçlaris pertinen.noſcũ-
tur. & ſi qua te, vel Fratres tuos alia in fu-
turum largiente Domino ædificare conti-
gerit cum omnibus poſſeſſionibus,& bonis
ſuis, Fratres, & homines & loca veſtra ſub
noſtra ſpeciali protectione, & defenſione
ſuſpicimus, confirmantes vobis hactenus
acquiſita, & in antea iuſto titulo acquiren-
da, & inſultum in vos, & homines, poſſeſ-
ſiones, & res veſtras temerarium penitùs
prohibentes, præcipimus firmiter ex omni-
bus,quæ per priuilegia Domini Sereniſſimi
Imperatoris quondam viri noſtri, & hoc
quoque noſtro priuilegio vobis conceſſa
ſunt,& quæcunque tam in ſtabilibus rebus
quam mobilibus poſſidetis nullus præſu-
mat violenter auferre, aut in terris & poſ-
ſeſſionibus monaſterij veſtri habitationem
facere, aut , . . abſque voluntate,
& conceſſione veſtra, & hoc quandiu vobis
placuerit audeat laborare, aut laborando
animalium veſtrorum paſcua impedire,
ita tamen vt ſi alicui abſque domus graua-
mine conceſſum fuerit de iure terrarum,
in quibus operatus fuerit, vobis & mona-
ſterio Floris reſpondeat abſq; dolo ſecun-
dum quod vobiſcum poterit conuenire nec
licere, aut ſcripta aliqua vigorem habeant
contra huius noſtri priuilegij tenorem,ve-
ritate tacita impetrare; ſi quis autem con-
tra hoc venire tentauerit, & aliquid de
poſſeſſionibus, aut rebus monaſterij veſtri
auferre præſumpſerit, & id quod ablatum
fuerit, abſque dilatione, & diminutione
aliqua reſtituat, & pro contemptu manda-
ti noſtri pœnam ſuſtineat tranſgreſſionis.
Ad huius autem conceſſionis,& confirma-
tionis noſtræ memoriam, & inuiolabile
firmamentum præſentem indè conſcribi
paginam, & noſtræ ſublimitatis bulla ce-
rea iuſſimus communiri.

*Datum in ciuitate Meſſana anno Domini-
cæ Incarnationis milleſimo centeſimo nona-
geſimo octauo,menſe Ianuarij,prima Indict.
Regnante Domina noſtra Conſtãtia Dei gra-
tia glorioſiſſima Romanorum Imperatrice
ſemper Auguſta, & excellentiſſima Regina
Siciliæ, & Friderico Romanorum & Siciliæ
Rege cariſſimo filio eius anno . . feliciter.
Amen.*

Locus † ſigilli pendentis.

In nomine Dei æterni, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, Amen.

Fridericus, diuina fauente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ.

☞ Gratum Creatori noſtro munus offerimus, & beneficiorum è ſuæ gratiæ plenitudine perceptorum non videmur immemores, quoties ſacroſanctis eccleſijs, & locis diuino miniſterio deputatis mentis aciem vertimus, & ipſorum neceſſitatibus pietatis curamus ſtudio ſubuenire. Inde eſt quod cum tu venerabilis Abbas Ioachim de Flore venires ad Curiã noſtram; expoſuiſti maieſtati noſtræ, quod in loco, qui dicitur caput Album in extrema parte Silæ, quæ adiacet ciuitati Cuſentinæ, quia ob maximam congeriem niuium, quæ fit ibi ſingulis annis, valde efficitur ibi difficilis, & periculoſus acceſſus, feciſti quoddam receptaculum ad refugium fratrum tuorum, qui pro rebus neceſſarijs exinde frequentius tranſire coguntur, quam cæterorum, quos cauſa ſimilis ea parte tranſire compellit. Quia vero ipſius operis incrementum ex eo quod in modico expertus es, dignum Deo, & hominibus vtile fore probaſti, ſupplicaſti celſitudini noſtræ, quatenus tibi ad ædificãdam ibi libere domum religionis daremus liberam poteſtatem, & quod alijs conceditur in eiſdem partibus ſub redditibus conſtitutis Fratribus, qui ibi Deo ſeruituri ſunt liberum ex omni exactione, & baiulorum noſtrorum calumnia concederemus. Nos igitur, qui in fouenda religione domus tuæ, paternæ, & maternæ munificentiæ, atque dilectionis ius hæreditarium poſſidemus, tam pro ſalute noſtra, quam pro remedio animarum illuſtris quondam Imperatoris patris noſtri, Sereniſſimæ Imperatricis matris noſtræ, preces tuas in hac parte duximus admittendas, concedentes, & ſucceſſoribus tuis liberam poteſtatem ædificandi in præfato loco, qui dicitur Caput Album domum Religionis ad honorem Dei, & vtilitatem multorum, & ſtatuentes eidem domui liberam poſſeſſionem adiacentem ipſi loco per ſpatium mille paſſuum, tam in longitudine, quam in latitudine ſua, & vt ipſius loci quietem nullus audeat in futurum temere perturbare, tam ipſum locum, quam Fratres, qui ibi Domino ſunt ſeruituri, & Prælatum, qui ibi pro tempore fuerit conſtitutus ſecundum inſtitutionem Ordinis veſtri, & omnium bona eorum ſub noſtra ſpeciali protectione, & defenſione ſuſcipimus prohibentes, vt nullus baiulorum noſtrorum, ſeu aliquis alius audeat ipſos Fratres de poſſeſſione eidem loco à maieſtate noſtra conceſſa aliquatenus moleſtare, aut aliquid exigere, vel extorquere; ſed totum eiſdem Fratribus conſeruetur liberum ipſius domus vſibus profuturum. Ad huius autem donationis, & conceſſionis noſtræ memoriam, & inuiolabile firmamentum præſens priuilegium per manus Philippi de Salerno Notarij, & fidelis noſtri ſcribi, & ſigillo noſtro cereo iuſſimus communiri anno, menſe, & Ind. ſubſcriptis.

Datum in vrbe felici Panormi per manus Gualterij venerab. Troiani Epiſcopi, & Regni Siciliæ Cancellarij, anno Dominicæ Incarnationis 1200. menſe Martij, tertiæ Indictionis, Regni vero Domini noſtri Friderici Dei gratia Illuſtriſſimi Regis Siciliæ, Duc. Apuliæ, & Principatus Capuæ anno ſecundo feliciter. Amen.

Locus † ſigilli.

Cæterum Bonhomi mentio clara habetur anno 1195. in quodam priuilegio Cõſtantiæ Imperatricis, & in alio eiuſdem ad fauorem eccleſiæ Cuſentinæ dato an. 1196. 23. Iulij. Ind. 14. exſcriptum ab exemplari tabularij eiuſdem Eccleſiæ.

☞ Conſtantia Dei gratia Romanorum Impetratrix ſemper Auguſta, & Regina Siciliæ, Rogerio de Calo, & Conſtantino de Tauromonte Magiſtro Duanæ dilectis fidelibus ſuis gratiam ſuam, & bonam voluntatem. Venerabilis Cuſentinus Archiepiſcopus fidelis noſter expoſuit, & conqueſtus eſt celſitudini noſtræ dicens, quod cum iam alia vice noſtra ſerenitas baiulo Cuſentiæ præcipiendo mandauit, vt integras decimas noſtras tam de victualibus, quam de alijs redditibus noſtris Eccleſiæ perſolueret mandatum noſtrum, vt aſſerit diſtulit adimplere. Vnde quia de voluntate Domini noſtri magnifici Imperatoris, & noſtra eſt, vt debitæ Dei Eccleſijs decimæ integrè & ſine diminutione ſoluantur, mandamus vobis, & firmiter præcipimus, quatenus omni mora, & occaſione ceſſante, decimas Cuſentiæ tam de victualibus, quam de alijs redditibus noſtris faciatis Eccleſiæ Cuſentinæ cum eodem baiulo noſtro integre, & ſine diminutione perſoluere, vt noſtra celſitudo de cætero nullum inde valeat audire clamorem.

Datum Panormi vigeſimo tertio die menſis Iunij 14. Indict.

Bonhomus anno ſequenti 1197. die 3. Aug. Ind. 15. teſtis fuit vna cum Guillemo Rhegino & Matthæo Capuano Archiepiſcopis, & Laurentio Siracuſano Antiſtite apud Cruſium Annal. Saxoniæ lib. 12. cap. 2. mentio Bonhomi item habetur in documento dato anno 1199. ad fauorem Abbatis Ioachimi, ſuique Florenſis Cœnobij cõ-

tra

tra Abbatem Trium Puerorum Geruntinæ Diœceſis, quorum cauſam de mandato Federici Regis recognouit, & Græcorum Monachorum audaciam repreſſit; tenor documenti talis eſt;

In nomine Dei æterni, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Nos Bonhomus Dei gratia Cuſentinus Archiepiſcopus, & Riccardus Abbas ſanctæ Euphemiæ, Guillelmus de Biſiniano, & Alexander filius Guilielmi Regij vallis gratis Iuſtitiarij per hoc præſens ſcriptū notum facimus, quod veniens ad nos venerabilis Abbas Ioachim attulit nobis litteras Domini Bartholomæi Dei gratia venerabilis Panormitani Archiepiſcopi, & Domini Regis familiaris ita continentes. Dilectiſſimo in Chriſto fratri, & præcordiali amico ſuo Bonhomo Dei gratia venerabili Cuſentino Archiepiſcopo, Dilecto in Chriſto fratri, & cariſſimo amico ſuo, Domino Riccardo venerabili Abbati ſanctæ Euphemiæ, Domino Simeoni de Manſiſtra Capitaneo, & Magiſtro Comeſtabulo, atque Iuſtitiario vallis Gratis, vallis Signi, & vallis Layni, Domino Guillelmo de Biſiniano, Domino Rogerio filio Iohelis, Dom. Alexandro filio Guillelmi Regijs Iuſtitiarijs, dilectis in Chriſto filijs, & cariſſimis amicis ſuis. Bartholomæus eadem gratia Panormitanus Archiepiſcopus, & Domini Regis familiaris ſalutem, & ſincerum dilectionis affectum. Dilectus in Chriſto frater, & cariſſimus amicus noſter venerabilis Abbas Ioachim occurrēs nobis apud Neocaſtrum, conqueſtus eſt nobis de Monachis ſanctorum Trium Puerorum dicens. Quod ipſi monachi ferentes ſecum arma multa fecerunt inſultum in Fratres ſuos, qui cuſtodiebant oues eccleſiæ, & quoſdam quidem percuſſerunt, alios vero expoliauerunt. Deinde per dies aliquot congregati in maiori numero cum multitudine armatorum inuaſerunt ſuffraganeum monaſterium eius, quod dicitur de bono Ligno, trahentes inde Monachos violenter, deſtruentes officinas ipſius monaſterij, & diripientes bona, quæ ibi inuenta ſunt. Cumque præfatus Abbas, & Fratres eius querimoniam deponerent, vos Iuſtitiarij Cuſentini ſcripſiſtis eis, vt venirent ad iuſtitiam faciendam, & prohibuiſtis eis ſub pœna centum vnciarū auri, ne de cætero præſumerent inuadere tenimenta Eccleſiæ monaſterij Floris, & nec ad iuſtitiam faciendam venerunt. Nec ab inuaſione ceſſauerunt, ſicut dicitur. Præterea miſſæ ſunt eis ſimiles litteræ à Comite Raynerio Marchiſorte dicti temporis Calabriæ Capitaneo, & ad extremum à

A Domino Legato, & nihilominus contempſerunt, vt dicitur, quin potius ducentes ſecum viros armatos per tenimenta monaſteri, multas violentias Fratribus ſuis, & moleſtias irrogauerunt freti quorundam hominum Caurij conſilio, & auxilio, qui & ipſi, ſicut aſſerit, tenimenta eccleſiæ, & terras contra prohibitionem, & Regis præceptum inuadere præſumpſerunt. Perſeuerante autem ſupraſcripto Abbate in petendo à nobis iuſtitiam ſuper inuaſionibus, & damnis, quæ paſſa eſt Eccleſia eius, miſſæ ſunt vobis litteræ ex parte Domini noſtri Sereniſſimi Regis præcipientes, ne tot exceſſus relinqueremus impunitos, ſed faceremus iuſtitiam iniuriam paſſis ſecundum,
B quod dictaret ius, & ratio poſtularet. Verum quia acerſitus à nobis venerabilis Abbas ſanctorum Trium Puerorum, & iuſſus venire, vel mittere ad nos apud ſanctum Maurum, vt in præſentia noſtra cauſa diffiniretur, nec mittere voluit, nec venire. Mandamus diſcretioni veſtræ, & ex Regia parte præcipimus quatenus lectis litteris venerabilis Domini Capuani Archiepiſcopi Regis familiaris, vobis inde tranſmiſſis, qui nouit pleniùs radicem controuerſiæ inter monaſterium Floris, & monaſterium ſanctorum Trium Puerorum, quæ deciſa in Curia Dominæ Imperatricis, poſt obitum ipſius, hanc ipſi Monachi ſanctorum Trium Puerorum reſumere præſumpſerunt,
C & inquiſita de omnibus veritate, tam de contemptu mandati Regij, & noſtri, quam de illata violentia, & damnis præfato venerabili Abbati plenitudinem iuſtitiæ exhibere cunctis, data prius ſayna rerum, poſſeſſionum, quibus, vel ipſi Monachi, vel homines Caurij monaſterio Floris diſſagire præſumpſerunt; facientes eis nihilominus de ipſis hominibus Caurij iuſtitiam fieri, & de his qui facientes inſultum, vaſtauerunt monaſterium eius de Bonoligno, & de cæteris, qui inuaſerunt terras, & tenimenta Eccleſiæ, & de his, qui incedentes armati per tenimenta Eccleſiæ damna, & contumelias Fratribus intulerunt. Si au-
D tem, quod abſit, adhuc contumaces fuerint, tātum de rebus eorum capiatis, quantum dignè ſufficiat ad reſtaurationem dāni, & expenſarum quas prædictus Abbas Ioachim quærendo, & expectando iuſtitiam, illiſque differentibus feciſſe comprobantur. Et de cætero ipſum monaſterium Floris, & Fratres eius ab inuaſione præfatorum Monachorum ſanctorum Trium Puerorum, & hominibus Caurij manere faciatis in pace. Quod ſi vos omnes iis exequendis ſimul adeſſe nequiueritis, tres ſaltem veſtrum quos præfatus Abbas de Flore habere poterit, nihilominus exequantur. Datum Curiolani 25. Maij 6. Indictionis. Receptis autem litteris præfati Domini Panormitani Archiepiſcopi, & eius datæ ex

parte

parte ſententiæ, & à nobis in reliquo confirmandæ parituri maximè quod nobis Bõhomini Archiepiſcopo Cuſentino, & nobis Iuſtitiarijs vallis Gratis commendata eſſet Domus Floris à Summo Pontifice per ſacras litteras ſuas, vt eam à prauorum incurſibus tueremur. Ad hoc Abbas Ioachim inutroq; termino venit Cuſentiam, paratus audire ſententiam noſtram, & recipere iuſtitiam ſuam ſecũdum tenorem litterarum præfati Panormitani Archiepiſcopi. Abbas autem ſanctorum Trium puerorum nec venit, nec miſit, qui reſponderet pro parte monaſterij ſui ſed miſit tantum nuncium vnum, qui diceret eum eſſe infirmum.

Verum quia vener. Abbas Ioachim, & Fratres eius multos ſe iam terminos accepiſſe querebantur, & ſe multoties fuiſſe ſuo iure fruſtratos, & multas iam pro hoc ipſo feciſſe expenſas, & præſertim, quod hoc ipſum in litteris Domini Panormitani Archiepiſcopi pleniùs continebatur, & ibidem dictata iam erat ſententia de contemptu, & dandi ſayna monaſterio Floris. Viſum fuit nobis, vt eædem litteræ legerentur in præſentia noſtra, & ſecundum tenorem earundem litterarum procederemus in cauſa. Quia verò, vt ſuperius oſtenſum eſt, in eiſdem litteris continebatur, quatenus litteras Capuani Archiepiſcopi, qui nouerat à principio cauſam controuerſiæ inter monaſterium Floris, & monaſterium ſanctorum Trium Puerorum præfato Domino Archiepiſcopo Panormitano inde tranſmiſſas legi faceremus, & agnita per eas veritate ſecundum earundem tenorem litterarum procederemus in cauſa. Lectæ ſunt eædem litteræ in noſtra præſentia, quarum inter cætera continentia talis erat. *Reuerendo plurimum in Chriſto fratri* cariſſimo ſocio, & præcordialiſſimo amico ſuo Domino Bartholomæo Dei gratia vener. Panormitano Archiepiſcopo, digniſſimo Regio familiari. Matthæus eadem gratia Capuanus Archiepiſcopus, & eiuſdem Domini Regis familiaris ſalutem, & intimæ dilectionis affectum. Ex tenore ſacrarum litterarum, quas Regia celſitudo nobis tranſmittit, honeſtati veſtræ ſatis innoteſcere poterit, quod Monachi Græci monaſterij ſanctorum Trium Puerorum ſimul cum laicis, arma gerentibus inuaſerunt monaſterium, quod olim Caloſuber, nunc Bonum Lignum vocatur, à vener. Abbate Ioachim conſtructum, præcipitauerunt oratorium, & alias officinas eiuſdem, & quæcunque ibi inuenerunt, diripuerũt in prædam, ea propter fraternitatem veſtram oramus attentius, & exhortamur in Domino, vt iuxta prædictum ſacrum mandatum Regium, quod vobis exinde tranſmittitur, tantum inquirentes exceſſum, ſic animaduerſione punientis ſententiæ velitis procedere, vt delinquentibus ad pœ-

A nam, & audientibus ſit ad terrorem. Cæterùm ne partis aduerſæ mendacijs cauſæ ipſius notitia diſcretioni veſtræ quomodolibet ſubtrahatur, nos, qui de cauſa ipſius plenius agnouimus, & teſtimonium veritatis in hac parte perhibere tenemur, charitati veſtræ notum facere voluimus, quod cum Dominus Imperator quondam à partibus illis recedens verſus Apuliam prima vice tenderet, tranſeunte ipſo per partes Calabriæ, ad ſupplicationes prædicti ven. Abbatis, & confratrum eius, quoddam tenimentum eis conceſſit, facto exinde priuilegio ſuo. Deinde exiſtentibus nobis cum Domina noſtra quondam Imperatrice in

B Siciliam veniente, Abbas prædicti monaſterij ſanctorum Trium Puerorum cum cõfratribus ſuis coram eius præſentia quæſtionem mouit dicens, partem eiuſdem tenimenti præſato vener. Abbati Ioachim à iam dicto Domino Imperatore, vt dictum eſt, conceſſam, eis pertinere. Et cum propter hoc à loco ſanctæ Euphemiæ, vbi prius quæſtio ipſa mota eſt vſque ad Roccam Nicephorij vtraque pars prædictam Dominam Imperatricem noſtram ſubſequeretur, in eiuſdem Curia ſententiatum eſt, vt priuilegia vtrinque exinde oſtenderentur, & pars illa, cui oſtenſa fauerent priuilegia, ius ſuũ plenius obtineret, vt itaque ventũ eſt apud Nicoteram, prædicta pars ipſius monaſte-

C rij ſanctorum Trium Puerorum confeſſa eſt, ſe nullum ex inde priuilegium obtinere, & ſic tandem per prædictæ Dominæ Imperatricis Curiam iam dictum tenimentum prænominato venerabili Abbati Ioachim ſententialiter adiudicatum eſt, & per eiuſdem priuilegium ſibi perpetuo confirmatum. In quo vtique tenimento ipſe idẽ venerabilis Abbas prædictum monaſterium Boniligni poſtmodum ædificauit. Verumtamen multorum interuenientibus precibus; & quia pars vtraque Religioni vacare videbatur, pro bono etiam pacis ſæpe dictus venerabilis Abbas prędicto monaſterio ſanctorum Trium Puerorum in alijs

D tenimentis ſuis paſcua pro animalibus eorum, & hominibus eorum eis laborare liceret ſub cenſu annualiter conſtituto annuit, & conceſſit. Quod totum iam dicti Monachi ſanctorum Trium Puerorum poſt obitum præfatæ Dominæ Imperatricis, vt prælegitur, infregerunt. *Datum Panormi 3. Kal. Maij Indictionis ſecunda*. Lectis igitur vtriuſque Domini Curiæ litteris. Nos quatuor, qui in ſtatuto termino ſimul adeſſe potuimus, cum Dominus Simeon Magiſter Capitaneus, & Magiſter Iuſtitiarius, & Dominus Rogerius filius Iohelis Iuſtitiarius, ſeruitijs Regijs innodati nobiſcum adeſſe nequiuerint, iuxta mandatum Domini Panormitani Archiepiſcopi procedẽtes in cauſam, conuocatis, nobiſcum diſcretis viris, tam eccleſiaſticis, quam laicis,

&

& conſiderata diligentius veritate, ac tenore vtrarumq; litterarum ſententiam, quam Dominns Panormitanns Archiepiſcopus dictauerat, ſtuduimus executioni mandare, dantes perpetuam ſayſinam iuxta mandatum ipſum vener. Abbati Ioachim, & monaſterio eius totius tenimenti, & locorum, de quibus quæſtio vertebatur inter Monaſterium Floris, & monaſterium ſanctorum Trium Puerornm, ſecundum quod conceſſum ei fuerat à Domino Imperatore, & cōfirmatum à Domina Imperatrice per priuilegia ſua, & ſecundum quod continetur in litteris præſcriptis Domini prædicti Capuani Archiepiſcopi, Domini Regis familiaris, tam ſcilicet de loco, qui olim dictus eſt Caloſuber, nunc autem Bonumlignum, & de alio loco, qui dicitur Faradonius, quā de cæteris tenimentis, & terris, quæ ipſi Monachi, vel alij inuaſerunt contra tenorem priuilegiorum ſuorum; & miſſis nihilominus iuris idoneis eos in corporalem induci fecimus poſſeſſionem. Ad hoc præfato Abbati ſanctorum Trium Puerorum terminū dedimus peremprorium, quo ſuper inuaſionibns, & damnis Floris monaſterio irrogatis ſuper contemptu etiam, quod toties citatus, nec venire, nec reſponſalem deſtinare curauit, paratus ad reſpondendnm noſtro ſe conſpectui repræſentet, vel ſufficientem curet mittere reſponſalem, qui vice ſua omnia ſuſcipiat, quæ fuerint à nobis iuſtitia dictante prouiſa. Quod ſi adhuc venire contempſerit, aut reſponſalem neglexerit deſtinare, ſecundum quod in litteris Dom. Panormitani continetur, eum in rebus eccleſiæ ſuæ decreuimus puniendum. Et ne, quod abſit, præfatus Abbas, & Monachi ſanctorum Trium Puerorum aliquo ſuperueniente tempore, contra hoc, quod diffinitum fuit in Curia Dominæ Imperatricis ſecundum quod teſtimonium perhibet Dominus Capuanus Archiepiſcopus Domini Regis familiaris, tenimenta, & poſſeſſiones cōceſſas per Priuilegia monaſterio Floris, vlterius, quaſi ſua, inuadere, aut intrare præſumant, aut aliquam inde quæſtionem mouendo, Abbatem, & Fratres Floris inde vlterius fatigare, eidem Abbati Floris, & monaſterio eius præſens ſcriptum fieri fecimus in teſtimonium per manns Aymerij Notarij Domini Guillelmi de Biſiniano Iuſtitiarij, noſtris, et ſubſcriptorum virorum, qui interfuerunt, manibus roboratum. *Anno Diminica Incarnationis milleſimo centeſimo nonageſimo nono, menſe Iunij, ſecundæ Indictionis.*

Ego Bonhomo Cuſentinus Archiepiſcopus.
Ego Riccardus S. Euphemia Abbac.
Ego Hunfredus S. Marci Epiſcopus interfui.
Ego Guillelmus de Biſiniano Iuſtitiarius.
Ego . . . Græcis caracteribus ſcriptum nomen, & ideo, &c.

A *Ego . . . Græcis caracteribus, & ideo non tranſcriptum.*
Ego Iudex Rainaldus interfui.
Apulus, & Calaber conſcribor.
Ego Goffredus Magiſter domus Eccleſiæ Cuſentinæ interfui.
Ego Petrus Cantor.
Ego Vergilius ſancta Euphemia Archidiaconus, & Cuſentinus Cancell.
Ego Iacobus Cuſentinus Theſaurarius.
Ego Manfredus Cuſentinus Archidiaconus.
† . . . . . .
B † . . . . *Græca nomina ſcripta.*

Controuerſia hæc perdurauit ad annum vſque 1215. ac tandem à Luca Cuſentino Archiepiſcopo ſucceſſore ſedata eſt, latamque ſententiam Honorius III. ſuo diplomate confirmauit anno 1218. vt latius infra dicemus. Deceſſit Bonhomus circa annum Dom. 1200.

12 ANDREAS reperitur electus Archiepiſcopus Cuſentinus ann. 1201. in donatione quam fecit B. Ioachimo de eccleſia ſancti Martini de Ione, alias de Canale prope Petrafictæ oppidum, in quo ſequenti anno 1202. die 30. Martij idem ſanctus vir
C Abbas Ioachim ægritudine correptus ſpiritum Deo reddidit, vt ex diuerſis documentis colligitur, ac præcipuè ex donatione Richardi Epiſcopi Tropeienſis facta Matthæo in Florenſi Abbatia ſucceſſore eodem anno Menſis Iunij Indict. 5. vbi memoratur Ioachim quondam Abbas Florenſis: donationem integram dabimus infra in ſerie Epiſcoporum Tropeienſium. B. Ioachim venerabile corpus relatum ad Florenſem Eccleſiam, honorificè ab Andrea, & Luca Abbate Sambucinæ, mox in Cuſentina Eccleſia ab Andreæ ſucceſſore conditum fuit, noſtro ſæculo officioſus quidam ad tanti Patris monaſterij, ac Ord. Florenſis fundatoris æternam memoriam huiuſ-
D modi imparibus exornauit.

D. O. M.

Si licet aſtra viros ſuper almos carmine vates
Ferre: Ioachim iam conſidet Empyreo.
Cœlicolus naſcens paruulus magnalia geſſit,
Mundi dum vixit ſæcula factus homo
Hic decus, & virtus Calabrum, quem corde cupita

Expu-

Expulit ad Dominum maxima religio.
Parturiens orbi mirum Ciſtercia proles,
Ordinis in fontem protulit alma virum.
Florenſis genitor (quondam Curatia dona)
Floribus inſignis, florida templa dedit.
Quæ tanta haud repulit verax, et cuncta fouendo
Aſſumpſit mater tempore læta tuo.
Filius & genior; vitis veneranda propago
Alta Ioachim ſic maximus Orbe fuit.
Quæ cernis donis hominum, tum Principis egit.
Sanctorum Dominum iam reparanda manent.
Nam tam dicta Patrum nouit, qui nube fuerunt
Protecti & vidit quæ peragendi forent.
Veridicus vates prædixit: multa fuerunt
Completa, vt monſtrat lumine facta dies
Quæ ſcripſit matris cunctarum (iure) coegit
Eccleſiæ pedibus filius ipſe pijs
Omnia probantur, quæ vero pauca repellit,
Dictauit zelans ſimplicitatis amor.
Vita, quam tenuit præclara luce coruſcam
In terris, ſedes iubilat Empyrica.
Cerbereas fraudes fregit, mundique cateruas:
Et carnem domuit bella cruenta gerens.
Plurima dum vixit (dicunt) miracula fecit.
A *Mortuus, & gratus gentibus, & Domino.*
Carceris exutus vinclo cæleſtia ſeruat
Munera qui Chriſti tempus in omne fuit
Abbas Florenſis diuinis floribus Abbas
Vixit & viuet laude perenne ſua.

B Pro Ioachimo plures ſcripſere auctores, inter quos multa erudiri one, ac iudicio æquè inſignis Franciſcus Biuonius in Apologia pro Flauio dextro ad reſponſa Penotti tripartitæ hiſtoriæ 86. Angelus Manriquez egregiè eundem vindicat à multorum calumnijs tom. 3. Annal. Ciſtercienſis Ord. ad annum Chriſti 1211. quo putat, ſed perperã, illum obijſſe. Nouiſſimè amicus noſter Gregorius Laurus Abbas Sagittarienſis, Ioachim ſcripta acriter vindicat. Ioachim in Florenſi Abbatia habuit ſucceſſorem Matthæum virum ſanctimonia clarum anno 1202. qui deinde anno 1234. euaſit Epiſcopus Geruntinus: poſt ipſum ſucceſſere Abbates Sannes 1234. Orlandus 1259. Bernardus, Gerardus, Petrus qui ann. 1282. electus Epiſcopus Caſtellanetenſis non dum conſecratus exceſſit. Guillelmus 1290. Nicolaus 1315. Guillelmus depoſitus. Marinus 1331. Ioannes 1338. Petrus 1356. Ioannes 1371. Nicolaus 1392. defunctus 1406. Hieronymus, Carolus, Hippolytus; Ioannes Euangeliſta 1470. vltimus Abbas Regularis. Ludouicus de S. Angelo primus Abbas Commendatarius.

D



13 LVCAS natione Campanus Monachus Ciſtercienſis, tunc Abbas Sambucinæ Andreæ immediatè ſucceſſit anno 1203. vel initio ſubſequentis. Hic vir ſingularis doctrinæ, & pietate inſignis nec non Deipa-

ræ Mariæ Virginis cultui addictiſſimus, Monachum induit in Caſæmarij eiuſdem Ciſtercienſis Familiæ apud Verulas illuſtri Cœnobio, vbi aliquando Prior effectus, cũ Beato Ioachimo tunc Abbate Coratij ob ſimilitudinem morum, & ſtudiorum conuenientiam, neceſſitudinem habuit, ab ipſo ſummopere adamatus in ſcribam electus eſt, & in Calabriam deductus, apud ipſum diu manſit, ſuorumque ſtudiorum ſedulus coadiutor, donec in Abbatem Sambucinæ ſui Ordinis electus eſt in Diœceſi Biſinianenſi in Simeonis prædefuncti locum anno 1197. Auctor is fuit, vt in Caſſanenſi Epiſcopatu aquæ Formoſæ ſui Ord. Cœnobium exædificaretur. Henricus VI. Imper. & Conſtãtia eius vxor Auguſta tum ceteri Principes illum tanquam virum prudentia, ac doctrina clariſſimum præcipua beneuolentia ſunt proſequuti; inclaruit etiam eius virtus apud Põtifices Maximos, & præcipuè apud Innocentium III. In multis autem legationibus, quibus perfunctus eſt, ea celebrior fuit in Sicilia, & Calabria anno 1199. vna cum Siracuſano Epiſcopo Laurentio, vt ſua prædicatione cierent populos, & Crucem prædicarent in hoſtes Crucis, & vt à *Præſulibus* (verba ſunt Innocentij in litteris ad eos datis) *Siciliæ exigant eam portionem, quam ij debebant pro acquirenda Terra ſancta, ac omnes, qui ad recuperationem prædictam tranſmeare vellent, ſigno Crucis ſignet, vtque ſedium vacantium prouentus tribuat, atq; ea etiam bona, quæ penes Monachos reperirentur, &c.* item vt *Hæreſiſmum Neophytorum euellere curet, &c.* Cæterum quàm fidelem, quam fructuoſam operam nullis ſumptibus parcens nullis laboribus iniuncto muneri nauauerit Lucas quantumque, & quanta, cum dato ſibi Collega non ſolum prædicatione, ſed induſtria negotium promouerit, ex litteris eiuſdem Innocentij anno ſequenti ad eoſdem datis in earum, quæ accepiſſet ab ipſis reſponſionem ſimul & gratiarum actiones pro rebus actis, clarè habetur. Idem poſtea Innocentius anno 1202. Lucę per totam Italiam legationem committit ad prædicationem proſequendã, quam cum ardentiſſimè proſequeretur, Andreas Archiepiſcopus ſato defungitur circa finem anni 1203. vel initio ſubſequentis, tunc noſter Lucas celeberrimus verbi Dei declamator per Cleri collationem, & Innocentij III. conceſſionem Cuſentinum Archiepiſcopatum iniit congratulantibus cũctis, qui probè hominem nouerant; ſunt, qui ſcribant ex noſtris, Lucam electum fuiſſe anno 1212. vt Manriquez in Annal. Ciſtercienſis Ord. tom. 3. Gaſpar Iongellinus in Purpurã D. Bernardi, hanc dignitatem Lucã inchoaſſe anno 1216. ſed hallucinationis illorum cauſa fuit, quod minimè legerint, aut videre eis contigerit Lucæ quoddam documentum ad fauorem monaſterij Florenſis, quod nos è Regiſt. Vaticano Honorij III. exſcripſimus, & re vera benè congruũt acta Lucæ cum noſtro calculo. Quippè annus 1215. fuit Lucæ Pontificatus duodecimus, vnde nobis perſpicuum eſt, Lucam ſedem ſui Archiepiſcopatus inchoaſſe anno 1204. vel in fine 1203. En Lucæ documentum in Honorij III. Bulla inſertum, & comprobatum anno 1218. pontif. an. 2. ex Reg. Vatic. fol. 215.

Abbati, & Conuentui Floren.

CVM à nobis petitur, &c. vſq; perducatureffectum. Ea propter, &c. vſq; poſtulationibus annuentes, amicabilem cõpoſitionem initam ſuper tenimentis Silæ inter vos ex parte vna, & Abbatem, & Cõuentum ſanctorum Trium Puerorum Geruãtin. Diœceſ. ex altera, coram ven. fratre noſtro Cuſentin. Archiepiſcopo, cuius arbitrio, & conſilio ſuper omnibus quæſtionibus, quas vos vel prædeceſſores veſtri habuiſtis hactenus pro tenimentis eiſdem, vos & pars altera ſubieciſtis, ſicut ſine prauitate proinde facta eſt, & ab vtraque parte ſponte recepta, auctoritate Apoſtolica cõfirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus; cuius compoſitionis tenorem de verbo ad verbum duximus inſerendum. In nomine Domini æterni, & Saluatoris Noſtri Ieſu Chriſti, anno ab Incarnatione eius 1215. menſe Auguſti 3. Indict. Regñi verò Domini noſtri Federici Dei gratia Illuſtriſſimi Romanorum Regis ſemper Auguſti anno tertio. Regni autem Siciliæ anno 17 Regni quoque Domini Henrici eadem gratia Illuſtris Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ ann. 4. ſeliciter Amen. Solent non immeritò; imo de iure debent quæſtiones, quæ pro tempore agitantur, & ſiue per iudicium, ſiue per concordiam terminantur, per ſcripturæ radium mandari notitiæ poſterorum, ne per obliuionis cumulum contentiones, vel ſcandala poſſint partibus iterari. Hac igitur conſideratione ducti, Nos Lucas Dei gratia Cuſentinus Archiepiſcopus vna cum Magiſtro Iacobo Decano, Michaele Theſaurario, Goffrido Canonicis Eccleſiæ noſtræ. Domino Rogerio filio Raonis Regio Iuſtitiario, Iudice Benedicto, & Iudice Iacobo aſſeſſoribus noſtris præſenti ſcripto duximus declarandum, quod cum Fr. Matthæus venerabilis Abbas Floris cum tribus Monachis ſuis, & Fr. Hilarius venerabilis electus Abbas ſanctorum Trium Puerorum cum tribus Monachis ſuis veniſſent Cuſentiam coram præſentia noſtra propoſuerunt quod de conſenſu, & voluntate Conuentuũ ſuorum habita deliberatione ſpontanea elegerant ſubire arbitrium, & conſilium noſtrum de omnibus, & quibuſlibet quæ-

ſtio-

ſtionibus, quas inter ſe, vel ipſi, vel prædeceſſores ſui habuerāt omni præterito tempore pro renimentis Silæ, à quo nunquam deberent pœna interpoſita reſilire. Primum itaque oſtendente parte monaſterij ſanctorum Trium Puerorum, qualiter olim in Curia Dominæ Imperatricis Conſtantiæ bonæ memoriæ quæſtionem propoſuerant de inſultu, & violentia, quam paſſi fuerant à Fratribus Floris in loco, qui dicitur Caloſuber, & qualiter ipſa Domina Imperatrix commiſerat quæſtionem prædeceſſori noſtro Archiepiſcopo Bonhomini bonæ memoriæ terminandum, ſed non valente oſtendere, qualiter fuerit terminata pars monaſterij Floris,

B ostendit quoddam inſtrumentum, quod ſimile habebat, & oſtēdebat pars monaſterij prænotati, per quæ duo inſtrumenta ſimilia oculata fide cognouimus, quod anno ab Incarnatione Domini 1195. Iſaias Abbas ſanctorum Trium Puerorum cum Fratribus ſuis quæſtionem mouerat de quibuſdam paſcuis, & terris, quæ ſunt infra poſſeſſionem monaſterij Floris per priuilegium ſuum in Sila conceſſit Sāctus propter bonum pacis quod viris religioſis conuenit, ſopitis omnibus quæſtionibus, & cauſis ad preces, & conſilia proborum virorum Abbas Ioachim cum Fratribus ſuis conceſſit præfato Abbati Iſaiæ, ac Fratribus ſuis, ipſorum mo-

C naſterio, vt haberent ouilia ſua, ſicut habere conſueuerant in loco, qui dicitur Miſocampus, & alius, qui dicitur Vulturnus, & habere vaccas, iumenta, & porcos in loco, qui dicitur Fraxmitirs, ita vt pro ipſis paſcuis perſoluerent annuatim ſolidos auri quatuor monaſterio Floris. De terris verò, quas aperuerant, ſiue de loco, qui dicitur Faraclouus ſic ad preces prædictorū Fratrū inclinatus eſt Abbas Ioachim, vt q; hoc videbatur vtrique monaſterio expedire dimitterent monaſterio Floris in pace tenere ipſa tenimenta Caloſuberi, & Faracloui, & omnes terras, quas aperuerant propè ipſa tenimenta cum omni iure plantationis, & ædificationis, quod ſe in eis crede-

D bant habere. Abbas vero Ioachim, & Fratres ſui commutauerunt eis, & monaſterio eorum pro Caloſubero, & præfatis tenimētis, & terris, alias terras à ponte fluminis Neti, cum finibus, qui ſcripſerant in inſtrumento, & inſuper obedientiam, quæ dicitur ſancti Martini de Neto cum terminis, & poſſeſſionibus ſuis, pro quibus videlicet terris, & obedientia tenebantur Abbas, & Fratres ſanctorum Trium Puerorum perſoluere annuatim ſolidos auri duos. Poſtulabat igitur pars Floris reſponderi ſibi de cenſu annuo ſex ſolidorum, vt præſcriptum eſt tot annis ſibi detento, & præponebat, quod prædicti Abbas, & Fratres propter ingratitudinem fregerant concordiam per

A inſtrumenta hinc inde confectam, inuadendo armata manu Abbatiam, quam Abbas Ioachim conſtruxerat in Caloſubero, ibi diripiendo bona, quæ ibidem inuenta ſunt, officinas etiam diruerant. Oſtendebant inſuper quoddam Inſtrumentum à memorato Archiepiſcopo, & alijs ſpectabilibus perſonis confectum, quod diffuſius continebat, quod olim coram prædicta Domina Imperatrice apud Nicoteram Monachis ſanctorum Trium Puerorum requiſitis, & iuſſis, vt oſtenderent priuilegia, ſi qua inquam haberent, & nullum ſe habere dicentibus, poſſeſſio tota fuerat adiudicata monaſterio Floris, ſicut etiam per Imperiale priuile-

B gium poſſidebat. Continens etiam quæſtionem, quam de inuaſione Caloſuberi Abbas Ioachim in Curia Regia propoſuerat ſcil. altera parte vix vocata, & ſubterfugiente iudicium in corporalem poſſeſſionem poſitus fuerat per mandatum, & ſententiam Curiæ de Caloſubero, Faraclono, & terris, quas Abbas, & Fratres ſanctorū Trium Puerorum, ſicut prædictum eſt pro bono pacis reliquerant, & per inuaſionem tenebant. Sane pro ijs omnibus cauſandi materia hinc inde creſcente, placuit Abbati, & Fratribus ſanctorum Trium Puerorū derelinquere penitus paſcua, & tenimenta cum obedientia ſancti Martini per concor-

C diam ab Abbate Ioachim ſibi conceſſa pro eo maximè quod cenſum annuum ſex ſolidorum auri grauem ſibi eſſe dicebant, & quia magis pacem Fratrum Floris, quàm poſſeſſionem terrenam, & tranſitoriam diligebant. Tractantibus ergo amicis communibus placuit vtrique parti coram nobis poſitæ reciſis inſtrumentis cōcordiæ, quam olim fecerant, ad hanc concordiam pro pace perpetua deuenire. Abbas quidem & Fratres Floris dimiſerunt abſolutè Abbati, & Fratribus ſanctorum Trium Puerorum omnes quæſtiones præteriti temporis, quas aduerſus eos mouere poſſent, & conceſſerunt eis, & monaſterio eorum in perpetuū terras laboratorias, triginta modios ſemi-

D nis capientes, ſicut æſtimabantur arbitrio communium amicorum in loco, qui vocatur Salice, vel iuxta Salice, quas omni tempore tenebitur monaſterium Floris eidem monaſterio defendere, ſicut erit de iure, vtendo in eiſdem terris, cum ſeminatæ non fuerint paſcuis cum animalibus Floris, pro quibus terris reddit annuatim monaſteriū ſanctorum Trium Puerorum monaſterio Floris in feſto Beati Ioannis Euangeliſtę libram ceræ vnam, & nihil aliud. Remiſerunt inſuper omnem quæſtionem, quam aliquando mouere poſſent aduerſus præfatum monaſterium de tenimento quod dicitur Mixl, quod videlicet eſt infra fines, quos continet priuilegium Floris, concedentes vt illud ſicut hactenus liberè, ac pacificè debeat poſſidere. Abbas vero, &

S 2 Fra-

Fratres ſanctorum Trium remiſerunt omnes quæſtiones præteriti temporis, quas aduersùs monaſterium Floris aliquatenus mouere poſſent, & dimiſerunt abſolutè quicquid tenuerant infra tenimẽtum, quod monaſterium Floris poſſidet ex dono Imperiali, vt nihil in eo de cætero quærant ad laborandum, vel paſcendum, niſi voluntate Abbatis, & Fratrum Floris. Pro quæ concordia inuiolabiliter perpetuo ad inuicem obſeruanda obligauit ſe vtraque ſub pœna centum vnciarum auri, medietatem ſoluendo Regiæ Curiæ, & medietatem aduerſæ parti, concordia nihilominus firma, & ſtabili permanente. Ad huius autem cõcordiæ atque obligationis coram nobis ſactæ memoriam, & inuiolabile firmamentũ præſens ſcriptum ſcripſit Vuillelmus Cuſentinus Notarius noſtra, & aliorum prædictorum ſubſcriptione munitum.

Anno, menſe, & Indict. præſcriptis, pontif. noſtri ann. 12.

Ego Lucas Dei gratia Cuſentin. Archiepiſ. propria manu ſubſcripſi.
Ego Iacobus Cuſentinus Decanus.
Ego Michael Theſaurarius.
Ego Goffridus Cuſentin. Canonicus.
Ego Rogerius filius Raonis Regius Iuſtitiarius.
Ego Benedictus Iudex, qui ſupra interfui.
Iudicis æterni meditemur facta moderni.
Iacob Iudex.

Nulli ergo &c. vſque noſtræ confirmationis infringere, vel ei, &c. vſque contraire; ſi quis autem &c. vſque incurſurum.

Dat. Lateran. 11. Kalend. Febr. ann. 2.

Ab anno igitur 1204. cœpit Lucas ſuum paſtorale munus in Eccleſia Cuſentina dignè, & laudabiliter exercere, cum paulo ante cum cæteris Cœnobij Sambucinæ Monachis Beati Ioachimi tranſitui non ſolum adfuiſſe, ſed vitam ipſius conſcripſiſſe ipſemet teſtatur in proemio: plura item ſe accepiſſe à Luca narrat Anonymus miraculorum Ioachimi auctor, in quibus ipſius Archiepiſcopi res geſtæ commemorantur, quæ hic ad verbum reddere libuit ad tanti viri pietatem agnoſcendam, & quibus virtutibus ad paſtorale officium deinde à Deo vocatus fuerit.

☞ Vir (inquit Anonymus) per omnia Reuerendus Lucas Cuſentinus Archiepiſcopus ea quæ modo ſequuntur primo ſenſu compoſuit, ore dictauit, pagellis exarauit: ait enim. Ego Lucas Archiepiſcopus Cuſentinus anno ſecundo Pontificatus Domini Papæ Lucij iam Monachus primò in Caſamarij vidi virum nomine Ioachim, tum Abbatem Curatij, filium Sambucinæ filiæ Caſemarij; propterea tanquam nepos omni honore, & amore habebatur in Caſamarij; ſed magis obtentu ſapientiæ, & intelligentiæ a Domino ſibi datæ, tunc coram eodem Domino Papa, & Conſiſtorio eius cœpit primùm reuelare intelligentiam ſcripturarum, & vtriuſque teſtamenti concordiam, à quo & licentiam ſcribendi obtinuit, & ſcribere cœpit, mirabatur autem, quod vir tanti nominis, tam efficax in ſermone veſtes haberet vetuſtas, & abiectiſſimas, & per fimbrias ex parte combuſtas, ſed cognoui poſtea, quod toto vitæ ſuæ tempore de vilitate habitus non curanit: manſit autem in Caſamarij ſedulus quaſi anno vno, & dimidio dictans, & emendans, ſimul librum Apocalypſis, & librum concordiæ, vbi in ipſo tempore librum Pſalterij decem chordarum incœpit, mox verò, vt me cognouit intelligere aliquid, & Notarium eſſe Abbatis mei, rogauit eum, vt me ſibi concederet ſcriptorem, quod & actum eſt, quia nil ſibi Abbas Geraldus negare poterat, ita eum feruentiſſimè diligebat. Sedens igitur ego ad pedes eius, tam infra ſepta monaſterij, quàm in grangia S. Angeli de Corneto monaſterio proxima obediẽter, & humiliter die noctuque ſcribebam in caterno, in quo ipſe dictabat, & emendabat in cedulis ſimul cum duobus Monachis ſuis ſcriptoribus Fratre Ioanne, & Fratre Nicolao, quorum alter Abbas, & alter Prior Curatij poſtea extiterunt, miniſtrabã etiam ei celebranti Miſſam admirans omnes mores ipſius; quia dum celebraret leuata manu altius alijs Sacerdotibus, benedicebat etiam, & omnia ſigna, vel officia propenſius, & velut arida eius exhibebat vultum habens coloratum, & verè angelicum in hora, ſicut tunc notaui, & benè memini miniſterij Miſſæ tantum, ſed & lachrymantem nonnunquam eum in celebratione miſſæ conſpexi, & cum in miſſa Paſſio Dominica legebatur. dicentem quoque audiui nunquam ſe leuiorem eſſe per totum annum, quàm in diebus quindecim paſſionis, ita quod ſemper eos finiti dolebat, & fortè propterea datum ei, vt in ſabbatho, quo ſitientes cantatur, mortalis vitæ dolore arderet, & verum adeptum Sabbathum, vt ceruus ad fontes properaret aquarum; ad commiſſionem quoque Abbatis mei ſolus ipſe, cum nullum in hac parte haberet ſimilem ſermonem tam in feſtis, in ferijs frequentem in Capitulo faciebat, & tunc etiam intuebamur vultum eius, tanquam Angeli præſidentis in nobis; nam ſermonem humiliori voce incipiebat, aliquantiſper procedens non iam vt homo, ſed verè vt Angelus fortiori voce, & vina quadam affectione verbum Dei auditorum mentibus imprimebat: nullum audiui aliquando conquerentem, quod ſermonem Domini protraheret, cum omnes noſtris orationis eius delitijs ſatiari non poſſent: pernoctabat aſſiduè in oratione, in ſcribendo,

do, & tamen ad conuentuales vigilias properabat humiliter canens, & vigilans ita, quod eum nunquam iu Choro Caſæmarij dormire conſpexi. De qualitate, vel parcitate cibi, aut potus nunquam curabat, ita quod diebus aliquot non guſtauit coctū in menſa. & cum per errorem ſeruitoris, qui putabat hoc per refectorium fieri vinū in vaſculo eius cōtingeret non apponi, aqua tantum, quam accipiebat de ſeruitorum manu contentus. Retulit mihi aliquando, quod cū in Siria iuuenculus habitu iam religionis aſſumpto ſolus fuiſſet apud quandam viduam hoſpitatus, illa in eum oculis impudicis intuēs laſciuijs ipſum ad crimen inuitare tentauit; ſed ſeruus Dei reſtitit ſapienter, & fortiter. Et quia nox erat, & congruenter exire non poterat, miſera eūte dormitum, ipſe totam noctem in oratione duxit inſomnem, hoſpitantis ſe ſpreto lecto ſibi parato lignorum faſciculis decumbens, & carnis tentationem ſuperans, donec mane aperto hoſtio domus ſine licentia tentantis exiuit. Nunquam verè fateor vidi virum ita ſemper fortiter pro caſtitate zelantem ita quod cunctos, quos poterat ad pudicitiam animantem, & impudicitiam in omnibus, quos poterat corrigentem. Audiui à Domino Raynerio intimo eius, quod nunquam nouiſſet virum ſic ab hoc vitio liberum, & hoc ipſum audiuiſſe ab Epiſcopis, & multis Fratribus aſſerebat. Vidi eum nonnunquam ſtantem flexis genibus, ac manibus, & oculis erectis ad Cęlum, & cum Chriſto, ac ſi videret eum facie ad faciem vultu alacri colloquentem. Feci apud eum in Petralata quadrageſimā totam, in qua exceptis diebus dominicis, & feſtiuis, quotidie panem, & aquam guſtare potius quam comedere videbatur, cum diebus, ac noctibus indeſinenter, aut ſcriberet, aut legeret, aut oraret, Miſſam quotidie celebrantem quantum enim volebat, acceperat à Deo, abſtinere poſſet à cibis, & potibus, & quanto magis abſtinebat, alacrior, & fortior apparebat. Extra monaſterium eum cæteris comedens cibos opportunos cum gratiarum actione ſumebat. Cum à Fratribus Sambucina ſibique de ſuo, & Domini Raynerij conſilio poſtulari me contigit in Abbatem. Scripſerunt mihi ambo, vt venirem, & nullatenus dubitarem, & quod non aſſumerem in excuſationem, quia eram impeditioris, & tardioris linguæ, quorum epiſtolas reuerentia qua debui, cuſtodiui. Et electus in feſto ſancti Clementis ſequenti Dominica de aduentu Domini iuſſus in Abbatem me habens, epiſtolas ipſas in pectore meo, vt plus de illorum, qui eas miſerant, quam de mea fide præſumens ſermonem Fratribus in Capitulo feci, & abſolutus à vinculo linguæ gratias Deo egi, & eorum, qui me confortauerāt meritis miraculum applicaui. Cum in Sambucina paſſus febrem acutiſſimam ad extrema veniſſem viſitatus ab eo ſum, & charitatiuè deductus ad Florem, qui cum videret me debilem pro defectu appetitus carnes nollem, nec poſſem comedere appetenti mihi caules conuentuales, comede ſecurus in nomine Domini (ait) comede quotidie caules, & bibe de muſto eius, & infra paucos dies receſſi plena ſanitate recepta. Sequenti menſe Nouembris ibam cum eo Panormum, cumque ieiunans, & tardè hoſpirando cum eo cenarē ſitiebam, & bibebam in nocte, quadam vero mane dixerit mihi quod non eſſet regulare, ſic in nocte me bibere, ſed deberem confidens de miſericordia Domini abſtinere, credens viri monitis hæc ſtatim ex tunc vltra non ſentio. Sexta feria in Paraſceue ſedebam cum eo in Clauſtro ſancti Spiritus de Panormo, & ecce vocatus ad Palatium fuit ad Imperatricem Conſtantiam, quæ illi confiteri volebat, iuit, & inuenit eam intra Eccleſiā in ſede conſueta ſedentem, iuſſus ſedere in ſedula pro ipſo poſita ſedit; ſed cum Imperatrix aperuit ei propoſitum confitendi, qua debuit auctoritate frenauit, & reſpondit dicens, quia ego nunc locum Chriſti, tu vero pœnitentis Magdalenæ renes, deſcēde, ſede in terra, & ita fideliter confitere, aliter enim non debeo te audire, deſcendit, & ſedit Imperatrix in terra, & confeſſa humiliter peccata ſua, mirantibus omnibus, cum ipſe quæ retulit auctoritatem Apoſtolicam in Abbate fuiſſe. didicerat à Chriſto mitis, & humilis eſſe corde, itaque Abbas in Curatio ibat frequenter mundabat ſuis manibus totum infirmitorium, primò videlicet tectum, & deinde parietes, idem per operationes vſque ad pauimentum, idem minima, & manifeſta quæque decurrit, domo vero mundata cōſiderabat, & componebat lectiſternia, protinus quantum opportunè poterat, vt nunquam negligeret infirmiores etiam debiles in coquina. Non ſolum infirmis laſſis per viam pueris ſuis erat ex corde compatiens ita quod deſcendēs famulum ſuum aliquādiu equitare compelleret, quem proſequebatur pedes donec ſamulum reparaſſe conſpiceret, & ſic iterum equitaret. Illa hieme qua deceſſit, fames maxima in Sicilia, & Calabria tota fuit, ita quod multi pauperes pro inedia morerentur. Ille vero pio ſtudio quibuſcunque poterat, ſubueniebat, & ad ſubueniendum alios admonebat, veſtes ſuas egenis tanta compaſſione diſtribuens, quod ſolo ſcapulari viſus Cuſentiæ incopertus in nocte per octauas Paſchæ Pentecoſtes quotidie conſueuerat celebrare, itaque ſi tunc exire monaſterium cogebatur deferebat ſecum veſtimentum, & calicem, vt in quacunque poſſet Eccleſia celebrare: dicebat, non oportere veros, & nouos Iudęos inferiores eſſe illis Hebręis, qui

ſeptem

ſeptem diebus azima comedebant. Auctoritatis tantæ ob ſæcnlares in conſilijs temporalium erat, vt nobiles Cuſentiæ audinerimus eum per circuitum fatigabatur ab hoſtibus, qnod ſecuriores eſſent illo in ciuitate præſente, quamſi centum mille milites armati ad eorum deſenſionem adeſſent. Citca cultum diuinum in ſacris officijs ſtudioſiſſimus vbique ac ſemper erat, ita quod in Sila conſpexi etiam eum figentem Crucem, & coram ea ſuper candelabra lignea illuminantem cereos, Si feſtiuitas erat, & ſic ordinatis horis cum ſocijs vigilias, & veſperas cum deuotione cantabat. Cura quoque vbicunque habitauit per maxima fuit de munditia, & ornamento altaris. Obedientiam qua ipſe ſubditus extiterat, à ſubditis mirabiliter exigebat. Inobedientes eos, & tam diuturnis monitis non deſiſtens corrigere, donec eos ad humilitatem cordis, & ſpontaneam obedientiam inuitaret. Hoſpitibus omni loco, & tẽpore liberaliſſimus fuit, quos verbis, & obſeqnijs in menſa potiſſimum honorabat. Solis conſanguineis durus erat, & inhumanus, tanquam ignotos illos reſpiciens, vt nihil vnquam eis tribueret, plerumque ſibi, & monaſterio, ſeruitoribus, & rogatus à Fratribus acquieſcens. In labore manuum incredibiliter fortis fuit, & plurimum eum conuentu Fratrum delectabatur in eo. Hæc credo in diebus aliquis tantum prima manu ſcripſerit, & reſcribendo correxit. Robuſtus corpore, parum de frigore, vel æſtu, de fame, vel ſiti curauit. Hæc autem vt iam diximus retulit vir bonæ memoriæ Dom. Lucas Cuſentinus Archiepiſcopus. Hæc ille, qui etiam alijs in locis de Luca mentionem facit honorificam: ad calcem libelli extat mirabilis viſio, & admonitio Ioachini facta cuidam Rogerio Lucæ Archiepiſcopi ſcribæ, dñ menſe Aprilis 1215. Iuſſu ipſius in monaſterio Curatij exſcriberet eius in Commentaria in Apocalypſim B. Ioannis Euangeliſtæ.

Cæterum Lucas ann. 1206. inſtante Matthæo ſecundo Florenſis Abbatis omnium monaſteriorum Florenſis Ordinis Apoſtolicus Viſitator deſtinatus, & omnia luſtrauit, atque vna cum eodem Matthæo, & Abbate Sancti Spiritus Panormi, aliqua ſaluberrima ſtatuta in poſterum obſeruanda ſanxerunt ab Innocentio III. deinde confirmata ſub *Datum Laterani* 11. *Kal. Martij*, *ſui pontif. ann.* 17. Eodem anno 1212. Luca ſupplicante Federicus II. Siciliæ Rex & Romanorum Cæſar Synagogam Iudæorum (in virginum Ciſtercienſium domum tandem tranſituram) Cuſentinæ vrbis, Cuſentinum Archipræſulis ditioni ſubegit, vt ex documento Friderici è tabulario Cuſentinæ Eccleſiæ exſcripto colligi poteſt.

In nomine Dei æterni, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

Federicus diuina fauente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ in Romanorum Imperatorem electus.

Diuina miſericordia, cuius magnitudinem comprehendere non ſufficimus licet incrementa nobis aſſidua ſentiamus, tunc melius & dignius gratiarum, & obſequiorum vota rependimus, cum ſacroſanctas Eccleſias, vbi iugiter ipſe laudatur, & colitur magnificentiæ noſtræ beneficijs honoramus. Hac ſiquidem conſideratione, attendentes etiam fidei puritatem, & grata obſequia, quæ tu Lucas venerabilis Cuſentine Archiepiſcope fidelis noſter infatigabiliter impendiſti hactenus, & exhibere humiliter Maieſtati noſtræ non ceſſas, ſupplicationem ſuam de concedenda Eccleſiæ tuæ Synagoga Iudeorum in ciuitate noſtra Cuſentiæ, benignitate ſolita duximus admittẽdam, dignum modis omnibus exiſtimantes, vt inimici Crucis crucifixoribus deſeruiant ſi forte ad notitiam Euangelicæ fidei Eccleſiæ ſeruiendo pertingant. De innata igitur nobis clemẽtia æternæ retributionis obtẽtu, pro ſalute quoque animarum felicium Auguſtorum parentum noſtrorum recolendæ memoriæ, damus, & concedimus liberè tibi, tuiſque ſucceſſoribus, Eccleſiæ Cuſentinæ Iudæos omnes, & tintoriam in ciuitate Cuſentiæ, mandantes, vt ipſi Iudæi eidem Eccleſiæ de tinctoria, & omnibus alijs rationibus, ſicut hactenus conſueuerunt Camerarijs noſtris, debeant perpetuo reſpondere. Ad huius autem noſtræ donationis, & conceſſionis memoriam, & robur perpetuo valiturum, præſens priuilegium per manus Bonominis de Gaieta Notarij, & fidelis noſtri ſcribi, & Maieſtatis noſtræ ſigillo præcepimus communiri anno, menſe, & Indictione ſubſcriptis.

Data in ciuitate Meſſanæ, anno Dominicæ Incarnationis 1212. *menſe Martij* 15. *Indict. Regni vero Dom. noſtri Federici Dei gratia glorioſiſſimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, in Romanorum Imperatorem electi anno* 14. *feliciter. Amen.*

Anno 1217. Lucæ ſcribit Honorius III. Vt vice ſua Meſſanam accedat vbi crucesignatorum multitudo concurrebat ibique verbum crucis prædicet, & de agendis ipſis crucesignatis diſponat, incipit epiſt. Cum is &c. Datum Anagniæ 8. Id. Iulij pontif. 1. nu. 500. fol. 120. Regeſt. Vatic. Ad eundem idem ſcribit an. 3. vt inquirat contra Squil-

laceṇ-

A lacenſem Epiſcopum Dat.Later.6. kalend. Septembr. ep.164. fol.14. & an.pontif.4. ad eundem Lucam ſcribit, vt contra quendam inquirat, qui per ſimoniam, & potentiam laicalem ſe in Epiſcopatum fecerat intrudi. Incipit. Cum nemo. Dat Later. 3. Non.Septemb.eſt epiſt.num558.fol.126.

Anno vero 1219. idem Honorius III. per literas ſuas Dat.Later.4.Kal.Nouemb.commiſit Lucæ, vt Roſſanenſem Archiepiſcopũ electum, ſi illum tanto munere dignum inueniſſet, in ea dignitate confirmaret. Interea Lucas Eccleſiæ ſuæ iura ſeruare intendens, ſuper caſtro Rendæ cum Richardo Comite de Ayello litem habuit aliquando,
B moleſtias eidem inferendo, qui ab Imperatore Federico legitimè inueſtitus fuerat. Honorius III.rem proComite adiudicauit, Lucæ & Capitulo Cuſentino in hæc verba reſcripſit.

HONORIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

☞ Venerabili fratri Archiepiſcopo, & dilectis filijs Capitulo Cuſentino ſalutẽ, & Apoſtolicam benedictionem. Nobilis vir RichardusComes deAgello expoſuitnobis quod vos ipſum ſuper Caſtro Rendæ,quod ad eum de iure pertinet moleſtetis contra mandatum noſtrum, quod ſuper hoc alias
C recepiſtis improuidè viuendo. Cum igitur idem Comes priuilegiũ Comitatus ſui præter caſtrum Agelli nuper de Imperiali munificentia fuerit conſecutus, diſcretionem veſtram rogandam duximus,& monendam per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenus ſuper dicto Caſtro, quod in ipſo Comitatu exiſtit de cætero nullatenus indebitè moleſtetis Comitem memoratum cum incrementis veſtris vos intrare non deceat in præfati nobilis detrimentum.

Dat. *Laterani 6.Kalend.Decembr. pontif. noſtri ann.5.*

Erat Comes iſteRichardus filius Matthæi Salernitani vtriuſque Siciliæ MagniCancel-
D larij, & frater Nicolai Archiepiſcopi Salernitani, de quo alibi fuſius dictum eſt. Cæterum Lucas Eccleſiam ſibi creditam ſummo amore, ſummoque iure adminiſtrauit, qui & de ſtatu Eccleſiæ, & vitam B.Patris Ioachini deſcripſit,ſub cuius regimine, deq; eius conſilio, & auctoritate Nicolaus ex Ord. ſuo Ciſtercienſi Epiſcopus Card. Tuſculanus Apoſtolicæ Sedis Legatus Cuſentinam Cathedralem miro concurſu, & apparatu conſecrauit anno 1222. vt monumentum, quod extat in tabulario eiuſdem Eccleſiæ proloquitur in hunc modum.

Nicolaus Dei gratia Tuſculanus Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus.

☞ Præſenti ſcripto poſterorum notitiæ, tradimus, quod Cuſentiam venientes rogati fuimus à Luca venerabili Archiepiſcopo, & Capitulo eius, vt Eccleſiam Cuſentinam, quæ licet antiqua eſſet, nuſquã tamen aliquando conſecrata fuerat, conſecrare ſolemniter deberemus,quorum precibus grato concurrentes aſſenſu præſente Domino Friderico Illuſtriſſimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, & Rege Siciliæ, cum venerabilibus Landone Regino, & Nicolao Tarentino Archiepiſcopis, cum Rogerio Militenſi, Gulielmo Biſinianenſi, Andrea ſancti Marci, Bartholomæo Syracuſano, Bernardo Genico-Caſtrenſi, Thadeo Neocaſtrenſi, Philippo Marturanenſi Epiſcopis, aſtante Abbatum, & Monachorum, Cleri, & populi multitudine copioſa dedicauimus Eccleſiam, & conſecrauimus manibus noſtris altare maius ad honorem Dei, & Beatiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ, in quo recondimus reliquias iſtas. De ligno Dominicæ Crucis. De veſtimento Virginis Mariæ.De ſepulchro eius. De corpore Beatæ Annæ matris ipſius. De ſepulchro, & Præſepe Domini. Sanctorum Innocentium. Simonis Iuſti.De manna & veſte ſancti Ioãnis Euangeliſtæ. De baculo ſancti Pauli Apoſtoli, Marci & Lucæ Euangeliſtarum. Stephani Protomartyris. Dionyſij Areopagitæ.Sixti Papæ & martyris. Laurentij Leuitæ & martyris. Anaſtaſij Monachi, & martyris. Priſci Papæ. Silueſtri Papæ. Martini Epiſcopi, & Confeſſoris. Mariæ Magdalenæ. Teclæ, Sabinæ, Agathæ, Luciæ virginum, & martyrum. Et mulieris Samaritanæ, cum qua loquutus eſt Chriſtus. Altare ad partem Meridianam conſecrauit prędictus Militenſis Epiſcopus in honorem beatiſſimi Ioannis Baptiſtæ, recondens in eo reliquias iſtas. De corpore ipſius B.Ioannis. Zachariæ Prophetæ patris ipſius. Ioſeph ab Arimathia. Epaphræ vnius de ſeptuaginta duobus diſcipulis. Fabiani Epiſcopi, & martyris. Geruaſij, & Protaſij martyrum. Luciani martyris. Iuliani martyris. Eleuterij martyris. Pantaleonis martyris. Coſmæ martyris. Euſtaſij martyris. Marcelliani martyris vnius ex quadraginta martyribus. Antonij Abbatis. Macharij Abbatis. Euſtitij confeſſoris. Iuſtinæ virginis. Altare vero ad partem Aquilonarem conſecrauit prædictus Biſinianenſis Epiſcopus in honorem Beatiſſimi Petri, & Pauli, & omnium Apoſtolorum, recondens in eo reliquias iſtas. De ligno viuificæ Crucis. De capillis ipſius beati Petri. De corpore ipſius Pauli Apoſtoli. Andreæ Apoſtoli. Iacobi Apoſtoli, Philippi Apoſtoli. Matthiæ Apoſtoli.

Mat-

Matthæi Apoſtoli, Barnabæ Apoſtoli. Clementis Papæ & martyris. Rodos de ſeptuaginta duobus. Nerei, & Achillei martyrũ. Macharij, Chriſtophori, Georgij,& Cæſarij, Cyriaci, Tiburtij, & Pancratij martyrum. Vnius quatuor Coronatorum. Luciæ & Geminiani martyrum. Primi & Feliciani martyrum. Chriſanti & Dariæ martyrum. Bonifacij Papæ. De capillis beati Gregorij Papæ. Ioannis Chryſoſtomi, Sabinæ, Comiſini Epiſcopi, Cataldi Epiſcopi & confeſſoris. Vitaliani confeſſoris. Helenæ Auguſtæ, Felicitatis martyris, Luciæ martyris, Agnetis virginis & martyris. Quæ vtique conſecratio celebrata eſt anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſecundo, tertio Kalendas Februarij, Indictionis decimæ, Pontificatus Dom. Honorij Papæ III. ann. 6. Secunda vero die perambulauimus, & benediximus Cœmeteriũ ipſius Eccleſiæ per partes quatuor: vt eſt moris ad ſalutem, & requiem ſepultorum & ſepeliendorum ibidem. Sanè vniuerſis fidelibus Eccleſiam ipſam denotè viſitantibus vſque ad proximas Kalen. Aprilis indulſimus annos duos, & carinas duas iniunctæ illis pro criminalibus pœnitentiæ; in anniuerſario vero ipſius conſecrationis perpetuis temporibus indulſimus vnum annum, & carinam vnam viſitantibus eandem Eccleſiam per totam octauam. Ad indicium autem huius conſecrationis, & indulgentiæ præſens ſcriptum fieri iuſſimus per manus Guglielmi Clerici, & publici Notarij Cuſentiæ noſtra, & prædictorum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum ſubſcriptionibus, & ſigillorum impreſſionibus communitum.

† *Ego Nicolaus Tuſtulanus Epiſcopus, & Apoſtolicæ Sedis Legatus.*
† *Ego Landonus Reginus Archiep.*
† *Ego Nicolaus Tarentinus Archiepiſcopus.*
† *Rogerius Militenſis Epiſc.*
† *Ego Guglielmus Biſinianenſis Epiſcopus.*
† *Ego Andreas ſancti Marcenſis Epiſcopus.*
† *Ego Bartholomaus Syracuſanus Epiſcopus.*
† *Ego Thadeus Neocaſtrenſis Epiſcopus.*
† *Ego Bernardus Genicocaſtrenſis Epiſcopus.*
† *Ego Philippus Dei gratia Marturanenſis Epiſc.*

Eodem anno 1222. die 27. Iulij Lucas ab Honorio III. Papa delegatus litem aggreſſus eſt agnoſcere, quæ Archimandritam Patiri Cœnobij Roſſanenſis Diœceſis inter & Abbatem ſancti Iuliani de Catanzaro vertebatur, ſed intercedentibus quibuſdam de cauſis indeciſam reliquit, vt infra in Ca-

A rhacenſibus Epiſcopis enarrabimus. Recurrente deinde anno 1223. die 23. menſis Iulij à Federico II. Imperatore Rege Siciliæ pro ſua Cuſentina Eccleſia confirmationem obtinuit omnium priuilegiorum iam diu à Rogerio, filioque eius Vuillelmo Calabriæ Ducibus, atque à Conſtantia Imp. matre ſua conceſſorum, quorum tenorem ſupra retulimus, Federici confirmatio, cum inſertione eorundem ex tabulario Cuſentinæ Eccleſiæ deſumpta hic exhibetur.

Federicus diuina fauente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ.

B Inter cætera pietatis opera, quæ ad ſalutem pertinent animarum illud nobis æternas promeretur diuitias, & locum ſtabilem vendicat ad quietem, quod locis venerabilibus, & Dei Eccleſijs benignius elargimur. Ea propter notum facimus vniuerſis fidelibus noſtris, tam præſentibus, quam futuris, quod Lucas venerab. Cuſentinus Archiepiſcopus fidelis noſter tranſcriptum quoddam priuilegiorum Rogerij Ducis Apuliæ, Guillelmi Ducis eiuſdem Rogerij Ducis filij, & liberorum ſupradictorum, & quondam Imperatricis Conſtantiæ Dominæ Matris noſtræ memoriæ recolendæ ſigill. P. Maturanen. Epiſcopi, P. Abbatis Curatij, Boni quondam Abbatis Matinę,

C & M. Abbatis Floris, & eorum ſubſcriptionibus roboratum noſtrę celſitudini præſentauit, ſupplicans humiliter denotè, vt priuilegia, & litteras ſupradictas ſibi, & Eccleſiæ ſuæ innouare, & confirmare de noſtra gratia dignaremur. Quapropter ſupplicationes ipſius venerabilis Archiepiſcopi de ſolita clementia benignius duximus admittendas, & priuilegia ipſa, & litteras innouantes, eadem de verbo ad verbum hic noſtro priuilegio iuſſimus annotari, quorum tenor talis eſt, In nomine ſanctæ & Indiuiduæ Trinitatis, Rogerius Dei gratia Dux Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ confirmo, & ſtabiliter largior, & dono tibi Domino Ar-

D nulpho Archiepiſcopo tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum, quicquid &c. *Totum priuilegium hoc ſupra relatum eſt.* Secundum Vuillemi Ducis ita incipit. In nomine ſanctæ & Indiuiduæ Trinitatis Guillelmus diuina clementia Dux Rogeri famoſi Ducis heres & filius. Nos ab omnium conditore &c. vt ſupra. Conſtantiæ Imperatricis priuilegij initium. Conſtantia Dei gratia Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta, & Regina Siciliæ, Rogerio de Calo, & Conſtantino de Tauromenſe Magiſtro Doanæ & cętera, *vt ſupra exſcriptum eſt.* Proſequitur deinde Federicus. Nos itaque pro remedio animarum felicium Regum prędeceſſorum, & Diuorum Auguſtorum parentum noſtrorum memoriæ recolendæ, pro

ſalute

ſalute quoq; noſtra, & Henrici Regis cariſſimi filij noſtri omnia quæ ſuperius in ipſis priuileg. & litteris continētur eidem vener. Archiepiſcopo ſucceſſoſibus ſuis, & Eccleſiæ Cuſentinæ in perpetuū de noſtra gratia concedimus, & confirmamus, volentes, & præcipientes, vt ea omnia de cætero pacificè & ſine diminutione habeant, & quietè percipiant ſicut Regnum felicium Vuillelmi Primi, & ſecundi tempore, vſque ad obitum Dominæ quondam Imperatricis Conſtantiæ matris noſtræ conſueuerunt percipere, & habere, Ad huius autem immunitatis, & confirmationis noſtræ memoriam, & inuiolabilem firmitatem prædictorum priuilegiorum per manus Henrici Notarij, & fidelis noſtri fieri, & ſigillo celſitudinis noſtræ iuſſimus roborari. Anno, menſe, & Indictione ſubſcriptis.

Datum in vrbe felici Panormi, anno Dominica Incarnationis milleſimo ducenteſimo vigeſimo tertio menſe Iulij vndecima Indictionis, Imperij Domini noſtri Federici Dei gratia inuictiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti. & Regis Siciliæ anno tertio, & Regni eius Siciliæ anno vigeſimo ſexto feliciter Amen.

Eodem hoc ipſo anno 1223. ex delectu eiuſdem Federici Imper. Lucas cum Tirriſio Caſſanenſi Epiſcopo litem compoſuit inter Archimandritam Patiri Cœnobij, & Matthæum Abbatem Florenſem, vt in ſequenti monumento ſigillis obſignato legitur, quod mihi contigit proprijs vſurpare oculis, & exſcribi. Sigillum Lucæ in alba cera impreſſum eſt, vbi ipſius Lucæ effigies pedum paſtorale manu geſtans, ac circumcirca hæc leguntur verba *S. Fr. Lucas Dei gratia Archiepiſcopus Cuſentinus*. Signum verum Tirici Caſſanenſis Epiſcopi deperditum eſt. Porro concordiæ documentum ita ſe habet.

Anno Dominica Incarnationis milleſimo ducenteſimo, vigeſimo tertio, menſe Auguſti 11. Indict.

Anno vero Imperij Domini noſtri Fr. Dei gratia inuictiſſimi Roman. Imperatoris ſemper Auguſti tertio, Regni autem Siciliæ 25. Regnique Domini Henrici filij eius eadem gratia glorioſiſſimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ 11. feliciter, Amen. Nos Lucas Dei gratia Cuſentinus Archiepiſcopus, & Terriſius Caſſanen. Epiſcopus præſenti ſcripto notum facimus, quod recepimus per manus Domini Matthæi venerabilis Abbatis, & Conuentus Floris Imperiales litteras hãc ſeriem continentes. Fr. Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ venerabili Archiepiſcopo Cuſentino, & Epiſcopo Caſſanen. fidelibus

A ſuis gratiam ſuam, & bonam voluntatem. Conqueſti ſunt celſitudini noſtræ venerabilis Abbas, & Conuentus Floren. Monaſterij fideles noſtri, quod cum Abbati de Patiro, & quibuſdam Fratribus ſuis ex parte noſtra firmiter inhiberent ſub pœna centum librarum auri, prout in eorum priuilegio à maieſtate noſtra obtento plenius continetur, ne auſu temerario quoddam eorum tenimentum intrarer cum ſuis animalibus, ipſi eorum inhibitione contempta dictum tenimentum inuadi fecerunt in eorum præiudicium, & grauamen ita quod in tenimento mandras fecerunt, & animalia eorū ibidem paſcendo repererunt, & cum ſuper hoc conqueſti fuerint, nondum potuerunt,

B ſicut aſſerunt, iuſtitiam obtinere. Quare mandamus diſcretioni veſtræ, quatenus partibus in veſtra præſentia conuocatis, audiatis cauſam, & eam ſtudeatis mediante iuſtitia, ſine debito terminare; vt pro defectu iuſtitiæ neutra partium iuſtam habeat materiam conquerendi. Datum apud Cutronum 17. Maij 11. Indict. Item recepimus Imperiales litteras per manus venerabilis Archimandritæ, & Conuentus Monaſterij de Patiro, quarum continentia talis erat. Fr. Dei gratia Rom. Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Siciliæ. Venerabili Archiepiſcopo Cuſentino, & Epiſcopo Caſſanen. fidelibus ſuis gratiam ſuam, & bonam vo-

C luntatem. Venerabilis Archimandrita, & Conuentus Monaſterij de Patiro fideles noſtri maieſtati noſtræ grauiter ſunt conqueſti, quod de quibuſdam tenimentis, quæ in partibus Sile monaſterium ipſum longis retro temporibus habuit rationabiliter, & poſſedit, per venerabilem Abbatem, & Cōuentum Floren. monaſterij ſunt per violentiam ſpoliati; in quibus tenimentis quidam Fratres ſui à Paſtoribus Floren. monaſterij fuerunt acriter verberati, & quinquaginta oues, & res aliæ ablatæ nequiter ab eiſdem. Cum ergo inter perſonas Eccleſiaſticas, & loca venerabilia huiuſmodi violentiæ non debeant attentari, mandamus diſcretioni

D veſtræ, quatenus conuocatis partibus coram vobis, audiatis cauſam, & eam ſtudeatis mediante iuſtitia fine debito terminare, vt iuſta ſuper hoc ad audientiam noſtram iterato querimonia non recurrat. Datum apud Cutronum, 18. Maij, 11. Ind. Partibus ergo legitimè citatis, & in noſtra præſentia conſtitutis, allegata vtrinque audiuimus diligenter, cumque præfixiſſemus vtrique parti terminum ad probandum, quæ propoſuerant coram nobis . . . . terminum, vel ad diffinitiuam ſententiam veniretur, deuenerunt ad concordiam in hunc modum. Venerabilis quidem Abbas, & Conuentus Floris dedit venerabili Archimandritæ, & Conuentui, ac monaſterio Patiri in perpetuum libera paſcua pro quibuſlibet animalibus ſuis, & paſtorum ſuorum in

in Sila in tenimento, quod dicitur trium Capitum ſine damno, & impedimento eiuſdem monaſterij Floris, & aliorum, qui pro eodem monaſterio laborauerint in tenimēto ipſo, quod cōtinetur infra fines tenimēti cōceſſi monaſterio Floris per Imperiale priuilegiū, quod in noſtra præſentia fuit oſtēſū. Cuius vtiq; tenimēti trium Capitum iſti ſuntfines. Incipit à vado fluminis Neti, quod eſt ſubtus caſtellum de Sclauis, & vadit per viam publicam vſque ad Eccleſiam ſancti Nicolai de Trigia, & aſcendit in directum ad ſerram trium Capitum, & aſcendit in directum ad aream picatani, & inde ad flumen Neti, & aſcendit flumen vſque ad vadum prædictum, quod eſt ſubtus caſtellum de Sclauis, & concludit. Pro quibus paſcuis prædictus Archimandrita, & Conuentus Patiri obligauerunt ſe, & ſucceſſores ſuos prædicto Abbati, & Conuentui, ac monaſterio Floris reddere annuatim pro cenſu in feſto Natalis Domini monaſterio eorum lagenas boni, & puri olei quinque capientes ſingulas milagines binas ad iuſtam menſuram Ruſſani. Ad iudicium ergo rei geſtæ taliter coram nobis, & robur perpetuo valiturum, duo ſimilia inſtrumenta fieri fecimus per manus dilecti filij Guillelmi Canonici Cuſentini, noſtra & aſſeſſorum noſtrorum ſubſcriptionibus, ſigillorumque appenſione munita. Sanè ad certiorem huius compoſitionis euidentiam, & perpetuam partium firmitatem placuit, & de conſilio fuit, vt inſtrumento aſſignato Archimandritæ Patiri ſubſcriberent Abbas & duodecim Monachi Floris cum appenſione ſigilli ſui, & inſtrumento aſſignato monaſterio Floris ſubſcriberent Archimandrita, & duodecim Monachi Patiri cum appenſione ſigilli ſui. Anno, menſe, & Ind. præmiſſis.

† *Lucas Dei gratia Cuſentinus Archiepiſcopus ſubſcripſi.*

† *Terriſius Dei gratia Caſſanen. Epiſc. ſubſcripſi.*

† *Ego Michael Cuſentinus Dec.*

† *Ego Iohannes de Thetis Cuſentinus Archidiaconus*

† *Ego Guillelmus Caſſan. Theſaur. ſubſcripſi.*

† *Ego Fr. Matthæus dictus Abbas Floris, propria manu ſubſcripſi, & ſigillum impreſſi.*

† *Ego Fr. Rogerius Prior Floris.*

† *Signum manus Fratris Iuliani Sacerdotis, & Magiſtri fabri Eccleſiæ Floris.*

† *Ego Fr. Rogerius Monachus, & Diaconus Floris.*

† *Ego . . . . Monachus . . . domus infirmarij Floris.*

† *Ego . . . . Monachus, & Cellariarius Floris.*

† *Ego Fr Herbertus Monachus, & Cantor Floris.*

† *Signum manus Fr. Stephani Sacerdotis Monachi Floris.*

† *Signum manus Lucæ Sacerdotis Monachi Floris.*

† *Signum manus Fr. Roberti Sacerdotis Monachi Floris.*

† *Ego Fr. Arioſus Subdiaconus infirmarius Floris.*

† *Ego Fr. Paſchalis Sacerdos, & Monachus Floris.*

† *Signum manus Fr. Thomæ Diaconi, & Cellerarij Floris.*

Hoc eod. an. 1223. ſuperiori menſe Martio ſui Archipræſulatus anno vigeſimo primo ſummo labore, & induſtria iam diu ſuæ Eccleſiæ quęſita monumenta iuraq; & bona eiuſdem in vnum volumen collegit, & compilauit, quod plantam omnium ſuæ Diœceſis Eccleſiarum, ſiue Matriculam nuncupauit ſucceſſorum ſuorum fulcimentum futurum. aſſeruatur codex qua par eſt diligentia in ſanctiori Cuſentinę Eccleſiæ tabulario. Anno 1224. Honorius III. idem per ſuas litteras datas 7. kalen. Aprilis pontit. 7. mandauit Lucæ, vt relegationis Harduini Cephaludenſis cauſam diſcuteret, ſed Lucas ægritudine impeditus Apoſtolica auctoritate ſubſtituit Magiſtrū Bartholomæū Theſaurarium Cuſentinum in Siciliam trāſmiſit, qui aſſumpto ſibi aſſeſſore Abb. S. Ioānis Eremitarum Panormi, cauſam agitauit vt Rocchus Pyrrhus ſcribit in notitia Cephaludenſis Eccleſ. & hæc fere Lucæ vltima mentio hoc ipſo anno, qui poſtremus illi fuit, primuſque exordientis ſalutis creditur enim hoc ipſo anno 1224. ad cælum euolaſſe, & Sambucinæ in templo relatus ibi quieſcere. Præſul ſane digniſſimus, & præcipua ſanctimonia vitæ clarus Ordinis ſui Ciſtercienſis, ac Cuſentinæ Eccleſiæ fulgentiſſimum ſydus, qui à Marafiotto in Calabriæ deſcriptione inter Beatos recenſetur.

13 OPIXO, vel Obizo ciuis Aſtenſis ex Columbotum familia natus, Friderici II. Imper. ob egregias animi ſui virtutes charus, & Conſiliarius, vacante Eccleſia Cuſentina à Capitulo poſt Lucæ obitum, Cuſentino gregi Præpoſitus eſt, anno 1224. ab Honorio III. confirmatur. Memoratur eodem anno, menſe Decembri in priuilegio eiuſdem Federici ad fauorem Cœnobij ſōctis Laureati concesſo. Ei ſcribit Gregorius IX. anno ſalutis 1237. ponti. ſui 11. 7. Kal. Maij in Reg. Vatic. 122. fol. 22. vt Matturanenſi Epiſcopo eius ſuffraganeo ſenio confecto, ac penè ad exercenda Pontificalia munia inhabili miſſionem reciperet, conſuleretque de optimo eidem Eccleſiæ Epiſcopo inſtituendo: memoratur etiam in eodem Regeſt. anno 1240. Laudabili fama

ſedit

ſedit Opizo annis 26. Exceſſit ſub Innocentio IV. circa annum 1250. In monumentis Aſtenſis Eccleſiæ memoratur eius obitus die 5. Id. Febr. pro cuius anima Ruſſinus ciuis, & Archipresbyter Eccleſiæ Aſtenſis ex familia Columborum quædam bona ab ipſo empta, Capitulo donanit in expiationem Opizi qnondam Archiepiſcopi Cuſentini, & ciuis Aſtenſis. Memini me hoc idem tradidiſſe in Catalogo Aſtenſium Epiſcoporum, vbi ex amanuenſis incogitantia legitnr circa annum 1270. pro 1253. In Aſtenſi monumẽto ſignatur dies obitus, non annus præciſus; memoratur tamen in Regiſtro Vatic. in litteris ennfirmationis Bartholomæi, Opizonis ſucceſſoris Porro Opizone ſedente Henricus Rex Federici II. Imper. ex Conſtantia Hi p na ſilius primogenitus, læſæ Maieſtatis reus factus, cum Regnum Germanicum, vt Fazellus narrat, abſente in Syria patre occupare tentaſſet, vna cum filijs duobus, quos ex Agnete Leopoldi Auſtriæ Ducis filia ſuſceperat, captus apud Marturanum Calabriæ vrbem teterrimo carceti mãcipatus ex inedia mortuus eſt anno 1235. alijs 1236. in Cuſentina Cathedrali humatus in magno marmoreo tumulo prope portam, quod iuſſu Andreæ Matthæi Aquauiuæ Archiepiſcopi, anno 1574. demolitum ſuit iuxta decretum Concilij Tridentini; inter oſſa Henrici inuenta ſuit veſtis ex auro, argentoque contexta penè dilacera, leonati coloris cum emblemate referente alas duas aquilæ intertextas, & firmatas ex eodem auro, & argento: fortaſſis bonns Archipręſul alio commodiori loco transferre cogitauerat ſepulchrum illud; ſed morte præuentus præſtare non potuerit. Cæterum defuncto Opizone, Cuſentinæ Eccleſiæ Canonicorum Capitulo per factionem duarum partium diuiſo, duo ad eam dignitatem vocati fuerunt, P. (forte Petrus quidam Cuſentinus Canonicus literatus, probuſque vir; alter non exprimitur in actis Beati Ioachini Abbatis; crediderim tamen illum fuiſſe Cacciacomitem de Cacciacomitibus Senenſem ex Serræ, & Sealenguæ Aldobrandini filium Friderico II. Imp. graviſſimum, qui poſtea fauore Conradi III. Imper. Friderici filij in hac Cuſentiua Eccleſia intruſus eſt, vt in literis Alexandri IV obſeruo ſub Dat. Romæ 5. Id. Febr. an. pontif. 3. in Vatic. Regeſt. num. 97. pagina 12. anno ſal. 1257. Ad ipſum Cacciacomitem ſunt ſcriptæ Clericum Aretinum, qnibus iam in articulo mortis idem Cacciacomes tanquam Cuſentinæ Eccleſiæ inuaſor ab excommunicationis vinculo abſolutus, iterum à Pontifice abſoluitur, & ob eximiam eius nobilitatem, & egregias animi dotes, & ad Eccleſiaſtica beneficia, & ad Epiſcopalem etiam ſedem habilitatur. Hic ille, vt mihi videtur, Cacciacomes eſt, qui circa annum 1261. euaſit Epiſcopus Cremonenſis quem alij Senenſem, alij Cremonenſem ex familia de Summa eſſe contendũt, qnod ego in Cremonenſium Epiſcoporum ſerie hæſitans, alijs rem decidendam reliqni; nunc autem, cum hæc percepiſſem in Reg. Vatic. memorque quod idem Cacciacomes tunc temporis Epiſcopus Cremonenſis ad eccleſiam Volaterranam in diſſenſione partium, tanquam Ghibellinæ partis in Etruria anteſignanus euocatus fuiſſet anno 1253. facilè crediderim Cacciacomitem olim intruſum in Cuſentina eccleſia, mox Cremonenſem, & in Volaterranum pollulatum, ex Cacciacomitum gente Senenſi nobiliſſima, qui Serræ Comitatum in Aretina Diœceſi cum alijs nobilioribus fundis poſſidebat, natum fuiſſe ex patre Comite Aldobrandino, vt monumenta Senenſia referunt. Reſtituendus igitur erit ſujs in locis patriæ & familiæ ſuæ, & ad noſtram Cuſentinorum Archipręſulum ſeriem redeamus.



14 BARTHOLOMÆVS Pignatellus Neapolitanus clariſſimis ortus natalibus, tametſi pronior eſſet ad militarem, quàm ad eccleſiaſticam vitam, defuncto Conrado III. Imper. Federici II. filio exoſum habuit Manfredum Tarentinum Principem Regni inuaſorem, & Eccleſiæ Romanæ perduellem, qnamobrem ad Innocentium IV. Papam confugit, qui tunc ad poſſeſſionem Regni capeſſendam, expugnandumque Manfredum Neapolim appulerat, creatus iam Amalphitanus Archiepiſcopus, ad Cuſentinam eccleſiam ab eodem tranſlatus eſt die 2. Nouemb. 1254. Cacciacomite deturbato de ſede, legitimè Opizoni iam diu defuncto ſucceſſit: eius ad hanc ſedem tranſlationem habemus in Regeſt. Vatic. epiſt. 303. fol. 187. anno 12. pontif. Innocentij, qui eidem adhuc electo commiſit, vt Eccleſiæ Caiacenſi paſtore vacuæ prouideret, & ab eodem electum Gualterium Hydruntinum Canonicum confirmauit 8. Kal. Decembris

eiuſdem anni. Dat Neapoli, vt in epiſt. 401. fol. 194. eiuſdem Regeſt. ſed paulo poſt ſequuta morte Innocentij, ſucceſſor eius Alexander IV. in Calabriam ad eam prouinciam Romanæ Eccleſiæ deducendam vna cum Petro Ruſſo Catacenſi Comite, & ſelecta militum manu Bartholomæum præmiſit, is cum ſocijs Neapoli in triremiũ claſse ſoluens Calabriam peruenit, ſummaq; audacia & conſilio ſe gerẽs, cum Petro Cuſentiã venit, ciuitatem recepit, & Eccleſiæ ſuæ inijt poſſeſſionem, ſed cum arma cum ipſis Cuſentinis in Manfredum ſoluere diſpoſuiſſet, ex aliquorum coniuratione, qui partes Mãfredi occultè fouebant, coactus eſt diſcedere ad S. Leucium ſuæ ditionis oppidum, è quo etiam à Gerardo de Marina impigro Manfredi Duce penè circumuentus diſcedere coactus, in iiſdem triremibus, quibus ad eas oras appulerat, ad Alexandrum redijt, vt Anonymus geſtorum Manfredi ſcriptor ſuis narrat in Commentarijs. Bartholomæus aduerſantem fortunam moleſtè tulit, & apud Alexandrum exul à ſua Eccleſia manſit, tum & apud ſucceſſorem Vrbanum IV. qui illum anno 1263. ad ſanctum Ludouicum Francorum, & Henricum Anglorum Reges legauit, ad Gallum quidem, vt ad mittendum cũ exercitu valido Carolũ fratrem procuraret ad Regnum Siculum capeſsendum, ad Anglum vero, ne æmulationis ſtudio rem deturbaret, obſiſteretque vna cum Edoundo filio, cui Siculorum Regnum Alexander IV. certis legibus donauerat, ne Regni illius iura, quæ tueri non poterant, in Carolum Andegauiæ, & Prouinciæ Comitem transfunderentur. Atque ea videntur ardua negotia, quæ Vrbanus Bartholomęo Cuſentino Archiepiſcopo, cum Ludouico, Henricoque Regibus agitanda demandaſſe ſcripſit ſuis in litteris Vrbanus, vt Bzouius, & noſter Odericus Raynaldus in Annal. Eccleſ. tom. 13. ſcribunt. Non multo poſt Carolus deuicto, occiſoq; Manfredo Regnum obtinuit, Neapolim ingreſſus coram eodem Archipreſule Cuſentino, & Rodulpho Epiſcopo Card. Albano Apoſtolicæ Sedis Legato ſacramentum à ciuibus præſtitum recepit. Clemens IV. an. 1. ſui Pontificatus Viterbij agens Romam miſit Archiepiſcopum hunc Cuſentinum ad reprimendos rebelles aliquot vrbis, & Caroli Regis Senatoris proditores, eidem commiſit, vt in Eccleſia Principis Apoſtolorum ſub certa forma à vinculo excommunicationis abſolueret Ioannem Anibaldum, eiuſque nepotem Ricciardum, qui Manfredo adhęrentes ab eodem diſceſſerant Dat. 10. Kalen. Iulij. Eidem etiam & Abbati Caſſinenſi poſt paucos menſes commiſit omnes alios abſoluendi, qui relicto Manfredo ad Eccleſiæ vnitatem rediſſent. Dat. Peruſij Id. Nouemb. ann. 1. literæ Clementis extant in Reg. Vatic. vbi & aliæ ad eundem Cuſentinum leguntur ſcriptæ, qui pro Eccleſia, & Carolo Rege operam ſuam nauauit egregiè, erat enim vir in rebus agendis prudentia, ac dexteritate incomparabilis: eius meminit Dantes in ſua Cantica in hæc verba in perſona Manfredi.

Se'l Paſtor di Coſenza ch'alla traccia
Di me fu meſſo.

Poſt hæc Bartholomæus Caroli conſiliarius ad Eccleſiam ſe contulit ſibi creditam, in eaque ſumma populorum gratulatione exceptus prudentiſſimè ſedit ad annum vſque 1267. Dein aliquantiſper ex Paſtorum abſentia prolapſos mores caſtigauit, correxit. Inde in Caroli Regis gratiam ad Meſſanenſem Eccleſiam tranſlatus eſt à Clemente IV. eodem an. 1267. Sequenti autem anno cum iam Meſſanæ præſideret Eccleſiæ, Lello teſte in hiſtor. Montis Regalis, cum Gualfrido Monte-Regalenſi Archiepiſcopo, Roberto Lagnana iuriſconſulto, & Bareglio de Barzo Regni Neapolitani magno Iuſtitiario legatione functus eſt Caroli Andegauenſis nomine ad eundem Clementem Papam. Demum vitam liquit anno 1272. habuit in Meſſanenſi ſede ſucceſſorem Fratrem Raynaldum, ſiue Reginaldum de Leontino Siculum Ord. Pręedicatorum, antea Epiſcopum Marſicenſem Thomæ germanum fratrem, qui eidem ſibi in Cuſentina Eccleſia ſucceſſit, vt mox dicemus.

15 Fr. THOMAS de Leontino Siculus Ord. Prædicatorum, qui Diuum Thomam Aquinatem ad Ordinem venientem ſuum lætus excepit, floruit ſanctitate, morum honeſtate, doctrina, & eloquentia, fuitque Romanæ Prouinciæ moderator, inde Epiſcopus Bethleemitanus, mox ingreſſus eſt Pontificatum Cuſentinum, tranſlato Pignatello ad Meſſanam, anno 1268. 14. Kal. Maij ad hanc ſedem vocatus à Clemente IV, ann. pontif. 3. ex Reg. Vatic. epiſt. 17. fol. 137. Hic poſt Pignatelli obitum poſtulatus fuit à Capitulo Meſſanenſi in Archipræſulem; ſed obſiſtente Gregorio X. non fuit cõfirmatus, ſed ab eodem Pontifice electus eſt Patriarcha Hieroſolymitanus 11. Kal. Maij 1272. Etenim Gregorius ab ipſa ſui in Romanum Pontificem aſſumptione, cum eſſet tunc Archidiaconus Leodienſis, atq; in Syriam peregrinationis cauſa profectus, ſeque ad Põtificatus apicem euectum reſciſſet, de ſacra primum expeditione deliberauit. Illud Pſalmi vſurpans: *Obliuioni detur dextera mea ſi non meminero tui Hieruſalem*, ideoq; omnes ſemper proſequutus eſt vias, quæ ad eum finem conducere videbantur, ob quam etiam cauſam in Patriarcham Hieroſolymitanum aſſumpſit hunc Fr. Thomam tunc Archiepiſcopum Cuſentinum, virum omni exceptione maiorem, & in rebus ad Syriæ ſtatum ſpectantibus apprimè verſatum, quippe qui, & Bethleem Epiſcopus antea fuerat, & Sedis Apoſtolicæ in partibus vl-

tra

tramarinis Legatus, vt idem Pontifex Gre-
gorius ad Regem Franciæ ſcribit his ver-
bis.

GREGORIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

☞ Cariſſimo inChriſto filio P. Regi Fran-
corum Illuſtri, &c. Et infra & cum pre-
ſentē haberemus in curia venerabilem fra-
trem noſtrum Thomam Hieroſolymitanũ
Patriarcham, quem de fratrum noſtrorum
conſilio, nuper Eccleſiæ Hieroſolymitanæ
præfecimus, virum quidem profundi pecto-
ris, alti conſi ij, virtutum claritate conſpi-
B cuum, & experientia multa probatum: in
cuius manibus alias virtus altiſſimi ſtatum
terræ prædictæ direxit, dum inibi, tunc Be-
thlemitanus Epiſcopus auctoritate Sedis A-
poſtolicæ legationis munere fungeretur, ſibi
huiuſmodi negotium, & prædictam pecu-
niam de ipſorum fratrum conſilio duxi-
mus committendam, mandantes eidem
vt perſonaliter ad cariſſ. in Chriſto filij C.
Siciliæ Regis Illuſtris patrui tui, cui quaſi
tibi alteri, & tuis votis potiſſime in hac par-
te conformi ſuper hoc litteras dedimus ſpe-
ciales, accedens præſentiam cum ipſius cō-
ſilio, & auxilio militare, ſeu nauale, aut
quodcumque dictæ Terræ magis expediens
ſubſidium in omni qua poterit ſollicitudi-
ne, ac celeritate procuret cum eodem ſub-
ſidio ad eadem partes è veſtigio acceſſu-
rus &c.

Datum &c. Pontificatus noſtri ann 1.

Meſſanenſis autem Archiepiſcopus poſte-
ro anno delectus eſt, vt diximus, Fr. Regi-
naldus eius germanus frater. Dum Eccle-
ſiam Cuſentinam Thomas moderaretur fa-
uorabile diploma obtinuit à Clemente IV.
Datum Viterbij 6. Id. Iun. ann. 4. quo con-
firmatur ſententia ad Eccleſiæ ipſius fauo-
rem prolata ſuper reſtitutione quorundam
caſtrorum, quæ Federicus II. quondam Imp.
abſtulerat, & ad Regis Caroli I. manus de-
uenerant. Incipit diploma. *Iuſtis petenti-
bus &c.* in Regeſt. Vatic. Mortuus eſt doctiſ-
ſimus probuſque Antiſtes anno 1276. Eius
cum laude meminerunt Bzouius, Fernãdez,
alijque Ord. Præd. ſcriptores. Vitam ſan-
cti Petri Martyris compilauit, & volumen
concionum de Sanctis conſcripſit.

16 BELPRANDVS ex Archidiacono
Cuſentino tranſlato Thoma ad Hieroſoly-
mitanum Sacerdotium delectus eſt Archie-
piſcopus à Ioanne XXI. caſſata, reiectaq;
Capituli Cuſentini poſtulatione cuiuſdam
Iacibardi de Beneuento die 11. Kalend. De-
cemb. ann. 1. pontif. qui fuit ſalutis 1276, vt
in epiſt. Vatic. Reg. num. 33. fol. 11. ſedit plus
minus annis duobus, Romæ fato functus eſt,
vt in litteris Nicolai III ad eius ſucceſſorem
habetur in eod. Reg.

A 17 PETRVS Archiepiſcopus Carin-
thienſis ſucceſſit Belprando huc tranſlatus
à Nicolao III. ann. 1278. 15. Kalen. Aprilis
pontif. 2. ex Reg. Vat. epiſt. 23. fol. 6. quanto
tempore hanc adminiſtrauerit eccleſiam,
quoue anno, ac loco obierit, incertum.



18 MARTINVS Polonus, profeſſione
Monachus Ciſtercienſis, Innocentij IV. olim
Pœnitentiarius, Cuſentinus Archiepiſcopus
fuiſſe perhibetur, qui (Bellarmino teſte)
*Chronicon, quod Martinianum vocant à con-
dito mundo vſque ad ſua tempora ſcripſit, in
quo breuiter, res geſtas Pontificum, & Impe-
C ratorum proſequitur vſq; ad Honorium IV.*
qui ſedere cœpit ad annum 1285. fuit, iux-
ta Bellarminum, vir ſimplex, qui ex ſimpli-
citate multa fabuloſa Chronico ſuo inſeruit,
nominatim fabellam de Ioanna Papiſſa,
quæ ab eodem Bellarmino, Baronio, alijſ-
que plurimis Orthodoxis ſcriptoribus ner-
uosè confutata & exploſa eſt. Sed re vera
nũquam tale figmentum ſomniaſſe quidem
Martinum noſtrum, & ſi hæreticorum frau-
de in eius hiſtoria innexum deprehēdatur,
ex pluribus M.S. vetuſtis codicibus, & om-
nium antiquiſſimo Bibliothecæ Vaticanæ
ſcribit, validiſque rationibus confirmat vir
eximiè probus, omniumque ſcientiarum
D genere, linguarum peritia, ſuiſque monu-
mentis vir longe clariſſimus amicus noſter
Leo Allatius Vaticanæ Bibliothecæ primus
Cuſtos in commentatione fabulæ Ioannis
Papiſſæ; ipſum adhibe, & perlege, & Mar-
tinum noſtrum ab hac, alijſque fabellis alie-
num iudicabis, quarum nec per ſomnium
meminiſſe, ſed peſſimè eius Chronicon, ab
alijs olim corruptum deprehendes. Incipit
eius Chronicon, inquit Allatius, non ab
initio mundi, ſed poſt præfationem à Natali
Chriſti ad ſua vſque tempora hiſtoriam
proſequitur. In eo nihil de quatuor maio-
ribus Regnis, Vrbis Romanæ exordio, nihil
de Vrbis portis, plateis, templis, regimi-
ne, alijſque fabulamentis, quibus Chroni-
con illud male audiat, peſſumque abeat
Auctoris nomen; ſed omnia plana, & recta.
Ex quo manifeſtum eſt, chronica, quæ ſub
Mar-

Martini nomine, vel typis, vel ſcripto circumferuntur, ab integritatis ſuæ gradu deturbata, aliorum imperitia, vel negligentia vtinam non maleuolentia fuiſſe. Vnuſquiſque enim, quæ ipſe digna memoria iudicabat, addidit, eraſitque quæ ſibi indigna lectu videbantur. Chronicon ipſum ab aliјs peſſimè corruptum fuiſſe olim deprehenderat Suffridus Petrus, Ideoque fide M.S. Codicem emendatum, in meliorem formam vt ipſe aſſerit, redactū edi curauit Antuerp. apud Plantinum 1584. Verum IoannamPapiſſam in eius hiſtoriam ab alijs intertextam fuiſſe, ope illorum codicum, vel aliorum nuſquam deprehenderat; quare nihilo immutato fabellam hanc, vt erat, publicauit, notauit tamen codices M.S. quod veriſſimum eſt, neque excuſos omnes, neque ſingulos inter ſe congruere, at in codice Tongelonenſi M.S. nec numerum, nec nomen haberi in catalogo Pontificū, ſed Leoni præcedenti hiſtoriam eius veluti fabulamentum appendicis loco adiectam. Hæc ille. Cæterum nonnulli ſcribunt chronici huius Martiniani auctorem fuiſſe quēdam alium Martinum Polonum Ord. Prædicat. eumque cū noſtro confundunt, qui Cuſentinus Archiepiſcopus fuit; Martinus verò Prædic. Ordinis in Polonia fuit Archiepiſcopus, obijtque Bononiæ anno 1278. cuius tumulū in Eccleſia Sancti Dominici nos ipſi inſpeximus, & breuem inſcriptionem legimus, ſic in paruo lapide exaratam, *S. Fratris Martini* Archiepiſcopi prouinciæ Poloniæ. Fuerat hic Geneſnenſis Archiepiſcopus electus anno 1278. Defunctus ſequenti 1279. longe diuerſus à noſtro Martino Ciſtercienſi, Archiepiſcopo Cuſentino, de quo Stephanus Dalameulcios Varſau. in catalogo Gnneſnenſium Archipræſulum. Tempus vero, quo Mattinus ad ſedem Cuſentinam euaſerit, præcisè ſignari non poteſt, neque de eius promotione in Reg. Vatic. aliquid prorſus inuenire potuimus. In tabulis eiuſdem eccleſiæ variè ſignatur, aliæ in annum 1246. aliæ 1250. eius obitum reijciunt, quod omnino ſtare non poteſt ex ſupra relatis ex ipſis Regeſt. Apoſtolicis. Miſſa facimus ea, quæ Arnoldus Vuion lib. 2. Ligni Vitæ de iſtius Martini obitu dixiſſe viſus eſt poſt annum 1320. ſed cum ferè omnes ſcriptores tradant, ſuum chronicon produxiſſe ad Honorij IV. vſque tempora, qui ſedere cœpit anno 1285. crediderim, ni me coniectura feſellit, poſt Petrum ad hanc fuiſſe euectum Eccleſiam, ac primis annis Honorij IV. defunctum. De quo ferè omnes eccleſiaſtici ſcriptores, & ex Ciſtercienſibus multi. nouiſſimè Gaſpar Iongelinus in Purpura Diui Bernardi, & doctus, eruditusque Carolus de Vlich in Bibliotheca ſcriptorum Ciſtercienſis Ordinis. ſed quod penè mente exciderat, hic non reticendum videtur: ad hunc fortaſſe Cuſentinum electum putarim directas fuiſſe litteras Martini IV. ad fauorem Monachorum Florenſis cœnobij, vt ab eodem adiuuarentur ad mitiorem in locum tranſmigrandum: eas exſcripſimus ex formulario M. Martini de Ebulo, quod extat M.S. in Bibliotheca Vaticana, in quibus legitur electus iſte Cuſentinus in habitu regulari ſub religionis Monaſticæ diſciplina ab adoleſcentia iugum Domini tuliſſe, quæ Martino videntur propria, qui ex Ciſtercienſis Ord. Monacho ad Cuſentinam cathedram traductus dicitur. En litteræ.

Electo, & Capitulo Cuſentino.

Cum in habitu regulari ſub Religionis Monaſticæ diſciplina tu fili electe portaueris iugum Domini ab adoleſcentia tua. & ſic fueris fidelis in pauca. quod conſtitui merueris ſupra multa, vt in futuro ſupra plurima ſtatuaris, illiſque debeas ſpecialiter ſubuenire, qui ſedentes ſecus pedes Domini cum Maria in lege ipſius iugiter meditantur, partem optimam eligentes. Sanè ſignificantibus dilectis filjs Abbate, & Fratribus Monaſterij de Flore, nos noueris accepiſſe: quod monaſterium ipſum poſitum in montanis vſque adeo eſt ventis expoſitū, vt præ acerbitate, & aſſiduitate frigoris hyems non ſolum ſibi ver vindicauerit, & Autumnum; ſed in menſes æſtiuos ſuos terminos dilatauerit. Patet etiam locus ipſe incurſibus malignorum, per hoc non modicū quieti Fratrū, & per primum contrarius ſoſpitati. Cum ergo locus quidam qui . . . dicitur, & ad Eccleſiam pertinet Cuſentinam religioni eſſe idoneus referatur, diſcretioni veſtræ, &c. Mandamus, quatenus ab Abbate, & Fratribus ipſis æſtimationem ſuam fili electe recepto ex cambio competenti, prædictum locum in quo fuiſſe quondam monaſterium perhibetur, ipſis aſſignare curetis, illum in eos ita liberè conferentes, ſicut excambium ad vos liberè deuoluetur, vt ſicut Monaſterium Floris ad nos nullo pertinet mediante, ſic Monaſterium, quod in eo conſurget nobis nullo medio ſupponatur, Alioquin &c. vt vos ad id &c.

19 PETRVS, niſi fortè idem cum Superiori, & Martinus circa hæc tempora deſijt eſſe, Cathedram Cuſentinam accepit regendam primis annis Honorij IV. cuius obitus memoratur in literis Nicolai IV. de electione Adæ anno 1290. ad ipſum Adam ſcriptis, in Reg. Vatic.

20 M. ADAM de Duſiaco Gallus Carnotenſis Canonicus, Petro defuncto ſucceſſit anno 1290. à Nicolao IV. ad eam dignitatem vocatus eodem anno 15. Kalen. Decem-

A cembris, vt in Regeſt. Vatic. epiſt. 553. fol. 3. ann. pontif. eiuſdem 3. Hic Caroli II. Conſiliarius fuit, & magnus Regni Siciliæ Cancellarius; exceſſit è viuis non conſecratus anno 1295. Eo enim anno ab eodem Carolo Rege memoratur adhuc electus Cuſentinus in literis ad eum datis, de quo in Regio Regeſt. Neapol. ſæpè fit mentio ad hunc vſq; annum.

21 ROGERIVS, de Stephanutia, vt fertur, Archiepiſcopus ſanctæ Seuerinæ, adhâc Cuſentinam Eccleſiam tranſlatus à Bonifacio VIII. ann. 1295. die 18. Kal. Decembris, ita in Reg. Vat. an. 2. pontif. eiuſdem ep. 381. fol. 73. mortuus eſt ann. 1298.



22 PETRVS Buccaplanula Neapolitanus nobili genere natus Archiepiſcopus Cuſentinus creatus ab eodem Bonifacio anno 1298. 5. Non. Octobris. Eccleſiam hanc rexit vſque ad annum 1319. quo mortalitatem expleuit: cuius ſæpe meminit etiam Regium Regeſt. Neapol.

23 NICOLAVM Cathedralis Eccleſiæ Decanũ, ad curam Archiepiſcopalem cleri maior pars vocauit, eidemque collatum munus, reiecta poſtulatione ab alia minori Capituli parte celebrata in perſonam Adami Epiſcopi Marturanenſis fauorabili ſuo ſcripto firmauit Ioannes XXII. anno 1320. 8. Kalen. Iulij, pontif. ſui ann. 4. Auenione conſecratus eſt per Guillelmum Epiſcopum Card. Sabinenſem: pallium vero recepit à Neapolione S. Adriani, Iacobo S. Georgij ad Velum Aureum, & Luca S. Mariæ in Via Lata Diaconis Cardinalibus ex Regeſt. Vatic. epiſt. 956. Obijt anno 1330.

***



B 24 FRANCISCVS della Marra Neapolitanus ab Anglonenſi Eccleſia transfertur ad Cuſentinam ab Ioanne XXII. ann. 1330. Sedit omnino annis 23. ſub Innocentio VI. mortuus eſt an. 1353. Hic aliquando, vt erat infracti animi vir, cum Regijs de iuriſdictione eccleſiaſtica, deque ea conſeruanda in eccleſia ſancti Lucidi litem exercuit, contradictores eccleſiaſtico interdicto ſuppoſuit, vt ex litera Regis Roberti ad ipſum ſcripta dilucidè apparet, quam exhibeo ab exemplari Regeſt. Neapolit.

C *Robertus &c. Venerabili P. Franciſco Archiepiſcopo Cuſentino dilecto Conſiliario, familiari, & fideli ſuo, &c.*

Scire debetis, ſi non vultis ſub diſſimulatione tranſire, iam per nos ex conſulta deliberatione fuiſſe prouiſum, prout etiam de Apoſtolica permiſſione procedit, quod pro terra ſancti Lucidi, quã ſicut pro communi commodo certis rationabilibus cauſis ad id inducentibus mentem noſtram expedire conſpeximus, de noſtro demanio fieri decreuimus, & in illo de cætero retineri per curiam noſtram competens excambium ipſi veſtræ Eccleſiæ tribuatur. Vos verò ſicut ex oblata noſtro culmini petitione querula vniuerſitatis hominum dictæ Terræ ſancti Lucidi per certos D eorum nuncios ad curiam noſtram miſſos accepimus, certis adinuentis friuolis occaſionibus, atque cauſis, terram ipſam eccleſiaſtico interdicto ſuppoſuiſſe dicimini, & mandaſſe conuicinis Terris, & locis, vt eiuſdem Terræ hominibus ſacramenta Eccleſiaſtica nullatenus miniſtrarent, quo illud inhumanum, & abhorrendum ſecutum fore didicimus, quod cum aliquos ex hominibus ipſis contingit rebus humanis abduci, illorum cadauera inſepulta remanent, nec eſt, qui eis in ſuis infirmitatibus exhibeat eccleſiaſtica ſacramenta; cum igitur paternitatem veſtram non deceat talia ipſis noſtris fidelibus inferre grauamina, quæ in animarum decedentium perniciem prodeũt quorum habetis ex iniuncto vobis paſtorali

rali officio procurare ſalutem, & noſtræ curiæ procul dubio reſpiciant detrimentū, paternitatem veſtram requirimus, & hortamur attentè, quatenus ab his, èxcambio ipſo pendente abſtinentes omnino, ac in præmiſſis, & circa præmiſſa errata reformationem congruam corrigentes, & annullantes, interdictum huiuſmodi reuocare, & talia ſacramenta in neceſſitatibus, & emergentibus caſibus miniſtrari ipſis noſtris fidelibus mānderis, ac etiam faciatis, vt non expediat ſuper hoc aliud remedium adhiberi. Nos enim Capitaneo generali Calabriæ, Iuſtitiario vallis Gratis, & terræ Iordanæ, ac Ioanni Moleti magno noſtræ curiæ magiſtro Rationali dilectis Conſiliarijs, familiaribus, & fidelibus noſtris per alias literas noſtras iniungimus, quod diligenter inquirere, & indagare procurent de excambio aliquo pro dicta terra ſancti Lucidi dādo adiacente quantum plus fieri poterit veſtræ Eccleſiæ memoratæ, & nobis exinde relationem faciant ſerioſam.

Dat. in Caſtro Maris de Stabis per Ioannem Grillum de Salerno &c. Anno Domini 1332. die 28. Iunij, Indict. 15. Regnorum noſtrorum anno 24.

25 PETRVS de Galganis Sipontinus Archiepiſcopus Rheginus per obitum Frāciſci transfertur ad hanc Eccleſiam per Innocentium VI. anno 1354. 4. kal. Febr. ſui pontif. 2. irrita Capituli electione facta in perſona Philippi ipſius Eccleſię Decani ita in Reg. Vatic. epiſt. 14. fol. 30. Hic bonus Archiepiſcopus meruit à Ioanna I. & Ludouico Regibus confirmationem recipere omnium Eccleſiæ ſuæ priuilegiorum ab anteceſſoribus Regibus indultorum, an. 1357. quam Alphonſus I. Rex Bernardo Caracciolo Archiepiſcopo iterum aſſeruit ann. 1450. integrum documentum hoc loco addi poteſt è tabulario eiuſdem Eccleſiæ, hoc modo exſcriptum.

Alphonſus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ citra, & vltra Farum, Valentiæ, Hieruſalem, Vngariæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopaten. ac etiam Comes Roſſilionis, & Ceretaniæ.

☞ Vniuerſis & ſingulis præſentes literas inſpecturis tam præſentibus, quam futuris. Si Reges, ac Principes ex quadam innata liberalitate continuè de ſe benemeritos viros donis muneribuſque p[illegible]o equi ſolent, quanto magis eiuſmodi liberalitatis officium excreere debent circa ea loca quibus dona muneraque c[illegible]ſmodi dare non oportet, ſed eiſdem locis opus eſt duntaxat Regia reparatione ſine vllo præiudicio Regum, aut alterius cuiuſcunque. Sanè pro parte R. in Chriſto Patris Conſiliarij, &

A Oratoris noſtri fidelis dilecti B. diuina gratia Archiepiſcopi Cuſentini ſupplicatum fuit nobis, vt cum dicta Eccleſia Cuſentina habeat quoddam priuilegium tenoris ſequentis videlicet. Ludouicus & Ioanna Dei gratia Rex, & Regina Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuę, Prouinciæ Folcaquerij, ac Pedimontis Comites Magiſtro Iuſtitiario Locumtenenti noſtro in Ducatu Calabriæ Iuſtitiarijs, Capitaneis, Vicarijs, Baiulis, Iudicibus, Magiſtris iuratis, Procuratoribus, ac Officialibus omnibus & ſingulis quacunque diſtinctione notatis, vel eorum Locatenentibus per Regnum noſtrum Siciliæ conſtitutis ad
B quos ſpectat, vel ſpectare poterit tam præſentibus, quam futuris fidelibus noſtris gratiam, & bonam voluntatem. Vera deuotio prouocat, efficax ratio ſuggerit, & inſtinctus naturalis adducit, vt Eccleſias, & venerabiles Dei Domos principalis authoritas præcipuè protegat, quam eius clementia ſua ſpeciali protectione gubernat. Huius itaque conſiderationis intuitu à diuina gratia cognoſcentes omnia, quæ habemus, ad inſtantiam venerabilis Patris Petri Dei gratia Archiepiſcopi Cuſentini fidelis, & deuoti noſtri maiori ſuam Eccleſiam Canonicos, & Clericos eiuſdem eccleſiæ cum inſraſcriptis caſtris, caſalibus, hominibus,
C vaſſallis, ac iuribus & pertinentijs ſuis detentis, & poſſeſſis vt aſſerit rationabiliter, ac iuſto titulo & bona fide per eandem eccleſiam, ſeu eius prædeceſſores à tempore fel. record. D. Regis Caroli I. Reu. Progenitoris noſtri, & vſque ad tempus, & tempora mortis q. bo. mem. Domini Regis Roberti Dei gratia Hieruſalem, & Siciliæ Regis noſtri Regis patrui noſtræque Reginæ ani, & Domini R. & vſque nunc ipſoſque ſuos vaſſallos, vicarios, Procuratores, familiares, officiales, & miniſtros ſub noſtra protectione ſuſcipimus, & ad curam defenſionis noſtræ ſpecialiter deputamus, eaque omnia de ſolita pietatis aræ clementia fauorabiliter in quantum ſcil. regalis noſtra
D munificentia ſe extendit, harum ſerie de certa noſtra ſcientia ſibi duximus confirmanda iuxta tenorem priuilegiorum Catholicorum Regum progenitorum noſtrorum, & aliorum prædeceſſorum noſtrorum eidē Eccleſiæ conceſſorum exinde ſi & prout in pacifica poſſeſſione ipſorum toto prædicto tempore eccleſia ipſa fuit, ſeu eſſe dignoſcitur & eſt. Quare fidelitati veſtræ earundem ſerie de eodem certa ſcientia mandamus expreſſe quatenus forma huiuſmodi literarum noſtrarum diligenter attenta, & ea efficaciter obſeruata ad ipſam eccleſiam habentes pię deuotionis affectum dictos Archiepiſcopum, Clerum, & Canonicos inſraſcripta caſtra, caſalia in dictis partibus Calabriæ ſituata cum hominibus vaſſallis, terris, territorijs, paſcuis, vicarijs, procu-

rato-

ratoribus, officialibus, ac Iudæis bonis, & iuribus, & libertatibus omnibus eorundē iuſtis fauoris præſideatis manuteneatis, illęſa ſeruetis, ac etiam defendatis cum ab ipſorum aliquo veſtrum aliquis fuerit requiſitus officiorum veſtrorum temporibus ſucceſſiue non permittentes dictam eccleſiā, ſeu eius partem, ac homines vaſſallos ipſos, & alios ſupradictos à quoquā indebitè op[illegible] inquietari, ſeu moleſtari, nec bona, et [illegible]ſa huiuſmodi aliquatenus occupari. [illegible]tes eiſdem rationabiliter quoties [illegible]us fuer[illegible] prout ad vnius cuiuſque [illegible]ſtrū [illegible]at officium ope, ac auxilijs, & fa[illegible]bus o[illegible]por[illegible] Bona vero & caſtra prædicta h[illegible] eſſe dicuntur; videlicet caſtrum [illegible] caſtrum R[illegible] cum caſalibus, [illegible] caſalia [illegible] Cuſentiæ cum ho[illegible], & vaſſallos, ac iuribus ipſ[illegible], ac [illegible] Grecorum [illegible] & caſa[illegible] cum hominibus vaſ[illegible] ac [illegible] pertinentijs o[illegible] [illegible] Datum in [illegible] Ser[illegible] Neapoli [illegible] magnæ noſtræ Curiæ Mag[illegible] Viceprotono[illegible] Regni [illegible] Domini [illegible]7. Die 12 Ma[illegible] [illegible] *Regiſtratum Can-* [illegible] Cum [illegible] priuile[illegible] tempus [illegible] locis tinea corroſum eſt, [illegible] contracta ſunt adeo quidem, [illegible] noſtræ renouationis [illegible] ad breue tempus omnino [illegible] Ideo dignaremur eidem [illegible] reparationem, & renouatione [illegible] prouidere. Nos [illegible] moda, & [illegible] perquiſi[illegible] [illegible] ne [illegible] [illegible] præiudicio [illegible] priuilegium ad [illegible] recognoſci fecimus. Ipſum [illegible] corroſum atque exeſum tinea in plu[illegible] lo[illegible] ob nimiam vetuſtatem [illegible] contractis [illegible] tamen abraſum, aut vitiatum [illegible] parte ſuſpectum, ſed plenam [illegible] atque habere, prout tamen alia ſimilia dictorum Illuſtrium Ludouici, & Ioannæ priuilegia confecta apparent, compertum eſt, cuius quidem priuilegij tenorem de verbo ad verbum præſentibus inſeri [illegible] fecimus [illegible] idē [illegible] vt ſupra inſcriptū eſt. Quapropter tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, & ex[illegible]iſe præfatum priuile-

ginm, ſeu tenorem, & exemplum dicti priuilegij præſentibus literis, vt præfertur inſertum ſine præiudicio noſtræ curiæ, & alterius cuiuſcumque renouamus, & reparamus [illegible] ad clariratem, & fidem publicam reducimus. Itaque in iudicijs, & extra dictus re[illegible], & exemplum dicti priuilegij præſentibus inſertum perinde habeatur, & cenſea[illegible] ac ſi foret ipſum dictum origi[illegible]ale priuilegium munitum quidem, & confectum in ſua prima, & originali forma, & figura, ſuiſque conſuetis ſigillis alijſque ſolitis ſol[illegible]nitatibus quibus tamen, & prout alia ſimilia dictorum Illuſtrium Ludouici, & Ioannæ priuilegia munita, & con[illegible]cta ſunt, vel apparent. Per hanc autem reparationem & renouati[illegible] non [illegible] quam [illegible] nouam [illegible] in eo in totum, vel in parte facere, ſeu ſibi [illegible] aliquod præter formæ puræ renouatio[illegible], & reparatio[illegible] ad[illegible] ſolummodo [illegible] priuilegium vetuſtate temporis eſum, vt præfertur atque corroſum ſimpliciter renouamus, & reparamus nihil noui fa[illegible]ntes [illegible] per quod ius aliquod præ[illegible] atque repa[illegible] dicto priuilegio [illegible] Ec[illegible], vel datum de nouo, vel acquiſitum, [illegible] eſſe cenſeatur. Quapr[illegible] [illegible] Fa[illegible] [illegible] dc Ara[illegible] [illegible]dum e[illegible] declarat[illegible] Magi[illegible]o vero, Iuſtitiar[illegible] Locum[illegible] eti[illegible] Regenti [illegible] Curiam, & Vicariam Iudi[illegible] curiam earundem magno in ſupe[illegible] Camerario [illegible] Locumtenenti & præſidentibus, ac rationalibus camere noſtræ ſummariæ Th[illegible] generali & cæteris officialibus prædicti Regni Siciliæ citra Farum ſignanter Viceregenti, Iuſtitia[illegible] Capitaneis, Iudicibus, Commiſſarijs, Theſaurarijs, Ærarijs, & alijs officialibus [illegible] Ducatus Calabriæ, & alijs ad quas [illegible] futuris de dicta cer[illegible] præcipiendo man[illegible]s noſtras renouationis, & re[illegible] literas præfatæ Eccleſiæ, & Archiepiſ[illegible] Cuſentino purè ſimpliciter, & bona fide inuiolabiliter ob[illegible] & obſeruari faciant per quos de[illegible] continentiam pleniorem. Nihil in contrarium tentaturi aliqua ratione, vel cauſa quanto dictus Dux Calabriæ filius noſter nobis ſeruire, & placere cupit, cæteri vero officiales gratiam noſtram caram habent, iramque & indignationem, ac pœnam vnciarum mille cupiunt euitare. In [illegible] rei fidem & teſtimonium præſentes literas noſtras [illegible] mandauimus noſtro magno ſigillo impendenti [illegible]tas. Datum in [illegible] cibus [illegible] prope pon[illegible] Aner-quini

quini die vigeſimo quinto menſis Maij 13. Indictionis, anno à Natiuitate Domini milleſimo quadrigenteſimo quinquageſimo, dictique noſtri Regni Siciliæ citra Farum felicis noſtri regiminis anno 16. aliorum vero Regnorum noſtrorum 35.

Rex Ferdinandus.

Præfuit autem Petrus ann. 8. Neapoli exceſſit anno 1362. ſepultuſque eſt in Eccleſia ſancti Petri de Maiella, vbi inſcriptio hæc proſtat legentibus

Hic iacet corpus Reuerendiſs.
in Chriſto Patris Domini Domini Petri de Galganis de Manfredonia olim Archiepiſcopi Cuſentini, qui obijt anno Domini MCCCLXII. die 19. menſis Nouembris 1. Indict.



26 NICOLAUS Caracciolus Neapoli ſummo loco [illegible] atus, antea Epiſcopus Melphienſis, factus eſt Archiepiſcopus [illegible]tinus ab Vrbano V. anno 136[illegible] 13. kalend. Maij ſub eodem fato functus ann. 1365.
ex R[illegible]g[illegible] Va-
[illegible]ano
†

A



27 CERRETANUS de Cerretani nobilis Senenſis Bernardi filius, Plebanus B ſancti Stephani de Camplo Diœceſis Florentinæ, ac ſacri Palatij Apoſtolici Auditor, Iuris Doctor c[illegible]ris, ab eodem Vrbano V. electus eſt Cuſentinus Archiepiſcopus anno 1365. 18 Kal[illegible] Martij, [illegible] ann 5 N[illegible]o ſucceſſ[illegible] ann 12. [illegible] [illegible]que eſt init o [illegible] Eius [illegible]norum her[illegible] ab inteſtato [illegible] Cerretanus d[illegible] [illegible] Archiepiſcopi [illegible] frate[illegible] S.Fe[illegible] Diœceſis, vt ex publico docu[illegible] de Senis Notarij [illegible] publico Senarum [illegible] M[illegible] in primo tomo ſcrip[illegible] in Catalogo Melphienſium Epiſcopo[illegible], C de Nicolao Caracciolo Melphienſi Epiſcopo loqueremur, Cer[illegible] de Cerretanis nobilem fuiſſe [illegible] Senenſem eſſe co[illegible] ex [illegible] commento, tunc no[illegible]is igooto[illegible] rem noſtrum fatemur [illegible], & C[illegible] num ſuæ libenter patriæ, & [illegible] tuimus.

D



28 NICOLAUS Brancaccius Neap[illegible] [illegible]s præcipua nobilitate clari[illegible], à [illegible] no XI [illegible]s ſucceſſit Cerretano an 1[illegible] quo d[illegible] 4 Aprilis ſolitum promi[illegible]t ſolu[illegible]ndum facto Cardinalium Collegio [illegible] obligationum

tionum libro: cum vero ſequenti anno inter Vrbanum ſextum, ac ſeptimum Clementem Pſeudopontificem ſchiſma teterrimum æſtuaſſet, Nicolaus, quod Ioannæ Reginæ charus eſſet, Pſeudopontificis partes fouit, quamobrem cum ad dicendum cauſam Romæ ab Vrbano fuiſſet vocatus, contempſiſſetque venire, tanquam contumax, & ſchiſmaticus cũ Petro Vrbeuetano, Guillelmo Vrbinate, Petro Montisfiaſcon. Ioanne Gebennenſi, & Franciſco Caiacenſi rebellibus Epiſcopis, excommunicatus, & honore Archiepiſcopatus ſpoliatus eſt an. 1378. 5. Id. Nouembris, vt in literis eiuſdem Vrbani ad Raymundum Capuanum Ord. Prædic. virum inſignem, legimus in tabulario Conuentus ſancti Dominici de Senis. Cæterum, vt alibi diximus, Nicolaus Auenione à Clemente Antipapa eodem ann. 1378. 17. Kalen. Ianuarij ſublectus eſt Presbyt. Card. tituli ſancti Marci, & ab eodem 1378. creatus Epiſcopus Card. Albanus, ſchiſma ſecutus eſt etiam ſub Benedicto XIII. Antipapa, vſque ad Piſanum Concilium, in quo cum Benedicti obedientiam abiuraſſet, legitimè Cardinalis declaratus eſt ab Alexandro V. Deceſſit Florentiæ die 29. Iunij 1412. ſepultus apud Eccleſiam S. Mariæ Nouellæ.

29 IOANNES anno 1379. declaratus eſt Cuſentinus Antiſtes à Clemente Antipapa, poſt aſſumptionem Nicolai ad Cardinalatus apicem, in ea dignitate intruſus promiſit ſolitum ſubſidium, & recognouit pro Nicolao prædeceſſore die vltima Febr. vt patet ex lib. obligat. Prælat. ſub eodem Clemente: de quo nihil aliud apparet, quod proferamus in lucem.

30 ANDREAS hic ab eodem Pſeudopontifice poſt Ioannem in hac eadem Eccleſia intruſus eſt anno 1386. & ipſe promiſit ſubſidium ſoluere die 6. Iulij, ex eodem libro, neque de eo quicquam aliud reperitur.

31 G. ſic hac prima litera notatur in Regeſt. Regio Neapol. Caroli III. Archiepiſcopus Cuſentinus erat ſub Vrbani VI. obedientia anno 1382. nec aliud veſtigium de ipſo alicubi apparet. Crediderim tamen, hunc ſiue Gregorium, ſiue Georgium, ſeu Gualterium, vel ſi aliud nomen haberet, ſtatim atque Nicolaus ab Vrbano Archiepiſcopatus honore ſpoliatus eſt, ad hanc Eccleſiam eundem Vrbanum promouiſſe, neque poſſeſſionem iniiſſe, niſi poſt Ioannæ Reginæ obitum, ſicque miſerabilis eccleſia ſub duobus Præſulibus inter ſe litigantibus laborauit.

†



32 TIRELLVS Caracciolus Neapolitanus Piſquitius Marini primi Comitis ſancti Angeli filius ex auctoritate Vrbani VI. legitimi Pontificis euaſit Archiepiſcopus Cuſentinus, cuius clara memoria extat in Regeſtis eiuſdem Vrbani 1388. die 14. Aprilis; eiuſdem Pontificis anno 11. & in libris obligationum Bonifacij IX. an. 1390. defunctus eſt anno 3. Ioannis XXIII. ſalutis vero 1412. Quanti vero Tirellũ virum omni laude digniſſimũ fecerit Bonifacius ipſe IX. Papa, docent eiuſdem literæ ſcriptæ ad populum, & Clerum S. Lucidi, quas hic referre non piget ab exemplari.

BONIFACIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filij Clero, & Populo Terræ S. Lucidi Cuſentin. Diœc. ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Auditis plene relatione vener. fratris noſtri Tirelli Archiepiſcopi Cuſentini honoris, & ſtatus veſtri zelatoris feruētiſſimi, intellectis ſincero veſtræ deuotionis affectu, & fidei puritate inconcuſſis quos ad nos, & Romanam geritis prout laudabiliter geſſiſtis continue eccleſiam, valde gauiſi ſumus in his fidelitatem & deuotionem veſtram huiuſmodi plurimũ commendantes, hortantes, vt de bono in melius velitis cõtinuare, ſcientes quod quia ipſius Archiepiſcopi aſſiſtentia propter eius virtutes, & prudentiam, ac fidelitatem eximiam eſt nobis, & eccleſiæ vtilis, & opportuna, ipſum Archiepiſcopum nobiſcum retinuimus quem etiam in agendis per vos nobiſcum reperietis valentem interceſſorem, & nos tam intuitu fidelitatis, & deuotionis veſtræ huiuſmodi, quam ipſius Archiepiſcopi ad quælibet vobis grata promptiorem, hortantes etiam vos, vt ipſum, & eius eccleſiam, ac gentes ſuas pro noſtra, & Apoſtolicæ Sedis reuerentia, & ipſius amore habeatis ſemper propentius recommiſſos, nos enim ipſo intercedente ſcribimus dilecto filio nobili viro Comiti Catanſarij, & Comiti Montis-Alti, vt caſtrum Rendæ reſtituat, aliàs prouidebimus, vt fuerit opportunum.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſecundo Idus Ianuarij Pontificatus noſtri anno tertio.



33 FRANCISCVS Tomacellus Neapolitanus Abbas ſæcularis ſancti Stephani de Bononia ſublectus eſt Archiepiſcopus in demortui locum Tirelli à Joanne XXIII. Non.Ianuar. 1413. Poſt vndecimum annum à ſua adminiſtratione tranſlatus eſt ad eccleſiam Caputaquenſem 1424. 3. Non. Auguſti.



34 BERARDVS Caracciolus Piſquitius Neapolitanus Caputaquenſis Epiſcopus eodem anno 1424. eademque die, qua Franciſcus tranſlatus eſt adCaputaquenſem Eccleſiam, ipſe ad hanc Cuſentinam tranſitum fecit, cui præfuit ad annum vſque 1452. quo obijt. Hic cum eſſet Alphonſi I. Regis Conſiliarius, fauorabile pro ſe,ſuaq; eccleſia ab eodem obtinuit priuilegium, & ſuorum bonorum manutentionem in hunc qui ſequitur modum, ab exemplari exſcriptum in originali volumine Regeſti Alphonſi,quod extat apud me.

Alphonſus, &c. Magnif. nobilibus, & egregijs Franciſco de Siſcar militi in Ducatu Calabriæ Vicemgerenti Iuſtitiario vallis Gratis, & terræ Iordani, aut eorum Locatenentibus,cæteris demum officialibus & perſonis quibus officio, & auctoritate diſtinctis, ad quos ſpectat, præſenteſque deuenerint, & requiſiti fuerint de ſubſcriptis, præſertim Ferdinando de Almeda gratiam noſtram ,& bonam voluntatem. Expoſitione Reuerendi in Chriſto Patris, & Conſiliarij nobis dilecti Domini Archiepiſcopi Cuſentini percepimus,quod tam ipſe,quam prædeceſſores ſui Archiepiſcopi Cuſentini nomine ſuæ Eccleſiæ Cuſentin. ab antiquiſſimis temporibus, & à tanto tempore contrarij memoria hominum non exiſtit, ſemper poſſederunt pacificè, & quietè,ſicut etiã præfatus Archiepiſcopus Cuſentinus poſſidet de præſenti nonnullas poſſeſſiones,& tenimenta in Sila Cuſentiæ ab antiquiſſimis temporibus, & tanto tempore eius contrarij memoria hominum non exiſtit, nominat. Vallis Gratis in loco, vbi dicitur *la baglia de li Monti* ſuis finibus limitat. Et dictas poſſeſſiones, & tenimenta Eccleſiæ Cuſentinæ ſemper fecerint laborari, & cultiuari per diuerſos colonos, ſeu agricultores plenè & liberè, & ſine alicuius moleſtia, & ſine aliqua ſeruitute, ſeruitio, ſeu tributo nuſquam. Nunc autem nouiter quidam Ferdinandus de Almeda de Regno Portugalliæ ſub prętextu certorum priuilegiorum Iacobi Moreinilis de Neapoli, ac etiam ſub occaſione certorum mandatorum à noſtra curia emanatorum executorum dictorum priuilegiorum dictos colonos, & agricultores dictorum tenimentorum præfati Archiepiſcopi, & Eccleſiæ Cuſentinæ, tum diuerſarum appoſitione pœnarum,&c.& per vos officiales ſæculares dictæ prouinciæ ad ipſius Ferdinandi inſtantiam poſitarum grauiter, & de facto . . . turbat, & moleſtat exigendo, & extorquendo à dictis agricultoribus Eccleſiæ tarenum vnum pro quolibet parrichio bouum non permittendo præfatos Eccleſiæ Agricultores prædicta tenimenta dictæ Eccleſiæ laborare, ſeu aliqualiter cultiuare, imò dicta tenimenta remanent inculta, & penitus derelicta. Et ſic præfatum Archiepiſcopum, & EccleſiamCuſentinam poſſeſſione dictorum tenimentorum indirectè, & de facto ſpoliãdo, & ex abrupto deſtituendo, & denudando in præiudicium,& grauem iacturam Eccleſiæ Cuſentinæ, & Archiepiſcopi ſui prædicti, ſuorum colonorum, & agricultorum &c. fuitque per Archiepiſcopum eundem nobis humiliter ſupplicatum, vt ſuper prædictis de iuſtitiæ remedio opportuno prouidere benigniter dignaremur, attento maxime ipſius Eccleſiæ, & ſui Paſtoris ipſa Eccleſia principalis, & ſui Paſtores debeant

pro

pro cauſis huiuſmodi conueniri non Agricultores, ſeu coloni; quibus quidem expoſitioni, petitionique ſubiunctæ annuentes benignè, nolentes colonos, & Agricultores præfatos, & veſtram Eccleſiam, & Archiepiſcopum in aliquo indebitè, & maximè contra iuſtitiam aggrauari. Vobis prædictis Prouiceregi præſertim iuſtitiario, ſeu veſtris Locatenentibus, & dicto Ferdinando de Almeda prædicto dicimus, & expreſsè mandamus, quatenus prædictos Archiepiſcopum, Eccleſiam Cuſentinam, ac dictorum Archiepiſcopi, & Eccleſiæ colonos, & agricultores ſuper præmiſſis pecuniarum exactionibus, & extorſionibus, ſeu dictorum territoriorum perturbationibus non debeatis ſic de facto, & ex abrupto ſeu aliter quoquo modo indebitè moleſtare, aut expoliare, aut moleſtari, vexari, aut expoliari facere, ſeu permittere, nec à dictis Archiepiſcopo, Eccleſia, & eorum colonis, & Agricultoribus aliquando impedire. Verum ſi quas cauſas iuſtas contra dictum Archiepiſcopum, Eccleſiam, eorumque colonos Agricultores prædictos, vos dictus Ferdinandus, aut alius quiſquis habere prætenderit, &c. eaſdem coram eorum Iudice competenti iuſtitia mediante proſequamini ad eius examen eos trahatis, & de iuribus veſtris experiamini coram eo. Certi enim reddimur, quod miniſtrabitur vobis iuſtitiæ complementum, & quicquid hùc vſque per vos, aut quemnis veſtri innouatum exiterit contra formam prædictam in primū reducatis ſtatum, prout nos reducimus hic cum præſenti declarantes irritum, & inane quicquid per vos contra mentem noſtram hanc, iuſtitiamque dicti Archiepiſcopi agitur in præmiſſis vltra pœnam vnciarū centum, quam vos, & quemlibet veſtrum contrafacientem incurrere volumus, ipſo facto, & noſtro Ærario applicari has noſtras literas paruo noſtro ſigillo munitas, vobis propterea dirigentes remanſuras pro ſui cautela veſtris ſingulis præſentanti.

Datum in Turri Octaui, die tertio menſis Nouembris 15. Indict. Anno à Natiuitate Domini 1451. Rex ſcilicet Dominus Rex mandauit mihi Arenaldo Fonſlleda.

Idem Alphonſus Rex eidem Berardo anno 1450. confirmauit, quæ Ioanna Regina anno 1357. Petro Archiepiſcopo conceſſerat de Caſtris Rendæ, & S. Lucidi ad Eccleſiam Cuſentinam, longo annorum ſpatio pertinentibus. Confirmatio ijs verbis exſcripta eſt ab exemplari.

Alfonſus Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ citra, & vltra Farum, Valentiæ, Hieruſalem, Hungariæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſſilionis, & Ceretaniæ, vniuer- A *ſis, & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis, tam præſentibus, quam futuris.*

Suadet magiſtra prudentia rerum, & temporum conditione penſata de rebus, & bonis proprijs, cum neceſſitas imminet, fidelibus noſtris pro expedienti cōpendio, vt Reipublicæ ſuccurratur, alienare, & conſulta deliberatione vendere, quò ſalubrius quod intenditur vniuerſale perficiatur compendium, & ſaluti Reipublicæ, ac defenſioni fidelium prouiſius conſulatur. Sanè occurrentibus nobis quotidie varijs agendis, opportunitates habendi pecunias in noſtris neceſſitatibus, & pro- B ſecutione dictorum agendorum neceſſario committendas peruigili cura exquirimus, & ſignanter pro apparatu felicis exercitus noſtri, quem contra orthodoxæ fidei, ac nominis Chriſti perſecutorem infeſtiſſimū Machometum Turcarum Principem parare intendimus, nec non & pro ſubſtentatione noſtrarum gentium armigerarum in defenſione fidelium vaſſallorum, & ſubditorum noſtrorum partium Albaniæ militantium, & partes ipſas à tyrannide ſæua Turcarum eorumdem rutantium. Sicque prædictis intenti pro Chriſti nominis exaltatione & noſtrorum fidelium huius Regni mediata, & partium Albaniæ immediata defen- C ſione, & habentes præ manibus, ac tenentes, & poſſidentes Terram, & caſtrum S. Lucidi de Prouincia Calabriæ certis locis, & finibus limitatam in manibus noſtræ Curiæ, & præſentiarum exiſtentem, & ad nos, & ad noſtram Curiam pertinentes certis iuſtis titulis, rationibus ſiue cauſis, quos, & quas præſentibus recenſere non opus eſt. Terram prædictam per Prædeceſſores noſtros in hoc citra Farum Siciliæ Regno alienari, diſtrahi, & concedi conſuetum cum Caſtro, ſeu fortalitio hominibus, vaſſallis, vaſſallorumque redditibus, feudis, feudatarijs, ſubfeudatarijs, tenimentis territorijs, meroque, & mixto Imperio, ac gladij poteſtate, beneficio iuſtitiæ cauſarum ciuilium, & baiulationis cognitione, aliiſ- D que iuſſibus, & pertinentijs ſuis omnibus ad dictam Terram, & Caſtrum de iure legitimo ſpectantibus, & pertinentibus, francam ſiquidem & exemptam ab omni obligatione, hypothecatione reali, & perſonali, venditione, alienatione, contractu, debito, onere, cenſu, redditu, & præſtatione quacunque, Exceptis ijs quæ nobis competunt ex natura feudi, ſuperioritatis, & maioris dominij ratione, ac etiam ex conſuetudine nemini per nos donatam, conceſſam, vendiram, alienatam obligatam, ſeu diſtractam in toto vel in parte, neque alteri oneri, vel obligationi ſubmiſſam decreuimus vendere, & de ea vendenda ad tractatum, & conuentionem deuenimus cum magnifico viro Camillo Caraculo fratre, & procuratore

Reue-

A Reuerēdi in Chriſto Patris P Archiepiſcopi Cuſentini Conſiliarij, & oratoris fidelis noſtri dilecti vice, ac nomine dicti Domini Archiepiſcopi fratris, & principalis ſui agente noſtri Sacri Conſilij præuia deliberatione, & approbatione exinde ſubſequuta. Et intendentes tractatum ipſum nobis, & Reipublicæ Regni prædicti vtilem, & expedientem eſſe ex cauſis prædictis, & alijs etiam iuſtis rationibus, atque cauſis ad id mentem noſtram dignè mouentibus, cum dicto Camillo pro parte dicti Archiepiſcopi tanquam plus alio pro eadem Terra offerente tractatum ipſum ad effectum deduximus. Tenore igitur præſentium de certa noſtra ſcientia, libera, mera, propria, ſpontanea, & gratuita voluntate noſtra, ac cum

B deliberatione, & approbatione dicti noſtri Conſilij authoritate Dominica, & ex plenitudine Dominicæ noſtræ poteſtatis, ac cum omnibus Iuris, & facti ſolemnitatibus ſeruatis iam dictam Terram S.Lucidi diſtrahi, alienari, & concedi per regiam Curiam, vt præmittitur conſuetam in manibus dictæ noſtræ Curiæ præſentialiter exiſtentem cum Caſtro, ſeu fortellitio, hominibus, vaſſallis vaſſallorumque redditibus feudis, feudatarijs, ſubfeudatarijs, redditibus, cenſibus, ſeruitijs, domibus, poſſeſſionibus, vineis, oliuetis, iardenis, terris cultis, & incultis, montibus, planis, pratis, ſiluis, nemoribus, paſcuis, arboribus, molendinis, battinne-

C rijs, aquis, aquarum decurſibus, meroque & mixto Imperio, ac gladij poteſtate, baiulatione, banco iuſtitiæ, & cognitione cauſarum ciuilium inter homines, & per homines dictæ terræ S.Lucidi, & alios quoſcunque iuriſdictioni, ac baiuliæ, & officialibus dictæ terræ S.Lucidi de iure ſubiectos, tenimentis etiam territorijs, demanijs, alijſque iuribus, iuriſdictionibus, rationibus, actionibus, vtilique dominio, & cum integro ſtatu ſuo, & pertinentijs omnibus ad dictam terram pertinentibus, & ſpectantibus quouis modo quiuſcunque vocabuli appellatione diſtinctis, quæ omnia haberi volumus præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & ſpecificè declaratis, francam vtique libe-

D ram & exemptam vti ſuperiùs expreſſum. Excepto ab ijs, quæ nobis & noſtræ Curiæ competunt ſuperioritatis, & maioris dominij ratione, nemini que per nos venditam, alienatam, obligatam, hypothecatam, ſeu diſtractam in toto, vel in parte, nec alteri oneri, vel obligationi ſubmiſſam, tacitè vel expreſsè, quæ videlicet ſunt de demanio in demanium, & quæ de ſeruitio in ſeruitium in perpetuum, ac tanquam rem noſtram propriam vendimus, & alienamus, & ex cauſa venditionis eiuſdem per noſtrum ſecretum Anulum tradimus, concedimus, & aſſignamus iam dicto Archiepiſcopo Cuſentino abſenti, & per dictum ſuum procuratorem ementi, & recipienti pro ſe, & ſuis

in dicto Archiepiſcopatu Cuſentino Succeſſoribus, nobis tamen fidelibus in perpetuū pro pretio quidem, & nomine pretij, ac integro, & finali pagamento venditionis dictæ terræ, & prædictorum eius iurium ducatorum ſcilicet ſeptem millium quingentorum currentium ad rationem de Liliatis decem ducato quolibet computato inter nos, & noſtram Curiam, & dictum Camillum dicti Archiepiſcopi Procuratorem conuento pro venditione prædicta, quos quidem ducatos ſeptemmille quingentos confitemur habuiſſe, & recepiſſe à dicto Archiepiſcopo Cuſentino per manus procuratoris ſui prædicti in pecunia numerata, recipiente illos pro nobis de noſtris ordinatione, & mandato magnifico, & dilecto Conſiliario & Theſaurario noſtro generali Petro Mercader Milite, noſque & noſtram Curiam de illis reputamus, & tenemus contentos, quietos, tacitos, & pagatos, ac de illis fore nobis & ipſi noſtræ Curiæ ad plenum, & integrè ſatisfactum. Et renunciantes voluntariè, ac expreſsè de certa noſtra ſcientia exceptioni dictorum ducatorum ſeptemmillium quingentorum ex prædicta venditionis cauſa non receptorum, non habitorum, & numeratorum, vt præfertur, eximimus, & ſeparamus ipſius noſtri Priuilegij præſentis ſerie de dicta certa noſtra ſcientia, proprioque noſtro motu, & poteſtate dominica iam dictam terram S.Lucidi cum Caſtro, ſeu Fortellitio, hominibus, vaſſallis, iuribus, & pertinentijs ſuis omnibus ſupradictis à noſtro dominio, & demanio, ac ab omni & quolibet Comitatu, Baronia, ſeu Feudo, ſub qua, ſeu quo fuiſſet retroactis temporibus annexa quomodolibet vel ſubmiſſa Et nihilominus pro fauorabiliori proſecutionis effectu venditionis præſentis in eundem Archiepiſcopum Cuſentinum, & ſuos in eodem Archiepiſcopatu ſucceſſores in perpetuum omne ius, omnemque actionem realem, & perſonalem vtilem, & directam, mixtam, & rem ſcriptam nobis, & noſtræ Curiæ competens, & competentem, competiturum, & competituram in & ſuper dicta terra S.Lucidi vendita cum Caſtro, ſeu fortellitio, hominibus, vaſſallis, feudis, feudatarijs, ſubfeudatarijs, iuribus, rationibus, & pertinentijs ſuis omnibus antedictis tam pro cauſa Reipublicæ ſubſiſtente de præſenti, quam de præterito, & etiam de futuro, ac de prædicta, vel alia quauis cauſa, ratione, titulo, vel prætextu, vigore præſentis Priuilegij, de ipſa certa noſtra ſcientia trāſferimus, cedimus, & penitùs deriuamus, nihil iuris vel actionis nobis, & ipſi noſtræ Curiæ, ac noſtris hæredibus, & Succeſſoribus in hoc noſtro citra Farum Siciliæ Regno, in & ſuper dicta terra S.Lucidi iuribus & pertinentijs ſuis omnibus prædictis, eiuſque proprietate, poſſeſſione, & vtili dominio præter excepta ſuperius retinentes, vel

quo-

A quomodolibet reſeruantes ad habendum, tenendum, & poſſidendum dictam terram S.Lucidi cum Caſtro, ſeu Fortellitio, hominibus, vaſſallis, feudis, feudatarijs, ſubfeudatarijs, iuribus, & pertinentijs ſuis omnibus ſupradictis per dictum Archiepiſcopum Cuſentinum emptorem, & ſuos in eodem Archiepiſcopatu ſucceſſores, vt præfertur immediatè, & in capite à nobis, & dicta noſtra Curia, ac heredibus, & ſucceſſoribus noſtris prædictis. Nec non petendum, reintegrandum, & reintegrari faciendum omnia, & quæcunque bona à dicta terra S. Lucidi alienata, illicita, diſtracta, ſeu occupata quouis modo, quam per alios iuſtè & rationabiliter non tenentur ad præſens, B iuramenta aſſecurationis debitæ à vaſſallis recipiendum per manus Commiſſarij ſuper hoc per nos deputandi, dictamque terram S.Lucidi cum Caſtro, ſeu Fortellitio, hominibus, vaſſallis, iuribus, & pertinentijs ſuis prædictis vendendum, alienandum, permutandum, donandum, tradendum, & concedendum, illique dominandum, & ea vti, fruendum, ac de ipſa faciendum, & diſponendum inter viuos, vel in vltima voluntate & quemcunque contractum de illa voluerit faciendum, vt de re dicti Archiepiſcopatus & prout per canonica inſtituta ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus in eodẽ Archiepiſcopatu conceſſum eſt noſtro in ijs aſſenſu, & beneC placito reſeruatis. Volumus inſuper, & declaramus expreſsè de ipſa certa noſtra ſcientia, quod ſi dicta terra S. Lucidi vendita cum Caſtro, ſeu Fortellitio, hominibus, vaſſallis, iuribus, & pertinentijs ſuis prædictis excederet dimidiam iuſti pretij ſupradicti, licet re vera iuſtum illius pretium, conſideratis conſiderandis fateamur nobis modo prædicto ſolutum totum id, & quicquid vltra dictum pretium nunc & de præſenti, ac ſucceſſiuo tempore dicta terra S.Lucidi fuerit valere comperta, ſeu in contrarium allegari poſſet quomodolibet, vel prætendi, & ad quamcumque quantitatem magnam, ſeu D paruam aſcenderet, eidem Archiepiſcopo emptori ſuiſque in dicto Archiepiſcopatu ſucceſſoribus propter grata, & accepta ſeruitia, quæ ipſe emptor nobis hactenus præſtat, & præſtare non deſinit, per quæ noſtram gratiam ſibi meritò vendicauit, atque deuotionis zelum, quem erga dictam Cuſentinam dignitatem ducimus, damus, donamus, & ex cauſa donationis proprij noſtri motus inſtinctu præſentis Priuilegij noſtri tenore concedimus de dicta noſtra ſcientia, liberalitate mera, & gratia ſpeciali ita quod circa hoc nullo vnquam tempore dubietas oriri valeat, neque reſultare poſſit, vel debeat in contrarium aliqua nociua difficultas lege, iure, & conſtitutione, Regniique capitulis in contrarium diſponentibus, obſiſtentibus, vel aduerſantibus non obſtantibus quoquo modo, quas, & quæ tantumque efficaciam, & effectum, quantum ad prædicta authoritate dominica, & de plenitudine noſtræ poteſtatis, etiamſi de eis nominatim, & expreſsè eſſet hic mentio facienda, tollimus, ac viribus & efficacia vacuamus. Nec obſiſtere volumus huic præſenti venditioni noſtræ, quam pro dicta vtili & neceſſaria cauſa, & cum deliberatione conſulta fecimus modo prædicto, quaſcumque venditiones, alienationes, donationes, traditiones, conceſſiones, & promiſſiones, ac Priuilegia, litteras, cedulas, & ſcripturas quaslibet quibuſuis perſonis, quantumuis benemeritis, atque dignis, & pro quibuſuis conſiderationibus atque cauſis vtilibus neceſſarijs, publicis, vel priuatis, & cum quibuſcunque alijs clauſulis, quantumque derogatorijs, alijſque modis, tenoribus ſiue formis factas, vel conceſſas tam per claræ memoriæ Regem Ladiſlaum dum vixit, & per Reginam Ioannam ſecundam matrem noſtram colendiſſimam, quàm per nos, & quoſuis alios prędeceſſores noſtros aut per nos in poſterum forſitan faciendis in toto, vel in parte de dicta terra S. Lucidi cum præfato Caſtro, ſeu Fortellitio, hominibus, vaſſallis, tenimentis, territorijs, iuribus, & pertinentijs ſuis omnibus antedictis quantumcunque dicti emptores, ſeu donatarij, vel conceſſionarij, aut alter, vel alij ex eiſdem dictæ terræ, vel alicuius partis totius cum præfato Caſtro, ſeu Fortellitio, hominibus, vaſſallis, iuribus, & pertinentijs ſuis prædictis poſſeſſionem alias accepiſſent corporalem, aut illam aſſecuti fuiſſent, reali traditione, & adeptione illamque pariter tenuiſſe noſcerentur, ſeu quodcunque ipſis forſitan ius fuiſſet quæſitum; quamquidem poſſeſſionem de ipſorum detentorum manibus poſtmodum ereptam, ſeu reuocatam nullam prorsùs eſſe decernimus, dictoque Archiepiſcopo emptori pro ſe, & ſuis prædictis ſucceſſoribus abſque alicuius contradictionis obſtaculo iubemus, & volumus eſſe realiter aſſignandam, cum etiam præſenti venditioni noſtræ prædicto Archiepiſcopo Cuſentino pro ſe, & dictis ſuis in dicto Archiepiſcopatu ſucceſſoribus de prædicta terra S. Lucidi ſolemniter, & legitimè per nos factæ, vt præmittitur refragari, vel obeſſe nolimus quaſcumque literas, priuilegia, pacta, conuentiones, etiam interueniente quacunque pecuniæ quantitate vniuerſitati, & hominibus dictæ terræ, tam per dictos quondam Regem Ladiſlaum, & dictam Reginam Ioannam ſecundam, quàm per nos & quoſuis alios prædeceſſores noſtros quæcũq; authoritate fungẽtes de retentione dictæ terræ in demanium, nec alienando vllo vnquam tempore à dominio prædicto, quandocunque, & qualitercunque conceſſas, & factas, ac quibuſuis clauſulis derogatorijs roboratas, etiamſi oporteret hic de illis plenam, & expreſſam fieri men-

mentionem, cum in omnem euentum venditionem huiuſmodi eidem Archiepiſcopo emptori pro ſe, & dictis ſuis ſucceſſoribus de prædicta terra cum Caſtro ſeu Fortellitio, hominibus, vaſſallis, iuribus, & pertinentijs ſuis omnibus prælibatis ſolemniter, & legitimè per nos factam intendamus omninò & infallibiliter ipſi Archiepiſcopo Cuſentino emptori, dictiſque ſucceſſoribus ſuis in eodem Archiepiſcopatu firmam, realem, effectiuam, & fructuoſam exiſtere, nec vllo vnquam tempore diminutionis incommoda ſublatis quibuſuis contrarijs interpretationibus alijs quomodolibet ſubituram. Nos autem huiuſmodi venditiones, alienationes donationes, conceſſiones, traditiones, promiſſiones, ac priuilegia, litteras, cedulas, & ſcripturas quaslibet forſitan factas per dictum quondam Regem Ladiſlaum, ſeu per dictam quondam Reginam Ioannam ſecundam, vel per nos, aut quoſuis alios prædeceſſores noſtros præfatis quibuſuis perſonis de dicta terra vendita dicto Archiepiſcopo pro ſe, & præfatis ſuis in eodem Archiepiſcopatu ſucceſſoribus fidelibus noſtris cu Caſtro ſeu Fortellitio, hominibus, vaſſallis, iuribus & pertinentijs ſuis omnibus antedictis, vel per nos in poſterum faciendas quantumuis expreſſis, & ſub quacunque fine formaque verborum etiam ſi de illis, vel aliquo illorum, ſeu illarum clauſula eſſet hic ſpecialis & expreſſa, aut de verbo ad verbum mentio & noritia facienda, ſeu totus illarum tenor præſentibus inſerendus, quas, & quæ hic haberi volumus pro appoſitis, & in quantùm ad præſentis noſtræ venditionis, & traditionis obſtaculum de poteſtatis plenitudine, prædictaque certa noſtra ſcientia, & authoritate dominica, legibus abſoluta harum ſerię reuocamus, irritamus, annullamus, & tollimus, ac viribus, & efficacia totaliter vacuamus. Ita quod nullam in iudicijs, vel extra iudicia vllo vnquam tempore obtineant roboris firmitatem, vel aliquam fidem, ſeu probationem faciant, vel inducant. Inueſtientes iam dictum Archiepiſcopum emptorem pro ſe, & dictis ſuis ſucceſſoribus fidelibus noſtris in dicto Archiepiſcopatu, ſeu dictum eius procuratorem pro eo de præſenti noſtra venditione, traditione & conceſſione per noſtrum ſecretum Anulum præſentialiter, vt eſt moris, quam inueſtituram, vim, robur, & efficaciam veræ, realis, & corporalis venditionis, traditionis & aſſecurationis dictæ terræ, & Caſtri, ac eius vtilis dominij volumus, & decernimus obtinere, iuris contraria diſpoſitione, ac vſu et obſeruantia aduerſantibus non obſtantibus quoquo modo, quibus de ſcientia, & poteſtate prædictis derogamus expreſsè. Promittentes nihilominus eiuſdem præſentis noſtri priuilegij ſerie de dicta certa noſtra ſcientia, & ſub verbo noſtro firmiter pollicentes pro nobis, & hæredibus, ac ſuc-

A ceſſoribus noſtris in dicto hoc Regno noſtro Siciliæ ac noſtri & eorum nomine eaſdem præſentes venditionem, alienationem, dationem, ceſſionem, & refutationem, ac omnia, & ſingula ſupradicta, & ſubſcripta eidem Archiepiſcopo Cuſentiæ emptori, & præfatis ſuis in eodem Archiepiſcopatu ſucceſſoribus ſolemniter & legitimè, velut præmittitur per nos factas, & facta omni tempore rata, grata, & firma, ac ratas, gratas, & firmas habere, tenere & obſeruare, ac facere obſeruari per quoſcunque noſtros officiales, & fideles, ac homines alios, & perſonas cuiuſcunque dignitatis gradus, vel cōditionis exiſtant, etiamſi regali dignitate
B pollerent, & in nullo eis contra facere, dicere, opponere, vel venire de iure, vel de facto in iudicio, ſeu extra per nos, ſeu alios directè, vel indirectè palam publicè, vel occultè aliquo quæſito ingenio, ſeu colore, à quibus, & quolibet eorum contrarium faciendi, ſeu alitèr attentandi tenore præſentium authoritate, & poteſtate prædictis abdicamus, & tollimus omne poſſe. Quinimo dictum Archiepiſcopū Cuſentinum emptorem, & eius ſucceſſores prædictos, & quoſcunque alios ab eis, & quolibet ipſorum in & ſuper dicta terra S. Lucidi, & qualibet parte ipſius vendita, iuribúſque, & pertinentijs eius omnibus ſupradictis cauſam habentes, vel habituros omni tempore noſtris
C proprijs ſumptibus laboribus, & expenſis moniti, vel non moniti, requiſiti, vel non requiſiti, tam ante litem conteſtatam, quàm poſt, & in qualibet parte iudicij, & tam in cauſa principali, quam apellationis, & in qualibet inſtantia defendere, & anteſtare, disbrigare, & excalumniare, ac defendi, & anteſtari facere, & tueri in iudicio, & extra iudicium, ordinariè vel extraordinariè ab omni, & quacunque perſona Eccleſiaſtica, vel ſæculari, publica, ſeu priuata, Collegio, vel vniuerſitate de iure, vel de facto prætendente, vel allegante ſuper illa, & qualibet parte ipſius quomodolibet ius habere, ipſumque Archiepiſcopum emptorem
D & prædictos ſucceſſores ſuos in omnem euentum & caſum victores, & potiores facere in & ſuper dicta terra S. Lucidi venditis iuribus, & pertinentijs ſuis omnibus ſupradictis, ac de euictione teneri ab omnibus hominibus, et perſonis, collegio, & vniuerſitate quacunque in iudicio, & extra tam in cauſa principali, quàm appellationis, & tam ante litem conteſtatam, quàm poſt, & in qualibet parte iudicij, & alio modo quocunque vt præmittitur, nec non & moleſtatoribus, vel contrauenientibus, ſi qui fuerint conſentire, fouere, vel aſſiſtere quouis modo; ſed ipſos compellere à deſiſtentia nouitatis, vel moleſtiæ, aut vexationis cuiuſlibet inferendæ. Volentes, declarantes, decernentes expreſsè de eadem ſcientia certa noſtra, quod præſens venditio, alienatio, ceſ-

ceſſio, & refutatio eidem Archiepiſcopo Cuſentiæ emptori, & prædictis ſuis ſucceſſoribus, fidelibus tamen noſtris, per nos, vt præfertur factæ, omni tempore firmæ, ſtabiles, & incommutabiliter ſint reales, dictæque traditio, & aſſignatio per noſtrum ſecretum annlum factæ vim, & efficaciam habeant veræ, & realis traditionis, & aſſignationis dictæ terræ ſancti Lucidi venditæ, vt præmittitur, vel ipſius poſſeſſionis adeptę. Ita quod liceat, & licitum ſit eidem emptori, & dictis ſuis ſucceſſoribus, per ſe, vel per alios ipſorum nomine de data, & conceſſa eiuſdem vigore præſentium ex nunc prout ex tunc per Maieſtatem noſtram libera licentia, & plenaria poteſtate, auctoritate propria, & ſine iuſſu Iudicis, & decreto Prętoris, manu etiam armata, & militari ſi expedierit, quandocunque voluerint intrare, capere & apprehendere corporalem, & vacuam poſſeſſionem dictæ terræ ſancti Lucidi venditæ cum caſtro, ſeu fortellitio, hominibus, vaſſallis, feudatarijs, ſubfeudatarijs, iuribus & pertinentijs ſuis prædictis omni impedimento, & contradictione ceſſante. Quam quidem terram cum fortellitio hominibus, vaſſallis, iuribus, iuriſdictionibus, & pertinentijs ſuis omnibus ſupradictis, interim nos precariò nomine, & pro parte dicti Archiepiſcopi Cuſentiæ emptoris, & eius ſucceſſorum prædictorum de manibus, dominio, & poſſe cuiuſcunque ceſſionarij, vel donatarij, qui forſan appareret ex nunc prout ex tunc præmiſſo modo auctoritate Dominica reuocantes, fatemur, & conſtituimus nos precariò tenere, ac etiam poſſidere Volentes etiam & decernentes de eadem ſcientia certa, auctoritate Dominica, & de plenitudine noſtræ dominicæ poteſtatis, vigore & auctoritate præſentis venditionis noſtræ, quod dictus Archiepiſcopus Cuſentinus emptor, præfatique eius in dicto Archiepiſcopatu ſucceſſores ex pręſenti noſtra venditione, & alienatione, quam eis, vt prædicitur, facimus de dicta terra, velut de re noſtra propria, & tanquam de re noſtra propria, ac ad nos, & noſtram curiā ſpectātem, & alias maioris noſtri dominij ratione ipſo facto ſint tuti aduerſus quoſcunque prætendentes in illa, vel aliqua eius parte, ſeu allegantes etiam ratione dotium, vel aliter quomodolibet ius habere, ac conſequātur, ſi habeant omnia priuilegia iuris, & quæ ciuilia iura concernunt, & indulgent illis, qui rem conſequuntur à Principe venditam vel conceſſam, vt propriam rem ſuam ſupremi, & maioris dominij ratione, ſeu à dicto Principe conſequuntur, & obtinent tanquam de bonis ipſius curiæ, ſiue fiſci, licet aliena ſint, ſeu ius in illis alijs competat, conceſſiones, & munificentias principales, necnon priuilegio, & prærogatiua legis benè à Zenone, & legis, omnes in præſenti venditione per nos dicto emptori pro

A ſe, & dictis ſuis ſucceſſoribus, vt prædicitur, facta gaudeant, & fruantur. Quodque ſuper dicta terra vendita cum caſtro, ſeu fortellitio hominibus, vaſſallis, iuribus, & pertinentijs ſuis prædictis tam ſuper proprietate, vtili dominio, quam ſuper poſſeſſione ipſius præfatus emptor, & præfati eius ſucceſſores à quacunque, ſeu quibuſcunque perſona, vel perſonis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtant, quæſtionem, litem & cauſam, cōtrouerſiam, inquietationem, ſeu vexationem ex quauis cauſa in Iudicio, vel extra Iudicium de iure, vel de facto nullatenus patiantur, nec citari, trahi, vel conueniri poſſint, aut debeant coram Iudicibus quibuſcunque ordi-

B narijs, ſeu delegatis, vel etiam delegandis. Imo iam dictis perſonis omnibus, & ſingulis cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis exiſtant, prætendentibus ſe habere, vel eis in & ſuper dicta terra ſancti Lucidi, caſtro, ſeu fortellitio, hominibus, vaſſallis, iuribus, & pertinentijs omnibus antedictis ratione dotium, vel aliter quomodocunque vel qualitercunque ius, vel actionem competere, etiam ſi forſan citari, vel ad iudicium trahi contingeret, per ſolam præſentis noſtri priuilegij inſpectionem de dicta certa noſtra ſcientia, & plenitudine dominicæ poteſtatis, & Regia auctoritate perpetuum ſilentium imponentes, & ipſorum iuriſdi-

C ctionem quantum præſens noſtrum priuilegium tangitur, vacuantes, dictumque ius, & actionem contra nos, & fiſcum noſtrum reſeruantes ſpecialiter, & expreſsè. Ita quod pro ipſius iuris, & actionis conſecutione contra nos, & fiſcum noſtrum prædictum infra quatriennium, & non vltra, vt iura demandant parati vnicuique ius ſuum tribuere, & in iuſtitia reſpondere, & non contra dictum Archiepiſcopum Cuſentiæ, & præfatos eius ſucceſſores, alios cauſam ab eo, vel eis præmiſſorum prætextu habētes, vel habituros, agi, vel iudicium intentari debeat, ſiue poſſit per prædictos, vel alios quoſcunque ad eos prædictam terram ſancti Lucidi venditam, vel ipſius partem

D ſpectare, vel ius ſuper ea eis competere quomodocunque, & quandocunq; forſitan prætendentes, allegantes, vel quomodolibet oſtendentes. Decernentes inſuper ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nūc irritum, & inane totum, & quicquid in contrarium in iudicio, vel extra contingeret quomodolibet attentari, quibus ſublatis dictus Archiepiſcopus Cuſentinus emptor, ac prædicti eius ſucceſſores, & alij ab eis, vt præfertur cauſam habentes, vel habituri ab omni ſuper hoc impetitione, omni futuro tempore tuti remaneant & ſecuri. Quodque præſens venditio cum omnibus, quæ in ſe continet vim legis obtineat, & pro lege derogatoria obſeruetur, ac mandetur præcisè ab omnibus noſtris officialibus obſer-

X uari,

A uari, ac illis priuilegijs, prærogatiuis, & fauoribus fruantur, & gaudeant dictus Cuſentiæ emptor, & prædicti eius ſucceſſores fideles tamen noſtri, quæ habent & conſequuntur illi, qui emunt à Rege, ſiue Principe res, & bona vendita per eum vt propria, & quæ ſunt in iure, & Conſtitutionibus Regni, atque Capitulis, & alijs ordinationibus Regni prædicti conſtituta pariter, & conceſſa. Quodque in omnem euentum, & caſum non liceat nobis, & noſtræ curiæ, ſeu noſtris hæredibus, & ſucceſſoribus dictam venditionem per nos factam (aliqua indebita cauſa, titulo, ſeu quæſito colore reuocare, aut infringere, vel illi quomodolibet contraire, B nec dictam venditionem cauſa maioris pretij irritare, tollere, vel annullare ex defectu cuiuſuis omiſſæ ſolemnitatis etiam ſubſtantialis, vel alia quauis cauſa, ſupplentes harum ſerie de dicta certa noſtra ſcientia, & plenitudine dominicæ poteſtatis, ac Regia auctoritate omnem, & quemcunque defectum iuris, & facti, ſeu conſuetudinis, ordinationis Regni, vel ritus, & omiſſæ ſolemnitatis alterius cuiuſcunque in præmiſſis, & ſingulis præmiſſorum, ſeu qui & quæ opponi poſſent quomodolibet in futurum in venditione prædicta. Ita quod illam, & eandem efficaciam habeat tanquam ſi defectus ipſe non contigiſſet, & omnis C omiſſa ſolemnitas fuiſſet hic diſtinctè appoſita pariter, & expreſſa, quem quidem defectum, ſi hic de ſui natura, vel cauſæ exigentia neceſſariò exprimendus foret, haberi in præſenti noſtro priuilegio volumus atque decernimus pro appoſito, declarato, expreſſo efficaciter, atque ſuppleto. Et amplius pro maiori cautela dicti Archiepiſcopi Cuſentiæ emptoris, ac eius ſucceſſorum prędictorum declarantes adijcimus vigore præſentis noſtri priuilegij de eadem ſcientia certa noſtra, quod ſi fortè contingeret eundem Archiepiſcopum emptorem, & prædictos eius ſucceſſores fructu pacificę poſſeſſionis dictæ terræ ſancti Lucidi cum caſtro, ſeu fortellitio, hominibus, vaſſallis, D iuribus, & pertinentijs ſuis omnibus antedictis quoquo modo fruſtrari ex nūc prout ex tunc nos, & noſtra curia ad reſtitutionem omnium damnorum, intereſſe, & expenſarum, quæ & quas propterea incurrerent, vel ſubirent inſpecta tamen ſubſtantia veritatis omni ſolemnitate iuris, & iudicij, ac ritus cuiuſlibet prætermiſſa integraliter ad omnem ipſius Archiepiſcopi Cuſentini emptoris, vel eius ſucceſſorum fidelium tamen noſtrorum requiſitionem ſimplicem teneamur, adeo vt d. emptor, & præfati eius ſucceſſores in omnem caſum, & euentum in dicta terra, & eius iuribus memoratis indemnes penus præſeruentur, & omni caſu, & euentu præmiſſæ noſtræ venditio, alienatio, & traditio vbique inuiolabile robur obtineant, & refractionis, vel obiectionis cu-

A iuſcunque diſpendia non incurrant, rato manente pacto venditionis eiuſdem iam dictis legibus, conſtitutionibus Regnique ordinationibus, capitulis, & reſcriptis, alijſq; quibuſcunque contrarijs præmiſſa fieri forſitan prohibentibus, quarum, & quorum tollimus in hac parte vigorem non obſtantibus ſimiliter in aduerſum. Declaramus præterea, decernimus, & volumus, quod clauſulæ, conditiones, prætenſiones, reſeruationes omnes, & ſingulæ, ac modi, & formæ, qui & quæ in priuilegijs venditionum, & donationum realium, & noſtræ, quæ conſueuerunt exprimi, & apponi in præſenti noſtro priuilegio, ſeu conditione intelligā- B tur & habeantur pro expreſſis, ac ſi forent in ea diſtinctim, & particulariter annotatæ. Saluis tamen nobis, hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris in hoc Regno, & penitus reſeruatis omnibus, quæ nobis, & curiæ noſtræ ſpectant in præmiſſis maioris dominij ratione, & alijs noſtris iuribus quibuſcunque: ſaluis etiam & reſeruatis nobis, & dictis hæredibus, ac ſucceſſoribus noſtris vſibus cōſuetudinibus alijs Regni præfati, beneficijs inſuper Cappellaniarum, & iuribus patronatus, ſi qua ſint in dicta terra S. Lucidi vendita, & ipſorum collationibus, & præſentationibus noſtris, nobis & prædictis C hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris ſpecialiter reſeruatis. Et pro prædictis omnibus, & ſingulis tenendis, & adimplendis, teneri & obſeruari faciendis, & in aliquo non reuocandis, aut reuocari faciendis, & permittendis, iuramus ad Dominum Deum, & eius ſancta quatuor Euangelia manibus noſtris corporaliter tacta prædicta omnia & ſingula tenere, adimplere, & firmiter obſeruare, tenereque adimpleri, & h[illegible] obſeruari facere, & in nullo contra facere, venire ratione aliqua, ſiue cauſa, nec contra fieri permittere, intendimus autem, & præſēti noſtro priuilegio declaramus, quod dictus Archiepiſcopus Cuſentiæ emptor, ſeu præfati eius in dicto Archiepiſcopatu ſucceſſores procurent cum ſolertia debita, & D inſtanti infra menſes ſex à die adeptionis corporalis poſſeſſionis dictæ terræ ſancti Lucidi in antea numerandos præſens noſtrum priuilegium, vel eius tenorem in Quaternionibus noſtræ Cameræ ſummariè traſcribi facere, & particulariter adnotari, vt de præmiſſis inibi plenè informatio ſuis vicibus habeatur. Quod eſt datum, & actum in Caſtello nouo ciuitatis noſtræ Neapolis, die primo menſis Aprilis quintæ Indictionis anno à Natiuitate Dom. 1457. Regnorū noſtrorum ann. 42. Huius vero citra Farum Siciliæ Regni 23.

Signum . . . Alphonſi Dei gratia Regis Aragonum, Siciliæ citra, & vltra Farum, Valentię, Hieruſalem, Hungariæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comitis Barchinonæ: Ducis Athenarum, & Neopatriæ.

ac

ac etiam Comitis Roſſilionis,& Ceritoniæ, qui prædicta laudamus, concedimus, firmamus, atque iuramus, huicque inſtrumento publico venditionis magnum maieſtatis noſtræ ſigillum apponi iuſſimus in pendenti. Teſtes ſunt,qui præmiſſis præſentes fuerunt magnifici viri Petrus Mercader Theſaurarius Gener. Arnaldus Fonolleda Pronot. milites, & Petrus Saluator Vall. ſecretarius conſiliarij Dom. Regis prædicti ſignum mei Franciſci Martorell. Sereniſſimi Domini Regis prædicti ſecretarij, eiuſque auctoritate per totam terram, & ditionem ſuam Notarij publici, qui præmiſſis interfui, eaque ſcribi feci, & clauſi. corrigitor autem in ſecunda linea di; vidit Theſaurarius generalis. Nom. per Giliſortem penes magnificum Camerarium. Ciccus Anton. Guiodacius pro Conſeruatore generali A. nick. M. Camerarius. Die nono menſis Septemb.6. Indict. 1457.prædictum priuilegium venditionis infraſcriptæ terræ ſancti Lucidi præſentatum fuit mihi Iacobo Andreæ Coco de Neapoli Quaternionum Regiæ Cameræ adnotaui,& cõſeruaui,quod de verbo ad verbum adnotari feci in Quaternionibus ipſis. Regiſtrata in Cancellaria penes Cancellarium in Regiſt. xxx. Regiſtrata in Regia Theſaureria penes Theſaur.generalem in Reg.vij.

Soluat X. Y.

Dominus Rex mandat mihi Franciſco Martorell.in cuius poſſe firmauit,& iurauit viſis per magnificum Camerarium, & Theſaurarium generalem, & Ciccũ Aut. Guind. pro Conſeruatore generali.

Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Vngariæ.

Vniuerſis, & ſingulis præſens priuilegium inſpecturis tam præſentibus, quam futuris.

Opetam daturus eſt Princeps, vt quæ rectè riteque geſta ſunt, firmitatis affectu, & vigoris robore fulciantur. Sanè pro parte Reu. in Chriſto Patris P.Archiepiſcopi Cuſentini, ac vtilis Domini terræ ſancti Lucidi Conſiliarij noſtri fidelis dilectiſſimi nuper fuit Maieſtati noſtræ reuerenter expoſitum, & humiliter ſupplicatum, vt cum ipſe nomine eius Cathedralis eccleſiæ Cuſentinæ teneat, & poſſideat immediatè, & in capite dictam terram ſancti Lucidi cũ eius caſtello,hominibus, vaſſallis, vaſſallorũ redditibus, cenſibus, iuribus, iuriſdictionibus, & pertinentijs vniuerſis ad ipſam terrã, & caſtrum debitis, & ſpectantibus ex conceſſione Diuæ recor.Regis Alphonſi Patris, & Domini noſtri colendiſſ. noſtraque confirmatione pro maiori ſuffragio, & abundantiori cautela dictæ eius eccleſiæ, ipſi maiori Eccleſiæ Cuſentinæ extenti præfato

A Archiepiſcopo; & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum terram S.Lucidi, cum fortellitio, vaſſallis, vaſſallorumque redditibus, & iuribus ſuis vniuerſis confirmare, & de nouo concedere benignius dignaremur. Nos verò ex zelo internæ charitatis, qui ad eccleſias, ac perſonas eccleſiaſticas nos prouehit: nec minus pro conſideratione ſinceræ deuotionis, & fidei; animique integritate, & obſeruantia ſingulari erga nos,& ſtatum noſtrum eiuſdem Archiepiſcopi, habenteſq. etiam reſpectum ad clara eius merita,& cõplura memoratu digna ſeruitia, quæ præſertim in hoc belli tempore quam obſeruãtiſſimè dici poteſt, animo indefeſſo præſtitit:

B præſtiturumque ſperamus melius in futurum, ex quibus eum dignum, & optimè meritum quacunque noſtra gratia inuenimus, ſupplicationibus ſuis benignè admiſſis. Tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, mera liberalitate, & Regia gratitudine confirmantes, ratificantes, & acceptantes omnia & ſingula priuilegia antiqua, quæ dicta Eccleſia ſuper præfata terra ſancti Lucidi, eiuſque caſtello, hominibus, & vaſſallis habet iuxta tenorem paterni priuilegij, & confirmationis noſtræ exinde ſecutæ. Ipſi eidem maiori Eccleſiæ Cuſentinæ, ſeu dicto Archiepiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis in eadem Eccleſia in perpetuum, præfatam terram S.Lucidi cum eius caſtello

C omnique eius diſtrictu, ac hominibus, vaſſallis,vaſſallorumque redditibus, fructibus, cenſibus, ſeruitijs,domibus, poſſeſſionibus, vineis,iardenis,oliuetis,terris, cultis, & incultis, planis,montibus, pratis,ſiluis,nemoribus, paſcuis, arboribus, molendinis, battenderijs,aquis,aquarumque decurſibus,tenimentis, territorijs, alijſque iuribus, iuriſdictionibus, actionibus, rationibus, proprietatibus, & pertinentijs omnibus, & ſingulis ad dictam terram, & caſtrum quouis modo debitis, ſpectantibus, & pertinentibus, ac cum mero, mixtoque imperio. & omnimoda gladij poteſtate, & cum banco Iuſtitiæ, & cognitione cauſarum ciuilium,

D criminalium, & mixtarum,necnon etiam cum iuribus ponderum, ſtaterarum,& menſurarum, ac ſalangagri, ſcafagri, & alijs quibuſcunque iuribus, rationibus, & directibus, cum quibus dicta Eccleſia Cuſentina antiquitus terram ipſam tenuit,& poſſedit melius, & plenius iuxta formam dictorum antiquorum priuilegiorum, & aliàs iuxta tenorem dicti Regis paterni priuilegij, & confirmationis noſtræ inde ſecutæ de ſpeciali noſtra gratia confirmamus, & quatenus opus eſt, de nouo concedimus, & donamus ad habendum, tenendum, & poſſidendum dictam terram; & caſtrum S.Lucidi cum hominibus,vaſſallis:vaſſallorumque redditibus,cenſibus,iuribus,pertinentijs, & alijs omnibus ſupradictis nomine, dictæ ſuæ Eccleſiæ,prout Eccleſia ipſa antiquitus me-

A lius & plenius illam tenuit & poſſedit, & alias iuxta ſeriem dicti paterni priuilegij, & confirmationis noſtræ. Inueſtientes ipſam ecclеſiam, ſeu præfatum Archiepiſcopum nomine dictæ Eccleſiæ de præſenti confirmatione, & noua conceſſione per expeditionem præſentium, quam inueſtitutam vim & efficaciam veræ, & regalis Inueſtituræ volumus, & decernimus obtinere. Sereniſſimæ propterea Reginæ conſorti, ac Illuſtriſſimo & cariſſimo filio Alphonſo de Aragonia Primogenito Duci Calabriæ, Locatenentibus generalibus noſtris præmiſſa ſignificantes, mandamus vniuerſis, & ſingulis officialibus, & ſubditis noſtris, maioribus, &
B minoribus quocunque nomine nuncupentur, ac officio titulo, dignitate, & poteſtate fungantur, tam præſentibus, quam futuris, quatenus forma præſentium per eos, & eorum quemlibet diligenter attenta, illam, ac omnia & ſingula in ea contenta prælatæ Eccleſiæ Cuſentinæ, ſeu dicto Archiepiſcopo, & ſucceſſoribus ſuis in perpetuũ teneãt firmiter, & inuiolabiliter obſeruent, tenerique, & obſeruari mandent, & faciant per quos decet iuxta ſui formam, & continentiam pleniorem, & contra non faciant, quãto dicti Sereniſſima Regina conſors, & Dux filius morem gerere nobis deſiderant; cæteri vero gratiam noſtram caram habent, iramq;
C et indignationem ac pœnam decem milliũ ducatorum cupiunt euitare. In cuius rei teſtimonium præſens priuilegium fieri, ac magno Maieſtatis noſtræ ſigillo pendente, iuſſimus communiri.

Datum in noſtris felicibus Caſtris prope Triſiſtum per nobilem, & egregium virum Benedictũ de Berl. Locumtenentem ſpectabilis, & magnifici viri Honorati Gaetani Fundorum Comitis Logotheta, & Protonotarij huius Regni die 9. menſis Octobris 12. Indict. ſub anno Domini 1463. Regnorum noſtrorum anno ſexto.

Rex Ferdinandus.

D



35 PYRRHVS Caracciolus Piſquitius Neapolitanus filius Marini Comitis Sancti Angeli, & Margaritæ Atendulæ Amitæ Frãciſci Mediolani Ducis, Berardo patruo ſucceſſit anno 1452. 20. Decemb. Hic etiam Alphonſi Regis fuit Conſiliarius, eodemque munere functus ſub Ferdinando I. à quo pro ſua Eccleſia plura beneficia, & priuilegiorum confirmationem accepiſſe ſcribunt, exhibeo Ferdinandi nonnulla diplomata è tabulario Eccleſiæ Cuſentinæ excerpta.

Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Vngariæ.

Magnifico viro Franciſco Siſcar militi, ac in Prouincia Calabriæ noſtro Vice Regi. fideli nobis dilecto gratiam, & bonam voluntatem.

Expoſitione nobis facta per Reu. in Chriſto Patrem, & dilectum Conſiliarium noſtrum P. Archiepiſcopum Cuſentinum percepimus quod tempore, quo Thomas Carazzolus tenebat, & poſſidebat terram S. Lucidi, Illuſtris & magnificus Ioãnes Marinus, Franciſcus Ruffus de Marzano Princeps Roſſani, ad huius Regni, admiratus Collateralis, Conſiliarius, & frater noſter cariſſimus voluit conſtruere, & ædificare quandam turrim in territorio ipſius Principis, quæ propter vicinitatem cedebat in præiudicium, & damnum ipſius terræ ſancti Lucidi, & eius territorij, & præfatus Thomas recurſum habuit ad curiam Sereniſsimi Patris, & Domini noſtri colendiſſimi memoriæ recolendæ, & ab eo obtinuit quaſdam litteras, quibus conſtructio, & ædificatio dictæ turris præfato Principi prohibebatur; & quia poſſet iterum ſimilis caſus iterari. Volens præfatus Archiepiſcopus commodis, & vtilitatibus ſuæ Eccleſiæ prouidere, maieſtati noſtræ humiliter ſupplicauit, vt dictæ Eccleſiæ etiam tranquillitati prouidere dignaremur, ſimulque prouidere, ne per aliquos magnates, Barones, ſeu perſo-

perſonas alias innouetur aliquid contra præfatam terram ſancti Lucidi, quod per aliqua tempora præterita non fuerit fieri conſuetum, tam in communione aquarum & herbarum, quam aliarum rerum quarumcunque. Nos vero volentes Eccleſias, eccleſiaſticaque bona iuſtis protegere fauoribus, tenore præſentium vobis dicimus, & mandamus, quatenus conſtito vobis, quod per præfatam Curiam dicti Sereniſſimi Regis fuerit iniunctum præfato Illuſtri Principi, ne dictam Turrim ædificaret, non patiamini nec permittatis aliquo modo, quod dictus Princeps præfatam Turrim conſtruat, ſeu ædificet, imo eidem mandetis, & iniungatis, prout nos præſentium ſerie iniungimus & mandamus, quatenus Turrim ipſam nullo modo conſtruere, ſeu ædificare præſumat. Sed ſi cauſas habet ædificandi contra prædicta, coram Maieſtate noſtra proſequatur. Et inſuper non ſinatis, nec permittatis, quod aliquos Barones, ſeu Magnates, aut perſonas alias dictæ Vniuerſitati, & hominibus ipſius contra eorum conſuetudinem innouetur, tam in communione aquarum, & herbarum, quam aliarum rerum quarumcunque. Et contra non faciatis, ſi gratiam noſtram caram habetis, & indignationem, ac pœnam vnciarum centum cupitis euitare. In cuius rei teſtimonium præſentes fieri iuſſimus, & magno Maieſtatis noſtræ ſigillo pendenti muniri, præſentãti poſt earum opportunam inſpectionem vicibus ſingulis remanſuras.

Datum in ciuitate Vennſij per ſpect. nobilem, & magnificum virum Honoratum Gaytanum Fundorum Comitem, Logothetam & Pretonotarium Collateralem, Conſiliarium fidelem nobis plurimum dilectum, die 23. Martij 7. Indict. 1459.

Rex Ferdinandus.

Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Vngariæ.

Illuſtriſſimis Alphonſo de Aragonia Duci Calabriæ primogenito Locumtenenti & Vicario generali, ac Henrico de Aragonia Locumtenenti generali in Prouin. Calabrię filijs noſtris cariſſimis paternos affectus, necnõ huius Regni Magiſt. Iuſtitiario, eiuſq; Locumtenenti, ſeu Regenti, & Iudicib. magnæ noſtræ Cur. Vicarię Vicegerentibus, inſuper Gubernatoribus, Iuſtitiarijs, Capitaneis, Ærarijs, Commiſſarijs, Baiulis, Iudicibus, Delegatis, & Subdelegatis, & cæteris demum vniuerſis, & ſingulis officialibus, & ſubditis noſtris maioribus, & minoribus quocunque nomine nuncupatis, ac officio, & iuriſdictione fungentibus, ad quẽ, ſeu quos ſpectat, & præſentes præſentatæ fuerint pręſentibus, & futuris, Collaterali, Conſiliarijs, fidelibuſq; noſtris dilectis gratiam noſt[r]am, & bonam voluntatem. Nuper ſiquidem pro parte Reuerendi in Chriſto Patris Pyrrhi Archiepiſcopi Cuſentini Oratoris, Conſiliarij, fideliſque nobis dilecti fuit culmini noſtro reuerenter expoſitum, quod prædeceſſores præfati exponẽtis in eadem Eccleſia Cuſentina, & ſucceſſiuè ipſe exponens ex veteri conſuetudine diutiſſimè obſeruata, & à tanto tempore, cuius in contrarium memoria hominum non exiſtit, fuerunt & ſunt, prout ad præſens ipſe exponens eſt in poſſeſſione, vel quaſi iuriſdictionis ciuilis, criminalis, & mixtæ Iudæorũ, & Iudaicæ d. ciuitatis Cuſentiæ, quod omnes Iudæi d. Iudaicæ prædictę ciuitatis Cuſentiæ poterant, & poſſunt citari, conueniri, & compelli coram ipſa Archiepiſcopali Curia dictæ ciuitatis, ac etiam coram temporali Curia ipſius ciuitatis Cuſentiæ ita tamen, quod locus in præſentiarum eſt præuentioni, & quod à ſententijs latis per ipſam Curiam Archiepiſcopalem non erat, nec eſt locus appellationi ad curiam temporalem, imò à ſentẽtijs latis per curiam Archiepiſcopalem dictæ ciuitatis per Archiepiſcopum prædictum, et eius curiam ſpiritualem appellationes recognoſcuntur, et cum ita fuerit, et ſit cautum ex ipſa antiqua conſuetudine, vt prędicitur; ad maiorem cautelam, quę in cunctis prodeſſe, et efficere conſueuit pro conſeruatione iurium, et immunitate d. Eccleſię fuit pro ipſius exponẽtis parte nomine d. ſuæ Eccleſiæ humiliter, et deuotè ſupplicatum, vt indemnitati ipſius, et dictæ ſuæ Eccleſiæ ſuper obſeruantia d. antiquatæ conſuetudinis, prout præmittitur, et conſuetum fuit, et iuxta ipſam antiquam conſuetudinem debitè prouidere dignaremur. Nos dicta ſupplicatione tanquam iuſta benignè audita, et admiſſa, volentes vt decet pium, et iuſtum Regem, iura eccleſiaſtica tueri, et non modo tueri, ſed augere, harum itaque ſerie de certa noſtra ſcientia deliberatè, et conſulto vobis prædictis filijs, et Locumtenentibus noſtris intentum noſtrum ſuper his declarantes, vobiſque alijs prædictis officialibus, et ſubditis noſtris dicimus, committimus, atque mandamus, quatenus dicto ſupplicanti, et prædictæ eius Eccleſię dictam conſuetudinem antiquam, vt prædicitur, et iura omnia dictæ ſuæ Eccleſiæ illęſa, et firmiter obſeruetis, et obſeruari per quos decet faciatis, ipſumque ſupplicantem et dictam eius Eccleſiam in poſſeſſione pacifica, vel quaſi dictæ antiquæ conſuetudinis, in qua fuit, ad præſens eſt, manuteneatis, defendatis, et conſeruetis, ac manuteneri, defendi, et conſeruari faciatis iuſtis, ac debitis præſidijs, et fauoribus, nec aliquid contra ipſa iura, et conſuetudinea attentetis, aut attentari permittatis, quoniam nos per præſentis auferimus vobis, et alijs quibuſcunque omne poſſe contrarium peragẽdi, ac decernẽtes irritum, et inane quicquid in contrarium actum, geſtum, et attenta-

tum

tum quomodolibet fuerit, et contrarium non faciatis, aut fieri permittatis, ſi vos prædicti filij, et Locumtenentes noſtri nobis morem gerere cupitis, cæteri vero ſi gratiã noſtram caram habetis, iramque et indignationem, ac pœnam ducatorum mille noſtro fiſco applicandorum cupitis non ſubire. In cuius rei teſtimonium præſentes ex inde fieri fecimus magno Maieſtatis noſtræ ſigillo impendenti muniri quas remanere volumus ſingulis vicibus pro cautela præſentanti.

Datum in Caſtello nouo ciuitatis noſtra Neapolis per Magnificum virum V. I. D. & militem noſtrum Conſiliarium Lucam Tozolum Romanum Locumtenentem ſpectabilis, & Magnifici viri Honorati de Aragonia Fundorum Comitis huius Regni Logotheta, & Protonotarij Collateralis Conſiliarij fidelis nobis plurimum die 12. menſis Maij 15. Indict. 1467. Regnorum noſtrorum ann. 19.

Rex Ferdinandus,

Coluit Pyrrhus quam qui maximè ſanctum Franciſcum de Paula, tūc in viuis agētem, ac præcipua charitate amplexum eidem licentiam elargitus eſt ad Oratorium ſeu Eccleſiam ædificandam sub nomine S. Franciſci de Aſſiſio in ſuæ Diœceſis oppido de Paula, ac plura alia dono dedit eius deuotioni, & ſaluti conuenientia, & cum iam noua Minimorum plantatio, Franciſco Duce cœpiſſet per orbem palmites extēdere ſuos, Pyrrhus adiutrices manus admouit, & Ordinē illum à ſua ordinaria iuriſdictione exemit, ac immediatè ſanctæ Sedi ſubiecit ann. Dom. 1471. ſcripto ſuæ voluntatis diplomate, quod damus ex Minimorum Chronico Franciſci Lanonij.

Pyrrhus miſeratione diuina Archiepiſcopus Cuſentinus,

Dilecto nobis in Chriſto filio Franciſco de Paula eremitæ noſtræ Cuſentinæ Diœceſis, tuæque Congregationis Fratribus Eremitis tam præſentibus, & futuris, ac vniuerſis, & ſingulis ſalutem in Domino ſempiternam. Decet nos ex officio, quo Archiepiſcopali Eccleſiæ Cuſentinæ præſidemus, vigilanti cura, ſingularique ſollicitudine circa ea, quæ in laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, cui ſoli cura eſt de nobis, & à quo bona cuncta procedunt, ac in augmentum ſanctæ fidei Catholicæ, noſtręque Chriſtianæ religionis, ac plurimorum animarum ſalutem cedunt, ac in multorum bonum exemplum inſudare, ac quantum cum Deo poſſumus ea, quæ iuſta rationabilia, ſalutifera, & à iure diuino, ac ſanctorum Patrum inſtitutionibus penitus, & omninonon diſcrepantia gratioſè concedere, & ijs fauorabiliter annuere. Dudum ſiqui-

A dem ad tuæ ſupplicationis inſtantiam ſuper finibus, & poſſe dictæ terræ Paulæ quoddā Oratorium, ſeu Eccleſiam ſub vocabulo ſancti Franciſci per te erigi fecimus, in quo diuina officia audire, & eccleſiaſtica ſacramenta recipere, ac orare poſſes. Tu, qui dudum Oratorium, ſeu Eccleſiam tam ſingulari diligentia, vna cum quodam paruo dormitorio fabricaſti, ac fabricari feciſti, ac in dies fabricas, & amplias, vitamque auſteram, & eremiticam per viginti annos, vel circa, & ſanctè & iuſtè, & religioſè vixiſti, ac de bono in melius ſemper perſeueraſti, prout ducis, viuis & perſeueras de præſenti, ibidemque Deus ſolita clementia, diuerſa,

B & crebra miracula per te operatus eſt, & operatur in dies, propter quæ multorum creuit deuotio populorum, & ad te confluit populi multitudo, multique ſub habitu eremitico, & tecum viuere decreuerunt, & Deo continuo præſtare famulatum, & vt tu, Ipſique quietius ſanctius & deuotius feruentius famulari valeatis tu, & Fr. Balthaſar Sacerdos, cæterique Clerici, & laici ſub habitu eremitico ibidem vitam ducentes, nobis humiliter ſupplicaſtis, vt dictum Oratorium, ſeu Eccleſiam ſancti Franciſci de Paula, ab omni iuriſdictione, & ſuperioritate matris Eccleſiæ terræ Paulę, & ab omni alia iuriſdictione, & ſuperioritate etiam noſtra exi-

C mere, & liberare, & ſub protectione Sedis Apoſtolicæ totaliter relaxare, dictumque Oratorium, ſeu Eccleſiam vna cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis, tibi tuaq; Congregationis eremiticis Fratribus, præſentibus, & futuris conferre, & in perpetuū concedere, & prouidere de eodem teque (prout ipſi ſupplicarunt) in eorum Patrem Superiorem, & Priorem deputare, huiuſmodique Fratribus eremitis poteſtatem, baliā, auctoritatem te Fr. Franciſcum, & alios quoſcunque in eorum ſuperiores, & officiales canonicè eligendi, dare, & concedere, tibique, & alijs per vos eligendis omnem iuriſdictionem, & poteſtatem in ſpiritualibus, & temporalibus inde & ſuper omnibus locis, perſonis, & rebus huiuſmodi cum

D poteſtate Miſſas, & alia diuina officia celebrandi, confeſſiones audiendi, Euchariſtiæ, & alia eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrandi, & recipiendi, malfactores, rebelles, & inobedientes puniendi, incarcerandi, condemnandi & abſoluendi, & pro huiuſmodi vitæ obſeruantia, ſtatuta, & ordinationes iuri Diuino, & ſanctorum Patrum inſtitutionibus conſona faciendi, & de bono in melius reformandi, & aliàs opportunè in omnibus concedere, dare, & prouidere dignaremur. Nos vero, qui ex vera ſcientia, & experientia iam longo, & continuo tempore te cognoſcimus, operaque tua, & nobis manifeſta ſunt, & te religioſum, & ſanctum hominem, ac Deo gratum, & acceptum fore, & eſſe demonſtrant, conſideran-

tes,

res quod bona opera, pia, charitatiua, ac Deo grata, ac multis ſalutifera inibi, & vbique per te, tuamque Congregationem feruentius, ac quieriùs & deuotius operari poterunt, ſi priuilegijs muuiamini, ac fauoribus, & gratijs proſequamini oportunis, veſtris iuſtis, & ſanctis deſiderijs, & ſupplicationibus annuentes, & inclinati, huiuſmodi Oratorium, ſiue Eccleſiam, vnà cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis tibi, tuæque Congregationi in perpetuum damus, tradimus, aſsignamus, cedimus, & conferimus, ac tenore præſentium prouidemus de eadem. Teque in ſuperiorem huiuſmodi tuę Congregationis, Patrem, Rectorem, & Priorem, ſeu quouis alio nomine nuncupandum damus, et deputamus, cui præſis, ac vita, & exemplis proſis, tuiſque monitis, mandatis, & præceptis ſalubribus omnes huiuſmodi Congregationis perſonæ obedire & parere debeant, ipſiſque tuis Eremitis fratribus te in ſuum Superiorem & priorem ac vnà tecum alios quoſcunque Superiores, et Officiales canonicè eligendi poteſtatem, & auctoritatem. Nec non ſtatuta, et ordinationes pro huiuſmodi vitæ obſeruantia à iure tamen diuino, et Sanctorum Patrum inſtitutionibus non deuiantia faciendi. Tibique, et huiuſmodi Officialibus et Superioribus ſic eligendis omnimodam iuriſdictionem ordinariam in ſpiritualibus, et temporalibus Congregationis huiuſmodi perſonarum etiamſi Sacerdotali, ſeu quauis alia præfulgeant dignitate, et locorùm iuriſdictionum, animalium, et rerum omnium ad te, tuamque Congregatione quomodolibet ſpectantium, et pertinentium. Cum poteſtate quoſcumque rebelles, et inobedientes omnium huiuſmodi Congregationum perſonarum delinquentium peccata, delicta et cuiuſcumque generis maleficia, et crimina (prout iuris fuerit) puniendi, huiuſmodique delinquentes incarcerandi, condemnandi, diſciplinandi, liberandi, abſoluendi cæteraque faciendi, quæ in præmiſsis, et circa præmiſſa vobis videbuntur fore neceſſaria et opportuna, et quæ noſmet facere poſſemus. Sacerdotibus verò huiuſmodi Congregationis, ſeu ſæcularibus, vel Regularibus per vos eligendis miſſas etiam ante diē, et in quocunque loco ad hoc congruo, et honeſto cum altari portatili celebrandi, Euchariſtiæ, et alia quæcunque Sacramenta Eccleſiaſtica licitè, et liberè tibi, huiuſmodique tuæ Congregationis perſonis, quoties deuotio ingruerit, et neceſsitas poſtulauerit, abſque quacunque Superioris licentia miniſtrandi, ad quæ ſuſcipienda extra loca huiuſmodi compelli non poſsitis. Confeſſiones audiendi, et ab omnibus caſibus, excommunicationibus, ſuſpenſionibus, et interdictis, ac ſuper quacumque irregularitate nobis tam à iure, quàm à nobis reſeruatis, et permiſsis toties, quoties abſoluendi, et diſpenſandi, votaque permutandi, et relaxandi, ac pœnitentiam ſalutarem iniungendi. Loca, Oratoria quæcunque, & Eccleſias licitè accipiendi, & retinendi, quaſcumque etiam perſonas Eccleſiaſticas, & ſæculares ad vos venientes, & vobiſcum moram trahere, & habitum, quem geritis profiteri, & recipere volentes acceptandi, & recipiendi ad habitum, & promiſſionem obſeruantiæ caſtitatis, paupertatis, obedientiæ, veſtraque huiuſmodi ſtatuta, & ordinationes facere poſſint, & valeant, ac poſſitis, & valeatis, poteſtatem, baliam, & auctoritatem tenore præſentium damus, concedimus, & indulgemus, ac Vobiſcum ſuper his opportunè diſpenſamus. Omnibuſque priuilegijs gratijs, immunitatibus libertatibus, & exemptionib. omnibus, quibus fratres S. Franciſci, cœterique mendicantes fruuntur, & vtuntur frui, & vti auctoritate noſtra in Ciuitate, & Diœceſi Coſentinenſi poſſitis, & valeatis. Huiuſmodi Oratorium, ſiue Eccleſiam, ac alia quæcumque loca, Oratoria, & Eccleſias per vos in poſterum acquirenda cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis, eremitiſque, & perſonis, rebuſque omnibus ad vos veſtraque loca quomodolibet ſpectantibus, & pertinentibus, perſoniſque huiuſmodi inibi degentibus, ab omni iuriſdictione, ſubiectione, & ſuperioritate Matrum Eccleſiarum, & noſtra, noſtræque Conſentinæ Eccleſiæ, cœterarumque perſonarum (ſalua tamen ſemper quarta omnium Legatorum, quam omninò nobis, & ſucceſſoribus noſtris, prout iuris eſt, ſoluere teneamini) prout ex certa noſtra ſcientia motu proprio, & de plenitudine noſtræ dignitatis, quantum cum Deo poſſumus in perpetuum eximimus, & totaliter liberamus, & ſub protectione, ſummiſſione iuriſdictione, & ſuperioritate Sedis Apoſtolicæ totaliter, ſpecialiter, & ſingulariter, et expreſsè remittimus, & relaxamus præſentibus, perpetuis, futuriſque temporibus valituris. In quorum omnium, & ſingulorum roboris firmitatem, & teſtimonium præmiſſorum per manus Philippi Figandij de Buxem Cancellarij noſtri præſentes fieri fecimus, noſtrique maioris ſigilli appenſione munitas, & noſtræ propriæ manus ſubſcriptione roboratas.

Datum in noſtro Archiepiſcopali Caſtro S. Lucidi anno 1471. die vltimo Nouembris quartæ Indictionis ſub Pontificatu Sāctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Pauli Papæ Secundi anno ſeptimo, Amen.

Hoc exemptionis, & donationis documentum confirmauit Sixtus IV. anno 1474. 16. kal. Iunij. Ad Pyrrum ſequentes litteras ſcripſit Ferdinandus Primus Rex Neapolitanus poſt occupatum Hidruntum à Maumete Turcorum Rege præcipiens ei vt perſonaliter ad omnes Regni Prelatos, & Barones

rones accederet, & auxilium expoſtularet ab eis iuxta Mandatum Regium, & Parleamenti nuper in Neapolitana Vrbe celebrati anno 1480. Rex autem Pyrro ſic ſcribrbat.

Ferdinandus Dei gratia Rex Sitiliæ, Hieruſalem &c.

Reuerendo in Chriſto Patri Archiepiſcopo Cuſentino Conſiliario noſtro fideli dilecto grariam, & bonam voluntatem. Cum per nos decretum & ordinatum fuiſſet celrbrare parlamentum generale, vt occurreretur grauiſſimis periculis incumbentibus huic Regno: propter Turcharum inuaſionem, & expugnationem Idronti: Toti Regno iuſſimus, vt omnes Prælati, omneſque proceres, et Barones, nec non er ſindici ciuitatum, terrarum ac locorum demanialium conuenirent in Terra noſtra Fogiæ de Prouincia Capitanatę. Cumque ad præſtituram diem conueniſſent omnes: tandem die terriadecima Februarij infraſcripti cum omnes tam Prælati, quàm Proceres. & Magnates prædicti, ſindicique dictarum ciuitatum, terrarum, ac locorum demaualium congregati eſſent in ſala hoſpitij noſtri in præſentia Reuerendiſſimi in Chriſto Patris Dom. G. tit. SS. Sergij, & Bacchi Sacroſanctæ Romanę eccleſiæ Presbyteri Cardinalis Agrienſis Sedis Apoſtolicæ Legati, idem Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis Legatus luculentiſſimam, & eeinpori, & loco accommodatam habuit orationem. Qua & eoſdem Prælatos, & vniuerſum Ordinem Ecclrſiaſticum Prætores, & Barones, ac Sindicos vehementiſſimè eſt hortatus per fidem Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, & propter communem ſalutem, ad tam ſalubrem, & neceſſatiam in Turcas expedirionem eis cōmemorans, et ante oculos ponens, quo in periculo, et diſcrimine omnes Itali, ſed ſubditl et fideles noſtri in primis verſarentur, et quanta ruina et excidium illis immineret ab eiſdem prrfidiſſimis, et immaniſſimis hoſtibus noſtris Turcis, niſi quàm primum et fortiter eiſdem obuiam iretur, trahens in exemplum nationes quæ in eorumdem hoſtium poteſtatem deuenerunt: quibus nihil triſtius, nihil miſerius, nihil calamitoſius. Eaque oratione maxima cum adſtantium omnium attentione habita per eundem Dominum Reuerendiſſimum Cardinalem Legatum. Nos eiſdem Prælaris, et Ordini Eccleſiaſtico, proceribus, et Baronibus, ac Sindicis vninerſitatum demanialium per noſtrum Secretarium in eandem ſententiam verba fieri fecimus: additls etiam nonnullis quæ ad rem, de qua agebatur, maximè pertiuebant; præmiſsiſque omnibus ſic dictis, et recitatis. Reu. in Chriſto Pater H. Archiepiſcopus Acherontinus et Matheranus Conſiliarius, et Confeſſor noſter dilectus aſſurrexit, et habitis omnium Prælatorum Ordinis Eccleſiaſtici procerum, Baronum, et Magnatum, ac Sindicorum voluntatibus, quas diligenter ad vnam perquiſiuit: audientibus omnib. nobis, et eidem Reuerendiſsimo Domino Cardinali Legato: ipſorum verbis retulit, et reſpondit: cum ea res maximi momenti, valde eoſdem Prælatos, et Ordinem eccleſiaſticum procrres Barones, et Sindicos inter ſe conſultationem habere ad eam rem breues aliquot horas poſtulantes, quò omnia, Deo bene auſpicante, cuius cauſa ageretur, et in cuius æde conſultationem ipſam maturè eſſent habituri, omnia feliciter, et ex commodo, et ſaluti totius Regni Italiæ vniuerſæq; Reipublicæ Chriſtianæ euenirent, eoque dicto omnes diſceſſerunt, et in Templum maius eiuſdem Terræ Fogiæ Beatæ Virgini dicatum ſe contulerunt. Vbi ſatis ſuperfluè inter ſe libratis, et diſcuſsis, quæ ad huiuſmodi neceſſarium opus perficiendū eſſent neceſſaria. Tandem vnanimes redière, et tanti facientes periculum, quanti merito fieri debet; tam potentiſsimis, et feroeiſsimis hoſtibus Regnum ipſum ingreſsis, et Vrbe celebri Idronto direpta, vallatiſque et incenſis compluribus illius Prouinciæ Caſalibus, et hominum ipſorum miſerabiliter in ſeruitutem aſportatis ſumma ſua voluntate. Nobis obtulerunt, videlicet ijdē Prælati, vniuerſus Ordo eccleſiaſticus, proceres, Magnates, et Barones, medietatem omnium fructuum vnius anni prouenientium ex ipſorum eccleſijs, et Baronijs, boniſque feudalibus. Nec non et Proceres ipſi vnà cum Sindicis vniuerſitatum, terrarum, et locorum demanialium, et ipſorum Baronum polliciti fuerunt ſtipendium quatuor peditum pro quolibet centenario focularium ſoluendorum per menſes quatuor, ad rationem rarenorum quindecim, ſeu ducatorum trium de carlenis argenti pro quolibet menſe pro ſtipendio vniuſcuiuſque peditis; quorum omnium auxilio ijdem hoſtes expellantur, et prior Regno pax, quies, et tranquillitas reſtituatur. Pro quibus omnibus Prælatis, Ordine eccleſiaſtico. Baronibus, proceribus, Magnatibus, et Sindicis Terrarum demanialium locutus eſt Illuſt. Franciſcus de Bautio Dux Andriæ Comes Vigiliarum Conſiliarius, aſſiduis et tanquam Pater noſter cariſſimus, deinde omnes tandem ipſam pollicitationem approbarunt, et ratificarunt, Ita firmis, et ardentibus animis, vt ex talibus oblationibus incredibilem cœprrimus voluptatem, et iacta viderentur fundamenta maxima reliquarum actionum benè et ex ſententia perficiendarum. Commendauimus mirum in modum fidem eorundem Prælatorum, et aliorum de Ordine Eccleſiaſtico procerum, et Magnatum, ac etiam Sindicorum, et pręclarum eorum animum erga nos, et ſalutem communem, extulimus ad Cœlum vſque ſaſſi nihil noui nos intellexiſſe, quibus perſpe-

ctiſsi-

ctiſſima eſſet eorum voluntas, de qua quoties neceſſarium fuiſſet, periculum, et experientiam præſtitiſſent non vulgarem. Verùm hortati eos ſumus, et pro rei magnitudine, et temporis anguſtia inſtanter rogauimus, vt quamprimum effectu complerent, quod eiſ nt verbis polliciti, ſicque eos dimiſimus promittentes, offerentes, et liberaliter concedentes eiſdem Sindicis, et per ipſos vniuerſitatibus omnibus Regni nonnullas gratias n ſuperiori parlamento celebrato Neapoli oblatas, c indultas, ſed vſque in præſentẽ diẽ intermiſſas propter eorumdẽ Turcarum inuaſionem. Quæ omnia ſolemni [illegible]egio quamprimùm expedientur. Cum [illegible]aque iidem immaniſſimi Turci hoſtes noſtri, et fidei noſtræ Chriſtianæ ne minimum quidem temporis momentum intermittant a temperandum, et prouidendum omnia, quibu maioribus viribus Regnum noſtrum in calamitatem adducant, et miſerrimè eorum ſeruituti ſubijciaur, nobiſque idem faciendum ſit, vt non modo eorum improbiſſ[illegible]os conarus reprimamus ſed à Regno eo expellamus, et pœnas dare compellamus illatorum Regno noſtro innumerabilium damnorum, ad id perficiendum opus ſit effectu eorum, quæ in parlamento promiſſa fuer[illegible]r per eoſdem Prælatos, Ordinem eccleſiaſticum, proceres, et Magnates, ac Sindicos; vt ſuperius eſt expreſſum. Quemadmodum imminentia pericula non exigunt ſolum, ſed poſtula[illegible] propter pro rei magnitudine, in qua omn[illegible]om [illegible]us repoſita eſt, eundem Reu ep[illegible]copum Cuſentinum cuius fides, et ſufficientia omni ex parte no[illegible]is cognita, et perſpecta eſt, tenore præſent[illegible]um noſtra ex c[illegible]ra ſcientia requirimus, et hortamur maxima cum inſtantia, quod præſentibus acceptis ad vnumquemque Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, Commendatariorum et aliorum omni[illegible] Ordinis eccleſiaſtici Prouinciæ Calabriæ citra vos principaliter conferaris, et alios vobis benè viſos, et idoneos tranſmittatis, qui vigore, & authoritate præſ[illegible]ntium, quas vobis dirigendas iuſſim[illegible] pro effectu concluſorum in eodem generali parlamento ab eis, & vnoquoque ipſorum habeatis, conſequa[illegible]ini, perc[illegible]iatis exigatis, ac habeant, conſequantur, percipiant, & exigant medietatem fructuum vnius an[illegible]i prouenientium ab eorum Eccleſijs, & beneficijs iuxra oblationes per eos in dicto parlamento factas nemiuem immunem, aut franeum præſeruando, adhibendo pro conſequenda eiuſmodi taxarione omnem exactiſſimam operam, curam, & diligentiam, quam rei neceſſitas exigit, & requirit, vt quam primùm eiuſmodi introituum medietas cum omnibus prædictis Prælatis, & alijs de Ordine Eccleſiaſtico exigatur conuertẽda in tam tanta, & neceſſaria expeditione, & quamquam pro certo teneamus neminem ipſorum recuſaturum eiuſmodi ſolutionem: tamen quia poſsibile eſſet, quod aliquis parum de communi ſalute cogitans ſecus faceret; eo caſu volumus, quod talem renitentem, & in facienda ſolutione difficilem cuiuſuis præeminentiæ, & dignitatis fuerit, neceſſarijs & opportunis remedijs compellatis, & compellere, & conſtringere poſsitis & valeatis eum poteſtate, quæ vobis ex authoritate noſtra, totiuſque Regni conſenſu in generali parlamento commiſſa eſt: illam ipſam poteſtatem in vos transferentes, mandantes prætere a harum tenore ex noſtra ſcientia, & expreſſa vniuerſis, & ſingulis Officialibus noſtris maioribus, & minoribus, nec non Illuſt. Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Terrarum Dominis, & Dominantibus, Sindicis & cœteris Officialibus vniuerſitatum, Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum demanialium dictæ Prouinciæ, & cœteris ad quos præſentes peruenerint, & eis fuerint quomodolibet præſentatæ, quatenus vobis, & ſubſtituendis à vobis in prædictis non ſecus ac nobis pareant, obediant, & intendant aſsiſtantque ope, opere, auxilio conſilio, & fauoribus opportunis, prout à vobis & ſubſtituendis à vobis fuerint requiſiti. Nec ſecus agant, ſi gratiam noſtram caram habent, iramque, & indignationem, ac pœnam læſæ Maieſtatis & fidelitatis, qua nobis adſtricti ſunt cupiunt non incurrere. In quorum teſtimonium præſentes fieri fecimus, & magno Maieſtatis noſtræ pendenti ſigillo iuſsimus communiri.

Datum in Terra noſtra Fogiæ die tertiodecimo menſis Februarij 1480.

Rex Ferdinandus.

Cœterum Pyrrus eodem anno vitam cum morte commutaſſe, Romæ creditur ſepultus in Eccleſia S. Ioannis Baptiſtæ Auentini montis, quam Prioratum vocant, propè gentilem ſuum Riciardum, magnum Hieroſolymitani Ord. Magiſtrum, qui in magno marmoreo tumulo habet hoc epitaphium.

Hoc eſt Sepulchrum Reuerendiſſ. in Chriſto Patris, & Domini fratris Riciardi Carazoli de Neapoli ſacræ domus hoſpitalis Sancti Ioannis Hieroſolymitani Magiſtri, & pauperum Chriſti cuſtodis, nec non Magiſtri hoſpitum Domini noſtri Papæ Bonifacij Noni, qui obijt anno Domini MCCCXCV.

die verò 18. Menſis Maij, Pontificatus prædicti Domini Bonifacij Papæ Noni anno ſexto, in quo quidem Sepulchro iacet corpus eius.

Fratres Paulitani Cuſentini Cœnobij ob beneficia, in ordinem ſuum à Pyrro collata in marmore ſupra ſacrarij fores memoriam ipſius perennaruntin hunc modum.

Pyrrho Carace. Archiep. Cuſent. ob tributam B. P. Franciſco Paulano Eccleſias, & Cœnobia conſtruendi facultatem, eiuſdemque Ordinis approbationem & confirmationem, eximia irrogata Priuilegia Sixti IV. Iulij II. Alexandri VI. cæterorumque Romanorum Pontificum auctoritate firmata. Patres huiuſce Conuentus grati animi monumentum poſuerunt A. D. M. D. XXXVI.

36 IOANNES huius Eccleſiæ Archipręſul obijt anno 1481. vt in Actis Conſiſtorialibus legitur in promotione Succeſſoris, quis tamen ille fuerit, vel ex qua familia natus, et quot annis præfuerit, incompertum eſt apud me.



37 IOANNES Aragonius Ferdinandi Primi Regis Neapol. filius Diac. Card. à Sixto IV. creatus, ab eodem, die 14 Nouẽbris 1481. Cuſentinæ Eccleſiæ adminiſtrator, auctuſque Tarentino, alijſq; Sacerdotijs Romę fato functus eſt an. 1485. Presb. Card. S. Sabinæ, in qua Eccleſia iacet, de qua alibi dictum eſt.



38 NICOLAVS Genuæ natus ex C[illegible]rum gente nobiliſſima, quam ante quingentos annos rebus maxime florentibus [illegible] Græcia euocatam Neapoli, & Genuæ V[illegible] Italiæ clariſſimis conſedisse conſtat. Carolus hodie Princeps Maſsæ, & Sacri Imperij Marchio, familiæ eſt antesignanus. [illegible] Innocentio VIII. Summo Pontifice [illegible]rato, Nicolaus Eccleſiæ C[illegible] Archiepiſcopus factus eſt anno [illegible] ſecundo, menſe Mai, qui Chriſti eſt 1486. conſecratur [illegible] Pontificio al[illegible] eodem v[illegible] à [illegible] Laurentio Beneuentano eius nepote & Ioanne [illegible]conenſi. Anno 1487. Perusij Gubernator fuit, translatus eſt ad Arelatenſem in Gallia Eccleſiam 8. Kal. Octob. 1489. ex bulla translationis, cuius tenor talis eſt ab ipſo exemplari.

I N N O C E N T I V S ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis Filijs Capitulo Eccleſiæ Arelatenſis Ordinis S. Auguſtini ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Hodie [illegible] n[illegible]um Nicolaum olim Archiepiſcopum Cuſẽtinum in Archiepiſcopum Arelatenſem [illegible]ctum a vinculo Eccleſiæ Cuſentinæ, cui tunc præerat tenebatur, de fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſoluentes, ipſum ad Eccleſiam ve[illegible] tunc per obitum bonæ memoriæ [illegible] Archiep. Arelaten. apud Sedem Ap[illegible] tam defuncti, paſtoris ſolatio deſtitutam [illegible] de eorundem fratrum conſilio auctoritate Apoſtolica t[illegible]que ſc[illegible] veſtræ præfecimus in Archiep. [illegible] curam, et adminiſtrationem [illegible] eccleſiæ veſtræ ſibi in ſpiritualibus, et temporalibus plenariè committendo, prout in noſtris inde confectis litteris plenius continetur. Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eidem Nicolao electo, tanquam patri & paſtori animarum veſtrarum humiliter intendentes, ac exhibentes ei obedientiam, et reuerentiam debitas, et deuotas, eius ſalubria mo[illegible], et mandata ſuſcipiatis, humiliter, et efficaciter

citer adimplere curetis, alioquin ſententiam quam idem electus tulerit ritè in rebelles latam habebimus, & faciemus auctore Domino vſque ad ſatisfactionem condignam inuiolabiliter obſeruari.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1489. 8. Kalen. Maij, Pontificatus noſtri ann. 5.

Obijſſe Nicolaum, aut certè Arelatenſem Archiepiſcopatum eiuraſſe an. 1499. ſcribit eruditiſſimus Petrus Saxo in hiſtoria Primatum Arelatenſis Eccleſiæ, vbi acta Nicolai Arelatis ſpatio decem annorum, quibus præfuit, recenſet; de quo etiam eruditiſſimi gemelli fratres Sammartani tom. 1. Galliæ Chriſtianæ in Arelatenſium Archiepiſcoporum catalogo.



40 CAROLVS de Carreto ex Marchionibus Finalis, Protonotarius Apoſtolicus eodem anno 1489. eademque die 24. April. quibus Nicolaus Arelatenſem ſuſcepit Eccleſiam, delectus eſt Cuſentinus Archiepiſcopus. Duobus annis præfuit, eamque dimiſit 10. Octobris 1491. tranſlatus ad eccleſiam Andegauenſem in Gallia, ita legimus in Actis Conſiſtorialibus Innocentij. Cæterum Carolus iſte non reperitur inter Andegauenſes epiſc. apud Carolum de Sauſſeyo in eiuſdem Eccleſiæ Annal. neq; apud Claudium Robertum in ſua Gallia Chriſtiana. imo ex ijs facilè colligi poteſt, hunc Carolū nunquam eam Eccleſiam habuiſſe commēdatam, vt vt res fuerit, videant alij, ſat enim mihi fuit hic indigitaſſe, quæ Acta referunt Conſiſtorialia. Sed in monumento Eccleſię Cuſentinæ Carolus de Carreto ille idem qui ſub Iulio II. euaſit ad purpuram, memoratur inter Cuſentinos Archiepiſcopos, fortaſſis ex amanuenſis incogitantia in Actis Conſiſtorialibus irrepſit error, vt mendosè ad Andegauenſem, pro Cadurcenſe tranſlatus dicatur, quod veriſimile mihi videtur, cum Carolus non Andegauenſis, ſed Cadurcenſis, Turonenſis, Remenſis recenſeatur Antiſtes apud eundem Claudium Robertum, Sammartanos, cæteroſque, qui de Galliæ Præſulibus ſcripſerunt. Paulus vero Caroli Card. frater longè poſt euaſit Epiſcopus Cadurcenſis, ac præcipua gratia floruit apud Franciſcum I. Galliæ Regem inuictiſſimum, qui illum Clementi Papæ VII. commendauit, vt Cardinalis fieret anno 1532.



41 IOANNES BAPTISTA Pinellus Ianuenſis Franciſci filius ex Molis arcis Adrianæ Præfecto, & Abbate commendatario S. Victoriani Illerdenſis Diœceſis Ord. S. Benedicti, in locum tranſlati Carreti proximè ſubrogatus eſt Arhiepiſcopus anno 1491. Geſſit munus, officiumq; ſuum eximiè annos quatuor, & in Archiepiſcopatu ſuo diē clauſit extremum anno 1495. Eius corpus datum eſt ad ſepulchrum in Cathedrali cōſpicuo, & nobili tumulo, eiuſque memoria tanquam de ſanctiſſimo viro concelebratur, cuius virtutes, & merita nobili elogio condecorauit Hubertus Foliera in ſuorum elogiorum libro. Gens, inquit, Pinella nobilis, & peruetuſta multos egregios, atque inſignes viros, patriæque perutiles tulit. In quibus Baptiſtæ Franciſci filij nomen eminet, cuius prudētiā in multis difficultatibus expediendis, animis ciuium inter ſe conciliandis, in alijſque arduis negotijs in patriam multipliciter conſpectam Innocentius VIII. Pontifex Max. cuius pronepos fuit, ita amplexus eſt, vt hominem Romam euocatum, atq; Archiepiſcopum Cuſentinum creatum ad magnarum rerum deliberationes adhiberet, eiuſque fideli opera in perarduis rebus vteretur, magnamque illi fidem haberet. Quo Pontifice fato functo, cum ad eccleſiam ſuam ſe contuliſſet Baptiſta, in Diœceſi luſtrāda, moribus emendandis, collapſa Eccleſiæ diſciplina erigenda, templis ædificandis, xenodochijs reparandis, egenorum inopia ſubleuanda, in omnibus, quæ ſunt paſtoralis muneris explicandis, ita viri religio, pietas, liberalitas, prudentia, diligentia enituit, vt eius virtus in tantis ſæculi tene-

bris, veluti clariſſimum lumen eluceſceret, tantaque in charitate,& veneratione populis ſuis fuit cum mira comitate, ac naturæ ſuauitate, ſeueritatem in corrigendo temperatet, vt faro ſunctum, de honorificè efferendo,& ſepulturæ mandando Canonicorum Collegium, & ciuitatis Magiſtratus medijs certaminibus egerint, ius ſepeliendi vtroque ſibi vindicante. Neque vero tantarum virtutum memoriam, ac populorum beneuolentiam vna cum illo extinctam, ſed adhuc in animis hominum viuere, ac vigere illuſtre documentum Cuſentini dederunt, cum ſepulchro Baptiſtæ Archiepiſcopi ex decreto Tridentini Concilij vna cum cæteris, quæ in templis conſtructa ſunt, demoliendo, legitimè decreta omnibus precibus contenderunt, impetraruntque, ne ſancti viri memoriȩ, quam diuorum venerationi prope coniungerent, ſepulchro eius ſublato, iniuria fieret. Hæc ille. Huius gentilis, ac pronepos Dominicus Cardinalis fuit, qui hoc ſæculo Romæ obijt Epiſcopus Cardinalis Oſtienſis ſac. Senatus Decanus.

42 BARTHOLOMÆVS Floridus iam diu ex ſuo viuido ingenio ad dignitates, & eccleſiaſtica munia exercenda euectus epiſcopatum meruit Sutrinum ſub Innocentio VIII. euaſit deinde ſub Alexandro VI. Pontificiæ Molis Secretarius,& Archiepiſcopus Cuſentinus die 4. Aprilis 1495. inter Aulæ Prælatos inclaruit adeout potens eſſet in opere, & ſermone apud eundem Pontificem. Sed cum nullus mortalium vbique beatus ſit, ille plures, intentatis grauioribus negotijs diuexare ſoleret, Pōtificis iram miſerabili caſu incurrit implacabilē: quamobrem die 14. Septembris hora noctis quinta anno 1497. in arcis Adrianæ Molis incluſus carcere, quæ illi objiciebantur, purgare coactus, reluctante tamen conſcientia, reus adiudicatus, omnibus dignitatibus publico in Conſiſtorio die 9. Octobris priuatus, miſer, & variātis fortunæ ludibrium, & exemplar futurus, ad perpetuos carceres in eadem Mole damnatus, poſt paucos dies, hoc eſt vigeſima octaua eiuſdem menſis mœrore tabefactus malorum vltimam lineam attingens, vitam amiſit. Cadauer eius in feto eiuſdem diei ſine honore deportatum ad Eccleſiam ſanctæ Mariæ Tranſpontinæ, ibidem ſepultum eſt. Tradunt Diaria Alexandri, illum obijſſe magna cum humilitate, ac deuotione, à Deo delictorum ſuorum miſericordiam impetraturum, ſe ſibi ſoli peccaſſe non ſemel pronunciaſſe: plura alia in ijs Diarijs de Bartholomæo leguntur, quæ breuitatis cauſa libenter omittimus.

43 LVDOVICVS Agnellus nobilis Mātuanus Cameræ Apoſtolicæ Clericus, infelici Florido, parum felix ſucceſſit die 16. Octobris 1497. ſub Alexandro VI. creatus, qui illum Peruſij primum Gubernatorem inſtituit, mox Patrimonij Prolegatum fecit, non diu lætus tanto munere vixit, Viterbij ex peſte obijt die 3. Nouemb. ann. 1499. Alij illum è veneno, iuſſu Cæſaris Ducis Valentini propinato vitam liquiſſe ſcribunt: etenim ditiſſimus erat Ludouicus, cuius diuitijs Valentinus anhelās, vno die vitam, opeſque eidem ademiſſe narratur. Cæterum neſcio vnde Nicolaus Paſqualinus Alidoſius in lib. de viris Illuſtr. Bononienſibus habuerit quendam Martinum Lignanum hoc anno ex Sipontina Eccleſia ad hanc Cuſentinam tranſlatum, quem obijſſe ait ann. 1505. cum clarè ex Actis Conſiſtorialibus habeamus, Ludouico ſucceſſiſſe Franciſcum Borgiam 1499. defunctum ann. 1511. cui ſucceſſit Theodolus; quamobrem Martinum ab hac ſerie expunximus, qui fortaſſis alterius Eccleſiæ Epiſcopus fuit.

44 FRANCISCVS Borgia Valentinus Caliſti III. Papæ nothus Epiſcopus Theanenſis,& ęratij Pontificij Præfectus ab Alexandro VI. die 6. Nouembris 1499. ad Cuſentinam Eccleſiam tranſlatus, pauloq; poſt ab eodem Presbyt. Card. ad titulum ſanctæ Cæciliæ creatus eſt, ſedit plus minus an. 11. Cæterum, vt Garimbertus lib. 10. tom. vltim. ſcribit, cum Julius II. Bononiam, bellum Ferrariæ Duci illaturus pergeret, Franciſcus cum tribus Cardinalibus Florentiæ ſubſtitit, Mediolanumque conceſſit; vnde Iuliū ad Piſanum Conciliabulum vocarunt: ſeptuagenarius Regio Lepidi Piſas iturus è viuis abijt pridie Non. Nouemb. 1511. ibidem ſepultus antequam ſe purpura, omnibuſque dignitatibus Iulij decreto ſpoliatum agnoſceret. Porrò eo ſedente in Cuſentina Eccleſia Fratres Minimi Ordinis in hac Vrbe recepti ſunt die 14. Octobris 1510. in vetus quoddam Oratorium ab Eremitis olim habitatum, & B. Virgini Lauretanæ ſacrum ſubierunt, vbi iactis ſplendidi, & luculenti ædificij fundamentis, ciuium beneficio, in iuſtam aliquando magnitudinem euaſit Cœnobium, vt nulli per Italiam, eiuſdem Ordinis, aut incolarum numero, aut rerum copia videri poſſit inferius.

†

IOAN-



45 IOANNES Ruffus de Teodolis Foroliuienſis, Antonij filius nobili gente natus à Iulio II. delectus eſt Foropopilienſis & Bertinorij Epiſcopus, à quo item die 24. Octob. 1511 ad Cuſentinam hanc eccleſiam in locum ptiuati Borgiæ tranſlatus eſt. Is, vt alibi diximus, ſub Leone X. in Hiſpaniã Nuncius Profectus, ſuis rariſſimis animi dotibus Carolo V. Imp. euaſit vnicè charus, & maior Sacellanus, atque ab eodem Epiſcopatu Gadicenſi donatus eſt, quem dimiſit ad fauorem Hieronymi nepotis, ſeu patruelis ſui. Adriano vero VI. dum Cardinalis eſſet, ita familiariter vtebatur, vt poſtea pontifici facto, in grauiſſimis expediẽdis conſilijs egregiam operam præſtiterit. Demum S.R.E. Theſaurarius Generalis Romæ è viuis eximitur ſub Clemente VII. anno 1527. ſepultus in Eccleſia ſanctæ Mariæ de Populo. Ioannis cum laude meminit Leander Albertus in Deſcript. Italiæ, & Iouius in Adriani vita, alijque ſunt, qui ſcribant, quendam Anibalem Pignatellum Neapolitanum Cuſentinæ eccleſiæ fuiſſe Archiepiſcopum ann. 1520. ſed hæc gratis hoc ann. fingunt cum Teodolus ab a. 1511. ad vſque 1527. quo obijt, hanc rexerit Eccleſiam, neque in Actis Conſiſtorialibus vllam de hoc Ioanne mentionem reperi, itaq; ab hac noſtra ſerie illum expunximus, vt recta noſtra procedat narratio.



46 NICOLAVS Gaddus Florentinus Diaconus Cardinalis Epiſcopus Firmanus,

A à Clemente VIII. Cuſentini Archiepiſcopatus, defuncto Teodolo perpetuus adlectus eſt adminiſtrator vltima die Ianuarij 1528. ſedit ad annum vſque 1535. quo ad fauorem Taddei nepotis, cum regreſſu tamen, vt illa ferebat ætas reſignauit. Florentiæ obijt 1552. 17. Kal. Ianuarij, iacet in maiorum ſacello in Eccleſia ſanctæ Mariæ Nouellæ cum hoc epitaphio.

D. O. M.

B *Nicolao Gaddio Taddæi filio S. R. E. Cardinali, de Republica Chriſtiana optimè merito ſepulchrum hoc tanto patruo deberi Nicolaus Gaddius cenſuit ann. ſal MD. LXXVII. vixit ann. lxi. Menſ. vij. Dies xx. Obijt anno MD. LII. xvi. Kal. Febr.*

De hoc præſtantiſſimo purpurato vide tom. 2. in Epiſcopis Firmanis, vbi plura leges ſcitu digniſſima. Legendus quoque
C Franciſcus Poua in elogi s. vbi virtutes Nicolai recenſet ſtilo vberiori. Scribit Alphõſus Ciacconus, Antonium Sanſeuerinum ad purpuram vocatum à Clemente VII. anno 1527. tunc fuiſſe Archiepiſcopum Cuſentinum; hallucinatur tamen, & pro Tarentino, Cuſentinum ſcripſit. Nicolaus Gaddus immediatè ſucceſſit Teodolo, Nicolao Taddeus Gaddus, vt mox dicemus, qui eam eccleſiam ad mortem vſque adminiſtrauit.

47 TADDEVS Gaddus Florentinus Aloyſij Riani Domini viri clariſſimi filius, Nicolai Card. nepos. Adoleſcens Patauij iuri vtrique nauauit operam, ſuique nobiliſſimi ingenij magnam de ſe apud Princi-
D pes viros excitauit expectationem. Vix decimum ſextum ætatis ſuæ annum attigerat Abbas renunciatus S. Leonardi in Apulia, ac cedente Cardinale patruo, Paulus III. illi Cuſentini Sacerdotium detulit adminiſtrandum ann. 1535. die 21. Iulij, deinde in titulum contulit, cum ad vigeſimum ſeptimum annum ætatis perueniſſet. Eo Archipræſule ann. 1555. Sede Romana vacante Capitulum Cuſentinum priuilegium obtinuit à Ranuccio Farneſio Cardin. S. Angeli maiori Pœnitentiario vtendi rocchetto, alijſque indumentis more Canonicorum Vaticanæ Baſilicæ, vt in eius literis continetur.

Rainutius miſeratione Diuina tituli S. Angeli Presbyter Cardinalis.

Dilectis in Chriſto Canonicis, & Perſonatibus Cleri & Capituli Eccleſiæ Cuſentinæ ſalutem in Domino.

Iniunctum nobis ab Apoſtolica Sede ſeruitutis officium nos admonet, & inducit, decenſque, & debitum fore arbitramur, vt ea vobis fauorabiliter concedamus quæ perſonis veſtris, & diuino cultui decorem, & ornatum afferre conſpicimus opportuna. Exhibitæ ſiquidem nobis nuper pro parte veſtra petitionis ſeries continebat, quod alias vos pro ornatu veſtrarum perſonarum in Miſſis, & alijs diuinis officijs celebrandis veſtes cum caputio inſoderato cum ſerico rubeo, & rocchetto more Canonicorum ſancti Petri Almæ Vrbis, & Crucem vltra Crucem per Clerum deferri ſolitam detuliſtis, & forſan defertis de præſenti, propter quod aliquas ſententias cenſuras, vel pœnas incurriſſe dubitatis, cuperetis igitur ex magno deuotionis feruore veſtes cum rocchetto huiuſmodi licentiã vobis ab Apoſtolica Sede concedi: quare ſupplicari feciſtis humiliter, vobis ſuper his per ſedem ipſam de abſolutionis debitæ beneficio, & opportuno remedio miſericorditer prouideri. Nos igitur qualitatem dictarum veſtium, & rocchetti præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, auctoritate Sedis Apoſtolicæ, cuius pœnitentiariæ curam gerimus, & de eius ſpeciali mandato ſuper hoc per eandem ſedem nobis facto vos & veſtrum quemlibet à generali excommunicationis, & alijs quibuſuis eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, quas ſi propter præmiſſa quomodolibet incurriſtis, & exceſſibus huiuſmodi abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, vobis vt de cætero veſtes, & rocchettum huiuſmodi, vt præfertur more Canonicorum Sancti Petri de Vrbe, abſque alicuius ſententiæ, cenſuræ, vel pœnæ incurſu, aut conſcientiæ ſcrupulo perpetuis futuris temporibus de Ordinarij conſenſu deferre liberè, & licitè poſſitis, & valeatis, & veſtrum quilibet veſtes huiuſmodi cum rocchetto deferre poſſit, & valeat, tenore præſentium indulgemus, ac licentiam, & liberam concedimus facultatem voſque, & veſtros dictæ Eccleſiæ ſucceſſores ad aliter dictas veſtes deferendum à quoquam cogi, aut inuiti compelli minimè valeatis, ſicque per quoſcunque Iudices, tam eccleſiaſticos, quam ſæculares, & perſonas quacunque auctoritate, vel dignitate fulgentes iudicari, interpretari, & diffiniri debere, ſublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, interpretandi, & diffiniendi facultate, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac tam prouincialibus, quam Synodalibus dictæque Eccleſiæ ſtatutis, & conſuetudinibus etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis cæteriſque contrarijs quibuſcunque.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub ſigillo officij Pœnitentiariæ Nonis Maij anno à Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto, Apoſtolica Sede Paſtore carente.

Vixit deinde Taddeus ſub Paulo, Julioq; Tertijs incorrupta ſui nominis fama, & à Paulo IV. Presbyt. Card. ad titulum S. Silueſtri in Campo Martio renunciatus 1557. ſed præclariſſimus vir Iuris ſcientia, rerum vſu, prudentia memorabilis propriæ breuis vſura purpuræ fuit, quam properatam extinxit immatura mors, nimirum vt oſtenderet illius inane, ac fluxum eſſe iubar. Obijt inter Appulos, in ſua Abbatia Diui Leonardi ex alui profluuio, cum ſex & viginti annis abſens Cuſentinam Eccleſiam adminiſtraſſet, ætatis 42. nondum expleto. Florentiam deinde tranſlatus repoſitus fuit in Gaddorum ſacello ſanctæ Mariæ Nouellæ inſculpto marmori epitaphio.

Taddæo Gaddio Aloyſij filiò
S. R. E. Presbytero Cardinali,
quem ob eximias virtutes, Pontifices Max. cæterique Principes
mirificè dilexerunt maximoſque
illi honores habuerunt.
Nicolaus Gaddius fratri patrueli amantiſſimo, beneuolentiæ cauſa hoc ſepulchrum ſtatuit. Anno MD. LXXVII.
Vixit ann. xli. menſes xi.
Obijt MD. LXI.

Propè Cardinalem iacet Ioannes Cameræ Apoſtolicæ Decanus in propatrui nobili tumulo, & epitaphio à Nicolao Gaddio viro clariſſimo exornato.

Ioanni Gaddio Thadæi filio Cameræ Apoſtolicæ Clerico Decano,
literarum, eruditorumque virorum inſigni patrocinio claro
ad nomen, & diuturnam memoriam.

Nico-

Nicolaus Gadd[illegible]s patruo de ſe ſuiſque benem[illegible]ito D. ann. ſ. MDC XXVII.

Oritur anno MCCCC. LXX-XXIII. viij. Kal. Martias H. XIII.

Occubuit MD. XLII. xiv. Kalend. Nouembr.

De fam[illegible]ia Gaddia legendus non ſemel [illegible]dat[illegible] IacobusGaddus Patritius Floren-[illegible]us in Elogiorum libro, ex quo alij.



48 FRANCISCVS Ca[illegible]s Gonza-ga paulo poſt adeptam purpuram à Pio IV. Cuſentino etiam Archiepiſcopatu ornatus eſt die [illegible]. Martij 1561. Præfuit huic Eccle-ſiæ annis quatuor, eamque dim[illegible]ſit ad fa-uorem ſequentis die 12. Ianuarij 1565. eua-ſit menſe Maio Epiſcopus Mantuanus, in qua Eccleſia adminiſtranda diem ſuum obijt 1566. [illegible]. Ianuarij. De quo vide ſeriem noſtra[illegible] Mantuanorum Præſulum tom. 1.



49 THOMAS Teleſius Cuſentinus fa-milia nobili nat[illegible]s, frater germanus fuit Bernardini Tel[illegible]j acutiſſimi Philoſophi,

A cuius ſcripta teruntur à doctis, patriæ Ar-chiepiſcopatus i[illegible] delatus eſt, ex Cardin. Gonzaghæ dimiſſione anno 1565. die 12. Ianuarij. Sedit annos aliquot: obijt anno 1568. Teleſiorum inſignia aurea faſcia in patria cærulea.

B



50 FLAVIVS Cardinalis Vrſinus Cu-ſentinæ Eccleſiæ adminiſtrator declaratus eſt die 12. Ianuarij 1569. quatuor omnino annos hanc adminiſtrauit Eccleſiam, eique remiſit nuncium. Epiſcopus fuit Muranus, deinde Spoletinus. Exceſſit Neapoli 1581.

C de quo in Epiſcopis Spoletinis, vbi ex lapſu me[illegible]riæ ſcr[illegible]ſimus i[illegible]um fuiſſe Ferrantis G[illegible]au[illegible]iæ Ducis, & Beat[illegible]ic[illegible]s Fenellæ filium, cuius pater fuit Iulius ex Dominis Montis Rotundi.

D



51 ANDREAS Matthæus Aquauiua, genitor eius Ioannes Antonius VIII. Atriæ Dux, mater Iſabella Spinella fuerunt. Vir magni animi, ingenij, auctori[illegible]is auitam gloriam æquauit: quippe qui Venafri[illegible] Epiſcopus electus, in ea [illegible]egenda Eccleſia adeo eius vi[illegible]s commendata [illegible], vt à Gre-gorio XIII. Pontifice Archiepiſcopus Cu-ſentinus renunciat[illegible]s fuerit die 16. Septem-bris 1573. Cuſentinis grati[illegible]us ex[illegible], publi-

publicæque vtilitati addictus ita vt optimi
Paſtoris laudem promeruerit. Deceſſit Ro-
mæ ſummè deſideratus anno 1576. Archie-
piſcopatus ſui ann. 3. ibique ſepultus in La-
terana Baſilica propè Iulium Cardinalem
nepotem, cui cœnotaphium poſuerat ann.
1574. quod leges apud Ciacconem.



52 FANTINVS Petrignanus nobilis
Amerinus Gregorij XIII. Domus Præfectus
in demortui Aquauiuæ loco renunciatus
eſt Archiepiſcopus die 7. Ianu. 1577. Sedis
Apoſtolicæ tum Neapoli, tum in Hiſpania
C extra ordinem Nuncius fuit Peruſij, ac Mar-
chiæ Gubernator, & Flaminiæ Præſes me-
ritas laudes promeruit, in hac ſede præfuit
annis octo, ac liberè onere ſe exemit anno
1585. Romæ Cameræ Apoſtolicæ Clericus
mortalitatem expleuit anno 1605. Iacet in
Eccleſia S. Mariæ de Populo.

53 SYLVIVS Paſſerinus Cortonenſis,
Nicolai, & Franciſcæ ex Marchionibus ſan-
ctæ Mariæ filius, Siluij Cardinalis Leonis
X. pronepos Cuſentinus Archiepiſcopus re-
nũciatus eſt die 20. Maij 1585. Romæ obijt
anno 1587. Iacet in Eccleſia ſancti Lauren-
tij in Lucina apud Cardinalem magnum
patruum in ſepulchro, quod eodem anno
ſibi parauerat, & elogio inſignuerat, quod
D leges tom. 1. in Cortonenſium epiſcopo-
rum catalogo, vbi de Siluio Card. & Epiſ-
copo Cortonenſi egimus.

54 EVANGELISTA Pallottus Cuſenti-
nam hanc Eccleſiam moderandam ſuſcepit
die 9. Septembris 1587. mox S. R. E. Presb.
Card. creatus quatuor omnino annos ſedit
laudatiſſimè. Is Cathedralem religioſo
cultu, ſumptuque inſigniorem fecit, & vt
erat animi magnitudine excellens, & exi-
mio diuini cultus augendi, atque amplifi-
candi zelo incenſus, paucis menſibus, qui-
bus illi apud eam Eccleſiam eſſe licuit, vni-
uerſam propè dixerim inſtaurauit; altaria
in quibus ob vicinitatem ſacrum cum di-
gnitate peragi non poterat, ſuſtulit, eorum-
que cultum in aram maximam traduxit,
chorum & presbyterium à fundamentis re-
A ſtituit, ſacras Sanctorum reliquias ad eo-
rum venerationem augendam tutiori, atque
illuſtriori loco aſſeruari mandauit, ſacram
ſuppellectilem veſtibus exornauit, atque
auxit. Baptiſterium honeſtiore, atq; com-
modiore loco repoſuit. Ædes Archiepiſ-
copales lapideis gradibus, adiecta porticu,
in qua ſeſe pauperes ab imbribus hyemali,
& pluuio tempore recipiant, magnificen-
tius extruxit. Eccleſiam, Clericorum Se-
minarium palatij parte ad habitandum da-
ta, & annuis prouentibus ex ipſis etiam
Archiepiſcopalis menſæ redditibus attribu-
tis primus inſtituit. Patres Societatis Ieſu
ad iuuentutem bonis artibus, & moribus
B informandam in eam vrbem primus accer-
ſiuit. tantam tam breui tempore, & tanto
cum fructu bonus hic Præſul in ſua Eccleſia
exornanda operam nauauit. Cæterum
cum eius Eccleſiæ nuncium remiſiſſet anno
1591. longo deinde tempore in Romana
Curia inculpatè vixit, & ſub Paulo V. Ponti-
fice die 22. Auguſti 1620. mortalitatem
expleuit. De quo Cardinali digniſſimo
vide quæ diximus in noſtro prim. tom. in
Epiſcopis Portuenſibus, & in Appendice
ad eundem

C



D

55 IOANNES BAPTISTA de Conſtan-
tijs Neapolitanus Fuluij Marchionis Corl…
frater magna generis claritudine illuſtris,
& propria virtute clarus, ad Cuſentinum
Archiepiſcopatum euectus eſt, cedente
Card. Pallotto, die 5. Aprilis 1591. conſe-
cratur Romæ in Eccleſia ſancti Blaſij in
Monte Citatorio à Card. ſanctæ Seuerinæ,
aſſiſtentibus Sidonienſi, Auerſano, & Trica-
ricenſi Epiſcopis, vixitque in ea dignitate
ſumma pietate, & laudis gloria ann. 26. de-
ceſſit ſub Paulo V. anno 1617. ex hac no-
bili, & vetuſta familia legendi Ælius Mar-
cheſius, & Mazzella, de qua ortus eſt Hie-
ronymus Capuanus Archiepiſcopus, & Ia-
cobus extitit Neocaſtri Comes; Chriſto-
phorus

phorus magnus Regni Seneſcalchus: Thomas Regis Cyprij olim Archithalaſſus, & alij plures viri clariſſimi.



56 PAVLVS EMILIVS Sanctorius Caſertanus, Iulij Card. Sanctorij ex fratre Donato nepos, omnium ſcientiarum eruditione, & linguarum peritia vir longè clariſſimus inijt Cuſentinum Sacerdotium die 7. Iulij 1617. ſex omnino annos conſultiſſimè hanc adminiſtrauit Eccleſiam, tranſlatuſq; eſt ad Vrbinatem ab Vrbano VIII. die 10. menſis Nouemb. 1623. Porro, qua virtute, qua pietate Sanctorius hanc Cuſentinam Eccleſiam rexerit, hauriet lector ex Vrbani Pontificis literis in forma breuis ad Frãciſcum Mariam Vrbini Ducem, in eius commendatione conſcriptis, quas nunc exhibeo.

VRBANVS PAPA VIII.

Dilecte fili nobilis vir ſalutem &c. Pane Cæli Dominicam Plebem ſaturare, & ex Euangelica vinea eliminare ſacri Antiſtites debent venenata impietatis mõſtra; eos enim cum Vicarij Apoſtolorum, & filij Petri dicantur, par eſt priuati-oblitos emolumenti haberi Cuſtodes publicæ incolumitatis. Quare nos vbi quis alicui Eccleſiæ Paſtor præficiendus eſt, vnam Dei gloriam & populorum ſalutem, in deliberationem adhibemus. Tam ſalubri conſilio nos vſos nuper eſſe Roma omnis fatetur, dum Vrbinatis ciuitatis Archiepiſcopum creauimus venerabilem fratrem Paulum Æmiliũ Sanctorium, qui Cuſentinam Eccleſiam ſingulari cum laude adminiſtrabat. Ineſt in eo animus eius gloriæ appetens, quæ diuini cultus incremento, & crediti gregis felicitati comparatur. Ingenium maximis negotijs par, quod in hac orbis luce, nationum vniuerſarum oculos in ſe conuertit, literarum fama, qua vniuerſam penè Europam peragrauit, & de poſteritate meruiſſe exiſtimatur. Proinde quæ ei vrbis plauſum,

A & Pontificium patrocinium iam pridem compararunt, facilè conciliatura ſunt beneuolentiam Nobilitatis tuæ, ad quam adipiſcendam maximum in virtutis, & pietatis artibus momentum ineſſe accepimus. Accedit quod ſingularem quandam in te obſeruantiam, quaſi hæreditate ſibi relictam à Cardinali ſanctæ Seuerinæ eius patruo ſemper auxit earum laudum cogitatione, quas in Vrbinati Duce Italia iam diu veneratur. Cum autem ille arbitretur Eccleſiaſticas opes eſſe pauperum patrimonia, integrum Vrbinatis Archiepiſcopatus cenſum nullis pẽſionibus imminutum eius fidei credidimus, quo facilius in Alpinos B illos populos Apoſtolicæ liberalitatis fructibus alere poſſit, ſperamus ergo per eum neque Diœceſi illi præſidium, neque ſolatium defuturum glorioſæ iſti ſenectuti Nobilitatis tuæ, cui diuturnam à Rege ſempiterno præſentis lucis vſurã accuratiſſimis precibus poſtulamus. Apoſtolicam ille benedictionem tibi defert, & amorem noſtrum reſtabitur, qui certè mirificè augebitur ijs officijs, quibus Archiepiſcopum hunc nobis gratiſſimum Nobilitas tua complectetur.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 11. Decemb. 1623. Pontificatus primo.

C Vrbini omnium virtutum fama cumulatiſſimus Præſul mortalitatem expleuit ann. 1635. Iacet in Cathedrali: de quo vide tom. 2. noſtrum in Vrbinatenſium Archiepiſcoporum ſerie, vbi plura.

57 IVLIVS ANTONIVS Sanctorius Pauli Emilij germanus frater eidem ſucceſſit die 29. Ianuarij 1624. nec minori cum laude virtutis Cuſentinam rexit Eccleſiam annos 15. mortem obijt 1639. Iacet in Cathedrali.

58 MARTINVS Alferius Patritius Mediolanenſis in Romana Curia clariſſ. ex Epiſcopo Inſulano tranſlatus eſt ad Cuſentinam hanc Eccleſiam die 11. Aprilis 1639. ibidem mortuus eſt anno 1641. & in Cathedrali tumulatus.

D

†



59 ANTONIVS Ricciullus de Rogliano Cuſentinæ ditionis oppido in Vrbe Viceſgerens, alijſque muneribus probatus, Epiſcopus Bellicaſtrenſis, Vmbriaticenſis, Caſertanus, ac mox Cuſentinus Archiepiſcopus delectus eſt ab Vrbano VIII. anno 1641. die 27. Nouembris, Regni Neapolitani ſacroſanctæ Inquiſitionis adminiſter: breui tempore hanc rexit Eccleſiam, mortem obijt anno 1642. menſe Maij plura ſui ingenij reliquit monumenta, quæ typis mãdata feruntur à doctis: erat enim rebus forenſibus ſummè eruditus, probus, & doctus vir.



60 ALPHONSVS Maurellus Caſtilionus nobili ſamilia Cuſentina Romæ natus, patrem habuit Alexandrum, matrem Vincentiam Anibalem de Molara, Franciſci Card. Barberini familiaris fuit, cuius gratia Vrbanus VIII. illum renunciauit Cuſentinum Archiepiſcopum die 31. Auguſti 1643. Præfuit ann. nouem, defunctuſque eſt ex apoplexia anno 1649. menſe Februario, & in communi Archipræſulum tumulo in Cathedrali humatus eſt. Ex hac Maurella gente vixit Philippus Archiepiſcopus Rheginus ann. 135 . Sunt, qui dicant, Maurellos Caſtilioneos Cuſentinos à Mantua Ciſalpinæ Galliæ vrbe oriundos, alij Mediolano. De qua familia videndus Hieronymus Sambiaſi de nobilibus familijs Cuſentinis.



61 IOSEPH Sanfelicius Neapolitanus, Flaminij, & Liuiæ Thomaſinæ ex Baronibus Mirabellę filius ſub Vrbano VIII. Papa vtriuſque Signaturæ Referendarius, Imolam, Tiphernum, aliaſque eccleſiaſticæ ditionis vrbes frænauit. Sub Innocentio X. Ferrariæ prolegatus fuit, tumultuante Firmo Piceni ciuitate, ad eas ſedandas commotiones ab eodem miſſus, cumque ibidem conſultiſſimè operam ſuam nauaret, ab eod. Pontifice die 22. Auguſti 1650. Cuſentino Archiepiſcopatu cohoneſtatus eſt, eique detulit Innocentius Peruſinæ vrbis, mox Vmbriæ gubernium, quibus muneribus egregiè functus, Eccleſiam ſuam inuiſit, omnibuſque ordinibus ſummè gratus perſonalem inijt poſſeſſionem, quam cum bene regere cœpiſſet, vix anno elapſo reuocatur ad Curiam, & Apoſtolicus Nuncius in Coloniam miſſus eſt, quo in munere incorruptè per aliquot annos perſeuerauit, ab eaque legatione reuocatus ad ſuam bene regendam Eccleſiam profectus, diem ſuum obijt Roliani Diœceſis ſuæ oppido die 10. Nouembris 1660. corpus Cuſentiam delatum 22. die eiuſdem in Cathedrali honorificentiſsimè tumulatum eſt.

***

MAR-

MARTVRANENSES
SEV
MARTORANENSES
EPISCOPI.



MAMERTVM, vulgo *Martoranum*, Mediterranea eſt ciuitas Brutiorum, vt Strabo teſtatur, iuxta Ocinarum amnem, Sabatium nunc dictum, & ſyluam picis optimè feracem, loco ſita montano, ſex paſſuum millibus diſtans à mari. Fuere Mamertini viri bellicoſi, Romaniſque amici, ac ſocij fideliſſimi, qui primi, aut ſoli abſque Romano Duce, aut milite Pyrrho ex Sicilia à Tarentinis aduerſus Romanos accito occurrerunt, vt Plutarchus ſcribit in eius vita, eiuſque exercitum turbauerunt, qui conſtabat viginti peditum millibus, & tribus equitum, cum Mamertinorum decem tantum millia eſſent. Nunc parua eſt ciuitas, Marchionatus titulo inſignis, & cũ vicis ſuburbanis 450. familias tantùm olim efficiebat, vt ex codici fiſci Regij conſtabat; ſed retro actis annis miſerabili terræmotu funditus euerſa, paucos lares, populoſque continet. In Mamertino agro vinum generoſum naſcitur. Fit mel, & ſericum optimum, in eoque agro pagi ſunt Conſtitium, Mota, & Confluentum. Chriſtiana ſacra hanc ciuitatem hauſiſſe ab Apoſtolorum diſcipulis, qui eam Rhegio, Coſentiaque diſſeminarunt, credunt accolæ; Epiſcopatus antiquus eſt, cuius origo ignoratur. Cathedralis Eccleſia titulo Deiparæ Aſſumptæ antiqua erat, in ipſa Marturanenſi ciuitate ſita, quæ vi terræmotus cum ipſa ciuitate corruit, noua cœpta eſt ædificari à moderno, ac religioſiſſimo Epiſcopo Celleſio. Sacris in ea miniſtrantium numerus ferè 30. In primis ſunt quatuor dignitates, Decanus ſecundus ab Antiſtite, Archidiaconus, Cantor, & Theſaurarius, quibus ab immemorabili tempore annexi ſunt quatuor Canonicatus. His accedunt Canonici octo, & ſex Capellani à Mariano Perbenedicto Cardinali huius ſedis Epiſco-

A po inſtituti, cuius etiam ſtudio pro diſtributionib. quotidianis attributum fuit ſimplex beneficium annui cenſus 400. aureorum. Porro omnes dignitates, & Canonicatus ſunt Presbyterales. Erant & quædam ſacella dotata de iurepatronatus laicorum. Octo Clerici alumni Seminarij ab eodem Perbenedicto Epiſcopo inſtituti. In ciuitate præter Cathedralem eccleſia nulla eſt; cura namque animarum per duos Canonicos peritiores Capituli nutu, ac nomine exercetur. Virorum Cœnobia tria erant, nempe Minorum Conuentualium omnium ditiſſimum, Auguſtinianorum Congregationis Calabriæ, & Dominicanorum, & xe-
B nodochium pro peregrinis Perbenedicti opera inſtitutum, & quidem perneceſſarium ob eorum frequentiam, cum hæc ciuitas ſit in via, quæ Neapoli ad Inſulam Siciliam ducit. Diœceſis Marturanenſis ſatis ampla eſt; nam ſumpto termino ab ipſa ciuitate Orientem verſus extenditur milliaria decem, ad meridiem octo, ad Occidentem quatuor, ad Septentrionem verò tria duntaxat. Confines illi Diœceſes ſunt Cuſentina, Catacen. Neocaſtren. & Tropeien. Tota autem Diœceſis montana eſt, & in ea ſunt oppida, & caſtra nonnulla, quorum maximum eſt Sciglianum, vbi duo extabãt Cœnobia virorum, alterum Minorum ob-
C ſeruantium, alterum Auguſtinianorum Calabriæ Congregationis. Erant in eodem oppido mons pietatis, & hoſpitale peregrinorum. In vniuerſum autem tota Diœceſis Martoranenſis incolas agreſtes, ac rudes habet, qui à principio Veris vſque ad exitum Autumni habitant in locis ſylueſtribus & in tugurijs, paleis, & bitumine conſtructis. Quamobrem cum multi, & infantes, & adulti ſine ſacramentis è vita excederent, Perbenedictus Epiſcopus conſtruenda curauit nonnulla Oratoria ruralia, mandans Parochis, vt per vices in ijs ſacrificarent, & ſacramenta adminiſtrarent quolibet feſto die, ſine tamen detrimento eorum, qui habitant in oppidis muro cinctis. Iam Paro-
D chiæ totius Diœceſis tredecim sũt, & ſingulæ duos ſaltem habẽt Sacerdotes Portionarios ad curam animarum exercendam. Omnes Clerici Diœceſani cuiuſcunque ſint conditionis tenentur die feſto Aſſumptionis Deiparæ Virginis conuenire in Eccleſia Cathedrali ad præſtandam obedientiam Epiſcopo, ſeu eius Vicario, & ea die Synodus habetur more maiorum. Fidelium autem animæ in ciuitate, ac Diœceſi Marturana cenſentur ad decem millia, qui paucis Doctoribus, ac Tabellionibus exceptis, omnes ferè ſunt agricolæ, & Paſtores ouium. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus ducatorũ Regni ferè mille ſeptingentorum, taxatur in libris Cancellariæ Apoſtolicæ flor. 33. Huius Eccleſiæ Epiſcoporum Catalogum ex paucis illis monumentis, quæ ruinæ,

bellaque, & incendia reliqua fecerunt ſequentem depromſimus.



1 DOMNVS primus eſt ex ijs, qui Marturanenſi præfuerunt Eccleſiæ, quorum memoria nobis demandata eſt, qui ſubſcripſit Concilio Romæ celebrato à Paulo Papa I. anno ſal. 761. apud Baronium tom. 9. Annal. Eccleſ. ad hunc annum.

2 THEODORVS Marturanenſis Præſul fuit ille qui interſuit Concilio Romæ celebrato à Leone IV. ann. 853. apud Baron. tom. 10. Annal. Eccleſ. hoc anno num. 58.

3 ARNVLPHVS poſt ſpatium ferè trecentorum annorum huius Eccleſiæ Epiſcopus fuit, qui cum Boemundo Comite Normãno è Calabria ad bellum ſacrum profectus diſſenſionis, & ſcandali cauſa fuit, dum poſt captam vrbem ſanctam Hieroſolymam totis viribus niſus eſt in tronum Patriarchale quendam alium intrudere Arnulphũ Boemundi conſanguineum virum ſibi ſimilem, ſubdolum, & nequam, vt Tyrius ſcribit lib. 9. cap. 4. hiſt. belli ſacri; prævaluit tamen bonorum virtus, & conſtantia, eiectoque Arnulpho, ab hoc Marturanenſi Epiſcopo per ſummam malitiam intruſo, legitime Dagobertus Piſanorum Archiepiſcopis egregius vir primus ſanctæ ciuitatis Latinorum Patriarcha electus eſt anno 1100. Quid poſt hæc de iſto Marturanenſi Epiſcopo ſit factum, vſque modo mihi non conſtat, potuit in illis partibus diem ſuum obijſſe, neque de eo alia memoria extat, niſi hæc ex Tyrij narratione.

4 RODVLPHVS Marturanenſis Epiſcopus dicitur interfuiſſe conſecrationi Eccleſiæ Catacenſis ann. 1122.

5 MICHAEL florebat Marturanenſi Sacerdotio anno 1170. ad cuius Parochiam pertinebat Abbatia S. Mariæ de Curatio Ordinis Ciſtercien. vbi eo tempore B. Ioachinus Abbas fuerat ordinatus, præcipuaque gratia pollebat apud optimũ Antiſtitẽ à quo non tam Indultum obtinuit, quam aſſenſum in ea priuilegia, quæ Alexander III. Ordini Ciſtercienſi conceſſiſſet, vt neq; ſuis ſucceſſoribus reclamare liceret ab his,

A quæ valida & firma eſſe voluerant. Indulti exemplar à Iacobo Græco vulgatum, in memoriam Præſulis vtriuſque, concedentis nimirum, & impetrantis hic tranſcribendum curauimus, eſt autem tale.

Michael Dei gratia Marturanenſis Eccleſiæ humilis Epiſcopus Ioachin venerabili Abbati S. Mariæ de Curatio, eiuſque regularem vitam profeſſis, tam præſentibus, quam futuris in perpetuum.

☞ Spatioſam mundi vitam fugientibus pia conuenit adeſſe prouidentia, ne ſi B eorum ſalutifera requies alicuius temeritaris perturbetur incurſu, ab arctiori (quod abſit) quam elegere ingredi viam violentia fatigati ſuccumbant. Eapropter dilecti in Domino Fratres, quamuis priuilegium Apoſtolicum, quod habetis Ciſtercienſis Ordinis libertatem vos à Domino Beatiſſimo Papa Alexãdro III. obtinuiſſe teſtatur, vt tamen Deo digni beneficij cooperatores, & nos eſſe mereamur: tam laudabilem libertatem præſenti priuilegio confirmamus quatenus quicquid libertatis quoque Ciſtercienſis Ordinis Monaſteria habere noſcuntur veſtrum monaſterium ex integro habere lætetur. Prouidentes igitur paci, & tranquillitati veſtræ ſtatuimus, concedimus, & C confirmamus, vt nullus omnino Marturanenſis Epiſcopus, vel alterius eorum quilibet, quibus cura regiminis eſſe noſcatur, veſtrum monaſterium temerè audeat perturbare, aut de eius rebus aliquid auferre, vel ad donationem, aut mutationem ſibi, vel alicui faciendam Abbatem veſtrum, vel ſucceſſores eius, aut vos quacunq; occaſione cõpellere. Verum ſi Marturanen. Epiſcopus amoris intuitu, vel qualicunque cauſa monaſterium veſtrum aduenire voluerit, ſimpliciter, & paucis admodum locijs contentus monaſterium veſtrum ingredi ſtudebit, illaque ad vſum proprium, & ſociorum eius ad veſcendum charitatiuè tantum ſuſcipiat, quæ ei ab Abbate, vel Fratribus, D pro eorum Fratrnm, & Abbatis voluntate, vel arbitrio cum charitate oblata fuerint, ſaluo in omnibus Ordine veſtro, omnique grauamine, & violentia remota. Vt autem diuinis famulatibus liberius vacare poſſitis, ſtatuimus, vt nullus vnquam Marturanenſis Epiſcopus, vel eius Clerus, curam, & ſollicitudinem Abbatis veſtri, & ſucceſſorum eius, quam ſuper oues ſibi commiſſas, aut committendas habere tenetur, aliquibus inquietationibus impedire præſumat: nec ad ſynodum, vel ad Concilium, aut aliud quid agendum Abbatem monaſterij, vel qui pro tempore conſtitutus fuerit, venire compellat: niſi pro certa, & euidenti negotiorum eccleſiaſticorum neceſſitate; ſed omni violentia remota, monaſterij ſui neceſſi-

neceſſitatibus, & Fratrum commodis liberè intendere, & prouidere permittantur. Nulli igitur Marturanenſis Eccleſiæ Epiſcopo liceat Abbati veſtro, vel ſucceſſoribus eius alicuius adinuentionis onus imponere, aut aliquid ab eis, vel à vobis contra voluntatem eorum, & veſtram exigere, niſi id rantûmodo quod in veſtro priuilegio, quod Beatiſſimus Alexander Papa III. vobis fecit de iure Epiſcopali continetur. Ideoque quamuis certum ſit, quod Abbas veſter, qui pro tempore conſtituetur, Epiſcopum Marturanenſem venerari debeat, & eiuſdem ſanctis, & ſpiritualibus mandatis obedire. Ne tamen occaſione inobedientiæ vos exactioni ſubijcere (quod abſit) præſumat, nec ad iurandum, & promittendum obedientiam Abbas veſter, & ſucceſſores eius vllatenus compellantur, ſed vt poſtulatus fuerit ſimpliciter, & ſine quæſtione aliqua eis Marturanenſis Epiſcopus munus benedictionis impendat; alioquin ſi è contrario requiſitus cum humilitate munus benedictionis Abbati veſtro cuilibet dare noluerit, ſicut in priuilegio quod à Domino Papa accepiſtis continetur, licebit eidem Abbati proprios Nouitios benedicere, & ea, quæ ad illud officium pertinēt exercere. Ad huius autem conſtitutionis memoriam, & inuiolabilem firmitatem præſens priuilegium per manus Tancredi Eccleſiæ noſtræ Canonici, & Theſaurarij ſcribi, & noſtro ſigillo fecimus roborari, nihilominus Fratribus noſtris Canonicis conſentientibus, & propterea eorum manu ſingulis confirmantibus: quorum nomina inferius declarātur. Si qua igitur in futurum Marturanenſis eccleſiæ perſona, vel quiliber eius Prælatus hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè deuenire tentauerit, ſecundo, tertioue commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendauerit, ream ſe diuino iudicio de perpetrata iniquitate cognoſcat, & Sanctiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus hic, & fructus bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen.

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo, menſe Auguſto, tertia Indictione.

Ego Michael Epiſcopus Marturanenſis confirmo præſens priuilegium in perpetuum.

Ego Mauritius Archidiaconus Marturanenſis confirmo.

Ego Tancredi Canonicus, & Theſaurarius confirmo.

Ego Vincentius Canonicus teſtis ſum, & confirmo.

A *Ego Ioannes Canonicus teſtis ſum, & confirmo.*

Ego Bartholomaus Canonicus teſtis ſum, & confirmo.

Ego Rogerius Canonicus.

Ego Moyſes Canonicus.

Quod exemptionis priuilegium Monaſterio Curatij Ordinis Ciſtercienſis per præfatum Michaelem deuotiſſimum Epiſcopū Martoranenſem conceſſum, noſtro hoc ſæculo confirmauit in hæc verba Franciſcus cognomine Monacus eiuſdem Marturanenſis eccleſiæ Epiſcopus ſpeciali diplomate de ſui Capituli aſſenſu, & conſenſu communiuit ſub Datum Marturani in Palatio
B Epiſcopali, anno 1603. Indict. 2. die 4. Non Octobr. Iacet Abbatia hæc Curatij ad ripas fluuij Crotalis in hac Diœceſi, olim ingens Monaſterium, nunc exiguum, vt reliqua Calabriæ ſub Commendarum, & Commendatorum gementia onere. Fundatam fuiſſe ante annum 1060. à Rogerio Marturanenſi, atque Eccleſiæ Romanæ conceſſam, & eius patrocinio ſubiectam conſtat ex literis Honorij Papæ II. ad Abbatem, & Monachos illos, quæ vulgatæ à Iacobo Græco ſupra cit. totidem verbis veniunt deſcribendæ.

C *HONORIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.*

Vniuerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem in perpetuum.

Deſiderium, quod religionis proponitis, & ad animarum ſalutem pertinēre monſtratis authore Deo, ſemper eſt aliqua dilectione complendum. Ea propter dilecti in Domino filij monaſterij ſiti in loco, qui dicitur de Curatio, ad honorem Virginis dedicatum, quod quidam filius noſter Rogerius de Marturano conſtruxit, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ obtulit, ad ex
D plar anteceſſorum noſtrorum fel. record. Alexandri II. Gregorij VII. Vrbani II. Paſchalis II. Calixti II. ſanctæ Apoſtolicæ Sedis auctoritate protegimus, & indulgentiæ priuilegio communimus. Ea propter cupientes indulgentijs, & gratijs ſpiritualibus ditari, & pro Virginis honoribus frequentari, omnibus & ſingulis verè pœnitentibus, & confeſſis, qui cum locum in feſtiuitatibus ipſius Virginis glorioſæ, videlicet Natiuitatis, Purificationis, Annunciationis, & Aſſumptionis eiuſdem, & Innocentium viſitauerit reuerenter, & in reparatione eccleſiæ ipſius eleemoſynam tribuerint, & manuſque porrexerint adiutrices, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Apoſtolorum eius Petri & Pauli auctoritate confiſi, centum, & quinquaginta annos de iniun-

iniunctis ſibi pœnitentijs, & etiam per octauas prædictarum ſolemnitatum miſericorditer in Domino relaxamus.

Dat. apud S. Mariam de Curatio per manus Almerici S.R.E. Diac. Cardinalis, & Cancellarij, Idib. Septemb. Indict. 3. Incarnat. Dominicæ anno milleſimo centeſimo trigeſimo, Pontificatus noſtri anno ſeptimo,

Ita apud Iacobum, licet mendosè in Data. Quippe Honorius obijt ante Septemb. anno 1130. ſed neque ad ſeptimum Pontificatus peruenit, quod palam conſtat ex Baronio. Porro Curatium Ordini Ciſtercienſi incorporatum fuit circa annum Domini 1162. iuxta Mantiquez in annal. Ord. Ciſtercien. to. 2. tametſi in bulla Innocentij III. ad fauorem Florenſis monaſterij contra Curacenſes Monachos infra in S. Seuerinæ Archiepiſcoporum ſerie recitanda, legatur hoc Cœnobium ante Ciſtercienſe inſtitutum haud fuiſſe conditum, & in priuilegio Federici II. Imp. datum Brunduſij an. 1221. menſe Martio Indict. 9. habetur Curatium hoc Cœnobium ſpecialem nō habuiſſe fundatorem. Huius Cœnobij primus Ciſtercienſis Abbas memoratur Columbus columbinæ ſimplicitatis vir ſanctus, cui ſucceſſit B. Ioachimus, qui euaſit primus Abbas Florenſis, eiuſdem inſtituti Florenſis exædificator, vt non ſemel diximus. Sed ad Michaelem Marturanenſem Epiſcopum redeamus, qui nobile priuilegium Curatienſibus Monachis indulſerat; is poſtquam ann. Domini 1179. interfuiſſet Oecumenico Lateranenſi Concilio, Præſule Alexandro III. mortem obijt, & inter præcipuos Curatiani cœnobij benefactores adnumeratus eſt.

6 PHILIPPVS clara, & vetuſta Matera familia natus Cuſentiæ, Conſtantiæ Imperatricis, eiuſq; filij Federici II. Auguſti à conſilijs, vtriuſque Siciliæ magnus conſiliarius, & Cancellarius, vir eccleſiaſticis literis ſtudioſus, nec ignarus ſæcularibus, maximiſque rebus, apud Reges fuit illuſtris, Pluribus functus legationibus ſub Federico, euaſit Marturanenſis Epiſcopus anno 1221. an Michaeli immediatè ſucceſſerit, ignotum eſt, hoc certum, quod anno ſuperiori 1220. menſe Decembri teſtis fuit donationi factæ ad fauorem Eccleſiæ, & Richerij Epiſcopi Melphienſis, vbi ſe ſubſcripſit Regni Siciliæ ſcriniarium, vt anno 1224. Ind. 2. in priuilegio Conſtantiæ Imper. ad fauorem Florenſis cœnobij ſubſcriptus apparet magnus Protonotarius. Et anno 1221. menſe Nouemb. in ſentētia, ſeu potius donatione, quā fecit Andreas Lupinus Regis Vallettus pro Curatij cœnobio ſubſcribit ſe Epiſcopum Marturanenſem; in ea teſtis etiam fuit Leo de Matera eius germanus frater, alium habuit fratrem Procopium nomine, qui ei in Protonotariatu ſucceſſor fuit, & magnā valuit gratia apud Federicum. Porro illa

A duo ſupracitata documenta hic non pigebit referre à ſuis exemplaribus, cum multi faciant ad tempus præcisè enodandum, quo Philippus paſtorale pedum huius Eccleſiæ accepit: in ijs etiam recenſentur plures illius æui viri clariſſimi, nec Melphienſi Eccleſiæ erit inutile, ſi primum aliquando ad Richerium in ſerie Melphienſium præſulum adaptetur, ſic enim ſe habent.

In nomine ſanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis, Amen.

B Inter cætera, quæ ſalutem requirunt animarum, & mortalibus in cæleſtibus patriam feliciter præparant actiones, nihil in præſenti dignius, & felicius inuenitur, quam quod donatione pia impenditur Eccleſiæ, & ſponſæ Chriſti, vbi ſacramentotum beneficio peccata dimittuntur, vbiq; Patri filius pro ſalute fidelium iugiter immolatur. Eapropter ego Andreas Lupinus Dom. Regis Vallettus cupiens in iſta cæleſti patria per miſericordiæ opera mihi habitaculū pręparare de his, quæ paruitati meæ contulit miſericorditer regia celſitudo pro meorum remedio peccatorum, & vt Rex

C Regum, & Dominus dominantium actus in via proſperitatis dirigat ſalubriter, & diſponat, Domino Richerio venerab Epiſcopo Melphienſi eiuſdem Regis familiari, & Eccleſiæ Melphienſi iure perpetuo cōcedo, & dono tenimētum Lampidiati fluuij, quod in territorio ciuitatis Laccerellis pertinentijs, ac comitatuum Caperſati mihi à Regia maieſtate conceſſum, ſicut dictum tenimentum incipit à confinio terrarum Roirati, & per curſum ipſius fluminis Lampidiati vſq; ad flumen Suplidi, & reuertitur per ripam eiuſdem Suplidi vſq; ad confinia terrarum Canuſij, & vadit per ipſum confinium apendiori aſcendendo, & deſcendendo vſq; ad dictum confinium territorij Boiani, cum colle Rageti, qui eſt infra ſyluam; ſaluo ta-

D men dono terrarum eccleſiæ ſancti Egidij, quod bonæ memoriæ comes Robertus Lauretelli, & Caperſani fecit in ipſo tenimento monaſterio montis Sacri, ſtatuens firmiter, & decernens, vt tam idem Melphienſis, quā ſucceſſores ſui in eccleſia Melphienſi dictū tenimentum Lampidiati, quod de conſenſu & voluntate Domini noſtri Regis Eccleſiæ prædictæ conceſſum quemadmodum per quatuor ſupradictos fines clauditur proprietatis, & dominij in perpetuum teneant & poſſideant, ſine aliqua mea, & meorum hæredum, nec non & ſucceſſorum contrarietate. Ad huius itaque conceſſionis, & donationis meæ memoriam, ac ſtabilem firmitatem præſens ſcriptum per manum Ioannis Titiecto Regij Notarij, quem inde rogaui,

rogaui, ſcribi feci, & tam propriæ manus, A
quam ſubſcriptionum teſtium conſignationibus communiri.

Actum eſt hoc apud Auguſtam anno Dominicæ Incarnationis ducenteſimo vigeſimo menſe Decembri, Indict. 8.

Ego Andreas Lupinus Domini Regis Vallettus ſupradicta confirmo.

Ego Riccardus Sala Regiæ Camerarius ſubſcripſi, & quia Dominus Andreas Lupinus Domini Regis Vallettus proprio ſigillo carebat, pro parte ſua dictum priuilegium meo ſigillo confirmaui.

Ego Philippus de Matera Siciliæ Scriniarius teſtis ſum. B

Ego Iacobus Calager Domini Regi Notarius me ſubſcripſi.

† *Signum crucis propriæ manus Iacobi Fräciſci.*

Ego Benedictus de Anglone Domini Regis Vallettus teſtis ſum.

Declaratio autem Leonis de Matera Philippi noſtri germani fratris pro monaſterio Coratij accedit hiſce verbis concepta, in qua Philippus iam conſecratus Epiſcopus ſe ſubſcripſit.

In nomine ſanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis. C

Anno Dominicæ Incarnationis 1221. menſe Nouembris Indict. Nonæ, regnante Domino noſtro Federico Dei gratia Sereniſſimo Rege Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ, anno Regni eius 23. feliciter. Amen.

Laudabile eſt ſcripturæ teſtimonium, quæ obliuionis redibuit detrimentum. Indeeſt, quod cum nos Leo de Matera Regius Iuſtitiarius de mandato Regio venimus ad determinandã quæſtionem, quæ vertebatur inter vener. monaſterium Coratij, & homines Siliaui de diuiſis tenimenti D
montis Deuſactis, quod anteceſſores hominés Siliani conceſſerunt monaſterio memorato, eo quod de diuiſis tenimenti prædictis non concordabatur ad inuicem, perſonaliter accedentes ad locum cum ipſis hominibus Siliaui, vnde quæſtio mouebatur, & inueſtigantes ſubtiliter inuenimus tam ex tenore priuilegij monaſterij, quam ex conceſſione eorundem hominum Siliani, quod ipſæ diuiſæ ita erant, ſicut fratres dicebant, & in eorum priuilegio cõtinebatur expreſſè. Ad cautelam igitur, & pacem, firmamque concordiam præfati monaſterij, & hominum Siliani præſens inſtrumentum inde fieri fecimus auctoritate Regia firmiter præcipientes, vt nullus amodo hominum Siliani prædictos fines inuadere audeat, vel infra ipſos laborare, vel aliquam moleſtiam inferre præſumat. Et vt omnis dubitatio de ipſis finibus auferatur, vbi litigia erant finium, crucem ligneam affigi præcepimus. Qui verò ſua temeritate præceptum, quod ex Regia parte fecimus, violare præſumpſerit, ſit in pœna centum vnciarum medietatem partis iniuriam, patientibus medietatem Curiæ Regiæ. Et hæc acta ſunt in præſentia vener. Marturanen. Epiſcopi, & aliorum Iudicum, & proborum hominum ſubſcriptorum.

† *Philippus Dei gratia Marturanenſis Epiſcopus ſubſcripſi.*

† *Signum manus Dom. Leonis de Matera Regij Iuſtitiarij.*

† *Ego Ioannes Iudex.*

† *Ego Thomas Marturanenſis Cantor ſubſcripſi.*

† *Ego Caſtorius Marturanen. Canonicus ſubſcripſi.*

† *Ego Notarius Michael de Mart. me ſubſcripſi.*

Subſcribuntur deinde plures teſtes, & in fine.

† *Ego Antonius de Marturano Regia auctoritate Notarius de mandato Domini Iuſtitiarij prædicti præſens inſtrumentum declarationis finium prædictorum propria manu ſcripſi, & me ſubſcripſi.*

Adfuit poſthæc Philippus an. 1222. conſecrationi Eccleſiæ Cuſentinæ, & ann. 1235. cum alijs Prælatis, qui cum Federico II. fuerunt in Conuentu Imperiali Maguntiæ habito; vbi læſæ maieſtatis, teſte Crantio, reus factus Henricus Rex Friderici filius; publicoque iudicio damnatus cum duobus filijs captus in Calabriam apud Martoranũ carceri, tenuiſſimo victu ad mortem vſque addictus ex inedia obijt, eiuſque corpus apud Cuſentiam in æde maiori, vt ſupra retulimus, conditum eſt, Imperiali funere collachrymatus à Philippo noſtro Epiſcopo, qui iuſſu Federici illum ex Alemania ad Martoranum vſque concomitatus fuerat. Poſt hæc Philippus iam ætate grandæuus, & ad exercenda Epiſcopalia munia penè inhabilis effectus miſſionem deſiderãs Apoſtolicam Sedem per epiſtolam adijt, ad Gregorium VII. ſcripſit, vt vltro ſe epiſcopatu ſe exolueret, pro qua re Gregorius Archiepiſcopo Cuſentino per epiſtolam commiſit, vt miſſionem reciperet, ac de optimo in Marturanenſi Eccleſia ſubſtituendo Epiſcopo inſudaret. Epiſtola hæc extat in Regeſt. Vat. Dat. 7. kalen. Maij pontif. 11. n. 122. fol. 221. anno Chriſti 1237. Philippi cum laude meminere idem citatus Iacobus Græcus, Hieronymus Sambiaſus in tractatu ciuitatis Cuſentiæ, eiuſque nobilium familiarum,

rum, aliorumque. Vitam traduxiſſe referunt ad Innocentij IV. vſq; tempora, & in ſenectute bona obijſſe, in ſua ecclesia ſepultum, cuius memoriam poſt multa ſecula excitauerat in veteri Cathedrali Franciſcus Monacho eius ſucceſſor ijs verbis in marmore exaratam.

D. O. M.

Philippo de Matera ex vrbe Conſentia, Brytiorum Metropoli Epiſcopo Marturanenſi Friderici II. & Conſtantiæ eius vxoris Auguſtæ Regni vtriuſq; Siciliæ magno Cancellario, qui anno à Virgineo partu milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſecundo

Interfuit Dedicationi maioris Eccleſiæ Cuſentiæ

Franciſcus Epiſcopus Marturanenſis viro optimo ex materno genere coniuncto ob Deliam Hieronymi ex familia de Matera Patritij Conſentini filiam

Ex qua & Ioanne Paulo ex familia Monaco Patritio Cuſentino, & Pontificij, & Cæſarei Iu iſconſulto

Coniugibus idem Franciſcus natus eſt, & vt vetuſtate iacentem à temporum iniuria vindicaret.

Hoc amoris ſui monumentum poſuit Kal. Martij anno à Ieſu Chriſto nato milleſimo ſexcenteſimo quarto.

Clemente VIII. Pontifice Max. anno eius decimotertio.

Philippo III. de Auſtria regnante anno Regni eius ſexto, & Epiſcopatus eiuſdem Franciſci Monaci anno duodecimo.

Philippi, eiuſque Fratris Leonis meminit Martoranus in carmine hiſtorico de claris familijs Cuſentinæ ciuitatis, in Materafamilia.

Vltima ab Heſperia Lemani venere vetuſti.
Cratidis ad Ripas, ſi verum fama ſuſurrat,
Nos autem certo M stera nomine dictos
Scimus, & hanc vrbem multos tenuiſſe per annos
Auguſta carus nimis, dominiſque Philippus
Normandis gratus doctas ſignare tabellas
M gnanimuſque Leo cultor mitiſſimus agri.
Germanos coluit Reges, regioſque miniſtros
Caſtrorum franco potitur Nuccius vnus
Multos præterea plures virtute decoros
Occupet vna domus, totum ne fortè libellum.

Ex hac Marera gente memoratur à Ferdinando della Marra in eius familiæ deſcriptione, Silueſter, qui anno 1323. euaſit Epiſcopus Anglonenſis. Is ſi verum eſt, quod narrat Marra, reponendus eſt in ſerie Anglonenſium Epiſcoporum poſt Marcum ante Franciſcum della Marra; cum eiuſdem non meminerimus in ſerie Anglonenſium Præſulum.



7 THOMAS Monachus, & Abbas S.Stephani de Boſco Ordinis Ciſtercienſis, vir doctus, & apud omnes magnæ exiſtimationis ad hanc Marturanenſem Sedem à Bernardo, ſeu Berardo electo Neapolitano Archiepiſcopo iuſſu Innocentij IV. vocatus confirmatur ab eodem anno pontif. ſui 10. Dat. Peruſij 4.Kal. Martij, ſalutis ann. 1252. vt in Regeſt. Vatic. epiſt. 511. fol. 247. quam hic exhibemus.

Fratri Thomæ Ord. Ciſtercienſis Marturanen. electo. Cum à nobis petitur &c. vſque ad effectum ſignificaſti ſiquidem nobis, quod nos dilecto filio . . . . Neapolitan. electo noſtris iniunximus literis, vt te Marturanen. eccleſiæ tunc vacanti, auctoritate noſtra Epiſcopum præficeret

ceret, & paſtorem faciens tibi à Capitulo, & ſubditis ipſius Eccleſiæ tanquam patri, & paſtori animarum ſuarum obedientiam, & reuerentiam debitam exhiberi, contra &c. Idem Neapolitanus electus te ijs literis noſtris, & authoritate præfatæ Marturanen. Eccleſiæ in Epiſcopum præfecit & paſtorem, prout in ipſius littetis confectis exindè plenius continetur. Nos igitur tuis ſupplicationibus inclinati, quod ab eodem Neap. electo factum eſt in hac parte ratum habentes, & gratum, id authoritate Apoſtolica confirmamus & cæt. vſque communiti. Tenorem autem litterarum prædictarum de verbo ad verbum præſentibus inſeri facientes, qui talis eſt. In nomine Domini Amen. Ad Eccleſiaſtici honoris ſpectat augumentum, dum viduatæ prouidetur Eccleſiæ, quod perſona honoratur in ea, & ipſa proficit in ipſa, & taliter ad faſtigium Eccleſiaſticæ dignitatis admittitur, cuius meritum probitatis ſtipendia anteacta teſtantur. Hinc eſt, quod nos Bernardus miſeratione diuina Neapolitanus electus notum eſſe volumus vniuerſis, quod cum de conuerſatione honeſta, opinione laudabili, & religione conſpicua Religioſi viri Fratris Thomæ Abbatis Monaſterij S.Stephani de Boſcho Ord. Ciſtercienſis Squillacenſis Diœceſis, Domino noſtro Summo Pontifici per quam plures fidei dignos laudabile teſtimonium ſit relatum, idem Dominus nobis deſtinauit ſuas litteras in hunc modum. Innocentius & cæt. Dil. Fil. electo Neapolitan. ſalutem &c. Volumus, & tibi per Apoſt. ſcripta mandamus quatenus Dil. Fil. Thomam Abbatem Monaſterij S. Stefani de Boſcho Ciſtercienſis Ordinis Squillacen. Diœceſis de cuius conuerſatione honeſta, religione conſpicua, & commehdabili in ſpiritualibus, & temporalibus circunſpectione laudabile nobis teſtim. perhibetur, Marturanen. Eccleſiæ vacanti ad præſens authoritate noſtra, ſi eius ad hoc merita ſuffragantur, & videris expedire, in Epiſcopum præficias, & paſtorem, faciens ſibi à Capitulo, & ſubditis ipſius Eccleſiæ tanquam patri, & paſtori animarum ſuarum obedientiam, & reuerentiam debitam exiberi, Contradictores &c. non obſtantibus ſi perſonis aliquibus ab Apoſtolica Sede indultum exiſtat, quod per litteras Sedis ipſius interdici &c. vſque habeant. Dat. Peruſij 9. Kal. Martij, Pontif. noſtri anno 10. Nos itaque ſuper præmiſſis à quampluribus viris religioſis veritate diligentiùs inquiſita certiores effecti, intendentes prouidere Eccleſiæ potiùs, quàm perſonæ, nominatum Abbatem Marturanenſi Eccleſiæ vacanti prædicti mandati Apoſt. authoritate in Epiſcopum præfecimus & paſtorem, mandantes Capitulo & ſubditis eiuſdem Eccleſiæ, vt tibi tanquam Patri, & paſtori animarum ſuarum obedientiam, & reuerentiam debitam exhibeant & impendant, ſcientes, quod nos contra contradictores, & rebelles iuxta mandatum Apoſtolicum antedictum quantum de iure fuerit, prouidebimus. In cuius rei memoriam præſentes litteras per manus Ioannis de Ocra noſtri tabellionis fieri fecimus noſtri ſigilli impreſſione munitas. Actum Peruſij in Cappella Domini Papæ anno Domini 1253. die Veneris 9. Kal. Martij, Pontificatus Domini Innocentij IV. anno decimo, præſentibus vener. fratre S.Agathæ, fratre Iacobo electo Monaſterij S.Mariæ Matris Domini Salernitanæ Diœceſis, Cencio Cinini, Raymundo Domini Papæ Cappellanis, fratribus Laurentio eiuſdem Domini familiari, & Raynerio Ordinis Minorum, quem nomine Abbatis inueſtiuimus manu propria de Epiſcopatu eiuſdem. Ego Ioannes de Ocra ſupra S.R.E. Apocriſarius omnibus interfui, & de mandato præſcripti electi præſens publicum inſtrumentum propria manu ſubſcripſi, & meo ſigillo ſignaui. Nulli ergo &c.

Datum Peruſij 4. Kal. Martij an. 10.

Cæterùm Thomas cum laudabili virtute annos duos hanc rexiſſet Eccleſiam, ſub eodem Innocentio mortalitatem expleuit anno 1254. vel initio ſubſequentis anni. Memoratur in Epiſtola eiuſdem Innocentij ad ipſum data, in fauorem Leonis electi Hieracenſis 15. Kal. Nouembris, anno Pontif. 12. ſalutis anno 1254.



8 M. RAYNALDVM de Aquino Richardi S.Angeli Diac. Card. Legati Sacellanum iuris veriuſque celeberrimum laureatum à Capitulo electum confirmauit Alexander IV. anno 1255. anno Pontificatus primo, Idibus Februarij, vt ex literis eiuſdem, tam ad ipſum, quam ad Capitulum datis liquet in Vatic. Regeſt. epiſt. 133. fol. 17. Dat. Neapoli.

9 ROBERTVM iam diu Marturanenſem Epiſcopum Nicolaus IV. ad Monopolitanam Eccleſiam tranſtulir anno ſalutis 1288. Pontificatus ſui anno primo. Dat.

Reate 2. non. Iunij ex Regeſt. Vatic. epiſt. 69. fol. 18. Huic Roberto à Carolo I. Rege anno 1286. ob grata ſeruitia eidem Regi præſtita conceditur ad beneplacitum, Caſtrum Petræ montis Corbini in Iuſtitiariatu Capitanatæ, vt elicitur ex regio Regeſt. Caroli fol 153.



10 ADAM Epiſcopum Marturanenſē poſtulatum inuenio in Archiepiſcopum Cuſentinum ſub Ioanne XXII. anno 1320. in Regeſt. Vatic. eiuſdem Pontificis, quam Capituli poſtulationem haud admittendam duxit Ioannes, & Nicolaum Cuſentinum Decanum, in contentione electum confirmauit. Adam verò in ſua Marturanenſi Eccleſia diem ſuum obijt, cuius aliquando memoria extat in Regio Neapolit. Regeſt. Roberto Regnante.

11 NICOLAVS Cuſentinæ Eccl. Decanus electus Epiſc. & confirmatus an. 1320.

12 Fr. HVGO (Ordo, & Patria ignoratur) videtur electus circa annum Domini 1333. quo die 3. Iulij ſolitum promiſit ſubſidium ſacro Senatui.

13 SENATOR ex Martirana apud Cuſentinos nobili familia natus, floruit Marturanus Epiſcopus, in patria deceſſit anno 1349 Iacet in nobili marmoreo tumulo, epitaphio exornato apud Patres Dominicanos, vt Hyeronimus Sanbiaſius narrat in deſcriptione Marturanæ familiæ; ſed epitaphium, nec tumulus extat; eius electionem non vidimus in Reg. Vatic. in quibus tamen habetur obijſſe anno 1349. in literis electionis Ioannis Succeſſoris. Ex hac Marturana familia præterito ſæculo vixit Corinlanus Epiſcopus S. Marci probus, & litteratus homo.

14 IOANNES de Biſignano Canonicus Cuſentinus ſucceſſit Senatori à Clemente VI. electus anno 1349. 15. Kal. Iunij Pontificatus ſui anno 7. ex Reg. Vat. lib. 4. p. 1. Epiſt. 198. fol. 118. ſedit plus minus an. 10.

15 IACOBVS Epiſcopus Iſclanus ad hanc Marturanenſem Eccleſiam translatus eſt ab Innocentio VI. anno 1359. quàm cum benè geſſit ann. 4. euaſit Archiepiſcopus Hydruntinus anno 1363. 13. Kal. Ianuarij,

16 Fr. IACOBVS Caſtellius Ord. Minorum ſucceſſor datus eſt alteri Iacobo ab eodem Vrbano V. anno 1363. 6. idus Iunij ex Reg. Vatic. Acta eiuſdem ignoramus. Crediderim hunc eſſe illum Iacobum Marturanenſem epiſcopum à Bonifatio IX. ad Neocaſtrenſem eccleſiam translatum anno 1390. de quo in libris prouiſ. Prælatorum ſub eodem Pontifice.

A

17 NICOLAVS Iacobo ſubſtituitur anno 1390. à Bonifacio IX. ſed certis ex cauſis amotus, iterum ab eodem Pontifice præficitur huic eccleſiæ anno 1400. 15. Kal. Iunij, iterumque ab eodē ſuis exigentibus culpis exauthoratur, omnibus dignitatibus exuitur ſequenti anno 8. idus Iunij, vt in eod. lib. prouiſ. Prælatorum habetur.

B

18 IACOBVS de Villano Canonicus Cuſentinus, Bonifacij IX. beneficio hanc Sedem poſitus eſt anno 1401. 8. idus Ianuarij exauthorato Nicolao ſucceſſit, cuius mentio in eodem prouiſ. libro habetur.

19 PETRVS obijt ſub Martino V.

20 ANTONIVS Epiſcopus Boſſanenſis in Sardinia ad hanc Marturanenſem eccleſiam translatus eſt à Martino V. anno 1418. 8. Kal. Aprilis, exceſſit anno 1440.

21 Fr. CAROLVS de Neapoli Ord. Eremitarum S. Auguſtini in demortui Antonij locum ſuffectus eſt epiſcopus Marturanus 6. Idus Nouembris 1440. onere ſe exſoluit nondum conſecratus.

C

22 GOTIFREDVS de Caſtro Tropeienſis, ſedem hanc adeptus eſt 4. non. Maij 1442 ſedit ann. 2. & ad S. Marci Eccleſiam translatus eſt 1446. 4. idus Februarij.

23 ANTONIVS de Genouiſio Roſſanenſis, antea epiſcopus S Marci hùc tranſlatus anno 1446. 4. idus Februarij, ex quo ad Inſulanam aſcendit 1451. 5 kal. Iunij.

24 MARTINVS epiſcopus Inſulanus eodem anno 1451. eodemque die 5. Kal. Iunij ad hanc ſedem tranſitum fecit, è qua Antonius deceſſerat. Rex Alphonſus eum ſuis litteris commendat Vicegerenti ſuo in Calabria, Clero, & Canonicis Marturanenſibus, quæ in Regeſt. Regis Alphonſi,

D

quod extat origiuale apud me, ita loquuntur.

ALPHONSVS REX.

☞ Magnifico viro Franciſco Siſcat Militi Vicegerenti in Ducatu Calabriæ Cōſiliario, nec non Canonicis, & Clero epiſcoparus Marturanen. & eius Diœceſis Iuſtitiario, inſuper Ciuitatis Cuſentiæ Gubernatori quoque Capitaneo, & Magiſtris iuratis dictæ Ciuitatis Marturanen. & Terræ Xilliani, & alijs, ad quos, ſeu quem ſpectat præſentibus, & futuris fidelibus nobis dilectis gratiam noſtram, & bonam voluntatem. Sanctiſſimus Dominus noſter Nicolaus Papa V. ſuis cum Bullis Apoſtolicis. Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarna-

carnationis Dominicæ M. CCCCLI. 5 Kal. Iunij, Pontificatus ſui anno 5. tranſtulit venerabilem in Chriſto patrem M. epiſcopum Inſulanum ad maiorem eccleſiã Marturanenſem, ipſique de eadem eccleſia prouidit committendo eidem M. epiſcopo in ſpiritualibus, & temporalibus curam, regimen, & adminiſtrationem ipſius Marturanen. eccleſiæ, prout in dictis Bullis Apoſtolicis, ad quas nos referimus, plenius continetur. Et propterea volentes eum votis Apoſtolicis eſſe conformes, vobis & ſingulis veſtrum dicimus, & mandamus expreſsè ſub incurſu noſtræ iræ, & indignationis, ac pœna vnciarum centum, quatenus eidem M. epiſcopo circa adeptionem, & receptionem iurium, fructuum, redditum, & prouentuum ipſius faueatis, & aſſiſtatis, & aſſiſti & faueri mandetis ope, opere auxilijs, præſidijs, & fauoribus opportunis iuxta dictarum bullarum, & proceſſuum illarum tenores, & contrarium non faciatis, ſi gratiam noſtram caram habetis; iramque, & indignationem noſtras, ac pœnam prædictam cupitis non ſubire;

Datum in Turri Octaui die 9. menſis Iulij XIIII. Indictionis, Anno a Natiuitate Domini M.CCCC.LI.

Rex Alphonſus.

Dominus Rex mandat mihi Arnaldo Foſcolſeda.

Martini etiam mentio fit. in eod. Regeſt. Regis Alphonſi anno 1456. translatus deinde eſt ad Crotonenſem eccleſiam 1463. 15. Kal. Ianuarij.

24 ANGELVS Græcus iuris vtriuſque Doctor excellens, Marturanenſis creatus eſt Præſul 15. Kal. Ianuarij anno 1463. ſucceſſit Martino ex lib. Prouiſ. Prælatorum Pij papæ Secundi, Neapolit. Regis Orator erat, & poëta illuſtris eximia eruditione ornatus, cuius cum laude meminit Ambroſius Leo lib.4.cap.6. Hiſt. Nolanæ Vrbis.

25 AVRELIVS Biennatus Mediolanenſis electus anno 1485. 21. Nouemb. floruit gratia & virtute temporibus Ferdinandi Primi. Interfuit coronationi Alphonſi II. anno 1494. defunctus eſt anno 1496.

✠



26 ANGELVS Neapolitanus, clara, & illuſtri gente Pappacoda natus, ab Alexandro VI. obtinuit Marturanum epiſcopatum die 9. Ianuarij 1497. Hic Latinis Græciſque literis fuit peritiſſimus, & ob morum præſtantiam inque Romana Aula, Regiaque Regum Neapolitanorum ſummæ exiſtimationis. Sedit omnibus eximiè charus ann.40. re, & nomine vitam traduxit angelicam, ſub Paulo III. Neapoli mortalem cum immortali vita commutauit anno 1537. ſepultus iacet in eccleſia S. Ioãnis vulgo de Pappacoda cum hoc epitaphio.

Angelo Pappacodæ Franciſci fil. Marturanenſi Epiſcopo viro ornatiſſ. qui in non magnis opibus magnum exercens animum, nulla magis in re, quàm in aliorum leuanda inopia ſuis bonis vſus eſt. Heredes B. M. Deceſſit ex mortalibus an. Nat. LXVI. Ab ortu Mundi rediuiui M.D. XXXVII.

27 IACOBVS Antonius Ferdutius Anconitanus Ord. S. Franciſci Conuentualium ſummus Theologus, eiuſdem Ordinis emeritus miniſter Generalis, Marturanenſis Epiſcopus delectus eſt à Paulo III. die 27. Iunij 1537. exceſſit anno 1569. ſepultus in Cathedrali tumulo, quem viuens parauerat cum hac inſcriptione.

Iacobus Antonius Anconitanus Magiſter Generalis Ordinis Minorum à Paulo III. Pont. Max. electus Epiſcopus Mar-

torani domum hanc ſibi viuens poſuit ann. æg. LXXII.

De quo Vuading. tom. 8. Annal. Minorum.



28 TOLOMÆVS Gallus Nouocomenſis Pij IV. à ſecretis euaſit epiſcopus Marturanus die 13. Septembris 1560. translatùs deinde eſt ad Sipontinam eccleſiam 1562. ab eodem Pontifice Presb. Cardinalis creatus 1565. Deceſſit Romæ Epiſcopus Card. Oſtienſis Sacri Collegij Decanus 1607. de quo vide tom. 1. in Epiſcopis Oſtienſibus, & in 6. inter Archiepiſcopos Sipontinos.



29 HIERONYMVS de Federicis è Triuilio Diœceſis Mediolanenſis Epiſcopus Marturanenſis eſt ſalutatus anno 1562. 8. Idus Iulij ex commutatione Sagonenſis Præſulatus hanc Eccleſiam adminiſtrauit ann. 7. eoque munere ſe exſoluit anno 1569 ſed cum maximæ exiſtimationis eſſet apud omnes, & Eccleſiaſticæ vitæ peritia inſignis ab Gregorio XIII. Laudenſis declaratus eſt anno 1576. in quo munere ſanctè obijt anno 1579. de quo vide tom. 4. noſtrum in Epiſcopis Laudenſibus, & 3. in Sagonenſibus Corſicæ Præſulibus.

A

30 Fr. GREGORIVS de Cruce Hiſpanus inculpatæ vitæ, & doctus Ord. Prædicatorum Religioſus à Pio V. Marturanenſis Epiſcopus renunciatus 4. Februarij 1569. vt dignitatem reciperet, vix ex Sancti Pontificis obedientia adduci potuit, qui cum ſedulò curę incubuiſſet, vt omnia probi Paſtoris officia cumulatè præſtaret, & Clerum penè delapſum ad Eccleſiaſticam vitam traducere inuictè tentaſſet, in eorum iniuſtum odium bonus Præſul incidiſſe narratur, à quibus propinatum ad tempus venenũ innocens abſorbuit, ex quo paulatim cæpit deficere, & mortalitatem explere, quæ incidit in annum Domini 1577. nec

B

ſine bonorum lachrymis in Cathedrali humatus fuit.



C

31 MARIANVS Perbenedictus Camertinus nobilis filius Caroli, & Catherinæ Dommeluſiæ, ad arma procliuis, Eccleſiaſticam vitam diuina virtute amplexus, diuinos propemodum indè retulit fructus. prophanis, ſacriſque literis eximiè inſtructus, valdè pius, S. Angeli in foro piſcium Canonicus, Abbaſque Trilij, Pontificale geſtare pedum cæpit Marturani 1577. manualem in hac Ciuitate poſſeſſionem appoſuit eodem anno conſecratus à Felice Cardinali Montalto, qui Sixtus V. deindè fuit,

D

conſequenti verò anno vniuerſam Diœceſim ſedula viſitatione perluſtrauit, vitia Cleri, cæterorumque quanta potuit cura ex officio & charitate repreſſit, atque extirpauit. Eccleſias quamplurimas ſuo ære vel exædificauit, vel vetuſtate fatiſcentes in meliorem faciem reduxit. Templo Scigliani Diani, diruto prius fano, primum lapidem impoſuit in honorem Beatiſſimæ Virginis Mariæ anno 1577. 8. Auguſti. Cathedralem honorificè exornauit, pauperes fouit, fuitque apud omnes, & præcipuè apud Proreges, Regnique Principes magno in pretio. Apoſtolicus in Calabria viſitator inſtitutus cum Gaſpare religioſiſſimo Rhegino Archipræſule, boni, ac diſcreti Præſulis partes adimpleuit. Defun-

cto

cto Gregorio Sixtus V. ſucceſſit, qui illum ſtatim reuocauit ad curiam, Vrbiſque Gubernatorem, intimumque Conſiliarium ſuum eſſe voluit; integerrimè eam adminiſtrauit prouinciam, & ab eodem purpuram meruit anno 1589. ad titulum ſanctorum Marcellini, & Petri, quo anno Marturanenſi Pontificatu, ac loco ceſſit. Longa deinde annorum ſerie vixit Pontificibus charus, & ad præcipua Eccleſiaſtica munia adhibitus. Exceſſit tandem venerab. ſenex Romæ Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus ætatis ſuæ 72. ſalutis vero 1611. Kal. 13. Februarij, tumulatus in Liberiana Baſilica nobili ſepulchro, & inſcriptione, quam leges to. 1. in Epiſcopis Tuſculanis; ſed mutilam ex Amanuenſis noſtri oſcitantia, illam iterum hic integram exhibemus.

D. O. M.

Mariano Perbenedicto S. R. E. Cardin. de Camerino Epiſcopo Tuſculano qui auitam nobilitatem multiplici doctrina, vitæ integritate, ſcelerum odio, Rei Catholicæ, Eccleſiaſticæ libertatis, & publici boni acri ſtudio illuſtrauit, à Gregorio XIII. Abbas, & Epiſcopus Marturani à Sixto V. Præfectus Vrbis, & Cardin. creatus à Gregorio XIV. & ampliori cum poteſtate ab Innocentio IX. Clemente VIII. Leone XI. Tribunalibus Eccleſiaſticæ ditionis, & publicis conſultationibus præpoſitus à S.D.N. Paulo V. donec Scipionem Burgheſium Nept. votis communibus Cardinalem daret. negotijs omnibus Eccleſiaſtici Status, etiam militantibus Præfectus, quibus alijs muneribus præclarè geſſis:

Obijt anno ætatis lxxij. ſalutis MDCXI. xiij. Kal. Feb.

Marianus Perbenedictus nepos patruo de ſe bene merito mæſtiſs. P.C.

Vide de hoc præſtantiſſimo Præſule ea, quæ diximus in noſtris additionibus ad Alphonſum Ciacconem.

32 ROBERTVS Perbenedictus Card. Mariani germanus frater ſucceſſit anno 1586. ſedit ann. tribus, & ad Nucerinam Eccleſiam in Vmbria die 4. Martij 1592. tranſlatus eſt.

33 FRANCISCVS Monacho Patritius Cuſentinus Ioannis Pauli, & Deliæ de Matera filius, iuris Pontificij, Cæſareique conſultus, ex morum, & doctrinæ commendatione à Clemente VIII. adlectus eſt Epiſcopus Marturanus die 26. Iunij 1592. inculpatè in hac dignitate vixit ann. 35. obijt vero annum agens ſupra ſeptuageſimum, ſalutis milleſimo ſexcenteſimo ſeptimo. Gerit hæc nobilis familia de Monacho pro gentilitijs inſignijs tria aurea lilia ſupra cæruleum palum in ſcuto argenteo.

34 LVCAS Celleſius Piſtorienſis nobili familia natus ex vtriuſque Signaturæ Referendario, ab Vrbano VIII. Epiſcopatu donatus eſt die 5. Iulij 1627. antiquæ probitatis, & prudentiæ vir eius virtutem, & animi conſtantiam ſummè laudat Agatius de Summa in hiſtorica narratione de terræmotu Calabriæ. Conſpexit Lucas miſerabilem Martorani, propriæque Cathedralis ruinam, ac penè obrutus, Dei miſericordia ſeruatus, effuſa liberalitate tunc in pauperes ſua diſperſit, & proprio ære, nouæ Cathedralis, & Epiſcopij molitionem aggreſſus, in eam, quæ nunc ſpectatur formam reſtituit, & ornauit.

Exceſſit optimus eximiuſque
ſenex hoc ann. 1661. die 6.
Iulij ſepultus in Cathedrali.

✠

ARCHIE-

ARCHIEPISCOPALIS SEDES ROSSANENSIS



ROSSANVM, quod veteribus *Roſcianum*, & *Ruſcianum* dicitur, mediterranea, & vetuſta Calabriç citerioris ciuitas eſt, triginta quinque milliaribus à Conſentia, tribus tantum à litore ſinus Tarentini diſtat, æqualique ſpatio inter Biſidianum & Turrium poſita natura, & arte munitiſſima, quippe ſita ſuper ſaxum ſaxis vndique rupibus ſeptum, & aquarum ſcaturiginibus exuberans, tertio à mari milliario condita à Romanis, vt vult Procopius lib. 3. de bello Goth. ait enim, *iuxta Lambulam vallem, anguſtumque aditum ad litus Ruſſiam eſt promontorium Turiorum, ſupra id millia paſſuum ſeptem cum dimidio præſidium validiſſimum conſtruxere Romani*. Alij narrant ab Oenotrijs, vel à Sybaritanis ædificatam, Abbas vero Ioachim in Commentarijs ſuper Iſaiam affirmat Roſſanum Coloniam fuiſſe Rhodiorum, vtcunque ſit vetuſtiſſimum eſt, aeris ſalubritate nobile, quaſi Roſarium dictũ. Hanc ciuitatem Totilas Gothorum Rex cœpit deficiente commeatu præſidiarijs Beliſarij, auxilioque eis nõ adueniente. Hæc ciuitas B. Nili tempeſtate Agarenis Calabriæ vaſtitatem inferentibus præſenti Deiparæ Virginis ope ſeruata eſt immunis. Cenſetur nunc in ea, & vicina palude familiæ in Regio codice deſcriptæ CCLVI. Hic fiunt vaſa fictilia nobiliſſima. In agro autem Roſſanenſi feraci & peramęno fit vinum, oleumq; laudatiſſimum. Oliuæ enim ad amigdalarum magnitudinem ſunt craſſæ. Naſcuntur cappares, vitex, oleander, crocus ſylueſtris, terebinthus, dictamũ Cretenſe, centaurium maius, atq; aliæ nobiles herbæ, item reuponticum, & ſagapenum, effundiunturque gypſium marmoroſum, alabaſtrites, & ſal foſſile, & coſaquaria probatiſſima, fiuntque aucupia alitum nobiliſſimarum. Roſſanum hodie Principatus titulo inſignitur, eumq; poſſident Olympia Aldobrandinæ gentis Princeps nobiliſ-

A ſima, Clementis VIII. abneptis, eiuſque coniux Camillus Pamphilius Innocentij X. Pont. Max. nepos Vallis Montonis & Sancti Martini Princeps, aliorumque multorum oppidorum Dominus, pater Io. Baptiſtæ Carpineti Ducis.

Cæterum Sedes Roſſanen. antiqua eſt huc tranſlata ſede Epiſcopali ab vrbe Thuriorũ, poſt eius tamen vaſtitatẽ, vt in antiquo Thurij Epiſcopatu adnotauimus, Valerianus Epiſcopus Roſſanen. interfuit ſextæ Synodo Conſtantinop. ſub Agathone. Eccleſia autẽ hæc non multis ab hinc annis Latina facta eſt, antea enim Græcam linguam, ritumque ſeruabat. Archiep. Roſſanenſis mentionem

B facit Archiep. Rheginus in literis ad Innocentium III. Rom. Pont. quæ extãt in Regiſtro ipſius, & Dionyſij Archiep. qui ſub Rogerio Rege vixit, meminit Federicus II. Imp. ex quibus apparet Roſſanenſem Eccl. eſſe Archiepiſcopalem ſaltem ab annis quingẽtis, & amplius. Menſæ Archiepiſcopalis annui redditus ducatorum Regni duo millia, qui fere ex olivetis, paſcuis, ſatis, & decima agnorum, & quarta parte reliquarum decimarum colliguntur. Taxatur verò Eccleſia hæc in Cancellaria Apoſtolica floren. 600. Cathedralis Baſilica titulo Dei Genitricis Virginis Aſſumptæ ampla, & eleganti ſtructura ſexaginta altaribus circumornata, & vaſibus, ſacriſque veſtibus egregiè inſtructa. Venerabilis eiuſdem Dei-

C paræ Virginis imagine Acheropita dicta, hoc eſt, non manufacta, ſed vt cuncti ex traditione teſtantur, diuinitus in pilam Baſilicæ è Cælo delapſa annos ſeptingentos, quo tempore Conſtantinopolitanus Imperator, cuius in ditione prouincia erat, huc veniens, Eccleſiam hanc multis muneribus, ac priuilegijs ornauit, atque inter cætera ſanxit, vt Archiepiſcopus in omnes Iudęos, et ſpurios ſummũ imperiũ haberet. Hic aſſeruatur pars humeri S. Chriſtophori mart. qui in magna apud populum veneratione eſt. Plures aliæ Sãctorum reliquiæ ibi honorificè venerantur. De hac Baſilica B. Bartholomæus Roſſanen. in vita B. Nili ſic ſcribit. Cum omnis finitima Regio ab Agarenis

D B. Nili tempeſtate vaſtata eſſet eorumq; prædæ expoſita, ſolum Roſſanum ab ea vaſtitate immune fuit, idque haud quaquam humana ope, ſed Deiparæ, quæ locum illum in primis tueretur, auxilio factum eſt. Siquidem cum ſæpe Agareni noctu irruiſſent, arcemque expugnare tentaſſent, ſimulataque ad mœnia acceſſiſſent, ſcalis admotis, fama eſt, è ſuperiori loco mulierem ſimilem purpura indutam illis apparuiſſe facem manibus geſtantem, atque illos propellentem, è muroque deturbantem, idque verum eſſe teſtabantur qui ex illis aufugerant. Tempore B. Nili ait idem Beatus Bartholomæus, Roſſanum magnis terræmotibus quatitur, multis imbribus noctu

noctu, ac diu ingruentibus, vnde complures domus atque eccleſiæ eiectæ ſunt. Populo autem ad S.Pacis templum ingreſſo, terræmotus, imbreſque ceſſauere, nullus autem homo, neque iumentum aliquod perijt.

Sacris in hac nobili Baſilica miniſtrantiũ Presbyterorum, & Clericorum numerus fermè 200. In primis ſunt Canonici 18. è quibus ſex dignitate eminent Archidiaconus, qui primam poſt Pontificalem ſedem habet, Decanus, Archipresbyter, Cantor, Theſaurarius, Succentor, Cappellani titulares 60. fermè, & alij Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi ex tota nobilitate in hunc Clerum adſcripti ſupra centum. Poſtremò Clerici Seminarij alumni duodecim.

In ciuitate Roſſanen. Parochiales Eccleſię præter Cathedralem nuper inſtitutæ 14. quarum tamen Parochi ex Metropolitana Baſilica, ſacramenta accipiunt. Virorum Cœnobia ſeptem. Sanctimonialium ſepta duo, & Hoſpitale. In eius territorio olim ſeptẽ erant Monachorum ſancti Baſilij Cœnobia, duo Monialium, quorum omnium diuitijs, & ſanctitate celeberrimum fuit ſanctæ Mariæ de Patirio, vnum etiam monaſterium fuit in hac eadem Diœceſi Ordinis Ciſtercienſis ſanctiſſimæ Trinitatis de Ligno Crucis. Ex ciuitate Roſſanen. fuit B.Nilus Monachus D.Baſilij, vir ſanctitate, & doctrina admirabilis, qui ceu fulgentiſſimum ſydus in Eccleſia Dei enituit, quem Romanus Pontifex, & Imperator viuentem ad pedes abiecti coluerunt. Hic tot viuendi formas percurrit, quot à SS.Patribus obſeruatas fuiſſe legerat. Migrauit ad Dominum in monaſterio Cryptæ Ferratæ Tuſculani agri, annum agens quintum ſupra nonageſimũ, ſalutis vero anno 1000. eius feſtum agitur 6. Kalen. Octob. multi præterea alij Roſſanenſes ciues ſub Nilo Duce, Deo militauerunt, & ſanctitate conſpicui euaſerunt, inter quos fuere Beati viri Georgius, Stephanus, ac Bartholomæus, qui ſancti Nili vitã ſcripſit, & in monaſterio Cryptæ Ferratæ Abbas ſuffectus ibidem quieſcit. Ex eadem vrbe fuit Beata Theodora virgo Deo grata, ſanctis virtutibus plena, ac prudens, quæ B.Nilum, vt filium educauit, & Zoſimus Papa Roſſanenſis patria fuiſſe ab incolis dicitur.

Diœceſis Roſſanenſis vndeviginti oppida, & caſtra complectitur, quorum ſex à Græcis Epirotis, reliqua à Latinis incoluntur. Latinorum oppidorum nobiliſſimum eſt Corilianum duarũ millium domorũ, vbi Collegiata eccleſia, cui præeſt Præpoſitus, & altera Archipresbyteralis, quarum ſeruitio plures adſcripti ſũt miniſtri. Prouincia Roſſanenſis plures olim ſuffraganeas eccleſias continebat. Verum illis à Metropolitani iuriſdictione Summorum Pontificum auctoritate iam pridem exemptis, ſola reliqua erat Cariatenſis epiſcopia, quæ cum poſtea coniuncta fuiſſet epiſcopiæ Geruntinæ poſitæ in Prouincia ſanctæ Seuerinæ, Gregorij XIII. Pont Max. iuſſu, eius Præſul ſanctæ Seuerinæ Metropolim agnoſcit, vt nullus iam reliquus ſit in Roſſanenſi prouincia epiſcopus ſuffraganeus.

Roſſanorum Pręſulum ſeries ſequens eſt, quam adeo interciſam, elumbatamq; plerumque damus, quod monumentis, opportuniſque ſcripturis deſtituti fuimus, quibus ad pleniorem proferendam iuuari poteramus.

1 VALERIANVS Roſſanenſis epiſcopus ſexto Cõſtantinop. Conc. interfuit ſub Agathone Papa ann. 680. eius ſiue anteceſſores, ſiue ſucceſſores per multa tempora deſiderantur, quorum ſaltem nomina in Græcis monumentis, quæ in tabulario eiuſdem eccleſiæ dicuntur aſſeruari non eſſent ignota, ſi expiſcarentur ab ijs, ad quos pro eccleſiæ Roſſanenſis cognitione, ac decore videtur ſpectare.

2 N. . . . cuius nomen non exprimitur in vita ſancti Nili Abbatis, poſt cuius obitum circa annum Dom. 990. Clerus, Populuſque Roſſanus ipſum ſanctum Nilum elegit epiſcopum; ſed ille vitæ Monaſticæ, & humilitatis gratia onus ſubire recuſauit, vt in eius vita legitur, quis autem eius in locum adlectus fuerit, non conſtat, ſed poſt hunc fermè per duo ſecula epiſcopi Roſſanenſes deſiderantur. Cæterum hoc milleſimo ſęculo non longè ab hac vrbe cõditum fuit celeberrimum monaſterium ſanctæ Mariæ de Patirio Ordinis ſancti Baſilij à quodam Nilo viro ſanctiſſimo longè diuerſo à ſancto Nilo ſupra memorato, cuius fundationis exordium ex Græcis codicibus in Latinum verſum, mihiq; à nobili viro eruditoque Carolo Blaſco Canonico Roſſanenſi tranſmiſſum ita legitur.

Decurrebat annus circiter quinquageſimus ſupra milleſimum quando deficiente nuper Apulia à Græco Imperatore noſtro ob defectionem inclyti Ducis Roberti Guiſcardi inibi à multis annis quibus ipſe contra Saracenos præcipuè, & Occidẽtales Principes egregiè pugnantis; ac proinde hæc Calabria Regio diu iam graſſantibus, & loca plurima in ea poſſidentibus, Saracenis, toto nexu à graui ſeruitutis iugo, quo à Mauris Saracenis premebatur, ac quoquo modo ſubtrahere ſaragebat, arma quibus ſeruitutis vincula detruncarent penitus ab ea procul ſuppetias à Græco Principe à multis annis iam deſperarat, quippe qui & inteſtinis, & externis præpeditus bellorum incommodis exhauſto theſauro declinãtibus ab eius animo prouincijs ſubditis, vel neceſſitatem, vel voluntatem, vel parte etiam cadentis imperij deſpectu his

malis

malis occurrere nequibat, ſuſpirabat perditas antiquæ libertatis diuitias, præſentis lugebat ſeruitutis miſerias,& dum iam dudum ſuſpenſis in amaræ contemplationis ſalicibus, iubilationiſque organis ſuper flumina omnimodæ confuſionis lugens ſederet, incolæ alij fugam arripuere, & alius ditionis aſilum ſibi, propriæq; ſaluti decernere meditaretur, alij duræ ſeruituti ceruices patienter ſcribere, ne vel vitam periculo propinquare, vel peregrinam ſemper ducere, relicto natali ſolo proponunt. Alij ſalubri altiorique adiuti auxilio, & diuino freti iuuamine antra, ſpeluncas, montana, ac loca ſylueſtria colere, cibum ad alenda corpora brutis ſolitum, & aptum ſibi comparare,& relicto ſæculari cingulo, ſpirituale aggredi militiam, ſolique Deo ſeruire contendunt. Naturalis tunc corporis ciuitas erat ſymeris (hoc oppidum perantiquum ad oras maris Orientalis in ſinu ſcyllatico poſitum eſt; Nilus quidam opibus quidem & progenie non mediocris in populo, ſed virtute,& amore erga Deum valde magnus. Is cum vidiſſet mala gentis ſuæ, populatas ciuitates,diuitias, vel incenſas, vel Barbarorum manubias, valedicens ſæculo, & relicto natali ſolo ad eam partem ſyluarum ciuitatis Roſſani, quæ ad Occidentem vertitur, quam cito contendit; Ibi aſcitis, vt credibile ſit, aliquibus ſocijs, vel caſu, ſed potius diuino conſilio congregatis in tuguriolis; in antris, in arboribus ipſis vetuſtate concauatis vitam dierem belluinam, niſi eam cæleſtem potius, & Angelicam nuncupare diuina in eam eloquia perdocerent. Cibus erat ipſis glandes, caſtaneæ fructuſque quos vicina regio cæli benignitate miniſtrat, & herbarum radices. Veſtitus animalium pelles ad tegẽdos potius artus, quam ad frigorum arcendos rigores. Vbi Nilus antiquitate habitationis nobilitate morum,omnigeno virtutũ cumulo ditatus, diuina inſpirante gratia, omnium calculo ſuperior agnoſcitur. Dei ſeruitium fiebat in ſpeluncis: ſacrificium incruentum, quod Chriſtus in cœna vltima inſtituerat, ibi deerat, quia nullum erectum erat ſacellum, nullus forte inter ipſos Sacerdos extiterat. Roſſanum pergebant in feſtis diebus ad ſacra audiẽda. Sacrificium quod Deo dicarent, erant aſperrimæ diſciplinæ cum plurima ſanguinis effuſione,erãt longæ vigiliæ ſub dio permanentes in diuinis laudibus percantandis. Erat ſanè ſtatio illa virorum ſanctorum, viuebant extra carnem in carne, extra ſeclum in ſeculo, mundus eos non agnoſcebat, eorum conuerſatio in cælis erat. Viſitur adhuc, & grandi circumiacentium incolarum veneratione colitur cella ſancti Patris Nili in locis iſtis, quam Monachi ſequentes, crypram ſancti Patris vocant ex antonomaſia. Agnoſcebat Nilus quantæ auctoritatis, &

A poteſtatis eſſet apud Deum adoranda ſemper, omnique veneratione colenda Regina Cælorum MARIA ſemper Virgo, vtpote Mater Vnigeniti Filij eius,hinc ipſam ſibi ſuiſque Patronam, Dominam Matrem inremeratam aduocatam præſtolantur, nec Nili poſtulationibus deeſt. Nam quadam die circa octuageſimum vndecimi ſæculi annum erantem Nilum vocat Domina Maria, & ipſum ſupra vltimum ad mari aſpectum montem ducit ad quamdam non valde duram planiciem, & ſumpto de manu Nili iam ſenis baculo dicit; Aſpice Nile hoc baculo deſigno tibi Baſilicam conſtruendam, & Monachis tuis, & per girum baculum ducens ſignauit locum, & formam
B Eccleſiæ. Cumque perueniſſet finito circuitu vnde ſignare iam cœperat inuenta eſt Maria extra girum; vnde & dixit, Nile non caſu ſum extra girum, volo enim ne vnquam fœmina aliqua eccleſiam hanc ingredi audeat, ſed ab atrio ſacra audiat, & laudes Dei. Nilus antea interpellatus prædicentis maieſtate Mariæ obmutuerat, at quando de Eccleſia fabricanda præceptum audiuit, nimis reuerenter; Domina mea ſemper adoranda Maria, quomodo,inquit, Eremita pauperculus, ignotus omnibus, a natiuo ſolo peregrinus rerum, & conſilij inops inter inundãtes iugiter,ac circumſtantes barbaros infideles, Templum erigere po-
C terit? Cor meum Domina, eſt templum erectum Filio tuo, & tibi in ipſo ſemper immolo carnes meas,ſenſus meos, deſideria turpia, vanas cogitationes, & ſacrifico vtrique ſacrificium laudis, & reddo Altiſſimo, & tibi vota mea. Non ſecus ac dixi fieri,ait Maria,ſeruiſti Deo humiliter, & in maxima paupertate,ſed reddetur pax huic Regioni, quia completa eſt malitia eius. Populus iſte diu ambulauit in tenebris, poſt pauca videbit lucem magnam, quia erutus de poteſtate Saracena obediens Principi Chriſtiano triremibus multis ad hoc circumueniens mare applicabit tempeſtate valida circumactus,de qua vt incolumis euadat vouebit ædificare Filio meo &
D mihi templũ ad locum terræ quo ſupplicabit,tũc occurres, & dices ei, vt non ibi, ſed hic templum conſtruẽdum curet. Non credet, ait Nilus, non credet mihi pauperculo inuiſo, ne timeas replicat Maria; accipe hunc anulum,oſtende illi ex nouitate & anuli materia fidem habebit verbis tuis. Eſt is anulus non ex auro,aut argento, aut ære,vel auricalco, non ex lapide quodam pretioſo, ſed ex quadã ignota materia, quã ſolus is nouit,qui fecit Deus,qui adhuc vſq; tempora in reliquiario eiuſdem eccleſiæ aſſeruatur,multis medens ſupplicãtiũ languoribus iuxta fidẽ egentis. His verbis euanuit Beatiſſima Dei Mater Maria ab oculis ſancti ſenis; qui lætus de cæleſti viſione, & ſecurus de oraculo expectabat redemptionem, quaſi

quaſi alter Simeon iuſtus, redemptionem inquam populi ſui. Ad annum quaſi nonageſimum venit Comes inclytus Rogerius in Calabriam miſſus à fratre ſuo Roberto iam Apuliæ Duce declarato, magno ſtipatus milite, quindecim vectus triremibus, ſinumque ingreſſus Tarentinum magno ventorum ſibi inuicem pugnantium turbine perterritus, & penè quaſſatus, facto voto de Eccleſia condenda in honorem Deiparæ ad locum terræ, quo applicuerit, Deo ſic diſponente venit ſanus ad litus vicinum monti in quo Eccleſia conſtruenda à Matre Virgine deſignata iam erat. At quia Rogerius ſtatim vota reddi debere optimè notat, dicto citius à deſcenſu in terram aduocatis architectis, quæ nouerat explere ſatagebat. Accurrit Nilus, nimis reuerenter ſalutat Comitem, qui comiter ſanctum ſenem omni honore dignum amplectens, ab eo quid petierit ſciſcitatur. Tunc Nilus manifeſtato Comiti Mariæ præcepto, ad diuinæ voluntatis plenam executionem, & efficaciam, oſtendit ei anulum in cuius contemplatione mirabundus Comes ſic ait; omni fide digna ſunt verba, quæ tam inſigni anulo roborantur. Et inde quæ parabat ad litus pro ædificanda Eccleſia ad Montem tranſtulit deſignatum. Hactenus cartula. Euaſit deinde ex noua Eccleſiæ exædificatione in nobile opulentumque Monaſterium, cuius hodie Commendatarius Archimandrita eſt Carolus Cardinalis Barberinus. Illud ingentibus priuilegijs, ac diuitijs Rogerius Comes Calabriæ, & alij Normanni Principes nobilitarunt. Plura & penè innumera monumenta in membranaceis, tum græcè, tum latinè ſcripta proprijs libuit oculis vſurpare, ex quibus pauca exſcripſimus, quorum duo tantùm hic recenſebimus, quæ Rogerij Comitis pietatem erga Beatiſſimam Virginem Mariam, & B. Bartholomæum eius loci Abbatem ſatis oſtendunt, vndè poſteri animari poſſent ad cultum diuinum ſeruandum, & loci ſanctitatem augendam. Rogerij vero diploma eſt.

☞ *Rogerius Come & cæt.* Sigillum factum eſt ex noſtra parte Rogerio Comite Calabriæ & Siciliæ, & datum eſt tibi Patri ſpirituali meo Domino Bartholomæo venerabili Abbati Abbatiæ Sanctæ Dei Genitricis Virginis Mariæ Odigitriç vrſianam in menſe Septembris Indictione duodecima M. C. IIII.

Bonum, & optimum ante Deum eſt omnes beneſacientes, & quoniam ipſi mediabimini, quæ midiam habuerunt, nos autem victantem vir Religioſi, & ſancto pronominato Bartholomeo venerabili Abbati deſiderauimus partem habere in beneficijs Eccleſiæ Sanctæ Dei Genitrix Mariæ nouam odigitriam, vnus autem ex noſtris

A hominibus Guidelmus de Ioſdum nomine filius Framundus terram habebat iuxta ipſa prædicta Abbatia in pertinentiæ Viſcanum Ciuitate, & Totillianam, & Sancto Mauro in pertinentia Roſianam Ciuitatem Caſalem quo dicitur Sancto Petro Torillianam cum totam ſuam pertinentia, hominibus, & terra labrantes, vel non labrantes, montaneas, vineas, gerdinos vná cum molino, quod in ipſo flumine corilliano eſt cum toto tenimento, & pertinentiæ, & villanis iuris, & iuriſdictionis, & ſimiliter cum totis hominibus de ipſo leno, quos in Ciuitate Ruſinam habitantes ſunt tanti creditores, & omnia eorum, & in pertinentia Sancto Mauro Caſalinos tres vno B Caſale, quod dicitur de Cephalino cum flumine qui currit per pertinentiæ ipſius Caſale, Caſale Cephalimon nomine cum exiſtentes molinos omnes, quæ tenet Framundus, & hominibus ſuis in eodem flumine Cephalino, & ſimiliter villanis, & iuribus, & iuriſdictionibus, & aliud Caſale de Sancto Iorio, & aliud Caſale de la Cona cum omnibus hominibus, qui ſunt in dictos Caſales, ſicut tenuit Framundus cum montes, & montaneas, aquas, herbas, & mulendinia, iardinos iura, & iuriſdictionibus, & omnia quæ tenebat dictus Framundus de maiore vſque in minima cauſa. Hijs finibus terminatis, videlicet incipiendo da li finaudi, & C rectè vadit per ſerram Sancti Viti, & la ſerra ad hirta eſſe per dicta ſerra Grulnico, e ly tronte tronti aqua trondente in verſo Torilliana, & eſſe per dicte fronte a lo vallone de vrſata, & lo vallone apeneino cala a lo forno, & rectè ferit ad humare malbrantati, & per dicta flumaria ad hirto ferit a lo vallone de li Caniteli, & prædicto vallone ad hirto eſſe ſupra la ſerra de li palumbe à la criſta coſta, & per dritto ferit ad Eccleſiam Sancti Petri, & deinde vadit à lo vado dicto da Thomente, & ferit per dritto ad Eccleſiam Sancti Andreæ, & dicta Eccleſia Sancto Andrea abe ortare vnũ & non aliud, & deinde vadit ad ſerram D matana, & dictam ſerra Apendino, & cala allo vallone de donna Leo, & lo vallone Apendino ferit a la via che vene ad Santo Iorio, & volta ſupra lara de ly maracini, & ferit à la Gumara de ly lathoni, & à la Gumera de Apendini, & eſſe à Santa Maria de Ieſus à facto, & deinde eſſe à la thubita marina he venit ad Sanctũ Maurũ, & per dicta halia vadit à ly finande vnde incipit. Similiter offerimus tibi prænominato Monaſterio hominibus, qui ſunt in Caſtello Sancto Mauro cum hæredibus, & etiam cauſa eorum ſimiliter Landrino, & Rinolfo milytes cum totus tereo, & ſeruitium cum tulſuras flumine grati, & in pertinentia Ruſianam Ciuitatem in Sancto Mauro. Hæc omnia ſupraſcripta ſunt, ſicut tenuit Framundus, & poſtea fratrem ſuum Rinaldus,

dus, ideo Guidelmus de Loſdum, qui mihi omnia reliquit offero, & confirmo in ſancta Abbatia Sanctæ Dei Genitrix Virginis Mariæ, quæ dicitur noua odigitria, & in venerabili, & Religioſi Abbati Domino Bartholomæo, & omnibus ſucceſſoribus ſuis vſque finem ſæculi pro redemptione animæ patris mei, & mea, & ſalutis animæ, & redemptionem peccatorum ſuorum fidelem meo admiratus Domino Criſtodolo, qui pro ſua dilectione caſto bono actuũ miſitus fuimus, vnde pro iſto feuo dedit vnum Caſale Gidelmus d: Loſdum in Siciliæ in pertinentiam Gertanam Ciuitatem, & domino Criſtodulo dedit ipſius Guidelmus pro ſupradicto feuo tantum, & quinquaginta vncias aureas tareno de Sicilie. In Caſale autem quod ego dedi ipſius Guidelmus in ſtangio habet in eo homines quadraginta precipiorutem terram iſtam, & feuo ſicuti pernominata ſunt teneant, & poteſtate Abbatia pernominata Sanctæ Mariæ Odigitria, & Religioſi Abbati Domino Bartholomæo cum ſuis ſucceſſoribus vſque in finem ſæculi nullo inuicto, neque contrario, ex nullo homine habente, nec ex mea parte, nec de hæredibus meis, nec de nullo homine ex parte noſtra inuictum in Eccleſia facit, vt deinde vendicta faceant precipio autem vt habent poteſtate Abbatis prædictam Abbatiam in pertinentiam terram iſtam prænominatam, quod offerimus Domino, & Sanctæ Dei Genitrici vbicunque loco voluerit habitare hominibus ſuis, & colligere alios, quos antea venerint ſine nullo contrario, nec contradictione. Hæc omnia confirmauit per me ſigillum aureum.

Teſtis D. Goffridius Epiſcopus Meſſanæ, & D. Rubertus Borrellus, & Goffridius fratres noſtri dorogos, & Robertus de Saſſe, & plurimis alijs militibus menſe, & Indictione ſupra.

Menſe Auguſto Indict. XV. Anno Mundi 6630. Chriſti verò 1122.

† *Signum manus Maniliæ filia feliciſſimi Roberti Viſcardi.*

† *Signum manus Guillelmi granti ipſius Maniliæ filius.*

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Qui in religioſo, & honeſto. ſeu venerabili Conuentu perſeuerant, & res corruptibiles, & fluxas contemnunt, Deum indeſinentèr, & aſſiduè orantes, iuſtum eſt, & ſatis decens eos beneficijs, & honoribus, & muneribus afficere. Ob quã rem ego ſupraſcripta Mabilia, & Guillelmus Granti Maniliæ filius, qui ſupra, venerandas, & vitales cruces proprijs manibus ſubſcripſimus, & ſignauimus videntes te ſpiritualem patrem Dominum Bartholomæum ſancti Monaſterij venerandæ Dominæ noſtræ Dei Genitricis de Neanoua odigytrea Abbatem virum iuſtum, & ſtudioſam vitam agentem ex propria noſtra voluntate, & bona electione donamus Deo, & prædicto Sancto Monaſterio, & tibi huius Monaſterij Abbati, & futuris poſt te gubernatoribus recepturis æternorum terminorum, vel in perpetuum noſtras culturas prædiorum, quæ habemus in medio duorum fluuiorum Cratis, & Conchili, & circumſcribimus ſic. Ab Oriente quidem ab antiqua Vrbe Mendonya, & calibus aſquitini & porcelli, & vnde profluit fluuius Conchili. Ex Borea verò, & inde vſque ſupra flexum fluminis Conchili in quo eſt antiquus pons. Ab Occidente dicta cultura Lachi, & indè vſque ad originem aquæ quod procedit in dictam villam, vel vrbem Mendonyam, & villam vel Caſale Aſquitini, & porcelli, & claudit dictas, & definitas noſtras culturas cum omnibus iuribus ſuis inuenente reliquos, qui ſupra mater, & filius quem prænominauimus domnum Bartholomæum, & ſanctum Monaſterium pro liberatione, & venia, & remiſſione noſtrorum parentum, vel Genitorum, & noſtri ipſorum, vt poſſint dominari, & legitimè vti ipſi in perpetuum inuiolabiliter, & ſi quis voluerit violare hanc noſtram puram diſpoſitionem, ſit ille anathema à Domino Deo omnipotenti, & habeat maledictionem trecentorum, & decem, & octo Sanctorum diuinorum Patrum non ſolum hoc, ſed ſoluat Fiſco Nomiſmata, vel denarios ducentos. ſit & permaneat præſens noſtra diſpoſitio firma, & ad maiorem omnium à nobis diſpoſitionum fidem & ſtabilitatem voluimus ipſam ſigillare ſolita bulla, ſeu ſigillo plumbeo, & quod ſit ſcripta per manus Notarij anabuti, & biſtareti filij Nicolai Nigelle menſe Auguſti quintedecimæ Indict. *Età. 6630. quod eſt an. X.* 1122.

† *Teſtes* . . .

Crediderim hæc geſta fuiſſe ſub Guillermo Rogerij filio Roberti Viſcardi nepote, qui totum ferè hoc Regnum tenebat ſub titulo Ducatus Apuliæ. Qui anno Chriſti 1126. à Rogerio eius conſobrino Comite eo tempore Siciliæ, & Ducatus Apuliæ, & Calabriæ ſpoliatus eſt. Hic Rogerius primus habuit titulum Regium.

Cæterum. Patiri Regulares Archimandritæ in monumentis eiuſdem hi tantum nobis fuerunt obſeruati. Lucas primus Abbas ſeu Archimandrita, Bartholomæus anno 1122. Coſmas deinde Archiepiſcopus Roſſanenſis, Nicodemus anno 1196. Metodius anno 1123. Tiſ. anno 1229. Ambroſius 1280. Amicius, Gregorius 1360. Matthæus obijt 1399. Gerardus defunctus 1400 Iacobus Epiſcopus s. Marci 1400. Angelus Archiepiſcopus S. Seuerinæ 1413. Simeon exceſſit an. 1453. Petrus mortuus eſt 1483. Henricus ſucceſſit eodem anno 1483. Alexander 1488.

DIO-

3 DIONYSIVS legitur huius ſedis Archiepiſcopus in monumentis huius eccleſię, fuitque Rogerij Regis Synchronus, cuius meminit Federicus II. Imp. anno 1223. in renouatione omnium priuilegiorum Eccleſiæ Roſſanæ à ſuis Anteceſſoribus Regibus indultorum, vt infra leges in Baſilio Archipræſule.



4 COSMAS ex Archimandrita S. Marię de Patiro Ordinis ſancti Baſilij ad Roſſanenſem eccleſiam euehitur, cuius prima mentio in Cartulario Patiri habetur anno 1187. & clarius in veteri membrana eiuſdem ſcripta anno 1189. menſe Iulij, Ind. 7. continens exemplar Iudicij Rogerij de Durci Regis Siciliæ Commiſſarij pro lite ſedanda, quæ vertebatur inter Neſtorium Archimandritam Patirij, & quemdam Gerardum de tenimento *ex quo Coſmas tunc venerab. Archiepiſcopus Roſſanenſes ante annum quadrageſimum quando præerat Eccleſia Patiri iniuſtè & ſine iudicio auctoritate ſua tantum dirogauerat.*

Anno 1193. ſedente Coſma, Tancredus Siciliæ Rex Roſſani exiſtens, Cathedrale templum adijt, ſanctæ Dei Genitricis imaginem non manufactam humiliter, ac deuotè veneratus eſt, obtulitque vncias tres auri ſingulis annis ex Regijs redditibus in perpetuum recipiendas pro oleo emendo ad lampadem ante ipſam imaginem accendendam, vt declarat ſequens membrana tabularij eiuſdem Eccleſiæ.

In nomine Dei æterni, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

Tancredus diuina fauente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ.

Inter cætera largitionum munera, quæ in actus pios expendimus, illud potius noſtris vtilitatibus applicamus, quod ſa-

A crosanctisDei Eccleſijs deuotè concedimus, & ob diuini cultus reuerentiam benigna diſpenſatione largimur. Hinc eſt quod nos Roſſanum proſperè venientes, ingreſſi venerabilem eccleſiam Archiepiſcopatus Roſſani, in qua reuerenda imago ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, quæ diciturAchiropictos, colitur, & deuotius veneratur, ad ipſius reuerentiam merito prouocati, pro ſalute noſtra, & benedictorum filiorum noſtrorum concedimus in perpetuum, & donamus ipſi eccleſiæ Archiepiſcopatus Roſſani tres vncias auri percipiendas ſingulis annis de tinctoria noſtra Roſſani pro oleo emendo ad lampadem coram ipſa veneranda

B imagine accendendā, vt lampas ipſa die, ac nocte accendatur, & in conſpectu eius ardeat inceſſanter. Quare mandamus, & pręcipimus Baiulis noſtris Roſſani, tam præſentibus, quam futuris, vt de redditibus tinctoriæ noſtræ Roſſani præfatæ venerabili Eccleſiæ pro prædicto oleo emendo ſingulis annis tres vncias auri abſque moleſtia tribuant, & aſſignent. Ad huius autem conceſſionis, & donationis noſtræ memoriam, & inuiolabile firmamentum præſens priuilegium per manus Eugenij Notarij, & fidelis noſtri ſcribi, & bulla plumbea noſtro typocio impreſſa iuſſimus roborari.

Anno, menſe, & Ind. ſubſcriptis.

C Reperiuntur etiam in eodem Cartulario literæ confirmationis priuilegiorum Eccleſiæ Roſſanēſis intuitu Coſmæ datæ an. 1195. à Conſtantia Imper. Siciliæ Regina ita ſcriptæ.

Conſtantia Dei gratia Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta, & Regina Siciliæ.

Cum à Celſitudine noſtra ea ratione pręuia expetuntur, quæ animo nos decet benigno concedere, ſupplicantium votis aurem præſtamus beneuolam, & quæ iuſtè poſtulant de conſueta miſericordia impertimur. Inde eſt, quod cum Coſmas venerabilis Roſſan. Archiepiſcopus fidelis noſter per nuncios ſuos Maieſtati noſtræ attentius

D ſupplicaret, vt confirmaremus priuilegia, & inſtrumenta eccleſiæ ſuæ à prædeceſſoribus noſtris recolendæ memoriæ clementer indulta, necnon homines, poſſeſſiones, oblationes, & vniuerſa tenimenta, quæ ipſa Eccleſia in præſentiarum iuſtè poſſidet, vel in antea iuſto titulo poterit adipiſci, auctoritate huius noſtræ paginæ communimus, & perpetuo confirmamus. Vniuerſis fidelibus noſtris ſub obtentu noſtræ gratiæ prohibētes: quatenùs iam dictæ eccleſiæ Archiepiſcopatus Roſſani in hominibus, poſſeſſionibus, oblationibus, iuſtis tenimentis ſuis nullus præſumat moleſtiam aliquam, vel grauamen inferre. Quod quicunque huic noſtræ celſitudinis edicto temerarius obuiator

extiterit, Imperialis culminis iram incurret. Ad huius autem noſtræ confirmationis & protectionis memoriam, & inuiolabile firmamentum præſens priuilegium conſcribi,& noſtræ Maieſtatis ſigillo cereo iuſſimus communiri.

Datum in vrbe Panormi anno Dominicæ Incarnationis 1195 menſe Madij, Indict. 14. Regnante Domino noſtro Henrico VI. Dei gratia Romanorum Imperatore magnifico, & Rege Siciliæ glorioſiſſimo ſemper Auguſto, anno Regni eius 25. Imperij vero 6. Regni Siciliæ anno 2 feliciter. Amen.

Loco † ſigilli.

Sub iſto Archipræſule ann. 1185. eoque permittente fundatum eſt Cœnobium Ord. Ciſtercienſis inter Coriolani, & Acri huius Diœceſis oppida in montibus, cui à fruſtulo Saluatoris Crucis, ſanctiſſimæ Trinitatis de Ligno Crucis nomen fecerunt: quod deinde ex frigidiori cælo, ad mitius duobus milliaribus à Coriolano tráſtulerunt,& nouam exædificarunt Abbatiam, olim nobile Monachorum domicilium diuitijs, ac priuilegijs, tum Roſſanenſium Archipræſulum, tum à Calabriæ Ducibus liberalitate exornatam. Eius Eccleſiæ dedicatio populorum frequentia, ac deuotione celebratur die 3. Maij, quam ferunt primo à Coſma conſecratam paulo ante obitum ſuum, qui incidir circa ann. Chriſti 1197.

5 PASCHALIS. Hic erat Archiepiſcopus anno 1198. teſte priuilegio Conſtãtiæ Imper. Siciliæ Reginæ, conceſſo in gratiam Paſchalis Eccleſiæ Roſſanenſi, ex quo huius Antiſtitis notitia certa eruitur, priuilegium è cartophylacio huius eccleſiæ deſcriptum ſic legitur.

Conſtantia Dei gratia Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta, & Regina Siciliæ.

Cum à celſitudine noſtra, ea ratione præuia expetuntur, quæ animo decet benigno concedere ſupplicantium votis, & aurem præſtamus beneuolam, & quæ iuſtè poſtulant de conſueta miſericordia impartimur. Inde eſt, quod cum tu Paſchalis venerabilis Roſſanenſis Archiepiſcopus fidelis noſter veniſſes ad præſentiam noſtram, & ſupplicaſſes attentiùs Maieſtati noſtræ, vt concederemus tibi, & Eccleſiæ tuæ de noſtro demanio terras laboratorias in tenimento Roſſani in loco, qui dicitur miliarium, & terras, & tenimentum Pluppiæ, vt inferius terminatas. Nos autem intuitu Dei, & pro remiſſione peccatorum Domini magnifici Imperatoris legitimè quõdam viri noſtri de innata ſolius noſtri clementia ad preces, & ſupplicationes tuas in ſupra-

A dicto tenimento ciuitatis noſtræ Roſſani terras dictas Miliarij, & terras, & tenimentum totum Pluppiæ tibi, & eccleſiæ tuæ liberè, & ſine aliquo ſeruitio ad tuam,& memoratæ eccleſiæ vtilitatem, & proficium perpetuo iure proprietario concedimus, & donamus. Fines vero terrarũ ſupradictarũ Milliarij ſunt hi. Ab Oriente terra hæredum Rogerij de Ainurito, ab Occidente Athlinij Luciferi, à Septentrione ripa maris, à Meridie via publica. Terrarum autem, & tenimenti Pluppiæ fines ſunt hi. Ab Oriente flumaria Triontl, ab Occidente flumaria Honopnige, à Septentrione ripa maris, & à Meridie via magna publica,

B quæ ducit per medium foreſtæ, & dicitur ſanctæ Paraſceuæ præter terriculam Theodori Malcni, & hæredum Erebichi, quæ cõcluduntur in his confinibus. Ad huius autem conceſſionis, & donationis noſtræ memoriam,& inuiolabile firmamentũ, vt præfata Roſſanẽſis eccleſia terras ipſas,& tenimentum pacificè, quietè, liberè, & ſine aliquo ſeruitio ad ſuam vtilitatem teneat, & poſſideat in perpetuum præſens priuilegium ſubſcribi, & noſtræ maieſtatis ſigillo cereo iuſſimus roborari anno, menſe, & Indict. ſubſcriptis.

Datum Meſſanæ anno Dominicæ Incarnationis milleſimo centeſimo nonageſimo octauo,
C *menſe Februarij prima Indict.*

Ad hunc Paſchalem ſcripſiſſe videtur Innocentius III. in cap. quod ſuper de cognit. & in cap. cum cauſa de officio deleg. Exceſſit vero ſub Honorio III. circa an. 1218. Acta eius præter hæc pauca ignota ſunt, quo tamen ſedente, Innocentius idem III. nobile priuilegium indulſit monaſterio de Patirio, quod hic exhibemus ab exemplari in gratiam & memoriam tanti Cœnobij.

INNOCENTIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

D *Fratri Nicodemo Archimandritæ Monaſterij B. Mariæ de Patirio eiuſdemq; Fratribus tam præſentibus quam futuris temporibus vitam profeſſis in perpetuum.*

Regularem vitam eligentibus Apoſtolicum conuenit adeſſe præſidium, ne forte cuiuſlibet temeritatis incurſus, aut eos à propoſito reuocet, aut robur, quod abſit ſacræ Religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum monaſterium Beatæ Dei Genitricis Mariæ de Patirio nuncupatũ cui eſtis obſequio mácipatis, ad exẽplar fel. rec. Paſchalis prædeceſſoris noſtri ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti

A ſcripti priuilegio communimus. In primis quidem ſtatuentes, vt Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & Beati Baſilij Regulam in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur perpetuis temporibus ibidem inuiolabiliter obſeruetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem ecclesia in præſentiarũ iuſtè, & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis & illibata permaneant. In quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis. Locum ipſum, in quo præfatum monaſterium fundatum eſſe dignoſcitur cum B pertinentijs ſuis. Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Orſino cum omnibus pertinentijs ſuis, eccleſiam S.Nicolai de Liſta cum eccleſijs ſancti Blaſij videlicet, & ſanctæ Mariæ de Cabla, & alijs pertinentijs ſuis. Eccleſiam ſancti Saluatoris de Brunduſio cum omnibus pertinentijs ſuis. Eccleſiam S.Apolinaris de Conchili, cum omnibus pertinentijs ſuis, eccleſiam S.Mariæ de ſcalito cum omnibus pertinentijs ſuis, Eccleſiam ſancti Pancratij de Græca cum omnibus pertinentijs ſuis. Eccleſiam S Onufrij in Calonati cum omnibus pertinentijs ſuis, eccleſiam S.Nicolai de Peniga cum omnibus pertinentijs ſuis. Eccleſiam S.Helenæ de C . . . . . cum omnibus pertinentijs ſuis. Eccleſiam ſancti Conſtantini de Otece cum omnibus pertinentijs ſuis Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Alimento cum omnibus pertinentijs ſuis. Eccleſiam S.Nicolai de Donna, cum omnibus pertinentijs ſuis. Eccleſiã ſancti Dionyſij de Caſubono cum omnibus pertinentijs ſuis. Caſale de Crepacore. Caſale de Labonia. Caſale ſancti Georgij. Caſale de Ceſalini. Caſale de Lilacconi. Caſale quod habetis apud Caſſanum. Feudum quod habetis apud Roſſanum. Sanè noualium veſtrorum, quę proprijs manibus, aut ſumptibus colitis, ſiue de nutrimentis animalium veſtrorum nullus à vobis decimas exigere præſumat. Liceat quoque vo- D bis clericos, & laicos liberos, & abſolutos à ſæculo fugientes ad conuerſionem recipere, & eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, vt nulli Fratrum veſtrorum poſt factam in eodem loco profeſſionem fas ſit abſque Abbatis ſui licentia, niſi arctioris religionis obtentu de eodem loco diſcedere. Diſcedentem vero abſque communium literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Criſma vero, oleum Sanctum conſecrationes Altarium, ſeu Baſilicarum veſtrarum, ordinationes Monachorum, vel Clericorum veſtrorũ, & alia eccleſiaſtica ſacramenta per Diœceſanum vobis Epiſcopum præcipimus ſine prauitate aliqua exhiberi, qui ſi vobis illa malitiosè denegare præſumpſerit, licitum vobis ſit ea ab Epiſcopo vicino recipere, ita tamen quod nullum Diœceſano veſtro ſuper hoc præiudicium in poſterum generetur. Licitum prætcrea vobis ſit in Eccleſijs, & caſalibus veſtris Notarios, Archipresbyteros, & alios officiales inſtituere, ſicut ab antiquis retro temporibus licitè & rationabiliter eſt obtentum. Prohibemus etiam, vt nemini liceat vobis contra iuſtitiam violentiam . . . . . proprio, & tunc eiuſdem loci Archimandrita, & quolibet ſucceſſorum nulla qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu moleſtia præponatur, niſi quem Fratres communi conſenſu, & Fratrum pars ſanior ſecundum Deum, & Beati Baſilij Regulam propria voluntate eligentium. Sepulturam quoque loci illius liberam eſſe decernimus ita vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri voluerint, nullus obſiſtat, niſi fortè excommunicati, vel interdicti ſint; ſalua tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum, à quibus mortuorum corpora aſſumuntur. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, aut ablatas retinere, minuere, ſeu vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſubſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura, ſalua ſedis Apoſtolicæ auctoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Si qua verò in futurum eccleſiaſtica, ſæculariſue perſona hanc noſtræ conceſſionis paginam ſciens contra eam temerè venire temptauerit, ſecundò, tertioue commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe diuino Iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat & à ſacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, ac Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quatenus, & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen, Amen. Amen.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſi.

† *Ego Petrus Portuenſis, & S.Ruffinæ Epiſc.ſubſcripſi.*

† *Ego Petrus tit. ſanctæ Ceciliæ Presb. Card. ſubſcripſi.*

† *Ego Iordanus ſanctæ Pudentianæ tit. Paſtoris Presb.Card.ſubſcripſi.*

† *Ego Guido Presb.Card. ſanctæ Mariæ Tranſtiberim tit.S.Calixti ſubſcripſi.*

† *Ego Hugo Presb.Card.tit.SS.Silueſtri, & Martini in Montibus ſubſcr.*

† *Ego Cinthius tituli ſancti Laurentij in*

in Lucina Presbyter Cardinalis ſubſcripſi.

† *Ego Gratianus ſanctorum Coſmæ, & Damiani Diaconus Cardinnalis ſubſcripſi.*

† *Ego Gerardus ſancti Adriani Diacon. Card. ſubſcripſi.*

† *Ego Gregorius ſancti Georgij ad Velum Aureum Diaconus Cardin. ſubſcripſi,*

Datum Spoleti per manum Raynaldi Domini Papæ Notarij agentis vicem Cancellarij 6. Kalen. Septembris Indictionis prima, Incarnationis Dominicæ 1198. Pontificatus vero Domini Innocentij Papæ III. anno primo.



6 BASILIVS Paſchali ſufficitur Canonicorum electione anno 1218. de qua Honorius III. anno pontificatus ſui 3. die 4. Kalend. Nouembris ad Cuſentinum Archiepiſcopum, vt nonum à Capitulo electum Roſſanenſem Archiepiſcopum, ſi virum conſpicuum, & meritorum gratia dignum, ac canonicè adlectum, inuenerit, Apoſtolica auctoritate confirmet, vt ex Regeſt. Vatic. pag. 20. ann. 3. liqnet. Illum veró confirmatum fuiſſe docet priuilegium Federici Imperatoris anno 1223. conceſſum eidem Baſilio, & Eccleſiæ Roſſanen. in quo omnia alia Indulta ab anteceſſoribus Regibus conceſſa deprecante Baſilio confirniantur in hæc verba ex tabulario einſdem ecclesiæ.

Fridericus Diuina fauente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Rex Sicilæ.

Dignum eſſe decernimus, & ſaluti noſtræ cognoſcimus expedire, vt illis eccleſijs fauorem Imperialis manſuetudinis impendamus, quas prædeceſſores noſtri Duces, Regeſque Siciliæ pio ſtudio coluerunt, & eas perpetuæ ſtabilitatis munifi-
A co munimine confirmare, ac pietatis, &
deuotionis intuitu eorum pia, & ſalubris
conſideratis ipſis Eccleſijs erogatur. Inde
eſt, quod tu Baſilius Venerabilis Roſſa-
nenſis Archiepiſcopus fidelis noſter co-
ram noſtra præſentia conſtitutus ſigillum
quondam Ducis Rogerij Græcis firmatum
litteris oſtendiſti; in quo poſtquam tranſ-
ferri juſſimus in Latinum, intelleximus
contineri, qualiter dictus Dux omnes Cle-
ricos, qui fuerant in ciuitate Roſſani, om-
ni moleſtia, exactione, datijs, & anga-
rijs liberos faciebat, & quod dicti, nulli
Baronum, ſeu ſæculari perſonæ aliqua te-
nerentur ſeruitia exhibere, & quod ſuo Ar-
chiepiſcopo Canonicā redderent conſuetā.
Oſtēdiſti etiam aliud ſcriptū Ducis Rogerij
B Sacerdotibus Roſſani indultum, per quod
eos ab omnibus angarijs, datione victua-
lium, muratione Caſtelli penitus exime-
bat, & quod ab aliquo non requireren-
tur, & quod Archiepiſcopo ſuo, quod erat
de conſuetudine ſoluerent, & Baiulis Roſ-
ſani, & Eccleſiæ firmiter inhibebat, vt de
cætero ipſis Sacerdotibus, aut filijs eo-
rum nullam moleſtiam irrogarent. Oſten-
diſti inſuper aliud ſigillum Comitis Roge-
rij Græcum ſimiliter, quod in Latinū tranſ-
ferri mandantes apertè dicebat, qualiter
ipſe ſigillum præſcripti Ducis Rogerij re-
uocando confirmauit Eccleſiæ Roſſanen.
& Sacerdotibus ipſius ciuitatis omnes iu-
ſtitias ſuas iuxta, quod à principio poſſe-
C derant, cum Fratribus, & Religioſis mo-
naſterij, & cum omnibus adiacentibus,
& rationibus Eccleſiæ Roſſanenſis, & cum
diuiſionibus, metis, aquarum conducti-
bus, & cæteris vtilitatibus ſuis. Inſuper
oſtendiſti aliud ſigillum Regis Rogerij aui
noſtri in Græco ſcriptum, quo tranſlato
poſtmodum in Latinum intelleximus, quod
dum dictus auus noſter omnia ſigilla ec-
cleſiaſticorum ſuo iuſſiſſet conſpectui præ-
ſentari, Dionyſius, qui tum electus fuerat
Roſſanen. quoddam ſigillum factum ab alia
Duciſſa ſibi præſentauit, in quo concede-
bat dictæ Eccleſiæ decimam omnium pro-
uentuum ciuitatis Roſſani, & alium ſigil-
lum dictæ Duciſſæ, per quod concedebat
D dictæ Eccleſiæ decimas Iudæorum Roſſani,
& tres Iudæos filios Samuel, qui dicuntur
Cacoctenisti. Continebatur etiam in eo-
dem, quod præſentauerat ſibi ſigillum ſu-
pradicti Ducis Rogerij continens, ſicut ſu-
perius dictū eſt, & aliud ſigillum Ducis LL.
quicōfirmabat ſigilla patris, & aui ſui ſecū-
dum quod continebatur in eis, & aliud ſi-
gillum altitudinis ſuæ confirmando omnia
ſupradicta. Oſtendiſti etiam nobis quod-
dam priuilegium Dominæ Imperatricis
Matris noſtræ, per quod Eccleſiæ Roſſa-
nenſi omnia priuilegia, & inſtrumenta ſua
nec non homines, poſſeſſiones, oblationes
& vniuerſa tenimenta, quæ ipſa Eccleſia

tunc

A tunc temporis iuſtè poſſidebat, vel poſſet in antea iuſto titulo adipiſci perpetuò confirmabat, & quaſdam litteras ipſius Matris noſtræ, per quas Baiulis Roſſani firmiter dabat in mandatis, vt decimas reddituum Roſſani amodo Archiepiſcopo Roſſani ad opus Eccleſiæ ſuæ perſoluerent; quia ſic de ſuo beneplacito procedebat. Inſuper oſtendiſti nobis literas Eugenij, & Ioannis de Lentino Magiſtrorum ſecretorum preces, ac patentes, eorumque ſigillis munitas, quas transferri in Latinum ſimiliter facientes plenè intelleximus,, qualiter ipſi à Curia videlicet à Domina Matre noſtra ſe mandatum recepiſſe fatebantur, vt Eccleſiæ Roſ-B ſanen. decimam omnium prouentuum, & reddituum Roſſani, S. Mauri, & Iudæorum Roſſani faceret exhiberi, qui iuxta mandatum quod receperant, decimas ipſas ei aſſignari fecerunt, ſicut in quaternionibus Curiæ ſcriptum erat. Vnde prædicte tu Archiepiſcope humiliter ſupplicaſti, quantum ſupradicta ſigilla, priuilegium & ſcripta tibi & Eccleſiæ tuæ renouando ſicut eis vti conſueuit ipſorum temporibus Eccleſia Roſſanen. tibi, ſucceſſoribus tuis, & Eccleſiæ Roſſanen. confirmare in perpetuum dignaremur. Nos igitur attendentes quantam deuotionem, & reuerentiam ſupradicti Duces, Auus & Mater noſtra inclytę recordationis erga Roſſanenſem Eccleſiam C habuerunt, ob remedium animarum ipſorum pro ſalute, ac incolumitate noſtra, ſupplicationes dicti Archiepiſcopi benignè duximus admittendas, ac prædicta ſigilla, priuilegia, & ſcripta ſicut ſuperius ſunt expreſſa penitus reuouantes, ipſa & omnia, quæ in eis continebantur, tibi præfato Archiepiſcopo, ſucceſſoribus tuis, & Eccleſiæ Roſſanen. ſicut eis omnibus ſupradictis temporibus, & vſque ad obitum ſupradictę matris noſtræ vti conſueuit pacificè & quietè Eccleſia Roſſanenſis de benignitatis noſtræ gratia in perpetuum confirmamus. Ad huius autem renouationis, & confirmationis noſtræ memoriam & robur in perpetuum valiturum præſens priuilegium per D manus Ioannis de Traiecto Notarij, & fidelis noſtri ſcribi, & ſigillo Maieſtatis noſtræ iuſſimus communiri anno, menſe, & Indictione ſupraſcripta.

Data apud Cotronum Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo, ducenteſimo, vigeſimo tertio, menſe Maij, 11. Indictione, Imperij Domini noſtri Friderici Dei gratia Illuſtriſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, & glorioſiſſimi Regis Siciliæ anni 3. Regni verò Siciliæ vigeſimoquinto feliciter. Amen.

Donauit Baſilius de conſenſu Capituli ſui anno 1228. Monaſterium S. Andreæ in Cariatenſi Territorio ſitum, ac penè dirutum cum pertinentijs ſuis Rodulſo Fontis laureati Abbati, & Monachis, vt declaratur ſequenti membrana tabularij Florenſis Monaſterij.

In nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis, . Amen.

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo, ducenteſimo, vigeſimo octauo, menſe Nouembris, Indictionis ſecundæ.

☞ Baſilius Dei gratia Roſſanenſis Archiepiſcopus, & Capitulum eius venerabilibus viris Domino Radulſo Abbati, & fratribus Monaſterij Fontis Laureati Florenſis Ordinis, & Diœceſis Tropeienſis, tam præſentibus, quàm futuris in perpetuum. Cum ex debito paſtoralis officij teneamur dare operam, vt ædificentur ſolitudines, & derelicta loca in Domini ſeruitium, & pietatis opera reparentur, nec ſit pro peccatis in noſtra Diœceſi neceſſaria Græcarum copia perſonarum, & vos memorati Abbas, ac fratres qui per Dei gratiam vberi virtutum dono floretis, & nobis, ac Eccleſiæ noſtræ multa eſtis in Domino caritate coniuncti, expoſueritis nobis penuriam, quæ pro ipſa ſterilitate, & arctitudine locorum, in quibus degitis circa vitæ neceſſaria vos affligit, & inter cæteras indigentias paſcua pro veſtris animalibus non habentes, atque ſupplicantes, vt de monaſterijs, & locis noſtræ Diœceſis à proprijs habitatoribus deſolatis aliqua dignaremur veſtræ neceſſitudini prouidere, quatenus quod vobis ſit ad ſubſidij beneficium ſit nobis ad prouiſionis debitæ contemplamentum, & pia liberalitas inde nos à ſpirituali debito liberet, vnde vos releuat ſolatio temporali. Placuit nobis, & fratribus noſtris conſideratis hinc inde dictis, & alijs pijs vtilitatibus clementer annuere votis veſtris. Igitur poſt longam deliberationem, accedente conſilio, & conſenſu noſtri Capituli damus, concedimus, & confirmamus vobis, & ſucceſſoribus, ac poſteris veſtris in perpetuum locum, in quo Monaſterium, quod Sancti Andreæ quondam dicebatur Cariati Territorio ſitum eſt, ſed nunc dirutus, deſolatus & velut Cataclyſmo quodam, ſic aquarum ſubita colluuione ſubuerſus cernitur, ac demerſus, liberum, & abſolutum tam in temporalibus quàm in ſpiritualibus cum omnibus terris cultis, & incultis, ſyluis, paſcuis aquis, Eccleſijs, grancijs, molendinis, hominibus, & viribus ſuis ſaluo cenſo, ... dictes pertinentes eius annuatim vos & ſucceſſores veſtri nobis, & noſtris ſucceſſoribus in feſto Aſſumptionis Glorioſæ Virginis perſoluetis. Cœterum ad futuram

ram conceſſionis memoriam, & durabile firmamentum præſens Inſtrumentum confici, & per manum magiſtri Leonis Canonici noſtri ſcribi fecimus, conſueta Bulla plumbea, & tam præſcriptione noſtra, quàm noſtrorum Canonicorum ſubſcriptionibus roboratum. *Anno, menſe, & Indictione prætitulatis.* Sunt vndecim Canonici ſe huic Priuilegio Græco caractere ſubſcribentes. Sicuti etiam græco charactere ante priuilegium propria Archiepiſcopi Baſilij manu atteſtatio.

Huic donationi ſubſcripſit idem Baſilius Archiepiſcopus græco charactere cum duodecim teſtibus, quam deinde confirmauit cum inſertione eiuſdem Gregorius IX. Dat. Anagniæ 8. kal. Nouembris anno 9. Baſilius autem poſtquam Roſſanenſem Eccleſiam annis plurimis rexiſſet, migrauit à ſæculo circa annum ſalutis 1240.

7 BASILIVS 2. Abbas S. Saluatoris de Bordinario anno 1240. defuncto altero Baſilio, ſuffragio Canonicorum eligitur Archiepiſcopus, eius tamen electionem, an vitio factam examinandam commiſit Gregorius IX. Cuſentino Archiepiſcopo, & Antiſtiti Caſſanenſi, ex literis eiuſdem Papæ Non. Aprilis Pontif. 13. Regeſt. Vatic. pag. 100. confirmationem deinde ab eodem Pontifice accepit, mortuus eſt extremis annis Innocentij IV.

8 Fr. ELIAS Archimandrita Monaſterij Carbonenſis Diœceſis Roſſanenſis Ordinis S. Baſilij, poſt Baſilij obitum à Capitulo Roſſanenſi electus Archiepiſcopus, confirmationem accepit ab Alexandro IV. anno 1255. 10. kal. Ianuarij vt in Reg. Vatic. ep. 3. pag. 2. anni 1. eiuſdem Pontificis.

9 ANGELVS ad id muneris ex Archipresbytero à Græcorum Canonicorum Capitulo vocatus anno 1265. & per Nuncios Clementi IV. præſentatus, vt confirmationem ab Apoſtolica Sede mereretur accipere; Clemens ad Epiſcopum Albanenſem tunc Apoſtolicæ Sedis Legatum eos remiſit cum facultate, ſi tanto munere dignũ Angelum inueniſſet, in ea Sede confirmandi ius haberet, literas Clementis exhibeo ex Regeſt. Vatic. num. 6. fol. 75. ann. 1.

Epiſcopo Albanenſi Apoſtolicæ Sedis Legato.

Dilecti Filij Capitulum Canonicorum Græcorum Eccleſiæ Roſſanenſis in Calabria per ſpeciales Nuncios, quos ad Sedem Apoſtolicam deſtinarunt, humiliter poſtulari fecerunt à nobis, vt cum Eccleſia ipſa, quæ Græcum habere Archiepiſcopum conſueuit, dudum fuerit paſtoris ſolatio deſtituta, & ipſi propter inhibitionem, quam olim Sedes Apoſtolica, ne Capitula Eccleſiarum Cathedralium, & Conuentualium vacantia Regni Siciliç per electionem

A poſtulationem, aut nominationem aliquam ſibi, & eiſdem Eccleſijs de Prælatis prouidere præſumerent, edidit, nequierint ſibi, & prædictæ Roſſanenſi Eccleſiæ per electionem canonicam more ſolito conſulere de Paſtore, dilectum filium A. Archipresbyterum Ipſius Eccleſiæ, virum, vt aſſerunt, in ſpiritualibus prouidum, & temporalibus circunſpectum, morum honeſtate decorum ac etiam litteratura Græca, & Latina competenter inſtructum, in quem propter ſuæ probitatis merita vniuerſi præfatæ Eccleſiæ Canonici ſua vota vnanimiter direxerunt ipſi, & eidem Eccleſiæ, ne per idiomatis diuerſi Prælatum, ſeu per vacationem diu-
B tinam deformationis perferat detrimentum, in Archiepiſcopum & Paſtorem de ſolita Sedis Apoſtolicæ elementia præficere curauerimus. Sanè debita meditatione penſantes, quod cum de prouiſionibus Eccleſiarum vacantium, & ſpecialiter Cathedralium adhiberi attentionis maternæ ſtudium, vt eædem Eccleſiæ votiuæ conſequantur conſolationis effectum, illorumque votis de dicto Archipresbytero annuere conſcientia ſalua nequiuimus, cum de ipſo notitiam habere commodè non poſſumus. Quia verò tu ſuper prouiſione ipſius Eccleſiæ tantò ſecuriùs, & vtiliùs procedere poteris, quanto tibi, vt potè in vicino poſito pleniùs conſtare poterit de præfati Archipresbyteri, ſeu aliarum perſonarum
C Græcarum dignitatum congruentium meritis, ac de omnibus circumſtantijs opportunis: fraternitati tuæ, de cuius induſtria pleniùs confidimus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſupradicto Archipresbytero, ſi ad hoc tibi merita noueris ſuffragari, vel aliam Græcam perſonam idoneam, quæ tanto congruat oneri, & honori hac vice præficiens auctoritate noſtra eidem Eccleſiæ in Archiepiſcopum, & paſtorem, quem ibidem præfeceris à ſuis ſubditis obedientiam, & reuerentiam debitam exhiberi, & nihilominus munere conſecrationis impenſo, recepturus ab ipſo pro nobis, & Eccleſiæ Romanæ fidelitatis ſolitæ
D iuramentum iuxta formam, quam tibi ſub Bulla noſtra mittimus interclusſam. Cont. formam autem iuramenti, & cæt.

Datum Viterbij 16. Kal. Iunij anno primo.

Confirmatum fuiſſe Angelum in hac Sede habemus in Regeſt. Regio Neapoli in quo Angeli Roſſanenſis Archiepiſcopi mentio extat ad annum vſque 1269. & in ſæpè citato Patiri tabulatio extat confirmatio plurimarum donationum eidem Monaſterio ab Regibus Siciliæ, alijſque Principibus viris elargitarum, per Carolum Primum Regem anno 1281. menſe Nouembris, Indict. 9 petente Ambroſio Archimãdrita, vbi mentio Angeli Archiepiſcopi, qui

qui ſe cum pluribus alijs teſtibus ita ſubſcripſit. *Ego Angelus Roſſanenſis Archiepiſcopus Græcus viſis, & perlectis authenticis priuilegijs, & inſtrumentis hijs translatis Capitulis fideliter tranſumptis, propria manu ſubſcripſi.* Subſcribuntur & alij ſeptem latino caractere, & alij quatuor Græco idiomate: donationes verò confirmatæ translatæ dicuntur è Græco in Latinum, iterum à Rege Carolo confirmatæ. Idem Angelus anno 1285. eidem Monaſterio Patiri tradi iubet reformandam dirutam Eccleſiam, & Monaſterium S. Nicolai de Colpezzato, in hunc modum ex ipſo autographo.

Angelus Dei gratia humilis Archiepiſcopus Roſſanenſis.

☞ Dilecto filio Riccardo Cantori Strongolen. Clerico, & familiari ſuo ſalutem in Domino. Humanarum rerum auctoritas, & Sacrorum Canonum inſtituta declarant, vt religioſa loca, in quibus Religioſi conſueuerunt Domino famulari, nullo modo poſſint humanis vſibus deputari, ſed de religioſis per locorum ordinarios reformentur. Hinc eſt, quod cum Monaſterium Sãcti Nicolai de Calopezzaro olim propter malitiam prauorum fuerit deſolatum, & contra Deum, & iuſtitiam per quoſdam ſeculares minus debite occupatum, nos iure ſuadente præcepto officij noſtri debitum proſequentes, qui omnium Eccleſiarum exiſtentium in noſtra Diœceſi, ex commiſſo nobis regimine curam gerimus, quam debemus, volentes ipſum Monaſterium de eiuſdem ordinis religioſis, qui hactenus in eodem ſeruierunt Monaſterio reformare, ipſum Monaſterium cum omnibus bonis ſuis temporalibus, & ſpiritualibus Monaſterio Patiri de Canonicorum noſtrorum conſilio & conſenſu duximus tradendum, ipſum ordinationi Domni Pauli Archimandritæ Patiri, & Succeſſorum ſuorum in ſpiritualibus, et temporalibus committentes, obedientia nobis, & Eccleſiæ Roſſanen. iure Diœceſano debita ſemper ſalua. Ita quod Archimandrita Monaſterij Patiri qui pro tempore erit, tar. auri duodecim nomine cenſus, quos ab eodem Monaſterio S. Nicolai percipere conſueuimus annis ſingulis nobis & Eccleſiæ noſtræ ſoluere teneatur; quare deuotioni tuæ mandamus, quatenus eundem Archimandritam de prædicto Monaſterio Sãcti Nicolai auctoritate noſtra in corporalem poſſeſſionem inducat, faciens ſibi de ipſius Monaſterij iuribus, rationibus, & prouentibus vniuerſis plenè ac integrè reſponderi. Contradictores per cenſuram Eccleſiaſticam compeſcendo.

Datum Roſſani XIX. Ianuarij XIII. Indict. Pontif. Domini Martini Papæ Quarti anno quarto.

Parum deindè ſuperuixit Angelus, potuit obijſſe circa finem anni 1287. cum Paulus qui ei ſucceſſit, confirmationem acceperit anno ſequenti.

10 PAVLVM Roſſanenſem electum confirmat Nicolaus IV. anno ſalutis 1288. Pontif. p. 16. kal. Martij, vt in Reg. Vatic. ep. 750. fol. 150. memoratur in Regio Regeſt. ſub Carolo II. anno 1295.

11 BASILIVS 3. Roſſanenſis electus Pallio donatur à Bonifacio Octauo anno 1301. eiqȝ ſcribit 5. kal. Iunij anno 7. apud Regeſt. Vatic. ep. 137. fol. 33. Exceſſit ſub Clemente V.

12 ROGERIVS Cathedralis Canonicus dignitatē recuſante Thoma Archimandrita S. Adriani Ord. S. Baſilij eiuſdem Diœceſis à Capitulo electo, ab eodem Præſul acclamatus, confirmationem accepit à Clemente V. anno 1307. 5. kal. Martij in Regeſt. Vatic. habetur fol. 735. Pontif. 2. ſub eodem Pontifice mortuus eſt anno 1312.

13 GREGORIVS ex Archipresbytero renunciatus eſt concordibus Canonicorum votis Roſſanenſis Archiepiſcopus, habuitque ſuæ confirmationis diploma an. 1312. 6. kal. Septembris ab eodem Clemente V. ann. pontif. 7. ex Reg. Vat. ep. 848. fol. 123.

14 IACOBVS, cuius obitus notatur anno 1338. in Reg. Vatic.

15 IOANNES Cuſentinus patria Canonicus Roſſanen. Eccleſiæ defuncto Ioanne ſuffectus eſt Archiepiſcopus in contentione ab vna parte Capituli, cum aliæ duæ Gualterum Mediabarbam, & Raymundum Maleonum Canonicos elegiſſent, erat tunc Ioannes Auenione in Curia, vbi cauſa exagitata fuit, cognituſque à Benedicto XII. Papa, alijs cedentibus, ipſe confirmatus eſt anno 1338. 5. Nouembris, rem narrat idem Benedictus ſuis in litteris ad Ioannem datis, quæ extant in Reg. Vatic. num. 409. anni 4. Decem omnino annis ſedit, è viuis abijt ſub Clemente VI. anno 1348.

16 GREGORIVS ex Decano, & Canonico Cathedralis à Capitulo poſtulatus in demortui Ioannis locum ob morum probitatem à Clemente VI. meruit confirmari anno 1348. 14. kal. Iulij ann. pont. 7. eius legitur confirmatio in Reg. Vat. ep. 38. fol. 36. p. p. lib. 4. cuius memoria habetur anno 1360. in veteri documento tabularij Patiri, quod infra relatum eſt his verbis.

In nomine Domini Amen.

Anno eiuſdem Domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo, die verò ſexto menſis Octob. quartadecima Indictionis.

☞ Apud Ciuitatem Roſſani Regnantibus Sereniſſimis Dominis noſtris Domino Ludouico, & Domina Ioanna Dei

gratia Rege, & Regina Ieruſalem, & Sici-
liæ, & Ducatus Apuliæ, & Principatus Ca-
puæ Prouinciæ, & Forcalquerij, ac Pede-
montis Comitibus Regnorum eiuſdẽ Do-
mini noſtri Regis anno tertiodecimo, di-
ctæque Dominæ noſtræ Reginæ anno octa-
uodecimo feliciter Amen. Nos Gualterius
Nanus de Amalphia Regius, & Reginalis
ſecretus DucatusCalabriæ in præſentia Re-
uerendi in Chriſto Patris, & Domini, Do-
mini Gregorij Dei,&Apoſtolicæ Sedis gra-
tia Archiepiſcopi Roſſanenſis, necnon no-
bilium, & proborum virorum Aquini Plan-
ticephali Regij & ReginalisIudicis ciuitatis
Roſſani, Leonis Malcui de prædicta ciuita-
te Roſſani Regia, & Reginali auctoritate
per Ducatum Calabriæ, necnon per Pro-
uincias Principatus citra, & vltra terras
Montorij,Baſilicatæ,Capitanatæ, terræ Ba-
ri, & terræ Idronti Notarij publici, & alio-
rum nobilium, & teſtium ſubſcriptorum
ad hæc ſpecialiter vocatorum, & rogatorũ
præſenti ſcripto publico notum facimus, &
teſtamur, quod dum ab olim noſtri,& alio-
rum noſtrorum in eodem ſecretariæ officio
prædeceſſorum officiorum temporibus in-
ter venerabile monaſterium ſanctæ Mariæ
de Patitio tenimenti,& DiœceſisRoſſanen.
eiuſque pro tempore Archimandritas, Mo-
nachos,& Conuentũ ex parte vna,& homi-
nes,& Vniuerſitatẽ,& pro tempore Baiulos
ciuitatis ipſius ex parte altera ſuper confi-
nib. ſeu tenimentis,& diſtinctionib. tenimẽ-
torũ, & diſtrictuum territorij, & locorum
d. monaſterij,& d. ciuitatis fuerunt hucuſq;
ac eſt etiam nunc controuerſia, & conten-
tio, ſuper qua pluries inuicem concorditer
habuerunt,& habent diuiſa litigia contro-
uerſias, atque diſtinctiones, & brigas, vn-
de maius, & granius diſcrimen, & ſcanda-
lum timebatur, propter quod ex parte ip-
ſorum Vniuerſitatis, & Baiulorum nobis
fuit inſtanter poſtulatum, vt interponere
bono modo ſuper ijs per ſolius inſpiciendę
veritatis indaginem, non per Iudiciales an-
fractus, ſeu ſtrepitus, propter quos incur-
rere ſolent ſumptus intolerabiles litiga-
toribus, noſtri partes officij malignè tur-
batis temporis, quapropter leuiſſimas per-
ſępe diſcordias inſurguntfacilè graues lites
& diſtinctiones, ac diſtinctionum diſcrimina
grauiora, & propterea maximè cupientes
præfatarum partium controuerſiam huiuſ-
modi ſummatim decidere, vt ipſa ſopita
oriri maius inde diſcrimen facilè non con-
tingat, requiri fecimus Venerabilem, & Re-
ligioſum virum Fratrem Dorotheum præ-
ſentem Archimandritam monaſterij ſubſcri-
pti,& pręfitulato die ſexto dicti menſis prę-
ſentis Octobris huiuſmodi quartædecimæ
Indictionis, ſi vellet, vtique compareret ibi-
dem; propterea coram nobis cum caute-
lis, iuribus, ſeu priuilegijs, & documentis,
ſeu inſtrumentis, & rationibus, & muni-

A mentis, ſi qua inde haberet, & habet mo-
naſterium ſupraſcriptum, ſeu ipſe pro par-
te monaſterij ſuprad. & oſtenſurus de iure
monaſterij memorati ſuper tenimentis, di-
ſtrictibus, ſeu territorijs alijs antedictis ip-
ſarum Vniuerſitati, & hominibus Vniuerſi-
tatis ipſius ad ſonum campanæ ibidem de
mandato noſtro more,& loco ſolitis, & de-
bitis congregatis propterea coram nobis
pro maiore, & ſaniori parte, quæ non va-
luerunt potuerunt,& debuerunt commodè
intereſſe, præſente quoque ibidem, tum Vni-
uerſitate prædicta tũ Reu. P. Domino Gre-
gorio Vener. Archiepiſcopo Roſſani, com-
paruit denique coram nobis ibidem prædi-
B ctus Venerab. & Religioſus vir Frater Do-
rotheus Archimandrita ipſius monaſterij
nomine, & pro parte ipſius ſui monaſterij
memorati cum certis priuilegijs, iuribus,
cautelis, & inſtrumentis, ſeu documentis
publicis monaſterij ſupradicti, quibus in
præſentia hominum ipſorum dictæ Vniuer-
ſitatis, dictiq; Dom. Archiepiſcopi, & Baiu-
lorumRegiorum, & Regalium ciuitatis prę-
dictæ anni ſcilicet præſentis quartædecimæ
Indictionis coram nobis videntibus, inſpi-
cientibus, & intelligentibus diligenter de
verbo ad verbum omni vitio, & ſuſpitione
carentibus lectis, diuulgatis, & etiam re-
ſeratis conſtitit penitus ibidem publicè, &
euidenter, quod tenimentum, ſeu territoriũ,
C & diſtrictus d. monaſterij ab eo præterito
tempore, cuius in contrarium humana nũc
memoria non exiſtit, prout eadem priuile-
gia, cautelæ, & documenta, ſeu inſtrumẽ-
ta publica lucidè & apertè continent, & de-
clarant, fuit ſemper, ac eſt per fines, &
limites tenimenti diſtrictui, & territorio
dictæ ciuitatis contiguè infraſcriptos, vide-
licet ſicut aſcendit vallonus, vnde Lucinus
aſcendit, & dat ad viam publicam venien-
tem ab arinoſis, & ſunt Cruces per diſpar-
titionis boreales partes tenimenti monaſte-
rij,& ab inde ſicut deſcendit via vſque ad
cecum vallonem omnes Orientales partes
monaſterij,& Occidentales Imperatoris,&
D ab inde deſcendit à ceco Vallone, vſque ad
riuulum ad echeuctealium Meridionales
partes monaſterij, & Boreales Imperato-
ris etiam vallone achetturalium aſcẽdit ad
ſelladam, & deſcendit à ſellada vſque ad
magnum vallonem, dictum de milia, vbi eſt
& calcaria Borealis pars monaſterij, & Me-
ridionalis Imperatoris, & à magno vallo-
ne deſcendit ad corilatitum,& concludit ab
flumine vſque ad aliud. Quibus ſic oſten-
ſis, & patefactis limitibus, ipſi Vniuerſitas,
baiulus, & homines Vniuerſitatis ipſius
agnoſcendo eorum, vt dixerunt, iuſtæ, &
bonæ conſcientiæ veritatem, profeſſi ſunt,
& aſſeruerunt ita eſſe, & eſſe conſueuiſſe,
& debere, ſicut de eiſdem dicti monaſterij
cautelis, documentis, & priuilegijs legi-
tur, & etiam diſtinctè, & particulariter
con-

continetur, vnde nos qui ſupra Regius, & Reginalis ſecretarius cognita ex eiſdem veritate tã per ipſas eiuſdem monaſterij cantelas,& iura,quam per plurimos nobiles,& alios probos viros bonæ opinionis homines eiuſdem Vniuerſitatis ibidem præſentes hoc vt dixerunt fideliter atteſtantes, decreuimus, terminauimus, atque mandauimus quod ipſi homines Vniuerſitatis eiuſdem, & baiuli dictæ ciuitatis præſentes, & futuri pro tempore confines, & limites ipſos ipſius monaſterij, ſeu tenimenti,& diſtrictus, ſeu territorij eiuſdem monaſterij, & vltra intra illos aliqualiter, ſeu aliquod non attingant, neque faciant, vel proſequantur, aut exequantur quicquam contra ius, poſſeſſionem,& iuſtitiam monaſterij ſupradicti iura, ſeu exequutiones, vel perſecutiones aliquas, vel moleſtias cuiuſcumque iuris, ſeu rationis, aut occaſionis ibidem minimè capiendo, ſeu proſequendo,nec ipſum monaſterium, ſeu perſonas ipſius monaſterij, vel alios pro eius parte moleſtent exinde aliqualiter, vel perturbent,ſeu omnino permittant ipſum monaſterium, vel alios eorũ nomine per ipſos confines, & limites ſua tenimenta,diſtrictus, & territoria ipſa liberè, pacificè, & quietè, & effectualiter, & integrè poſſidere ſeruato tamen quod homines ciuitatis Roſſani, ſuique diſtrictus, tam cum eorum animalibus paſcua ſumentibus, quam aliter,vt placuerit,vel ſine animalibus dicta tenimenta, territoria, & diſtrictus vti ſcrant communiter, & habeant, atque teneant, & poſſideant cum monaſterio prælibato abſque conditione, & moleſtia dicti monaſterij, rectorum, & hominũ, & vaſſallorum eiuſdem monaſterij cum debita integritate; quia ſic communiter, coniunctum, & diuiſim pactuatum extitit etiã, & conuentum ſuper præmiſſis, & quolibet præmiſſorum. Mandantes ad futuram rei memoriam, & cautelam dictorum monaſterij, & Vniuerſitatis fieri exinde duo publica conſimilia Inſtrumenta, quæ decreuimus noſtra quacunque fungimur exinde officij poteſtate in iudicijs, & extra iudicia efficaciter valitura. Nos autem qui ſupra Iudex,Notarius,ius, & teſtes ſubſcripti præſenti publico documento fatemur prædicta, ipſo die coram dicto Domino Secreto Regio, & Regali Ducatus Calabriæ, & in præſentia prædicti Domini Archiepiſcopi, & dictæ Vniuerſitatis alias ſic geſta, celebrata; & habita in noſtri præſentia,ſicut ſuperius diſtinctè, & particulariter continetur, conuento inſuper inter partes eaſdem, quod quotieſcunque in præſenti cautela aliquid reperiretur defectus in poſterum,quod poſſit referri, corrigi,& aptari ſemel, bis, & pluries,& quoties opus fuerit ad melius conſilium ſapientis non mutata ſubſtantia veritale. Vnde ad futuram rei memoriam, dictorumque monaſterij,& Vniuerſitatis certitudinem, & cautelam mandato, & decreto dicti Dom. Secreti, & rogatu dicti Domini Archimandritæ, ac prædictæ Vniuerſitatis facta ſunt exinde dicta duo cõſimilia inſtrumenta publica ſcripta, vel ſubſcripta manu propria mei præfati Notarij Notarij publici meo ſolito ſigno ſignata prædicti Iudicis, & ſubſcripta teſtium ſignis, & ſubſcriptionibus etiam roborata ſigillo etiam dicti Domini Secreti,& etiam ſubſcriptione pariter roborata, quorum vno dicto Domino Archimandritæ nomine,& pro parte dicti ſui monaſterij, & reliquo dictæ Vniuerſitatis fuerunt per ſuos æqualiter aſſignata ſcripta anno, die, loco, menſe, Indictione præmiſſis.

Locus ſigilli cerei.

Locus ſigni crucis.

Ἐγὼ Ἀκυῖνος Πλατικοφυλλ, Δικαστής, &c.

Quæ verba Græca interpretata ſunt per Reu. Domnum Gregorium Maximianum Græcum Monachum, & tranſlata à Græco in Latinum, & dixit per hæc verba intelligi. *Ego Aquinus Platicofull. Regalis Iudex ciuitatis Roſſ. manu propria firmo.*

† *Nos Gualterius Nanus de Amalfia Secretus Calabriæ præmiſſa omnia fatemur.*

Γρηγόριος Θεράπων τοῦ Θεοῦ Ἀρχιερεὺς πόλεως Ῥοσ, &c.

Quæ verba ab eodem quo ſupra interpretata fuere in hunc modum videlicet. *Gregorius ſeruus Dei Archiepiſcopus ciuitatis Roſſani ſupradicta confiteor.*

† *Ego Ioannes Longobucco de Roſſano miles de dictis interfui, & ſubſcripſi.*

† *Ego Simon Mocca de Neap. miles interfui, & ſubſcr.*

† *Ego Ioannes Matti de Roſſano interfui, & ſubſcr.*

† *Ego Alemanus Græcus de Roſſano ſubſcripſi.*

† *Ego Notarius Philippus Tuſcus de Roſſano ſubſcr.*

† *Et ego, qui ſupra Leo Malenus de prædicta ciuitate Roſſani Regius, & Reginalis per Ducatus Calabriæ, nec non per Prouincias Principatus citra, & vltra terras Mentorij, Baſilicatæ, Capitanatæ, terræ Bari, & terræ Idrunti publicus præſens Inſtrumentum publicum ſcripſi, & me ſubſcripſi*

Idem Gregorius in Cathedrali fontem Baptiſmalem erexit ann. 1364. ſubſequenti vero exceſſit, ſepultus ibidem.

17 ISACH Monachus,& Abbas S.Ioãnis de Roſſano Ord. S. Benedicti Gregorio ſucceſſir ann.1365.ex Reg. Vat.

18 ANTONIVS ſub Vrbano VI. vixit Archipræſul, de quo habetur mentio in lib. oblig. ſub Bonifacio IX.

19 NICOLAVS Archiepiſcopus Roſſanenſis tranſlatus eſt ad Tricaricenſem eccleſiam anno 1394. Hic poſt quartum deinde anuum, iterum ad hanc eccleſiam regreſſus, ex certis deinde cauſis ab eodem Pontifice exauctoratus eſt ann. 1403. hæc narrat lib. Promot. Prælatorum Bonifacij, Nicolai auctoritate conditum eſt Monaſterium ſancti Iacobi Tarſiæ, Ord. Eremitarum S. Auguſtini ann. 1400. fundatore Nicolao Grimaldo de Tarſia.

20 GERARDVS olim Epiſcopus Geruntinus in tranſlati locum Nicolai electus eſt Archiepiſcopus ann. 1394. factus deinde eſt Archipræſul ſanctæ Seuerinæ ann. 1399. cui ſucceſſit Nicolaus, vt diximus.

21 IOANNES Eccleſiæ Roſſanenſis Archidiaconus ſucceſſit exauctorato Nicolao 2. kalen. Nouembr. 1403. exceſſit anno 1405. ex eod. lib.

22 BARTHOLOMÆVS Gattula Archipresbyter Caietanæ Eccleſiæ creatus Roſſanenſis Archiepiſcopus ab Innocentio VII. anno 1495. 3. Non. Octob. deinde euaſit Rheginus, & Meſſanenſis in Sicilia Archipræſul, defunctus anno 1446. de quo vide infra in Rhegienſium Archiepiſcoporum noſtra ſerie.

23 NICOLAVS ex Compſanenſi Archiepiſcopo huc tranſlatus à Martino V. anno 1422. 13. Kalen. Iunij, hanc rexit eccleſiam ad annum vſque 1429.

24 ANGELVS olim Tricaricenſis, tunc Potentinæ eccleſiæ Epiſcopus ad hanc Roſſanenſem tranſlatus eſt anno 1429. 5. Kalen. Martij.

25 ANTONIVS Segerentinus de Rauda inſulam Roſſanenſem accepit ab Eugenio IV. ann. 1434. die 21. Aprilis, à quo, ſuis exigentibus culpis priuatus deinde eſt anno 1442. 4. Id. Octobr. ex Actis Conſiſt.

26 NICOLAVS de Martino Epiſcopus Vmbraticenſis Antonij priuati locum occupauit, ad eam dignitatem vocatus ab eodem Eugenio IV. ann. 1442. 6. Kalend. Nouembris exceſſit anno 1447.

***



27 IACOBVS de Ratha vir doctus, & generoſi ſanguinis ex Comitibus Caſertæ Nicolai V. intimus cubicularius huic eccleſiæ præficitur ab eodem 3. Non. April. 1447. aliquot annos conſultiſſimè hanc moderatus eſt Eccleſiam, ſub eodem Pontifice ad Beneuentanam ſedem tranſlatus eſt a. 1451. die 23. Octobris.



28 DOMINICVS de Lagoneſſa, genere clarus ex Abbate ſanctæ Mariæ de Gualdo Benenentanæ Diœceſis eligitur anno 1452. 7. Id. Ianuarij, fato functus anno 1459.

29 Fr. MATTÆVS de Saracenis Rheginus Ord. Minorum de Obſeruantia, multis laboribus pro Dei Eccleſia perfunctus à Pio II. delectus eſt Roſſanenſis Archiepiſcopus 8. Id. Feb. 1460. Gobellinus lib. 4. in Commentarijs Pij ſatis lepidè promotionis modum ita recenſet.

☞ Roſſanenſem Eccleſiam ſortitus eſt Matthæus Rheginus inter Minores Fratres, qui Obſeruantes appellantur, prædicationis gratia inſignis. Hunc olim Nicolans Pontifex Max. Eccleſiæ Rhegienſi, cũ præficere ſtatuiſſet, quæ tunc forte vacabat, accerſiri iuſſit à Cardin. Firmano, rogarique an vellet ſuæ ciuitatis Pontificalem curam ſuſcipere. Paruit Firmanus, vocatoque ſeorſum in cubiculum Mattheo: diligit inquit, te Pontifex Max. tuiſque ciuibus Præſulẽ dare & ſtatuit ſi modo animum

ad hoc

ad hnc induxeris , neqne honorem hnnc in patria tua pulcherrimum refugeris . Matthæus nihil reſpondens, cubiculum egreſſus ad Fratres, qui erant in aula eiulans, & lachrimans: Accurrite, inquit, adeſte , opem afferte. admirantibus Fratribus, percontantibuſque quidnam ſibi accidiſſet ? aliquando nihil aliud reſpondit, niſi, accurrite , iuuate , opem afferte miſero . Heu , inquit; miſero mihi ! ætatem in religione conſumpſi , vixi pauper , & obediens, præcepta B. P.Franciſci nunquam violaui , verbum Dei Prædicaui populis, in cellula mea prædiuitem egi pauperiem , diuina contemplatus arcana , nunc ad Epiſcopatum vocor , ad negotium , ad honores, quos optaui numquam . O immaculata religio , ò ſacri penates clauſtri , ò dulcia cellarum ſilentia , ò amantiſſimi Fratres , ò conſolationum mearum ſocij ! ergo vos tãdem relinquã, & me dulciſſima conuerſatione veſtra priuabo ? non faciam , accurite , iuuate, liberate me his moleſtijs , dèfendite , ne me Firmanus vobis eripiat . Audiuit cuncta Firmanus è cubiculo ſuo atque accedens propius : Tace , inquit , Matthæe , pone metum , bono animo eſto , libero te , non vrgeberis à Pontifice vltra quam velis ; ito quo placet , & rei tuæ conſulito : atque in hunc modum eo dimiſſo, Nicolao Pontifici cuncta, quæ geſta erant , non ſine riſu expoſuit. Poſt dies octo ad Firmanum Matthæus conſilium ſe cœpiſſe cum amicis ait, rebuſque in vtramque partem plane diſcuſſis, viſum illis eſſe, vt Pontificis deſiderio ſatisfaciat : ponere igitur ſe in manu Papæ , cui nefas ſit non obedire . Firmanus Nicolaum accedens : Matthæus, inquit , mutatus eſt ; Epiſcopatum, ſi vellet, accipiet: cui Pontifex: & ego, ait, mutatus ſum: volui Epiſcopatũ illi cõmittere , cum noluit , nunc cũ vult nolo atq; ita Matthæus dignitate excidit, mãſit tamen in Religione, nec reliquit prędicandi officium : ſub Calixto triremes duas ex eleemoſynis contra Turcas armauit , atque in Aſiam profectus captiuos aliquos abduxit . Pius miſertus hominis , qui labores multos in Eccleſia pertuliſſet , vocauit eum cum Senis ageret , aitque : præfeciſſemus te , vel ignorantem Eccleſiæ Roſſanenſi , ſi putauiſſemus non recuſaturum id oneris, ſicut olim Rhegienſem ſpreuiſti Eccleſiam, nunc animum tuum patefacito . Tum ille : Nicolai olim ordinationem refugiens , nunc in manus tuas me dedo, tua voluntas mea erit; ſi iubes in religione perſeueràre, manebo quoad vixerim; ſi ad Epiſcopatum me vocas , præſto adſum , nec ignoro in culmine perfectionis eſſe, qui Põtificalibus implicitus curis ſuo ſatisfaciat officio . Atque ita Matthæus Roſſanenſem conſecutus Eccleſiam illi poſtea non ſine laude præfuit ; hæc ille .

Hic inter cætera, quæ laudabili memoria in eccleſia Roſſanenſi egit, vna fuit Græcos presbyteros , Clericoſque Cathedralis ad Latinum ritum reducere , quod non ſine diuini Numinis miraculo factum narrant adhuc Roſſanenſes, ſicque poſt plurima ſecula Roſſanenſis Eccleſia in Latinum vſum tranſlata eſt opera, & induſtria Matthæi, qui cum ann. 21. illam piè adminiſtraſſet, conſtruxiſſetque Cathedralis Sacrarium, è viuis exemptus eſt anno 1481. & in ſua eccleſia humatus . In qua hæc de eò in marmore leguntur .

D. O. M.

Hanc quã cernis, ille cuius laus eſt perennis, tranſtulit in Latinũ, Eccleſiam de Græco ad cultum Diuinum , cui nomen eſt Matthæus , quem in Præſulem elegit æternus Deus . Ordinis fuit Minorum , qui in numero fuit magnus Prædicatorum anno MCCCC.LXI.

30 NICOLAVS de Hippolytis ciuis , & Epiſcopus Arianenſis factus eſt huius eccleſiæ Archiepiſcopus die 5.Septemb. 1481. eo munere cum an. 1493. ſe abdicaſſet , Tiphernatem Eccleſiam obtinuit, titulo etiam Cæſareæ inſignitus ab Alexandro VI. de quo in epiſcopis Arianenſibus .



31 BAPTISTA Lagnius Neapolitanus Patritius ex Tiphernati Præſule eodem die 13.Ianuarij 1493. ad Archiepiſcopatum vacuum Roſſanenſem tranſlatus eſt, quem piè, ac ſumma nominis ſui fama annis plurimis rexit, Archiepiſcopale Palatium à fun-

A fundamentis exædificauit, in Cathedrali ſacellum Deiparæ Virginis deuotus erexit, & exornauit ann. 1500. Hic matri ſuæ, ſibi, ac poſteris monumentum ſtatuit in eccleſia Diuæ Annunciatæ Neapoli, ſacelloque ſuæ familiæ in hæc verba.

Mariæ Capicæ Patritiæ Neapolitanæ matri pientiſſimæ, & Antonellæ de Lagni ſorori dulciſſimæ, gentilibus, poſteriſque ſuis.
Baptiſta Archiepiſcopus Roſſanenſis viuens P. ob pudicitiam, vitæque integritatem.

B

De hac prænobili gente legendus Mazzella de Nobilibus familijs Sedilis Capuanę; & Ælius Marcheſius.



32 BERNARDINVS Card. Caruagial Hiſpanus hanc aliquando Eccleſiam habuit commendatam, qua cum cæteris dignitatibus, ac roſeo pileo à Iulio II. exutus eſt, & die 20. Octobris 1511. Leo X. Iulij ſucceſſor purpuræ decus eidem reſtituit, non tamen Roſſanenſe Sacerdotium, Obijt Romæ Epiſcopus Card. Oſtienſis ſacrique Senatus Decanus Kal. Ianuarij 1523. de quo vide ſeriem noſtram Oſtienſium Epiſcoporum tom. 1. vbi plura de Caruagial. leges.

33 IOANNES FRANCISCVS Fonſeca Hiſpanus Epiſcopus Palentinus hanc in commendam obtinuit eccleſiam ab eodem Iulio II. anno 1511. die 29. Octob. Exceſſit anno 1425.



34 POMPEIVS Card. Columna, & ipſe Roſſanenſem Eccleſiam in commendam accepit die 3. Iunij 1525. poſt paucos dies illam ad fauorem ſequentis conſignauit.

35 VINCENTIVS Pimpinella Romanus, omnium ſcientiarum genere præclara eruditione illuſtris ad Roſſanenſem thronum promotus die 3. Iulij 1525 à Clemente VII. conſecratus Romæ ab Epiſcopo Piſaurenſi die 13. Auguſti, ſub eodem Pontifice pluribus legationibus egregiè functus, onere & honore ſe abſoluit anno 1527. Auguſtæ coram Carolo V. Imper. ac proceribus Germaniæ, cum eſſet Clementis Papæ
C Nuncius pro extirpanda tunc ſecta Lutherana, proque vnione eccleſiæ, Conciliоque celebrando doctiſſimè orationem habuit 1530. vt doctiſs. ſcribit Sfortia Card. Pallauicinus lib. 2. cap. 3. hiſt. Concilij Tridentini. Vixit deinde vir omni laude dignus ad annum vſque 1534. Romæ exceſſit ſepultus in eccleſia ſancti Petri ad montem Aureum cum huiuſmodi epitaphio.

D

Vincentio Pimpinello Romano Archiepiſcopo Roſſanenſi Oratori clariſſimo, Boemiæ, Vngariæ, ac totius Germaniæ legationibus ſumma integritate, ac prudentiæ laude functo.
Hieronymus Pimpinellus Canonicus Lateranenſis frater, fratri concordiſſ. poſuit.
Vixit ann. xlviij. M. vij. D. xv. Obijt xiij. Octob. MDXXXIV.

36 ANTONIVS Coppus Mantuanus creatus eſt huius Eccleſiæ Archipræſul die 27. Decembris 1527. ſedit in ea annis fere decem, & ſeptem.

FRAN-



37 FRANCISCVS Columna Romanus Io. Hieronymi Columnæ Ducis, & Liuiæ de Anguillara natus, vxorem habuit Iſabellam del Balzo, ex qua Victoriam nuptam Camillo Columnæ filiam ſuſcepit, eaque defuncta Eccleſiaſticam vitam amplexus adlectus eſt Archiepiſcopus Roſſanenſis 1544. à Paulo III. antequam munus conſecrationis accepiſſet, præſentatus à Carolo V. Imper. ab eodem Paulo tranſlatus eſt ad Tarentinum nobile Sacerdotium die 27. Octob. eiuſdem anni, de quo ibi.



38 HIERONYMVS Verallus Romanus Io. Baptiſtæ, & Iuliæ Iacobatiæ filius, ſacri Apoſt. Palatij Auditor, Epiſcopus Caſertanus, cum eſſet Nuncius in Germania apud Ferdinandum, & Carolum V. Imper. tranſlatus eſt ad Roſſanen. hanc ſedem die 14. Nouembris 1544. à Paulo III. ac denique ab eodem propter ſummam vtriuſque iuris ſcientiam, caſtiſſimos mores, & res præclarè, atque prudenter adminiſtratas, Presb. Cardin. ad titulum S. Martini in Montibus creatus ann. 1549. abſens Roſſanenſem ſedem adminiſtrauit an. 7. ac Nuncium remiſit ad fauorem nepotis, pauloque poſt è viuis exemptus eſt Romæ 1555. die 5. Octob. & in Eccleſia S. Auguſtini ſepultus, vbi nuper nobile ſepulchrum, & memoriam excitarunt cum hac inſcriptione.

A D. O. M.

Hieronymo Verallo Romano à Paulo III. Romana purpura donato, quem locum & meruit ad Carolum V. Imperatorem in Germaniam Nuncius decreto in Turcas bello, ac Religione ſtrenuè procurata, & ſuſtinuit ad Henricum II. Gall. Regem Legatus Parmenſi bello B *feliciter compoſito, & amplificauit Vrbano VII. ſobrino alumnoque ſuo ad Chriſtianæ Reip. regimen domeſtica inſtitutione perfecto.*

Obijt ann Dom. MDLV.

Aetatis ſuæ . . .

39 PAVLVS ÆMILIVS Verallus, Card. ſuperioris ex fratre nepos, Iuriſconſultus celebris, ac Romanæ Rotæ Auditor ex ceſſione patrui euaſit Roſſanenſis Archiepiſco- C pus die 12. Aprilis 1551. poſt duos annos tranſlatus eſt ad Caputaquenſem eccleſiam, in qua dignitate per aliquot vixit annos, eoque munere ſe exoluit ann. 1574. clarus fuerat in Conc. Tridentino, & apud Patres ſummæ exiſtimationis.



D

40 IOANNES BAPTISTA Caſtaneus Romanus, Petro Coſmo Caſtanea Ianuenſi, & Conſtantia, quæ Iulij Riccij, & Martiæ Iacobatiæ filia fuit, matre natus, reſignante Paulo Æmilio die 1. menſis Martij 1553. pronunciatus eſt Roſſanenſis Archiepiſcopus, munus conſecrationis ſuſcepit die 4. Aprilis eiuſdem anni à Card. Verallo conſobrino aſſiſtentibus Caſtrenſi, & Accienſi Epiſcopis. Præfuit huic Eccleſiæ ann. 14. liben-

libenſque eo munere ſe abſoluit ann.1573. A
Hic iuris conſultiſſimus fuit, clarus in Concilio Tridentino, & moribus amantiſſimis exornatus, cumque omnes gradus qui in Romana Curia gradientibus obijci ſolet, eximia prudentia nixus conſcendiſſet, à Gregorio XIII. anno 1583. Presb.Card. ad titulum ſancti Marcelli creatus eſt. Hoc eodem anno in ſacello Beatiſſimæ Virginis Mariæ, quod in Eccleſia ſancti Auguſtini de Vrbe exornauerat, ac dorauerat, ſepulchrum ſibi parauit propè conſobrinum, anteceſſoremque ſuum in Roſſanenſi Eccleſia, vbi hæc in marmore legentibus proſtat inſcriptio

B

D. O. M.

Io. Baptiſta Caſtaneus primum Roſſanenſis Archiepiſcopus deinde S. R. E. Presbyt. Card. S.Marcelli ſacellum hoc Beatiſſimæ Virgini dicatum, ornauit, dotauit, in eoque ſepulchrum ſibi conſtrui fecit anno MD.LXVIII.

C
Cæterum Ioannes Baptiſta præter votum, cum ſanctæ Vniuerſalis Eccleſiæ throno nobilitatus eſſet ſub nomine Vrbani VII anno 1590. die 17. Kalen. Octob. ſanctiſſimè vt vixerat, nondum inauguratus obijt duodecimo ſui Pontificatus die 5. kalen. Octob. ſummo omnium luctu in Vaticana Baſilica funeratus, eius deinde venerabile corpus in ſacello Diuæ Annunciatæ ad Mineruam tranſlatum, nobili tumulo, ſtatuaque marmorea & epitaphio exornatum à ſodalibus Annunciatæ, quos ad miſerabiles virgines conſulendas ſuorum bonorum ex aſſe hæredes inſtituerat.

41 LANCELLOTTVS de Lancellottis
D Romanus vtriuſque Signat. Referend. & Canonicus Lateran. Baſilicæ ſucceſſit Caſtaneo die 23. Ianuarij 1573. Hic innocentiſſimæ vitæ Præſul fuit, ac ſanctè vt vixerat, poſt annos 7. ab inita dignitate exceſſit 1580. quo Eccleſiam Metropolitanam conſecrauerat, & Fratres Minimos in Vrbe exceperat.

42 LÆLIVS Iordanus Romanus publicus olim iuris vtriuſque in Vrbe Interpres ex Epiſcopo Acernenſi die 28. Nouembris 1580. ad hanc Roſſanenſem eccleſiam tranſlatus vir probus, & doctus ſedit laudatiſſimè menſes ſeptem, fato functus eſt anno 1583.



43 SILVIVS Sabellus Romanus, Camillo Artiæ Domino, & Iſabella Vrſina parentibus ortus, ex Cubiculario Apoſtolico, & Vaticanæ Baſilicæ Canonico Roſſanenſis adlectus eſt Archiepiſcopus an.1583. Præfuit annos quinque, & ſub Clemente VIII. ex Patriarcha Conſtantinopolitano inter Presb.Card. cooptatus purpureo titulo S.Mariæ in via condecoratur. Aritię moritur 1599. die 12 Kal.Feb. cadauer Romam relatum in Aracælanæ Eccleſiæ familiæ ſuæ ſacello humatum.

44 SCIPIO Floccarus Neapolitanus ſucceſſit Siluio anno 1588. obijt an.1592.



45 LVCIVS Sanſeuerinus Neapolitanus ex Biſiniani Principibus, nobilitate generis, & proprijs virtutibus vir longe clariſſimus die 2. Decembris 1592. à Clemente VIII. delectus eſt Roſſanenſis Archiepiſcopus. Sedit annos 20. cum Cathedralem pretioſa ſuppellectili eccleſiaſtica eximiè exornaſſet, tranſlatus eſt ad Salernitanum Sacerdotium anno 1612. eualitque ſub Gregorio XV. S.R.E. Cardinalis, mortuuſque eſt ſub Vrbano VIII. anno 1623. de quo vide Salernitanorum Archiepiſcoporum ſeriem noſtram.




46 MARIVS Saxus Neapolitanus, Lucij Saſsi Card. ex fratre nepos, vtriuſque Signaturę Referendarius, ſubiectus eſt Archiepiſcopus à Panlo V. die 19. Nouemb. 1612. mortem obijt anno 1615. ætatis ſuæ 39.



47 HIERONYMVS Pignatellus Neapolitanus clariſſima, ac vetuſta nobili gente natus, poſt Marium hanc ſuſcepir regendam Eccleſiam die 18. Maij 1615. ſedit plns minus an. 4. exceſſit ann. 1619.

48 HERCVLES Vaccarins Bononienſis vtriuſque Signaturæ Referendarius Roſſanenſium Archiepiſcopus fuit electus die 18. Febr. 1619. conſecratur die ſancti Georgij. Sedir ann. 5. Obijt 1624. die 28. Iulij, Vrbano VIII. ad clauum ſedente.

⁂



49 PAVLVS Comes Taurellus Parmēſis Pōponij Comitis mōtis Clariculi, & Iſabellæ Bonellæ Pij V. Pont. pronepotis filius, Michaelis Card. Alexandrini nepos, cuius literarum ſcientia, animique egregiæ dotes adeo Summis Pontificibns fuerunt in pretio, vt ijſdem ad publicam Eccleſiæ ſalutem vſi fuerint. Vrbanus VIII. Roſſanenſi Archiepiſcopatu exornanit die 7. Octobr. 1626. qnam Eccleſiam ſumma ſui nominis fama per aliquot annos conſultiſſimè adminiſtrauit, ac eo munere ſe abſoluit; cumque ei proſpera fortuna videretur arridere deceſſit die 3. Aprilis 1630. ætatis ſuæ 54. tumulatus eſt in Aracæli templo; nobili deinde marmoreo ſimulacro, & inſcriptione exornatus in templo S. Marcelli à docto, erudito, eiuſque gentili Auguſtino Taurellio Sarzanenſi antiquæ probitatis, nobilitatiſq; viro. Inſcriptio talis proſtat legentibus.

D. O. M.

Comiti Paulo Taurello Parmenſi, magni Pomponij Montis Clariculi Comitis filio, Pij V. ſanctiſſimi Pontificis ex Iſabella Bonella pronepoti, in vtraque Signatura Referendario, & votanti, Priori S. Michaelis Parm. Marchiæ Vicelegato, Conſultori S. Officij, Meliten. Inſulæ Inquiſitori, ad Sereniſſimum Philibertum Siciliæ Proregem pro rebus arduis Sedis Apoſtolicæ Delegato, & in generalem Luſitaniæ Collectorem nominato, Archiepiſcopo tandem Roſſanenſi, natalibus conſpicuo, ſcientia, & rerum vſu, animo in primis in aduerſis inuicto.

Abbas Auguſtinus Taurellus.
Eminentiſſimi Principis Hieronymi Card. Columnæ, & Protectoriæ Germanicæ, & Aragonicæ Auditor gentili ſuo bene de ſe merito poſuit.
Vixit annos liv. obijt die iij.
Aprilis MDCXXX.

De hac præclariſſima Taurella gente inter alios legendus Carolus de Lellis de familijs Neapolitani Regni.



50 PETRVS ANTONIVS Spinellus Neapolitanus ex Ducibus Seminariæ, Philippi Card. Spinelli ex fratre nepos electus eſt Roſſanenſis Archiepiſcopus die 20. Maij 1628. obijt anno 1645. die 9. Nouembris. Cui in Cathedrali hoc grati animi monumentum ad hoc inuentum, Canonici, & Clerus in marmore expreſſerunt.

D. O. M.

Petro Antonio Spinello Archiepiſcopo Roſſanenſi ex Ducibus Seminariæ, & Principibus Cariati, ob templi ſacrarium magnificentius extructum, & ſacra ſuppellectili locupletatum, ob annuos Capituli redditus mirum in modum amplificatos, ob dilatatum ex prioribus anguſtijs in longiorem, commodioremque ſitum Archiepiſcopale Palatium, ob grauiſſimarum litium, & veterum controuerſiarum incommoda ſublata.
Canonici & Clerus Roſſanenſis Eccleſiæ æternum grati animi monumentum Principi liberaliſſimo, Paſtori vigilantiſſimo, & Patri amantiſſimo poſuerunt, anno Dom. MDC.XL.



51 IACOBVS Carrafa Neapolitanus ex Principibus Roccellæ ſucceſſit die 18. Octob. 1646. Viuit hoc ipſo anno 1661. quo Camillus Pamphilius dotis iure Roſſani Princeps, ne, quod Romæ, locisque ſui dominatus magnificè præſtat, hæc, quamuis longo terrarũ diſſita interuallo ditio, ſolitæ eius munificentiæ diutius deſideraret effectus; ad ſubditorum deuotionem excitandam, in Metropolitana Eccleſia D. Nilo, Maius, vt vocant, altare ex Principiſſæ vxoris voto eleganti ſtructura, & haud paruo ſumptu erexit, & dotauit, Roſſanenſium vocibus ſui Principis piæ liberalitati plaudentibus.

RHEGIEN-

RHEGIENSIS

Calabriæ Vlterioris, ſeu Magnæ Græciæ

METROPOLIS.

Cuius ſuffraganei ſunt

Epiſcopatus
- Bouen.
- Caſsanenſis.
- Catacen.
- Crotonen.
- Hieracen.
- Neocaſtren.
- Nicoteren.
- Oppiden.
- Squillacen.
- Tropeien.



A QVÆ nunc vlterior Calabria, ſiue inferior dicitur vetuſtiſſimis tẽporibus ob plurima præclara virorum ingenia, eruditorumq; multitudinẽ Magna Græcia dicta eſt. Tanta ſcilicet erat bonitas regionis, tanta Græcarum celebritas diſciplinarum ſub Pythagora, ac diſcipulis eius, vt Græci ipſi, genus in ſuam gloriam effuſiſſimum, magnam eam appellarent. B Et quidem rerum omnium, tum quæ natura ſponte, tum quæ induſtria fiunt, quæque humano vſui, ac delitijs ſeruiunt copia, ac varietate regio hæc redundat. Hic enim vina, olea, mella, lina, goſſypia, ſerica, frumenta, cæteræque fruges, atque omnis generis poma, item fontes aquarumque ſcaturigines, item pecuaria pabula, venationes, aucupia, & hæc omnia optima per totam regionem paſſim, atque affatim fiũt. Vbique ſaluberrimus aer, & præclara virorum ingenia vigent. Neque vno in loco manna legitur, ſed propemodum vbique, metalla etiam cæteraque ſponte naſcentia, item plantæ nobiles multis locis proueniunt, glandiferæ arbores, & caſtaneta, & ſyluæ ad domorum, & ad nauigiorum fabricam aptæ paſſim ſunt.

Hæc ab Occaſu Brutios, à Septentrione Iapigios, & Tarentinos habet, ad Orientem autem, atque Auſtrum Ionio mari alluitur. Celeberrimis quondam ac potentiſſimis vrbibus floruit, Crotone, ac Locrenſibus; ſiquidem Crotoniatæ aduerſus Locrenſes triginta hominum millia in aciem eduxerunt. Nunc ſexdecim ferè habet vrbes; oppida autem, & caſtra in vniuerſum CLIII. Vrbium præcipuæ Rhegium, Tropea, Catan-

zarũ præſidialis ſedes. Oppidorum autẽ pleraq; antiquiſſimis tẽporibus à Græcis cõdita præter pauca, quę ab hinc ſexcẽtos annos ex veterũ ruinis excitata ſunt mutatis ſedibus. De Rhegio igitur primũ, mox de alijs huius Prouinciæ vrbibus, & Epiſcopis ſermonẽ inſtituemus. Rhegiũ itaq; antiquiſſima Brutiorũ quondam nunc Vlterioris Calabrię Metropolis eſt in extremo littore Italiæ poſita contra Sicillam ſeptem m. p. traiectu à Meſſanâ diſtans, intercurrẽte Freto, ſiue Euripo anguſto, quo Tyrrheni, ac Ionij maris vnda inter Scyllam, & Caribdim perpetuo depugnât. Id Fretum Indigenæ Pharũ Meſſanæ vocant, indeq; Sicilliã citrã vltraq; Pharum recentior ætas interſtinxit. Ab ea porro fractura, & ſciſsione, qua Sicilia quõdam terræmotu, & vi ab Italia ſeparata eſt, Rhegium dictum plerique volunt. ῥήγν Græcè fiſſuram ſignificat, licet non deſint, qui à Samnitibus latino ſermone Rhegiam dictam velint, quippe cum in pleraque oppida Colonias deduxerit, & permultos celeberrimos viros ediderit gubernandæ Reipublicæ, doctrinarumque gloria claros. Nec deſunt, qui Rhegium ab aeris temperie, cœlique clementia dictum dicant; nam Pηγ© vtile, iucundum, & bonum notat.

Cæterum Rhegium, vt ab origine ipſius elogium ordiamur, quęadmodum B. Hieronymi, ac Ioſephi Iudæi auctoritate monſtratur, conditorem habuit Aſchenazium, Noæ Patriarchæ, ac humani generis inſtauratoris ex Gomero pronepotem, qui mortalium primus poſt vniuerſalem cataclyſmũ in Italiam venit, atque ibi ſedes poſuit. Ex quo intelligitur Rhegium totius Italiæ vetuſtiſsimam Vrbem eſſe. Iam veró heroicis, fabuloſiſque temporibus ab Auſonijs frequentata hæc ciuitas Iocaſtum Æoli ventorum Regis filium habuit Regem, vt Diodorus Siculus lib. 6. tradit. Conſimiliter poſtea oram hanc obtinentibus Græcis ingens Rheginorum potentia fuit, vt ex Thucididis hiſtoria cognoſcere eſt, legibus inſtitutiſque præclaris, & mille optimatum à Calcidenſibus, ac Meſſenijs hoc Colonijs deductis conſtituta Reipub. & ſubinde Anaxilao Tyranno ſumma æquitate, ac clementia dominante, vt Ariſtoteles, Iuſtinus, Macrobius conteſtantur, cuius Tyranni memoriam tanta charitate coluerunt ciues, vt extincti illium puerum ſuperſtitem per ſeruum tutorem Patris teſtamento regnare paterentur: fuere enim perpetuó Rhegini humanitate, ac benignitate prædịti. Bello Pyrrhi Rhegis auxilio Tarentinis miſere contra Romanos, poſtea Romanorum fidem ſecuti cum quatuor millium Romanorum militum præſidium contra Pœnos accepiſſent, ab his pulſi ciuitate, Pop. Rom. decreto cæſis militibus patrios lares receperunt, & vt ait Liuius in ſummo belli Punici terrore in fide, & amicitia P. R. ad

A vltimum permanſerunt, quibus pro meritis fuit Rhegium Romana Ciuitaté donatum, & vt Nonius Marcellus, & Feſtus ſcribunt, cuſſit Colonia Romanorum municipiumque nobiliſſimum. Itaque Appianus lib. 4. bell. ciu. enumerat Rhegium, & Hipponium inter ſeptem illuſtriores, & opulentiores Italiæ Vrbes, quæ ſubſtantia, & domorum pulchritudine, pauimentiſque præſtabant. Magnas tamen iniurias, & calamitates ſæpius pertulit hæc Ciuitas, eam Dionyſius primum ſolo æquauit, quod puellam in matrimonium petenti Rhegini lictoris filiam dediſſent: Dionyſius veró filius eam inſtaurauit. Inde Campanorum

B præſidium Rheginos magna ex parte deleuit. Terræmotibus quoque pauló ante bellum Marſicum Vrbis pars magna corruit; atque Lucio Furio, & Attilio Serrano Conſulibus Vrbs pené tota incendio conſumpta eſt, ſine vllo humanæ fraudis veſtigio. Poſtea Cæſar Auguſtus fugato ex Cicilia Pompeio cum deſolatam hominibus Vrbem cerneret, acceptos é claſſe permultos ci dedit Accolas, vnde Rhegium Iulium dictum eſt. Cum antem multis poſt ſæculis Agareni vaſtitatem Calabriæ, Lucaniæ, & Apuliæ intuliſſent, nil aduerſi Rhegium ſenſit, idque ob ſanctitatem Euſebij Archiepiſcopi, cuius precibus ſeruata eſt Ciuitas. Sed noſtra, & auorum memoria quinquies

C direpta Vrbs à Turcis fuit, omniaque illius ornamenta, ſacta res, ampliſſimæque domus ferro, & igne abſumptæ adeo, vt nunquam patrum tempeſtate ruinas priores ante plenam inſtaurationem nõ fuerint poſtetiores conſecutæ. His denique ferè noſtris temporibus, quando Ciuitas per quadraginta ipſos annos ad priſtinum reſtituta decus quodamodo videbatur, templis, cœnobijs, ac priuatis ædificijs refectis, ſupremam deuaſtationem paſſa eſt. Anno enim præteriti ſæculi nonageſimo quarto die tertia Septembris, ſummo mane Turcarum claſſis triremium propé centum Rhegium

D aggreditur, & nemine penitus obſiſtente, eum prius omnes aufugiſſent, ciuitatem nullius præſidio munitam deuaſtat, illamque per dies quinque proximos incendit. Licet autem agros ingreſſi deprędantes neminem tamen ex ciuibus, Deo iuuante, ceperunt, neque occiderunt, ipſi veró Ciues ſupra centum Turcas interfecerunt. Multam autem ciuium ſupellectilem, quæ in ipſa ciuitate in latebris terræ abſcondita fuerat inuenerunt, quæ partim ad triremes tranſuecta, partim igne incenſa cum omni ferè ciuitate fuit. Nam templa omnia fuerunt exuſta, vetuſta quęque pretioſa monumenta, omniaque priuilegia Cathedralis cremata, altaria, & ſacræ imagines dirutæ, ac omnia ſacrilega manu profanata, & ne aliquid intactum, incontaminatumque relinquerẽt, mortuorum corpora exhumata igni tradiderunt,

derunt, atque in his illud etiam Archiepiſcopi Gaſparis Foſſæ proximè defuncti, qui quanquam alias viuus aufugerit eorum ſæuitiam, mortuus tamen non euaſit.

His iam de huius Vrbis fortuna percurſis nũc de virtute ciuium aliquid adnectere par videtur. Vt igitur taceantur ij, qui Religione, ac ſanctitate illuſtres fuerunt, qui ſacro in elogio recenſendi ſunt, occurrunt multi qui diſciplinis claruerunt, ac primum Python Rheginus, Philoſtrato Apollonij Thyanei vitam ſcribente celebratus, qui cum patria exul à Dionyſio Siciliæ Tiranno liberaliter habitus ad prodendam patriam ſollicitaretur, Tyrannni mente ciuibus nunciata, à Dionyſio machinæ alligatus eſt, qua vrbem oppugnabat, eo conſilio, vt Rhegini machinæ parcerent ne Pythonem læderent. Ille autem fide, ac conſtantia inuictus magnis vocibus Rheginos hortabatur, vt in machinã tela torquerent, ſe namque ſignum libertatis eſſe propoſitum. Academicus hic erat, ſed Pythagorei plurimi Rhegij floruerunt, poſtea quam vt Iamblicus ait, Pithagorica ſchola exuſtis Crotonæ ciuibus Rhegium eſt tranſlata. Summus vero, & in omni æuo admirandus Geometra, & Aſtrologus fuit Hippareus Platoni, Plinioque laudatus. Hic vtriuſque ſyderis, ſolis ſcilicet & lunæ curſum in ſexcentos annos præciuuit, menſes gentium, dieſque & horas, ac ſitus locorum, & vicos populorum complexus, Æuo teſte, haud alio modo quam conſiliorum naturæ particeps. Eiuſdem Hipparchi ſagacitate compertum eſt lunæ defectum aliquando quinto menſe à priore fieri, ſolis vero ſeptimo; eandem bis in triginta diebus ſupra terram occultari, ſed ab alijs cerni; quæque ſunt in hoc miraculo maximè mira, cum conueniat vmbra terræ lunam hebetari, nunc ab occaſus parte hoc ei accidere, nunc ab ortus. Idem nouam ſtellam in Cœlo ſua ætate genitam deprehendit, & terram vniuerſam dimenſus nomina ſtellis omnibus impoſuit, earumque numerum explicauit. Hæc ex Plinio. Rheginus etiam fuit Andrædamus philoſophus, & legislator, qui teſte Ariſtotele, Chalcidenſibus leges ſcripſit; fuit & Theætetus philoſophus pariter, & legislator, cui Plato lib. de ſcientia inſcripſit; item Lycus Pythagoricus Pater Lycophronis Tragici Alexandri Magni temporibus, vt Suidas tradit, nec non Hippias Philoſophus, Orator, Poeta, & Hiſtoricus; qui primus res Siculas ſcripſit; de quo Suidas, & Plutarchus, Xenophon, Ælianus eique Plato duos libros inſcripſit; Rheginus autem fuit Glaucus Pythagoricus, & muſicus præſtantiſſimus Democriti æqualis, cuius meminit Plutarchus & Laertius. Ex eadem Vrbe fuit & Theagenes poeta clarus Cambyſis Regis temporibus, vt Euſebius tradit, qui vt Tatianus in lib. contra Græcos teſtatur, ante omnes alios perſcrutatus eſt Homerum, ſcripſitque de eius poeſi ac tempore. Fuit Cleonymus poeta dithyrambicus, ſcripſit ad Alexandrum Magnum epiſtolas, & dithyrambos, vt Athenæus lib. 9. author eſt. Fuit Ibycus poeta Lyricus, hiſtoricus, & muſicus, vnus ex nouem lyricis vniuerſæ Greciæ celebratus Ariſtophani, & Iſacio Lycophronis interpreti, à quo Ibycium, ſeu Ibycinum metri genus inuentum, & nominatum, vt Suidas, & Plutarchus tradunt. Hic triangularem etiam Cytharam inuenit, quæ ſambuca dicitur, vt ſcribit Athenæus lib. 4. Inuenit etiam tibicinum inſtrumentum, quod Romanis in conflictu cum Celtis terrifica voce miro auxilio fuit. Hic cum pueros amaret vltore numine in latrones incidit, cumque iam ab ijs occidendus eſſet, Grues forte ſuper volantes obteſtatus eſt, nec ita multo poſt, cum latrones in foro ſedentes Grues rurſum ſuperuolantes conſpicati mutuo dixiſſent, en Ibyci Grues, in ſuſpicionem patrati facinoris venere, atque eo indicio pœnas Ibyco dederunt. Vnde paræmia orta eſt, Ibyci grues, in eos, qui occulta fore maleficia temerè ſperant. Fuit ex eadem Vrbe Cliarchus ſtatuarius celeberrimus, qui vt Pauſanias in Laconicis teſtatur, Iouis ex ære ſignum fecit, omnium quæ ex eadem erant materia vetuſtiſſimum. Fuit & Pythagoras ſtatuarius, & pictor clariſſimus, qui primus ſtatuarum proportionem conſiderauit, primus numerorum, ac modorum repertor fuit, Pythagoræ philoſophi temporibus, vt ſcribit Diogenes Laertius. Nec ſilendus C. Antiſtius Iulij Cæſaris bello Gallico legatus, & Lucius Romæ Trib. Pleb. ambo Rhegini. Sed & Cicero Rhegij aliquando commoratus Topicorum libros ibidem edidit, vt idem ad Trebatium ſcribit.

His igitur potiſſimum viris olim Rhegium floruit, atque hæc Rheginorum fortuna, & virtutis ſumma fuit, vtraque temporum iniurijs euerſa, ac deleta. Quamobrem ad ea nunc deſcribenda veniamus, quæ naturæ altis fixa radicibus caſu aliquo deleri, tollique non poſſunt, ipſa nempe, loci ſituſque amænitas. Eſt enim Rhegium in planitie propè maris littus Occidentalem partem proſpectans inter Luponem, & Calopinacum amnes, eximia loci fertilitate, Cœlique temperie optimam incolis ſedem præbens; habet enim mare ad piſcandum ſatis opportunum, terram verò aquis irriguam, & pomarijs amœnam. Marinis quidem delicijs abundat hæc Ciuitas, quia vt ait Caſſiodorus, ibi mare ſuperum, atque inferum, vtriuſque pelagi delicias in vnum ſinum volubilitate ſua perducunt. Hinc nobilium eo in loco piſcium captura, in primis vero eius quem exormiſton vocant murænis aſſimilis. Vicina littora decimum

ad

ad vſque lapidem frigidis, ac dulciſſimis
aqnis abundant,ita paſſim manantibus, vt
incundiſſimum ſpectaculum ſit effoſſa tan-
tisper humo ſontes vndequaque circum-
fluentes erumpere. quod vero eſt mirum in
Rhegino littore, poſt Cænidem promonto-
rium m.p. quatuor vſque ad Leucopetram,
ſimul atque mare exieris pede vno, & eo
etiam minus,terra effoſsa aquæ dulces ſca-
tent. Viget profecto in hac ora felix quæ-
dam & beata amænitas, ſi quidem peren-
nes arborum frondes perpetuum ver faciunt
& citriorum, ac limonum, malorũq; au-
reorum non horti tantum; ſed nemora am-
pliſſima ſpectantur, adeo vt totus Rhegi-
nus ager pomarium videatur, hic palmæ ob
cœli gratam temperiem dactylos ferunt.
Platanum verò prima Italicarum Vrbium
Rhegium vidit, atque aluit, huc è Sicilia
translatam à Dionyſio, & eſſet miraculum,
vt Theophraſtus tradit lib. 4. de plantarum
natura. Naſcitur in hoc agro planta, musã
vocant, & malum paradiſi, cuius poma di-
gitali longitudine, & ſapore dulci menſe
Nouembri matureſcunt,ibidem vitex, ſili-
qua ſylueſtris, & abſinthium ſponte proue-
niunt. Naſcitur & molaris lapis frumen-
tarius, & Olearius, Palladiæ arbores, hoc
eſt oleæ domus ſuæ affatim naſcuntur Oli-
uę ad magnitudinem amygdalarum craſſæ.
Vinum Rheginum, ait Atheneus,cum ſur-
rentino pinguius ſit,vſque ad annum quin-
tumdecimum eſt vtile. Sed plurimas hu-
ius agri laudes perſtrinxit Caſſiodorus his
verbis, Rheginorum terra eſt monta-
nis lapillis rariſſima, arida paſcuis, ſed
vndoſa vindemijs, ſegetibus aduerſa, ſed
oliuis accomoda; ideo cultura eius omnis
in ſarculis eſt, quia ſuperficies ipſius ſicca
nutrice non valet supernè naſcentia. ſterco-
re illic ager nudus induſtria potius, quam
natura veſtitur. Nam Palladiæ ſyluæ viri-
ditate contegitur, quæ in ſolo aridiſſimo
approbatur. Talibus enim locis illa profi-
ciunt, quæ radicibus procetis ad humi pe-
netrale deſcendunt. Segetes irrigantur, vt
viuant, & conditione mutata hoc ariſtis im-
penditur, quod oleribus exhibetur. In hor-
tis autem Ruſticorum agmen habetur ope-
roſum, quia olus illic omnium ſaporum eſt
marina irroratione reſperſum, quod hu-
mana induſtria fieri conſueuit. Sunt Rhe-
gij figulinæ, vbi ollæ coquinariæ laudatiſſi-
mæ fiunt, olim etiam patinæ nobiles fiebãt,
vt Plin. lib. xxxvi. refert. Hic nundinæ no-
biles quotannis celebrantur. Viuunt,vt plu-
rimum Rhegini, & finitimi populi, ex eo,
quod ſeu terræ cultus, ſeu iumentorum pe-
cudumque fęcundum ſane genus ſibi para-
uerint emolumenti. Illud autem eſt præci-
puum gentis huius mores, atque induſtria.
Bombyces alere ad ſericas bombycinaſque
veſtes,cœteraque id genus ornamenta con-
texenda, cui ita ſunt incolæ dediti, vt eo-

A rum fere campi mororum arboribus fre-
quentes adſint, earum enim potiſſimum
frondibus hoc animal depaſcitur, vnde tan-
tam ſerici copiam conficiunt,vt vix credam
in tota ferè Europa, aliam eſſe Vrbem, quæ
maiorem vel tantam præbeat.

Cœterum Sedes Rhegina eſt vetuſtiſſima
ab Apoſtolo Paulo fundata, & totius Cala-
briæ facta Metropolis, quam proinde om-
nes Calabriæ Epiſcopi vti Principem agno-
uerunt, dum Calabria ipſa, & Lucania in
ditione Græci Cæſaris fuerunt; cum enim
Paulus Apoſtolus ex Iudæa Romam pete-
ret,Rhegium diuertit,vt Lucas in Actis Apo-
ſtolórum tradit, ac die vno ibi moratus,
B Deique verbum apud Rheginos adhuc ido-
la colentes concionatus, eorum plurimos
conuertit, & baptizauit, indeque abſce-
dens,Stephanum Nicænum hominem, qui
ipſum e Iudæa fuerat comitatus,Epiſcopum
conſtituit, qui cum ſeptemdecim annos
Rheginam Eccleſiam optimè rexiſſet, & fi-
nitimos populos prædicatione ad fidem cõ-
uertiſſet, atque Epiſcopos, ac Presbyteros
ordinaſſet, orta in Chriſtianos perſecutio-
nis procella, ipſe, & Suera vicinæ ciuitatis
Epiſcopus, nec non Agnes,Fęlicitas,& Per-
perua mulieres eius diſcipulæ præſidis Hi-
cradis iuſſu fruſtra igne accenſo tandem
perempti, martyrij palmam conſecuti ſunt.
C Non. Iulij. Corpus autem B. Stephani intem-
peſta nocte à viris catholicis in Auſtrali par-
te ciuitatis milliario ab eo in ſeceſſu, &
Oratorio ſuo ſepultum eſt, aliorum verò
corpora eodem loco humata ſunt, vbi fue-
runt trucidati. Primi itaque Epiſcopi Rhe-
ginorum fuerunt Beati Stephanus, & Suera
quibus ſucceſſere alij ſanctitatis gloria pa-
riter clari. In primis vero Euſebius Archie-
piſcopus,cuius precibus ſeruata eſt ciuitas
in illa furioſa perſecutionis rabie qua Aga-
reni in Calabriam, & Lucaniam deſæuie-
runt. Sanctus etiam Bruno Carthuſienſis
Ord. auctor Rheginus Archiepiſcopus à
Clero electus, & ab Vrbano II. Pontifice
confirmatus eſt. Sed ille Eremiticam vitam,
D vt Dioniſ. Carthuſ. ſcribit in Act. Apoſtolor.
prætulit Archiepiſcopatui. In Conc. Nicæno
primo,ex tota Italia vnus duntaxat Epiſco-
pus adſuit, Marcus ſcilicet Epiſcopus Ca-
labriæ vtique Rheginus. Ioannes Epiſco-
pus Rheginus Agathonis Papæ Legatus cũ
duobus alijs Epiſcopis miſſus eſt ad Syno-
dum Conſtantinop. In Regiſtro Innocen-
tij Rom. Pont. extat exemplum literarum
ipſius ad Archiepiſcopum, Clerum, Milites,
& populũ Reginen. quibus eos hortatur, vt
Legato Apoſtolico obediant, Rhegium
protectorem habet S. Georgium catholicum
Martyrem Chriſti, cuius interuentu & au-
xilio non ſemel ab hoſtibus liberum fa-
ctum eſt.

At Metropolis Baſilica titulo Deiparæ
Virginis Aſſumptæ nobilis, & vetuſtæ ſtru-
ctura

ctura in medio ciuitatis ædificata eſt. Sacris in ea miniſtrant Canonici 18. è quibus quatuor dignitate eminent, Decanus, qui ſecundam poſt Pontificalem Sedem obtinet, Archidiaconus, Cantor, & Theſaurarius, & Clerici ſeminarij alumni.

In Ciuitate præter Metropolitanam extant Parochiales Eccleſiæ vndecim, & in his vna Collegiata (vulgo nuncupata *la Catolica*) in qua Protopapa dignitate præfulgens vna cum duodecim Græcis Præsbyteris græco ritu ſacrum facit, & miniſtrat. Virorum cœnobia diuerſorum ordinum ſex. Sanctimonialium ſeptum vnum, cui attributum eſt annui redditus ducatorum 1300. & Collegium Patrum Societatis Ieſu; Mons Pietatis habens annuos redditus ducatorum 2000.

In Rhegina Vrbe ſub Sixto Papa III. ac Valentiniano Imperatore habita fuit Prouincialis Synodus ſub Hilario Epiſcopo aduerſus Epiſcopum Briaticenſem, qui minus legitimè fuerat ordinatus, fuiſſe etiam ex Rhegina Vrbe, ſeu Regione tres Romanos Pontifices quidam volunt, ſcilicet Leonem Secundum, Stephanum Tertium ſiue Quartum, & Agathonem quos Siculos alij faciunt. Fuere autem ſancti viri ex Vrbe præcipuè duo B. Cyprianus Monacus Ord. S. Baſilij, Abbas Monaſt. S. Nicolai, quod eſt in pago calamitio, & B. Thomas eiuſdem Ord. Abbas Monaſt. in pago Tireto.

Diœceſis Rhegina octo egregia oppida cõtinet, & pagos 23. oppida ſunt 1. S. Agatha græcum oppidum, quod bonum ſignificat, Ciuitatis titulo Regum Priuilegio ornatum, & merito, quippe natura munitum, & ſerico, atque oleo abundans, ſunt in eius agro pagi Cardetum, & Miſoriſa quorum, atque oppidi incolæ Latina, & græca lingua vtuntur. Sacra verò græco more & lingua faciunt. Inde eſt 2. la Motta, & Leucopetra promontorium antiquis Scriptoribus celebratum, quod ſit vltimus terminus Appennini & Italiæ, à colore ſic dictum, quaſi ſaxum album, vbi mare coralliferum. Ager autem capparum ferax. Inde eſt tertium oppidum Pentedactylum, quod quinque digitos ſignificat, amygdalarum, capparum, mellis, ſeſamæ & cotis aquariæ copia nobile, ac natalibus Petri Monachi Cryptæ ferratæ, qui in Florentino Concilio aduerſus Græcos pro Rom. Eccleſia doctiſſimè diſputauit; ſupra eſt Mons Bellus oppidum amygdalarum ferax. Inde quintum oppidum S. Laurentij edito loco ſitum; vbi linum optimum, & caſeus ſit probatiſſimus. Prouenit terebintus, lapis molaris, frumentarius, & olearius, cuminum ſylueſtre, fœniculum marinum, abſynthium marinum, & ſpartum. Hic in Templo S. Angeli quieſcit corpus B. Geraſimi huius oppidi ciuis, cuius feſtum agitur 8. Kalend. Iulij, ex in Thales fluuius labitur, qui Locrenſes à Rhegiois di-

A terminat, circa quem Strabo, Solinus, & Ælianus ſcribunt cicadas, quæ in Locrenſi agro ſunt, maximè ſonoras, in Rhegino eſſe mutas. Sextum oppidum *fiumar di Muroti*. Septimum Colonna. Octauum Scylla. Eſt autem Scylla oppidum in ſcylleo promontorio ſaxoq; ſublimi impoſitum, quod humilem à tergo tellurem habet in Cherſoneſi agro faciem, quam Anaxilaus Tyrannus ædificato muniuit muro, & Craſſus poſtea vt Sparta cum intercluderet, foſſa, & muro clauſit trium millium paſſuum longitudine, atque ita ex Peninſula Inſulam fecit; Dictum eſt autem Scyllæum promontorium & oppidum à Scylla monſtro, vt Poetæ

B Græci, ac Latini finxerunt. In ſuperiori enim parte promontorium id humanam effigiem, in inferiori vero plures reſectos ſcopulos ſub radicibus cauernoſos habet, intra quos dum æſtus maritimi ingrediuntur ab ijs refracti fragore illo canum latratum, & luporum vlulatum imitantur. Hinc fabulæ Scyllam & Charibdim peperere, dum nauigantes magnis verticibus pelagi exterriti latrare putant vndas, quas ſorbentis æſtus vorago collidit, ob eamque rem Scyllam pube tenus virgineâ eſſe facie, reliquã vero corporis partem piſcium, canum, ac luporum inſtar eſſe. Naſcitur in hoc agro nobile vinum, quod malualiam vocant Cre-

C tenſi ſimile. In mari verò capitur piſcis Spada nobiliſſimus. Euripi autem fluxum bis die, noctuque alternari Strabo ſcribit Homerus, Virgil. ter, ſic enim tertio Æneid.

Dextrum Scylla latus, læuum implacata Charibdis

Obſidet, atque imo baratbri ter gurgite vaſto.

Sorbet in abruptum fluctus, rurſuſque ſub auras

Erigit alternos, & ſidera verberat vnda.

Sunt & pagi 23. quos caſalia vocant, Joppido, Moloi, Sabaſcllo, S. Stephano, Aleſſij, Arati, Orchi, S. Ioanne, S. Dominico, Torretti, Triano, Pauigliano, Cannauo, Soperato, Podargoni, Cerati, Schindilena,

D Dominiti, Perlupo, Sancto Bingo, Legánale, S. Roberto, Molochello, ex his verò quidam Græcos habent Colonos. In vniuerſum autem tota hac Diœceſi continentur Parochiales Eccleſiæ 23. quarum quatuordecim in ſuburbijs Ciuitatis, reliquæ in oppidis, in quibus etiam virorum cœnobia octo, Eccleſiæ 233. Fidelium animæ totam Diœceſim incolentium ferè quinquaginta millia, cenſentur autem familiæ in ipſo Rhegio ex codice Fiſci 2380.

Prouincia Rhegina nouem ſuffraganeos Epiſcopatus complectitur, nempe Bouen. Catacen. Crotonen. Hieracen. Neocaſtren. Nicoteren, Oppiden. Squillacen. Tropeien. Nã Caſſianen. cum exẽpta à Metropolitæ iuriſdictione pretenderetur, Pius V. per litteras ſubſignatas annulo piſcatoris 1566. 17.

Se-

Septemb. declarauit Metropolitano Rhegino ſubiacere, ſed nunc Conſentinam Metropolim Synodorum cauſa petit, provt viciſſim Epiſcopus Militen. exemptus Rheginam Metropolim dumtaxat ſynodorum cauſa accedere ſolet, de quo egimus in primo noſtro to. inter Eccleſias Romano Pontifici immediatè ſubiectas. Archiepiſcopus Rheginus hodie eſt ex Apoſtolico indulto ad Regiam præſentationem, cuius Archiepiſcopalis menſæ annuus cenſus ſcutorum quatuor millia, qui colliguntur præter cætera ex vectigalibus ciuitatis Bouen. quam Archiepiſcopi in ſua ditione Comitatus titulo cum mero, & mixto imperio obtinent, nec non oppidum Caſtellacij, quod Baroniæ titulo poſſident; taxatur Eccleſia hæc in libris fiſci Apoſtolici flor. 600. Archiepiſcopi verò, qui Rhegienſi ſedi præfuerunt ad hæc noſtra vſque tempora, tali ordine, ac ſerie hic numerantur.



1 S. STEPHANVS Niceæ in Bithinia natus, ab Apoſtolo Paulo, cuius itineris, atque peregrinationis Comes fuit, cum fidei cauſa, quod Neronem Cæſarem appellaſſet, Romam eiuſdem Imperij anno ſecundo ab Hieroſolymis nauigaret, Syracuſis cum triduo diuertiſſet, Rhegium deuenerunt, ibique Stephanus quinto & vigeſimo anno poſtquam Chriſtus Dominus Cælos aſcendit, primus ordinatus eſt Epiſcopus; poſt Apoſtolum Chriſti fide diſſeminata, eccleſiaque Rhegina Chriſtianæ fidei præceptis inſtituta, & fundata, ad aſpiciendam Euangelij lucem illius vrbis ciuium animos mirificè reuocauit, inſignisque fidei virtutum claritate, morumque exemplo, & doctrinarum præſtantia reſplenduit. His igitur, alijſque piè geſtis rebus, cũ decẽ & ſeptẽ annis Rheginam Eccleſiam adminiſtraſſet, in ſæua perſecutionum rabie multis pro religione laboribus, certaminibuſq; perfunctus, apud Hieracem Præfectum accuſatus, quod impias Idolorum ſuperſtitiones, quibus maximè Rhegini deuincti erant, coargueret, glorioſo, & illuſtri martyrio cum Suera Epiſ-

A copo, Agnete, Felicitate, & Perpetua, quos in fide erudierat, coronatur anno Chriſti 74. cuius ſepulchrum extra vrbem ad Auſtralem partem, vno ferè ab vrbe lapide viſitur miraculis clarum. Eius feſtum celebrat Rhegina Eccleſia 3. Nonas Iulij, quo die martyrium ſuſcepiſſe narratur. Eius Acta breuiter Græco codice ſcripta, ſic tranſlata leguntur.

Martyrium ſacri & ſancti Patris noſtri Pontificis, & martyris Stephani Metropolis Rheginæ Eccleſiæ Archiepiſcopi. Hic ſacroſanctus Martyr Stephanus fuit de ciuitate Nicea. Petente autem Paulo Apoſtolo Romam, comitatus eſt eum vſque ad ciuitatem Rhegij Calabriæ. Cum autem Apoſtolus ciuitatem inueniſſet Idola colentem, prædicauit
B *in ea verbum Domini, & ſicut terra bona accepto ſemine centuplum reddit, ita & eius ciuitatis incolæ verbum Dei receperunt, quos cum Paulus inſtruxiſſet, & plurimos illorum in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti baptizaſſet, creauit ipſis Archiepiſcopum Stephanum, qui ſibi creditum gregem benè paſcens, multos Occidentalium ad fidem Chriſti ſuis doctrinis conuertit. Cum autem in hac ciuitate decem, & ſeptem annos moratus eſſet, & Epiſcopos, & Presbyteros ordinaſſet, Deique gratia Eccleſia aucta fuiſſet, poſtea perſecutione contra Chriſtianos mota, captus fuit*
C *à Hierace Duce ſanctus, tamque pacificus fidei Chriſtianæ, & coactus fuit, vt abnegaret Chriſtum, & immolaret Idolis, ipſe autem non admittebat, quin potius intrepidè Chriſtum Deum confitendo, & factorem omnium, Idola autem gentium ligna, & lapides ſenſu carentia opera manuum hominum eſſe aſſerens, & Diaboli inuentiones, idcirco indeſeſſè percutitur vna cum Suera Epiſcopo, & ſaxis quoque vultus eorum confringerentur, in caminumq; ignis iniecti exierunt illæſi, unde multi crediderunt in Chriſtum, & clamauerunt dicentes. Magnus Deus, qui à Põtificibus Stephano, & Suera prædicatur. Inter quos erant mulieres pudicæ Agnes, Felicitas, & Perpetua nuncupatæ, diſcipulæ Diui Stephani, quæ intrepidè coram Hierace Du-*
D *ce confeſſæ ſunt nomen Chriſti Dei veri, Creatoris omnium prædicantes; tum autem ira plenus Dux, ipſas vna cum Stephano, & Suera Pontificibus gladio diſcindi iuſſit, quo facto illico tradiderunt animas ſuas Domino gratias agentes, & exultantes, quod digni facti eſſent pro Chriſto mori. Pretioſum corpus D. Stephani martyris, & pontificis à viris fidelibus intempeſta nocte in Auſtralem partem eiuſdem ciuitatis delatum depoſitum eſt in abdito eius Oratorio circiter iugerum vnũ à ciuitate plurimas ſanctitates operans. Aliorum vero ſanctorum corpora Sueræ Epiſcopi, Agnetis Felicitatis, & Perpetuæ, vbi trucidata ſunt, à fidelibus collocata fuerunt, vt orent pro mundo.* hæc Acta.

Huius non meminit Martyrol. Rom. memora-

mora-

moratur tamen à Ferrario in Catal. Sanctorum, qui in eo Martyrologio non ſunt, ex tabulis Sanctorum Calabriæ die 5. Iulij à Dauid Romeo in Catal. Sanctorum Regni Neapolitani, agitur die 7. eiuſdem. Poſt Stephanum vſque ad Conſtantini Magni tempus, Epiſcopi qui in hac ſede floruerunt deſiderantur.

2 MARCVM habet Catal. Rhegienſium Epiſcoporum floruiſſe ſub Conſtantini Magni Imperio, ac interfuiſſe Niceno Concilio anno 322. tanquam Legatum Siluestri Papæ cum Diuo Nicolao Mirræ Epiſcopo, & vixiſſe in hac dignitate annis ferè viginti dignè & laudabiliter ſub Silueſtro, Marco, Iulioque Summis Pontificibus.

3 HILARIVS vixit anno 434. quem volunt ſynodum Prouincialem habuiſſe, cū tredecim ſuis Coepiſcopis Seuerino, Audēcio, Iulio, Arcadio, Auſpicio, Senero, Claudio, Valeriano, Nenterio, Aſclopio, Theodoro, Maximo, & Conſtantino, aiunt Synodum hanc confirmaſſe Sixtum III. Pontificem.

4 S. SISINIVS ciuis, & Epiſcopus Rheginus floruit anno 536. Sedit plus minus annis 25. Hic S. Placidum D. Benedicti diſcipulum, inclytumque Chriſti martyrem Roma Meſſanam tendentem perbenignè biduo Rhegij hoſpitio excepit, tandem vitæ ſanctitate illuſtris ad Cælum euolauit, dies tamen ignoratur.

5 S. CYRILLVS Rheginus fuit ciuis, & Epiſcopus circa annum Dom. 559. Is tanta floruit ſanctitate, vt Rhegini in eius nominis gloriam, & piam memoriam oppidum incolis frequens condiderint, mottamque S. Cyrilli appellarint. Sediſſe volunt an. 27. obijſſe verò an. ſal. 586.

6 LVCIVS Epiſcopus Rhegienſis præceſſor Bonifacij ſequentis, cuius meminit S. Gregorius epiſt. 43. lib. 2. Ind. 11. de iniuſtitia Stephaniæ facta: annus quo cœpit ſedere incompertus; crediderim tamen, ſi vera ſunt quæ de obitu Cyrilli commemorant Rhegienſis eccleſiæ tabulæ, eius electionem fuiſſe circa annum Dom. 586.

7 BONIFACIVS claruit anno Domini 593. ſub Diuo Gregorio Magno, aduerſus quem Rheginus Clerus apud eundem Pontificem querelas habuit, cauſam examinandam commiſit Gregorius quinque Calabriæ Epiſcopis, Paulino, Proculo, Columbo, Venerio, atque Martino, eidemque idem ſanctus Pontifex ſcripſit epiſtolas 4. & 43. lib. 2. Indict. 11. pluresque alias, quibus Caurienſem eccleſiam, quam Cariatenſem dicunt, per annos multos paſtoris ſolatio deſtitutam Bonifacio commendauit. Sedit ann. 8. obijt an. 601.

8 PAVLINVS Bonifacio ſucceſſit eodem ann. 601. tres omnino annos fuit Rhegienſis Epiſcopus.

9 IOANNES 2. Agathonis Papæ Legatus in Oriente contra Monothelitas, ad

A fidem Catholicam confirmandam, & ad Conſtantinopolitanam Synodum Oecumenicam decernendam miſſus ann. 680. ſocios habuit Abundantium Portuenſem, & Ioannem Paternenſem Epiſcopos. Hi omnes ſubſcripti reperiuntur in eadem Synodo. Legendus Baronius ad hunc annum. Interfuerat anno 649. ſub Martino Papa Concilio Romæ celebrato, cui ſubſcripſerat, *Ioannes Epiſcopus ſanctæ Rheginæ Eccleſiæ huic definitioni cōfirmationis Orthodoxæ fidei, & damnationi Sergij Conſtantinopolitani quondam Epiſcopi, Ciri Alexandriæ quondam Antiſti-*

B *tis, Theodori item Epiſcopi, Pyrrhi atque Pauli Conſtantinopolis, Epiſcoporum cum hæreticis eorum ſcriptis ſtatuens ſubſcripſi.* Rexit Ioannes eximiè hanc Rheginam Eccleſiam ann. 28.

10 CONSTANTINVS rexit hanc Eccleſiam ann. 790. Interfuit Concilio Niceno ſecundo.

11 S. EVSEBIVS ciuis Rheginus, ſpectatæ ſanctitatis Præſul, cuius precibus, ac meritis Rhegina ciuitas furentibus Græcis, ac Saracenis, totamque Calabriam, & Lucaniam ſurſum, deorſumque impiè vaſtantibus nil mali prorſus paſſa eſt. Exceſſit vir beatus poſtquam annis 14. benè rexiſſet Eccleſiam ſibi commendatam anno ſalu-

C tis 916.

12 STEPHANVS 2. Euſebio datus eſt ſucceſſor ann. 916. qui poſt deuaſtatam à Saracenis, Græciſque Calabriam, Lucaniam, Apuliamque, Cathacenſi vrbe reſtaurata eccleſiam S. Michaelis Archangeli ſolemni ritu dedicauit.

13 GALATVS.

14 LEONTIVS; horum duorum Præſulum tempus, quo vixerint, ignoratur.

15 ROGERIVS I. ſub Benedicto VIII. Papa vixit ann. 1014. de quo nil aliud reperit; poſt hunc non nulli deſiderantur huius ſedis Epi-

D ſcopi.

†



16 V. . . . . neſcitur nominis terminatio, fortè Vbertus, vel Villelmus, ſcriptus inuenitur priuilegio Rogerij Primi Calabriæ, & Siciliæ Ducis Panormitanæ ecclesiæ elargito ann. 1086. 7. Id. Septemb. Indict. 10. apud Rocchum Pyrrhum notitia prima Sicilienſium Eccleſiarum in hũc modum. *Ego V. Rhegienſis Archiepiſcopus huic donationi interfui, & teſtis ſum. Ego Rogerius Dux me ſubſcripſi. &c.*

17 ARNVLPHVS conſecratus Archiepiſcopus Rheginus Gregorij VII. temporibus circa annum Dom. 1081. Eccleſiam ſanctiſſimæ Trinitatis Mileti, cui Robertus Dux multa bona, ac redditus piè, & religioſiſſimè elargitus fuerat, iuſſu eiuſdem ſolemni ritu dedicauit. Vrbanum II. anno 1089. Rhegij hoſpitio excepit poſt celebratum Troianum Concilium. Moritur anno ſequenti 1090. eius in loco Clericorum Senatus ſanctum Brunonem Carthuſianorum Patriarcham in Archiepiſcopum ſuum delegiſſe fertur; verum illũ eam dignitatem recuſaſſe, ac ſolitudinis amore dignitatem humiliter reſpuiſſe ſcribunt. Tunc Bruno, excuſſo mundanæ gloriæ iugo Eremum apud Scyllacium in Calabriæ finibus petijt, vbi cõſtructo Cœnobio S. Stephano ſacro, ac Rogerio Duce, ibidem angelicam vitam traduxit, meritis plenus, ſanctitate non minus, quam miraculorum, ac doctrinæ fama clarus obdormiuit in Domino anno 1101. ſepultuſque eſt in ſupra relato Cœnobio, vbi hactenus honorificè colitur.

18 RANGERIVS natione Gallus, profeſſione Monachus Diui Benedicti Maioris Monaſterij Turonenſis, qui aliquando Cauenſe Monaſterium prope Salernum incoluit, vir magnæ exiſtimationis ab Vrbano II. S.R.E. Cardinalis creatus, mox ad hanc Archiepiſcopalem ſedem Rheginã aſſumptus, ſucceſſit Arnulpho circa annum Domini 1090 ſequenti ſubſcripſit diplomati Vrbani eiuſdẽ pro Cauenſi Monaſt. Dat. Salerni an. 1091. apud Baron. tom. 11. interfuit ſolemni conſecrationi Cauenſis Eccleſiæ ab Vrbano celebratæ an. 1092. eiuſdemq; Pontificis iuſſu Eccleſiam ſanctæ Mariæ corporis Cauæ dedicauit, deinde Concilio Claramontano aſſedit. Anno verò 1095. in cartula donationis Theodori Epiſcopi Squillacenſis quorundam bonorum in Eremo de Turri, quæ liberaliter elargitus fuerat Diuo Brunoni ad Eremum, ſiue cœnobium conſtruendum ſe Rhegij electum ſubſcribit in hunc modum; *Ego Rhegij electus nomine Raingerius hanc cartulam confirmo, & laudo.* Teſtis iam conſecratus ſubſcripſit an. 1101. donationi Comitis Richardi, & Amburgæ Draconis Comitis filij liberorumque ad fauorem Neocaſtrenſis Epiſcopatus, quem Amburga diu antea piiſſimè ex proprijs bonis ditauerat. Interfuit Vaſtallenſi Concilio ſub Paſchale II. celebrato anno 1106. deinceps nulla de Raingerio habetur memoria, neque dies, annuſque obitus eius vſpiam memoratur. Huius meminit Ciacconus in Vrbano II. & Franc. Iuretus in notis ad Iuonis Carnotenſis epiſtolas.

19 RODVLPHVS, ſiue Arnulphus 2. interfuiſſe dicitur conſecrationi Eccleſiæ Cathacenſis anno 1122. exceſſit eodem anno.

20 BERALDVS electus ann. 1123. Exceſſit 8. Kalen. Ianuarij ann. 1124. è libr. Emortuali Catacenſis Eccleſiæ.

21 VVILLELMVS poſt Beroaldum Rheginam rexit Eccleſiam, ſubſcriptus inuenitur in documento conceſſionis Hugonis Epiſcopi Meſſanenſis ad fauorem monaſterij ſancti Saluatoris 1131. Indict. 10. menſ. Octob. apud Rocchum Pyrrhum notit. p. Archimandritarus Meſſanæ, & not. 2. Meſſanenſis Eccleſiæ in Hugone Epiſcopo, eodem anno menſ. Septemb. Vvillelmi obitus dies memoratur in Emortuali Eccleſiæ Cathacenſis, 7. *Martij obijt Vvill. Rheginus Archiepiſcopus.* annus ignoratur.

22 ROGERIVS 2. huius memoria habetur anno 1146. ad annum 1165. fuit magnæ virtutis, & exiſtimationis Archipræſul, ſuoque tempore aucta fuit nimis Rhegini Archiepiſcopatus iuriſdictio. Huic Alexander III. Pontifex Maximus nobile conceſſit priuilegium Dat. Caietæ an. 1165. 13. Kalen. Decemb. eidemque, ac ſucceſſoribus ſuis vſum pallij iam à Gregorio VIII. & Eugenio III. Pontificibus conceſſum confirmauit, & feſtis quibuſdam diebus, ac die natalis ſui præſcripſit, conſecrationiſque Epiſcoporum ſibi ſuffraganeorũ, tam Græcorum, quam Latinorum, eidemque omnia iura ſuæ eccleſiæ ab Imperatoribus, & Regibus conceſſa affirmauit, eccleſias Hieracenſem, Squillacenſem, Tropienſem, Neocaſtrenſem, Bouenſem, Oppidenſem, & Cotronienſem Rheginæ eccleſiæ in poſterum ſuffraganeas, ac ſubditas fore Apoſtolico ſcripto aſſeruit, Hocce priuile-

uilegium non vidi; meminit tamen illius huius eccleſiæ Dyptica; Autographum, cum cæteris monumentis ab impijſſimis Turcis cum ipſa Eccleſia cremata fuere. Rogerij meminit monumentum Eccleſiæ Cephaludenſis anno 1146. apud Roccbum Pyrrhum in notitia eiuſdem Eccleſiæ, aliudque apud eundem in not. Panormitanæ Eccleſiæ ad annum 1157. de quo etiam in notitia Eccleſiæ Mazarenſis an. 1166. & 1169. Diu benè hanc rexit eccleſiam; quando obiecit, incompertum.

23 THOMAS huius nominis primus ad Rhegienſem Archiepiſcopatum euectus ſucceſſit Rogerio. Huius clariſſima memoria habetur in actis Concilij Lateranenſis ſub Alexandro III. celebrati anno 1179. cui interfuit cum Guidone Neocaſtrenſi, Philippo Cotronenſi, & Leraſino Græco Epiſcopis ſuffraganeis ſuis. Is anno 1182. Gulielmo Montis-Regalis Archiepiſcopo omne ius, authoritatemque & Archiepiſcopalem menſam transfudit, quæ in monaſterio ſancti Saluatoris à Ioanne Calomeno Regio extructo, & cœnobio ſancti Ioannis ex Ocalina extra Rheginæ vrbis poſito. Documentum plumbo obſignatum idem ThomasArchipræſul ſubſcripſit vna cum Othone Decano, Abſalone Cantore, Rogerio archidiacono, octoq; Canonicis Rheginæ eccleſiæ. Cætera Thomæ acta periere.

24 GVILLELMVS, ſeu Vuilelmus 2. proximè ſucceſſit Thomæ, cuius promotio occurrit anno 1194. de quo in monumentis Archimandritatus Meſſanenſis apud Pyrrbum in eius Monaſterij notitia. *Anno 1194. menſ. Septemb. 13. Indict. Guillelmus Rheginus Archiepiſcopus cum conſenſu meorum Canonicorum, venerabili fratri Leontio Archimandritæ, dilectiſq. filijs & monaſterio veſtro, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuum: cauſam, quam aduerſus nos ſuper decimas eorum, quæ in territorio Meſæ Parochiæ noſtræ Eccleſia noſtra mouerat, omnino remittimus, conceſſione perpetua ſtatuentes, vt de iſt omnibus, quæ in præfato territorio Meſæ monaſterium vnitum poſſidet, quietum perpetuò maneat ab omni debito decimarum exemptum, &c.* Meſa oppidum eſt in Calabria diœceſis Rhegij, in quo erat Monaſterium ſancti Pancratij de Stella, imperio attributum Archimandritæ Meſſanæ, cuius decimas Guilelmus Archiepiſcopo ſuo illo diplomate ad lites dirimendas conceſſit. Guillelmi factum laudauit Cœleſtinus III. ſuo diplomate Leontio Archimandritæ, eiuſque monaſterij Monachis: *Decimas*, ait, *poſſeſſionum veſtrarum in tenimento Meſæ, quas frater noſter Rheginus Archiepiſcopus Guillelmus, de conſenſu Capituli ſui, Eccleſiæ veſtræ remiſit, ſuper quibus quæſtio vertebatur, ſicut pacificè poſſidetis, auctoritate Apoſtolica confirmamus. Nulli ergo hominum liceat, &c. Dat. Laterani 4. Kalen. Ianuarij Pontificatus Cœleſtini III. Papæ ann. 7. ſalutis* 1198. Hic vero Guillelmus ab Henrico VI. Imp. ciuitatem Bouenſem cum ſuo Comitatu cũ arce, Caſtellacium oppidum, Aphrici pagum, aliaque bona ad planitiem Terræno-uæ Auguſtali priuilegio Meſſanæ dato 3. Kalend. Febr. 1195. accepit; quam donationem pari animi munificentia ratam, ac firmam habuit Federicus II. filius, Imperij, & Regni ſucceſſor. eo anno ſubſcripſit diplomati eiuſdem Henrici Imper. monaſterio Florenſi conceſſo 12. kalen. Nouemb. Teſtis fuit alio priuilegio eiuſdem Henrici Imper. Dat. Siciliæ an. 1197. Indict. 15. die 5. Auguſti apud Cruſium Annal. Saxonum lib. 12. p. 2. fato functus eſt ann. 1199. die 7. Aprilis, cuius obitus dies memoratur in Emortuali eccleſiæ Cathanienſis.

25 IACOBVS ex archidiacono ſtatim poſt Guillelmi obitum deligitur archiepiſcopus ann. 1199. cuius electionem iuſſu Innocentij III. Gregorius Creſcentius Diac. Card. S. Mariæ in Porticu in Regno Siciliæ à latere Legatus examinauit, ac ritè celebratam pronunciauit. Innocentius deinde Iacobum Romam accerſitum pallio decorauit, ſuiſque literis Clero & populo Rhegino commendauit, quæ extat in Regeſt. Vat. mortuus eſt primo Honorij III. pontificatus anno.

26 LANDO Nobili proſapia natus, eruditione, ac prudentiæ laude præclarus in demortui Iacobi locum deligitur à Rhegino Capitulo, cõfirmatur ab Honorio III. & Romæ ab eodem conſecratur ann. pontif. 3. ſal. verò 1217. vt in Regeſt. Vatic. notatur. Charus fuit ob eius eximias animi dotes, tum Honorio, cum Federico II. cuius familiaris, & conſiliarius fuit. Interfuit cõſecrationi eccleſiæ Coſentinæ anno 1223. 3. Febr. à Nicolao Epiſcopo Card. Tuſculano celebratæ, memoratur à Rubeo in hiſtor. Rauennaten. lib. 6. à Richardo de S. Germano in Chron. qui ſcribit illũ cum Theutonicorum Magiſtro miſſum fuiſſe à Federico II. Imper. Legatum ad Honorium III. anno 1227. pro pace firmanda cum Longobardis, quam ſua prudentia conſtabiliſſe: eodemque munere functum fuiſſe ſequenti anno apud Gregorium IX. Honorij ſucceſſorem: plurimum deinde laboraſſe Landonem pro pace firmanda Gregorium inter & Federicum, ſed incaſſum laboraſſe idem Richardus narrat: eidem ſcribit Gregorius anno 1230. ad fauorem Templariorum epiſt. 114. fol. 52. in Regeſt. Vat. vt eorum interceſſor apud Federicum efficiatur. *Rhegino Archiepiſcopo. Sperauimus, vt ſicut nobis præſentialiter promiſiſti, hoſpitalarijs, & Templarijs reſtitui procurares ablata, ſed non adhuc ablatis primitus reſtitutis, alijs ſunt nouiter ſpoliati, ſicut nobis eorum lamentabilis conqueſtus patefecit, cum igitur propter hoc dilectum filium Abbatem Caſemarij ad*

Imperialem præſentiam deſtinamus, fraternitatem tuam rogamus, & monemus attentiùs per Apoſtolicam Sedem mandantes, quatenus apud clariſſimum in Chriſto filium noſtrum Fr. Romanorum Imperatorem illuſtrem ſemper Auguſtum, & Regem Siciliæ, vt eis ablata reſtituat vniuerſa, interponas efficaciter partes tuas, ita quod diligentiam tuam poſſimus meritò commendare. Dat. Later. Kalend. Martij ann. 4. Anno ſubſequente 1231. idẽ Laudus vna cum Epiſcopo Oſtienſi Raynaldo electo quaſdam ordinationes ſtatuit populo Anagnio obſeruandas, & tanquam Domini Papæ delegatus, publicè legi fecit aſtante populo, & Alberto Epiſcopo Anagnino die 22. Iulij has ſuo diplomate, confirmauit Gregorius idem IX. Dat. Reatæ 6. Kal. Octob. eiuſdem anni, quod in prim. tom. retulimus pag. 354. Sedit Laudo in hac Rhegina Eccleſia ad annum vſque 1232. & ad Meſſanenſem tranſlatus eſt à Gregorio teſte Richardo de S. Germano ad hunc annum. Deceſſit vir clariſſimus circa annum Domini 1355. De quo videndus idem Rocchus Pyrrhus in notitia Meſſan eccleſiæ; errare tamen conuincitur, dum illum tranſlatum aſſerit ad Meſſanenſem anno 1236. etenim ille iam Meſſanenſem eccleſiam regebat anno 1233. quo anno inquit Richardus, *menſe Ianuario Henricus de Mono Magiſter Iuſtitiarius à Papa ad Imperatorem in Apuliã rediijt, quem ſubſecuti ſunt Landus Meſſanen. Archiepiſcopus cum Rhegino Epiſcopo Nuncij à Papa directi ad Imperatorem. Imperator omnibus generaliter Prælatis, Comitibus, Baronibus, militibus tam feudatis, quam non feudatis mãdat, vt ad ſe cum toto ſeruitio quod facere tenentur, apud Politorum in futuris Kalend. Febr, accedere ſint parati.*

27 R. . . . ſic lego in Reg. Vat. ex Epiſcopo Squillacenſi Rheginus fit Archiepiſcopus anno 1234. ex Greg. IX. literis datis 5. Idus Decemb. in Reg. Vatic. fol. 240. pontif. 8. epiſt. 354. ille idem eſt Rheginus Epiſcopus à Richardo memoratus, qui cum Landone tunc Meſſanenſi Archiepiſcopo ad Federicum Nuncius miſſus fuit a. 1233. ſequenti anno confirmatus, vel potiùs in poſſeſſionem eccleſiæ ſuæ immiſſus à Gregorio. Nec quicquam aliud de eo occurrit dicendum.

28 VERNACIVS Innocentij IV. Capellanus, moribus & ſcientia præclarus, à Capitulo Rhegino Archiepiſcopus electus, confirmatur ab eodem Pontifice Kal. Maij pontif. ſui ann. 10. qui fuit Chriſti 1252. ex Reg. Vat. ep. 310. fol. 145. eumdemque commendat Capitulo Rhegino, & Clero ciuitatis, ac Diœceſis Dat. Id. Nouemb. ep. 387. fol. 192. Alexander IV. ſcribens Capitulo, & Clero Rhegino Vernacium eodem modo commendat, & in Archiepiſcopatu confirmat cum facultate, vt munus conſecrationis accipiat à quocunque maluerit catholico epiſcopo. Datum Neap. 6. Id. Ianu. an. 1. ita in Reg. Vat. epiſt. 23. fol. 4. ſedit plus minus annis duobus, & mortuus eſt.



29 M. IACOBVS de Caſtilione Alexãdri IV. conſanguineus ab eodem præficitur in Archiepiſcopum Rheginum anno 1259. ſic lego in epiſt. 132. fol. 202. Reg. Vat. Dat. Anagniæ 5. Id. Martij anno 5. in qua Iacobum conſanguineum ſuum vocat, virumque egregia virtute præditum. Obijt anno 1277.

30 Fr. GENTILIS Ordinis Minorum, defuncto Iacobo in Rhegina Eccleſia ſucceſſit, ad hanc dignitatem ex libera Nicolai III. voluntate ob eximias animi dotes, ſcientiamque euocatus, reiecta prius, nullaque declarata electione Roberti Decani Rhegienſis à Capitulo vitio celebrata, & Gentili conſecrationis munus ipſe impendit Nicolaus, ſic ille narrat in epiſt. 165. ſui Reg. Vatic. ann. 2. Id. Octob. ſcripta anno ſal. 1279. ad cuius fauorem Nicolaus IV. ſcripſit Epiſcopo Cardinali Præneſtino Apoſtolicæ ſedis Legato, vt ipſum penè omnibus bonis ſuis ſpoliatum prouidendum curet. Dat. Romæ 5. Id. Martij ann. 3. Erat enim Gentilis eccleſiaſticæ libertatis indefeſſus propugnator: quamobrem aliquando potentum perſecutionem ſuſtinuit, & aduerſariorum tela repreſſit. Interea idem Pontifex commiſit Gẽtili Epiſcopatus Aliſani adminiſtrationem, eiq; dedit amplam facultatẽ abſoluendi à cenſuris omnes tam Clericos, quam laicos, qui auxilio, vel conſilio fuerunt Petro Aragoneo, vel eius hæredibus contra vtrumque Carolum Siciliæ Reges; eumdemque Genuam miſit pro negotio Terræ ſanctæ ad Carolum II. illac iturum, & pro eo apud Genuenſes inter quos pollebat auctoritate ſolerter agere monuit, iiſque prohiberet quidquam haberent cum Siculis commercij. Præfuit ann. 27. Deceſſit cum eſſet Caroli II. Regis vnus ex conſiliarijs anno 1307. 8. Id. Iulij, vt narrat emortuale Caſſinenſis eccleſiæ. Præſul

fuit

A fuit Gentilis vbique, & ſemper magnæ exiſtimationis, & dignus habitus eſt, vt à Summis Pontificibus amaretur.

31 THOMAS filius Comitis Petri de Catanzaro Carnotenſis eccleſiæ Canonicus à Clemente V. in defuncti Gentilis locum Archiepiſcopus Rheginus delectus eſt 7. Id. Aug. 1307. an. pontif. 2. ex Reg. Vatic. ep. 398. Hic anno 1315. ex commiſſione Apoſtolica lites, quæ vertebantur inter Iannucium Hieracij epiſcopum, ſuoſque Canonicos, & Nicolaum Abbatem S. Trinitatis de Mileto ſuper Decimis domorum vrbis Hieracen. & frumenti agrorum caſtri Veteris Cryptariæ, & Ardurij illius Diœceſis oppidorum, vt Metropolitanus, compoſuit. ſocium habuit Riccardum Tropeienſem epiſcopum conſanguineum ſuum. Vixit in hac dignitate ferè ann. 9. Mortuuſque eſt eodem anno 1316.

32 GVILELMVS ciuis Rheginus vir prudens, & grauis in Archiepiſcopum poſt Thomæ obitum à Canonicis electus, & à Ioanne XXII. Pontifice confirmatus rexit Rheginam eccleſiam ann. 6. ſub eodem Pōtifice, cuius tamen electio non extat in Regeſt. Vatic.

33 Fr. PETRVS Ord. Eremitarum ſancti Auguſtini, qui pietate non minus, quàm litteris eo in ordine excelluit à Ioanne XXII. renunciatus eſt Archiepiſcopus Rheginus 11. kal. Maij pontif. ſui ann. 5. ſal. autem 1321. ex Reg. Vatic. epiſt. 66. Auenione conſecratus à Beringario epiſcopo Cardin. Tuſculano, ac pallio decoratus. Præfuit ann. 7. mortuuſque eſt vir egregia virtute præditus, regiuſque conſiliarius ann. 1328. cuius ſæpè fit mentio in Reg. Regeſt. Neapolit.

34 PETRVS de Galganis de Manfredonia, ex Archidiacono Sypontino in Diaconatus ordine conſtitutus ſucceſſit Petro anno 1328. ad hanc dignitatem euectus à Ioanne XXII. ann. pontif. 13. 3. Non. Octobris in Regeſt. Vat. epiſt. 176. Præfuit annis 27. & ad Cuſentinam eccleſiam tranſlatus eſt Innocentio VI. ſedente.



B 35 PHILIPPVS Maurellus de Caſtilionibus Nicolai filius nobilis Canonicus Cuſentinus ab Innocentio VI. renunciatus eſt Archiepiſc. ann. 1355. 10. Kal. Febr. pontif. 2. cuius electio extat in Regeſt. Vatic. eiuſdem pontif. nu. 18. fol. 33. Obijt anno 1365. Fratrem habuit Alexandrum Abbatem S. Ioannis in Flore virum Clariſſimum; horum meminit Hieronymus Sambiaſi in deſcriptione huius familiæ.

36 CAROLVS de Comite Vrſo, ſic in Reg. Vatic. legitur, electus eſt Rheginus Archiepiſcopus demortuo Philippo an. 1365. 2. id. Febr. per Vrbanum V. Papam 2. pontif. anno. Hic fuit patria Amalphitanus nobili genere natus; *Cuius opera*, inquit Dyptica, C *Ioannes Caſſanenſis Epiſcopus Vrbani eiuſdem Pontificis ſententia die 15. Febr. 1368. Romæ prolata, conſuetam ſubiectionem, & obedientiam Rheginis Archiepiſcopis præſtare compulſus eſt, & iureiurando ſe adſtrinxit, cui ſententiæ teſtes fuerunt Dionyſius natione Hiſpanus Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini, Meſſanæ Archiepiſcopus, & Bernardus Marſicanus Epiſcopus, ac duo Rheginæ Eccleſiæ Canonici Archiepiſcopi Procuratores. Hic Archiepiſcopus Hieraci iterum præſens quæſtionem difficillimam, & magnorum tumultuum cauſas inter Nicolaum huius nominis quartum Hieracenſem Epiſcopum, & Antonium Ruffum Henrico II. Sinopolis Comite natum, Condoiannis* D *& Bubalinæ Mottæ Dominum obitas, admirabili prudentia, ac illuſtri documento, vti Metropolitanus decidit.*



37 THOMAS de Porta Salernitanus Matthæi, & Philippæ de Alaneo Amalphitanæ filius, magnæ virtutis vir Carolo ſucceſſit circa annum Domini 1371. ſequenti anno nonnulla bona ſtabilia in ditione Capuana ſita, quæ olim à Ioanne Archiepiſcopo Capuano fortaſſis ex hac familia patri ſuo Matthæo dono data fuerant, tranſtulit, vti illorum Dominus, in fratrem ſuum Rogerium de Porta, vt ex publico documento liquet in Arch. S. Mariæ de Porta Salern. Hic ann. 1374. cum Auenione apud Greg. XI. degeret, iure Metropolitico auctoritatem, & aſſenſum præbuit alienationi quorundam bonorum, quæ Mileas Abbas S. Mariç de Tropiromata in ciuitate S. Agathæ ſuæ Diœceſis cuidam Orlandæ de Sinopoli ciui Rhegino conceſſerat, vt ſæpè citata Dyptica ſcribit. Huius tamen non meminit Regeſt. Vatic. Poſt hunc reponit auctor Dypticæ quendam Theobaldum de Seſſa, ſed hic Regienſis in Inſubria epiſcopus fuit, non Rhegienſis Archiepiſcopus, de quo vide tom. 2. noſtrum in illius ſedis epiſcopis. Quando, vel quo loco obierit Thomas, non habemus. Porrò cum in quandam bullam Clementis VI. Papæ incidiſſemus, ad Matthæum Thomæ genitorem ſcriptam, dignã iudicauimus hic exſcribere, quæ multum facit ad augendam Thomæ gloriam, qui, tanti viri de Apoſtolica ſede, deque Neapol. Regibus benemeriti filius fuit. Bullæ tenor eſt huiuſmodi,

CLEMENS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Dilecto filio nobili viro Matthæo de Porta Milit. Salernitano iuris ciuilis Profeſſori, Magnæ Curiæ Regni Siciliæ Magiſtro Rationali ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Dum per merita deuotionis, & fidei, quibus nos, & Romanam eccleſiam venereris, ac literarum ſcientiam, qua laudabiliter inſigniris, prout domeſtica con-

A uerſatione cognouimus, paterna conſideratione penſamus, dignum ducimus, vt votis tuis, quantum cum Deo poſſumus, fauorabiliter annuamus. Sanè petitio pro parte tua nobis nuper exhibita continebat, quod dudum cariſſimi in Chriſto filij noſtri Ludouicus Rex, & Ioanna Regina Siciliæ illuſtres, volentes tibi contra futuros euẽtus, & caſus conſulere vtiliter, & de cautela idonea prouidere per eorum litteras declararunt, te fuiſſe, & eſſe debere verè Proprietarium, vtiliter Dominum, & legitimum poſſeſſorem nonnullorum Caſtrorum, Caſalium, Terrarum, &c. Quare nobis humiliter ſupplicaſti, &c. Nos igi-
B tur, qui in eiſdem Regno, ſeu Terra altum, & directum dominium obtinemus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, declarationem, decretum, & reuocationem prædicta, rata habentes, & grata, illa auctoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio ſupplentes omnes defectus, ſi qui forſan in eis interuenerint, de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis. *e nel fine*. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam noſtræ confirmationis, & omnino infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit
C incurſurum.

Datum Auenione 5. Febr. Pontificatus noſtri anno 10.

38 IORDANVS ſub Vrbano VI. fuit Rheginus Archiepiſcopus 1382. qui ſub Bonifacio IX. diem ſuum clauſit 1404. vt in lib. oblig. clarè habemus.

D



39 PETRVS Philamarinus Neapolitanus ingenua nobilitate progenitus, iuuenis ſanè eruditus, & doctus, cuius merita etiam Senatoriam purpuram viderentur poſſe æquare, à Bonifacio IX. Pont. Max. vix 15. attingens

tingens annum ſubiectus eſt Rheginus Archiepiſcopus 4.Aug. 1404. Hic Vicarium habuit Franciſcum de Monte Coruo, qui anno 1404. Beneficia Eccleſiarum ſanctæ Catharinæ, & S. Blaſij de Imprimerio Rhegienſis territorij conceſſit Petri Archiepiſcopi auctoritate, Abbati Florinenſi Ruſſo de Salubria per priuationem cuiuſdam Abbatis Franciſci Cuſentini. inſtitutionis documentum ita incipit, *Nos Fr. Franciſcus de Monte Coruo Prior Eccleſiæ S. Antonij de Caieta, ac Reuerendiſſ. in Chriſto Patris, & Domini, Domini Petri Philamarini de Neapoli miſeratione Diuina Archiepiſcopi Rhegini in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarius Generalis. Dilecto nobis in Chriſto filio magnifico Abbati Florinenſi Ruffo, &c.* In fine vero *Dat. Sinopoli 24. Decemb. 13. Ind. Pontif. Sanctiſſ. Innocentij Papæ VII. ann. 1.* Præfuit Petrus eximia virtutis fama ann. 15. menſ. 8. dies 14 deſideratus eſt ann. ſal. 1420. cui nuper Aſcanius Card. Philamarinus Archiepiſcopus Neapolitanus in ſua Cathedrali memoriam excitauit in hunc modum.

Memoriæ Petri Philamarini eximia animi virtute, ſuauitate morum, ingenij, ac doctrinæ elegantia præſtantiſſimi.
Qui cum à Bonifacio IX. Pont. Max. Amitino ſuo Archiepiſc. Rheginus electus eſſet, florentem ſublimioris faſtigij ſpem, immatura Pontificis mors præcidit; Eccleſiam cum ſumma prudentiæ laude xv. annos gubernauit, vixit xl. obijt anno M.CCCCXX.
Aſcanius Philamarinus S. R. E. Cardinalis, Archiepiſcopus Neapolitanus, pius in ſuos poſuit. Anno MDC. XLIII.

40 BARTHOLOMÆVS Gattula nobilis ciuis & Archipresbyter Caietanus, vir in diuinis, humaniſque literis eruditiſſimus primum Roſſanenſem Archiepiſcopatum obtinuit anno 1405. inde poſt multos annos euaſit Rheginus Archipræſul ſub Martino V. anno 1421. 3. id. Nouemb. ſub quo præſente Alphonſo Siciliæ Rege, cuius erat à ſecretis, & conſilio tranſlatus eſt ad Eccleſiam Meſſanenſem in Sicilia die 2. id. Octob. 1426. ſucceſſit Thomæ Choyſafi, eoque in munere vixit ad annum vſque 1446. quo Caietæ, vbi tunc Alphonſus Rex cum Curiâ morabatur, ex hac vita diſceſſit, tumulatuſque eſt apud Eccleſiam ſancti Franciſci, iacet in ſacello maiorum cum hoc epitaphio, quod poſteri non ſine errore excitarunt, cum Bartholomæum obijſſe referãt anno 1490. Archiepiſcopum Roſſanenſem, cum tamen conſtet ex Actis Conſiſt. vt ſupra narrauimus, illum exceſſiſſe anno 1446. Meſſanenſem Archipræſulem. Epitaphium eſt huiuſmodi, quod etiam in Caietanis Epiſcopis retulimus.

In hoc ſepulchro requieſcant Reuerendi Patres Domini, Dominus Bartholomæus Gattula Archiepiſcopus Roſſanenſis, qui obijt anno Domini M.CCCCXC.
Et Dominus Ioannes Gattula eius nepos Dei gratia Epiſcopus Caietanus, qui obijt anno M.CCCC.



41 GASPAR primus Columna Romanus, vir non genere modo, ſed longè amplius virtute ſua nobilis & clarus, à Martino V. Pontifice Max. 2. Id. Octobr. 1426. ex Abbate Commendatario S. Paſtoris Reatinæ Diœceſis, creatus eſt huius Eccleſiæ Archiepiſcopus. Carmelitas Fratres in Vrbe ſuſcepit, ſeditque annis duobus, menſ. aliquot, tranſlatus eſt ad Beneuentanum Sacerdotium ann. 1429. de quo ibi.

42 PAVLVM olim Archiepiſcopum Sipontinum tunc Hieracenſem Epiſcopum, Martinus V. Papa in Gaſparis locum Rheginum Archiepiſcopum fecit Id. Febr. 1426. eoque munere functus eſt annos plus minus vndecim; ſed cum factioſus in ſchiſmate euaſiſſet, ab Eugenio IV. archiepiſcopatu mulctatus eſt 7. id. Maij 1440. in exilium miſſus, vbi miſerrimè vitam liquit.

43 GVILLELMVS 4. è nobili Logothetorum familia apud Rhegienſes natus, ex cantore Cathedralis in amoti Pauli locum

cum ſuffectus eſt Archiepiſcopus ab Eugenio IV. die 15. kalend. Iunij 1440. Ita acta Conſiſt. Hic ſacellum in Cathedrali exædificauit Diuo Stephano Protomartyri dicatum, perpetuoque obnoxium fecit familiæ ſuæ, vbi cum mortem obijſſet anno 1449. corpus ſuum tumulari mandauit.

44 ANGELVS de Graſſis Sipontinus ex Epiſcopo Ariauenſi huc tranſlatus prid. Kalend. Maij 1449. obijt an. 1453.



45 ANTONIVS de Riccis Neapolitanus Abbas Commendatarius Sancti Nicolai de Colamizzi ſucceſſit Angelo ex Subdiacono Apoſtolico prid. Nonis Iunij 1453. conſultiſſimè hanc adminiſtrauit eccleſiam annos 35. Turrim campanariam extruxit, anteriorem Cathedralis eccleſiæ partem vetuſtate ferè collapſam reædificauit, cuius gentilitia ſtemmata ibidem affixa adhuc viſuntur, & pontificale pedum pulcherrimum, pretioſaque ſacra indumenta in Sacrario aſſeruantur. Neapoli mortem obijt circa annum Domini 1488. apud Oliuetanos Monachos, à Petro, & Ludouico Riccio ex fratre nepotibus, conſtructo marmoreo tumulo conditus eſt, vbi hæc inſcriptio poſt paucos annos poſita legentibus proſtat.

Antonio Riccio Archiepiſcopo Rhegino, & Michaeli Riccio militi, & Iureconſulto clariſſimo patruo, & patri bene M. Perloiſius Riccius V. I. D. ſacrum hoc conſtituit M.CCCC. XCI.

Hic lectorem meum monitum volo in primo tomo noſtro in Epiſcopis Troianis num. 29. pag. 238. irrepſiſſe errorem ex ama-

A nuenſis noſtri incogitantia, dum Stephanum Epiſcopum Troianum ad Rhegienſem Archiepiſcopalem ſedem tranſlatum fuiſſe anno 1488. affirmem; quē reuera ad Rigenſem ſedem, non Rhegienſem tranſtulit Innocentius VIII. caſtigandus erit locus, & expungendus Stephanus ab hac noſtra Rhegienſium archipræſulum ſerie.


46 Fr. MARCVS Maroldus Ordinis Prædicatorum patria Neapolitanus; origine Tuſcus, ex nobili, vetuſtaque familia Florentina della Bella, cuius olim princeps Guinus anno 1293. cum primoribus ciuibus de libertate certauit, auctorque fuit, vt ad magnatum libidinem coercendam, nouus ex publico Reipublicæ Florentinæ plebiſcito, crearetur Magiſtratus, & Iuſtitiæ Vexillifer; ſed alternante fortuna, & vincentibus magnatibus, Guinus cum Taldo fratre, ſuiſque aſſeclis, exilio mulctatus eſt, ij omnes, qui ex eadem familia proſeminati erant in Neapolitanū Regnū ſe receperunt, ibique genus ſuum mutato agnomine in Maroldos propagarunt. Ex ijs Marcus prodijt, qui cum pietati colendæ apud Dominicanos vota Religionis nuncupaſſet, coluiſſetque in primis nobiliores diſciplinas, eximius euaſit ſacræ Theologiæ laureatus, Verbi diuini nobiliſſimus preco, quarum virtutum commendatione, ex hæreticæ prauitatis in Neapolitano Regno Generali Inquiſitore ab Innocentio VIII. Pontifice creatus eſt Rheginus Archiepiſcopus anno 1488. Charus fuit Ferdinando I. Regi, Alphonſoque eius filio, cuius ſolemni coronationi Neapoli interfuit anno 1494. quandoque ſuum Generalem Vicarium habuit Iacobum Carduinum Liparenſem Epiſcopum; ex hac mortali vita diſceſſit ſub anni finem 1496. de ſe apud omnes maximo relicto deſiderio.

47 PETRVS Iſuales Meſſanenſis vrbis Gubernator fit Rheginus Archiepiſcopus initio anni 1497. conſecratur in ſacello Pontificio die 4. Iunij eiuſdem anni vna cum Spoletano, & Cluſino nouis Epiſcopis à Bartholomæo Cuſentino archiepiſcopo. Creatur Presbyt. Card. tituli ſancti Cyriaci in Thermis ab Alexandro VI. anno 1500. Legatione functus in Pannonia ſub eodem, & Bononienſi ſub Iulio II. Rheginam eccleſiam rexit annis ferè decem, eaque ſe abſoluit ad fauorem Franciſci fratris 1506. Meſſanenſis euaſit Archipræſul anno 1510. Cæſenæ moritur 1511. die 22. Septembris, cuius cadauer Romam delatum in Baſilica ſanctæ Mariæ Maioris, cuius erat Archipresbyter, humatus eſt.

48 FRANCISCVS Iſuales Petri ſuperioris germanus frater in Rhegina Eccleſia ſucceſſit die 24. Iulij 1506. Romæ obijt 1512. Iacet in Aede S. Mariæ Maioris prope Cardinalem fratrem.

RO-

49 ROBERTVS Vrſinus generoſus Romanus domicellus, Pauli Tripaldæ, & Montis Tridami Marchionis filius, virtute, & doctrina vir clariſſimus, ex Protonotario Apoſtolico, & vtriuſque Signaturæ Referendario ex indulgentia Iulij Papæ II. Rhegienſem Eccleſiam adminiſtrandam ſuſcepit die 23. Iulij anno 1512. quo Lateranenſi Concilio aſſedit, tum & ſub Leone X. domeſticus Prælatus, pro quo ad Poloniæ Regem, & in Germania ad Sacri Imperij electores poſt obitum Maximiliani Imperatoris legationem obiuit; ſed cum deinde de grauiſsimis rebus cum Camillo fratre certauiſſet, eidemque Marchionatum Tripaldæ eripuiſſet, clericalem vitam, cum vxorata commutauit, & nondum conſecratus vxorem duxit, ex qua deinde filios ſuſtuliſſe narratur, de quo legendi Sanſouinus in Hiſt. Vrſinæ gentis, Bembus, in epiſtolis & alij.



50 AVGVSTINVS Card. Triuultius ex dimiſsione Roberti die 24. Aug. 1520. factus eſt Rheginæ Eccleſiæ adminiſtrator; poſt menſem, illam ad fauorem Petri fratris ſui cum regreſſu reſignauit, de quo alia occaſione amplius diximus.

51 PETRVS Triuultius Auguſtini Cardinalis & Philippi Archiepiſcopi Epidaurenſis germanus frater delectus eſt huius Sedis Archiepiſcopus die prima Octobris 1520. ſedit vir clarus, & generoſus ad paucos annos, nunquam tamen ſuam adiuit Eccleſiam. Poſt Petrum Hercules Card. Gonzaga aliquando hanc habuit Eccleſiam commendatam, quæ per regreſſum ad Auguſtinum Cardinalem iterum obuenit, quam deinde ceſſit ad fauorem ſequentis, reſeruata penſione mille quingentorum ſcutorum.

52 HIERONYMVM Centelles Siculũ, Ciuem, Canonicum, & Archidiaconum Meſſanenſem Abbatem Commendatarium S. Saluatoris Rheginæ Diœceſis Ord. S. Baſilij, in Neapolitano Regno aliquando Apoſtolicum Nuncium, magni nominis virum ex ceſſione Card. Triuultij Carolus V. Imperator hominem ſibi, & doctrinæ merito, & morum probitate notum, atque commendatum nominauit, Clemens VII. Pontifex delegit Rheginum Archiepiſcopum die 16. Iulij 1529. conſecratus in Sacello Apoſtolico ab Archiepiſcopo Dyrrachienſi Sacriſta die 17. Auguſti eiuſdem anni. Duodenarium Canonicorum numerum, ad decimum octauum auxit. Fratres Capuccinos extra Vrbem recepit, piè præfuit an. 8. Romæ viuendi finem fecit ætatis ſuæ 60. cũ annos ſexaginta ageret.



53 AVGVSTINVS Gonzaga Mantuanus, non tam ſuæ gentis nobilitate, ac ſplendore clarus, quam propria virtute inſignis à Carolo V. Imperatore præſentatus eligitur Archiepiſcopus die 11. April. 1537. quo ſedente Minimi Religioſi Cœnobium & Eccleſiam ædificarunt ab Vrbe procul ad exploſi tormenti iactum. Nomen habet à S. Franciſco Paulano Ord. Fundatore quem eius loci incolæ, & accolæ omnes præcipua veneratione proſequuntur. Auguſtinus autem annos ferè viginti egregia cum laude prudentiæ, ac pietatis Rhegienſem rexit Eccleſiam, obijt Rhegij anno 1557. Iacet in ſepulchro ſub gradibus maioris Altaris conſtructo.



54 Fr. GASPAR 2. à Foſſo in Rubano ditionis Cuſentinæ oppido nobilibus parentibus natus ſucceſſit Auguſtino. Hic ab ætatis flore primæuo Minimorum S. Franciſci de Paula habitum induit, ac celeri mirabilique ingenio ad omnia factus adeò profecit in literis, pietatiſque virtutibus, vt Theologus ſummus, ac declamator inſignis euaſerit; nec minus in religioſis diſciplinis profectus fecerit, quamobrem communi omnium conſenſu primus ex Italis poſt Diuũ Franciſcum ad ſupremam Ordinis ſui dignitatẽ ſublectus fuerit Paulo III. Pontifice, ſub quo iterum ſui Ordinis ſupremus Antiſtes, ex Theologo Sacri Palatij Scalanenſi Sacerdotio, mox à Iulio III. Caluenſi exornatus, eas Eccleſias pijſſimè adminiſtrauit. Paulo IV. deinde Superſtite, à Philippo II. Hiſpaniarum Rege præter eiuſdem Pontificis voluntatem, in Auguſtini præmortui locum Rhegienſis archiepiſcopus deſignatus fuit. Id Paulus ægrè tulit, qui Gaſparem, & veteris beneuolentiæ neceſſitudine, & maiorum honorum oblatione à fouendis Regis ſui partibus non potuerit abducere, tantum in Gaſparem conſcientia valuit, vt remota Pontificis reuerentia non dubitarit Regis ſui cauſam tueri. Cum igitur à Paulo archiepiſcopatum obtinere non potuit, licet tamen ille Foſſani probitatem, ſummamque eruditionem frequenter prædicaret, patienter ſubſtinuit, ſed res in longum non abijt, proximè enim Pontifex è viuis ſublatus Pium IV. ſucceſſorem excepit, qui nihilominus, quam ſui Deceſſores Gaſparem obſeruauit, itaque anno 1560. die 17. Auguſti eum in archiepiſcopum Rhegienſem inſtituit: & ad Oecumenicum Concilium Tridenti iam tertiò inſtauratum miſſus in eo primas partes egit poſt Sedis Apoſtolicæ Legatos, quibus adeo expetitus, deſideratuſque fuit illius aduentus, vt nihil eo abſente agi voluerint. Vbi autem venit, decretum ipſe de celebrando Concilio formauit, & publicauit ſub die 18. Menſis Ianuarij, & in altera ſeſſione, quæ ad diem Febr 26. prorogata eſt, præclaram & animo plenam orationem habuit, *de auctoritate Eccleſiæ in fidei rebus definiendis*, quam, exhortatione ad Patres in præſenti rerum neceſſitate concluſit. Integra Oratio typis mandata eſt. Nihil inconſulto Gaſpare vnquam in eo Concilio definitum eſt, imò eius ſententia primas ſemper obtinuit, vnus omnium acerrimè iura & gratias Regularium propugnauit. Sed hæc pleniùs qui eius acta perſcripſerunt, executi ſunt; nouiſſimè Cardinalis Sfortia Pallauicinus Societatis Ieſu commemorauit in Hiſtoria eiuſdem Concilij, qua Petrum Suauium ſuggillauit ac plenè confudit, Gaſparis non ſemel cum laude meminit. Abſoluto Concilio Gaſpar Rhegium reuerſus gregi paſcendo omnem curam impendit, nihilque antiquius habuit, quam ex Concilij inſtituto colere pietatẽ, corrigere mores eccleſiaſticos, iugulare abuſus, pauperes recreare, ordinum Religioſorum extendere fines. Intra Vrbis mœnia Patres Societatis Ieſu, quod bonum, fauſtumque fuit, ad iuuentutem inſtituendam, cæteroſque eorum exemplo ad pietatem ea in Vrbe colendam benignè excepit, eodemque conſilio Religioſis Prædicatorum Ordinis Templum, locumque attribuendum curauit. Cathedrale Templum ab Turcis penè combuſtum, ac labefactum refecit, & cum duobus Epiſcopis ſuis ſuffraganeis Oppiden. ac Bouenſi aſſiſtentibus die 31. Ianuarij 1580. ſolemni ritu conſecrauit, ritum Romanum Gallicano obſoleto introduxit, ſeminarium Clericorum erexit, quos primùm ſuis ædibus acceptos per annum fouit, Montem pietatis, tum Rhegij, tum in Robliniano patrio ſolio fundauit. Monialium cænobia, quæ plura erant ad vnum Greg. XIII. auctoritate reduxit, ac ſanctè reformauit. Synodum Prouincialem ter habuit, bis Rhegij, ſemel Terrænouæ. Caſſanenſem Diœceſim Pij V. iuſſu luſtrauit. Atque ita per duos, & triginta annos Rhegienſem Eccleſiam ad paſcua ſalutis direxit, poſt quos feliciter vitæ decurſæ meræ ab omnibus laudem promeruerunt. Rhegij deceſſit clariſſimus vir, omnique laudatione maior dierum, vt meritorum plenus, migrauitque ad Dominum 5. Kal Ianuarij 1592. ætatis ſuæ 92. minus diebus nouem. Exequias celebrauit, funebremque orationem habuit Ioannes Camerotta inſignis Theologus, & Epiſcopus Bouæ eius in Epiſcopali munere ſuffraganeus, in argumentum orationis hæc Apoſtoli verba vſurpauit: *Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe*, in quæ ad Gaſparis laudationem perorauit, cumulatus votis pauperum, lacrymis viduarum, orphanorum fletibus, qui pietatem, imò inexhauſtam in dies eius liberalitatem experiebantur.

Eius cadauer tertium poſt diem cum
hoc epitaphio ſacellum à ſe con-
ſtructum in Cathedrali tem-
plo excepit.

Fr.

D. O. M.

Fr. Gaſpar à Foſſo Archiepiſcopus Rheginus Minimorum Religionis alumnus, qui Concilio Tridentino interfuit, & illud ſub Pio IV. Oratione ſua aperuit, vbi Eccleſiam hanc Turcarum incendijs deuaſtatam ad priorem candorem reuocaſſet, ſacellumque hoc ob ſui deuotionem conſtruxiſſet, hoc ſibi viuens ſepulchrum erexit Præſulatus ſui anno xxviij. Vitæ ſuæ lxxxxij. & Domini MDLXXXVIII.

Obijt die xxviij. Decembris MDLXXXXII.

Cœterum anno 1603. cum Immanis pyrata Sina Cicala Rhegium occupaſſet, Gaſparis ſepulchrum, ſuffoſsum, dirutum, & expilatum eſt, illiuſque venerabilia oſſa per ſummam inhumanitatem cremata, & in ventorum ludibria diſperſa ſunt. Eius vitam ſparſim deſcripſit doctus Franciſcus Lanouius Pariſienſis in Generali Chronico Ordin. Minimorum, nuperque Franciſcus de Longobardis eius Ordinis Theologus amicus noſter, vernacula lingua præclariſſimi Præſulis res bene geſtas perſtrinxit, ſed non edidit; ille idem qui Epiſtolas S. Franciſci Paulani, vna cum notis in lucem emiſit, quorum laboribus adiuti, pauca hæc de Gaſpare concinnauimus.



55 ANIBAL de Afflicto Panormitanus præclariſſimis ortus parentibus, Vincentio Sinagre Domino, & Franciſca Riaci Comi-

A tis filia. Romæ vtriuſque iuris diſciplinæ operam dedit, Patauij laurea doctoratus inſignitus ad Philippum II. Regem Catholicum ſe contulit, à quo Regij ſacelli miniſterio adſcriptus, adeoque virtutum omnium laude floruit, vt poſt Gaſparis obitum dignus exiſtimatus ſit, vt digniſſimo Archipræſuli ipſe non minus pietate, quàm litteris excellens, nec dum 35. annum attingens ſuccederet; Ab Clemente igitur VIII. die 15. Nouemb. 1593. renunciatus Archiepiſcopus, munus conſecrationis per Card. Geſualdum accepit die S. Andreæ ſacro: ſolemni pompa ſuæ Eccleſiæ inijt poſſeſſionem die 7. Septembris ſequentis anni, gregi paſcendo omnẽ curã impendere cœpit.
B Cœterum quàm piè, quam fauſtè hanc Eccleſiam longo temporis ſpatio adminiſtrauerit, teſtes ſunt eius ſanctitatis odor, eiuſque præclara pietatis opera, quæ nulla ætas, nullaque vis vnquam extinguet. Cum Rhegienſis Vrbis excidium ab Turcis immaniſſimè patratum proprijs vſurpaſſet oculis, effudit in pauperes liberaliſſimè ſibi eccleſiaſticos cenſus attributos, proprium que patrimonium. Eccleſias omnes, & præcipuè Cathedrale Templum Turcarum iniuria multis modis afflictas, ſpoliatas, deſtitutas, reſtaurari, & ornari curauit. Synodum habuit quinque ſuffraganeorum Epiſcoporum præſentia, nempè
C Nicoterenſis, Militenſis, Tropeienſis, Bouenſis, & Hieracenſis cum cæterorum abſentium Vicarijs, & ad diſciplinam eccleſiaſticam conſeruandam leges condidit ſaluberrimas. Non ſemel Diœceſim luſtrauit, in qua non ſolùm moribus, ſed egenorum corporibus feruenti charitate conſuluit. Non ſemel ad opulentiſſima ſacerdotia in Sicilia poſtulatus, nunquam abduci potuit, vt primam ſponſam pro ditiori dimitteret. Caſtitatem coluit, & in Chriſti amore feruens, profuſaque in Sanctam Deiparam clarus deuotione fuit, ac non obſcura ſanctitatis opinione claruit; maximè apud ſuos Rhegienſes, vbi diuturnius illi domicilium fuit. Præfuit omni laude digniſsi-
D mus quinque & quadraginta annos onuſtus meritis venerabilis ſenex, felici tandem commigratione quieuit anno ſalutis 1638. die prima Aprilis feria 5. Cœnæ Domini aſſiſtente Fabio Oliuadiſio Epiſcopo tunc Bouenſi, poſtea Catacenſi ſuffraganeo. Funus peractum, & oratione laudatus à Stephano Pepe Clerico Regulari collacrymantibus cunctis die ſabbathi ſancti in Cathedrali. Eius corpus terræ admandatum eſt prope tumulum Auguſtini Gonzagæ Anteceſsoris, cuius memoria apud poſteros in benedictione erit. Porrò ad tumulum hoc inſcriptum fuit epitaphium.

D. O. M.

Annibali de Afflicto Archiepiſcopo Rhegino, ne vir ſanctiſſimæ ſanctimoniæ ſit poſteris ignotus locus, D. Carolus Caetano V.I.D. ex Marchionibus Sortini, huius Metropolitanæ Eccleſiæ Decanus, ac Vicarius Capitularis egregium magnæ venerationis monumentum poſuit MDCXL.

Poſt Annibalis obitum à Philippo IV. Rege deſignatus eſt Rhegienſis Archiepiſcopus Annibal alter Maſcambrunus nobilis Beneuentanus, tunc Epiſcopus Stabienſis litteris, & pietate Afflicti ſimillimus, qui antequam ab Vrbano VIII. Pontif. Max. approbaretur hominem exuit.

56 GASPAR 3. de Creales, & Arce Hiſpanus poſt ſex annorum interpontificium Anibali ſucceſſit die 12. Decembris 1644. ſedit ann. 14. vita functus eſt anno 1658. ſepultuſque eſt in Cathedrali, vbi legentibus proſtat hoc epitaphium.

Don Gaſpari de Creales, & Arce Archiepiſcopo Rhegino, te ſuum quærit, & ingemuit Sicula Monarchia. Cordatum iuſtitiæ vindicem, & ſponſum vidua ſponſa Eccleſia, irenaream, egenorum aſylum, & literis ſaginatum ingenium. At nunquam poſito luctu. Exiguò doloi monumento, & officij Abbas Franciſcus Baſurgius Canonicus, Protonotarius, Vicarius Generalis aromatibus cōdito cadaueri æternum beneuolentiæ lapidem poſuit. Anno Domini MDCLVIII.



57 MATTHÆVS de Ianuario Neapolitanus Patritius, Angeli filius, Metropolitanæ Eccleſiæ Primicerius, proprijs, & Marci Antonij Fratris Calatrauæ Militiæ Commendatoris, Propugnaculi Rodenſis Pireneos prope montes perpetui Gubernatoris Aeneis tormentis in H'pania pro Catholico Rege Generalis Præfecti, meritis Rhegienſi Archiepiſcopatu ex regia præſentatione inſignitus eſt, ab Alexandro VII. Pont. Max. die 2. Martij 1660. quando diuino lumine, & charitate erga patriam inflammatus ſponte ſe ad inſeruiendum ægrotis peſte abſtractis obtulit in Noſocomio Diui Ianuarij gentilis ſui extra Vrbis mœnia, ex quo mirabiliter incolumis euaſit; poſt tot millium hominum excid'um, quibus alacriter & imperterritus noctu, diuque inuigilauit, vſque ad peſtis interitum, non abſque prudentum hominum gratitudine ac ſtupore: Electus Archipræſul Romæ munus conſecrationis ſuſcepit, in Eccleſia S. Caroli de Catinarijs à Marcello Cardinali Sancta Cruce, ſimul cum Franciſco Falabella Archiepiſcopo S. Seuerinæ, Franciſco Angeluccio Verulano, & Alexio de Ianuario Cauenſi Epiſcopis; pau oq e poſt ad Eccleſiam ſuam profectus, iiſdem moribus, & pietate, quibus hucuſque vitam traduxerat, cœpit eam moderari. Viuit digniſſimus Archipræſul, cuius virtutes ne eius modeſtiam oneremus alijs relinquimus enarrandas; longum viuat, impleatque curſum diuturnioris ætatis.

*

BO-

BOVENSES EPISCOPI.



BOVA mediterranea eſt ſuperioris Calabriæ antiqua ciuitas ſita in monte editiſſimo præruptis ſaxis vndique vallata, quinto à freto milliario, habitata familijs plus minus 400. Hic caſeus fit laudatiſſimus, vinum item, oleum, & mel præclarum. Sunt in eius agro ſyluæ glandiferæ, & accipitres multigeni, & coturnicum aucupia non vulgaria. Hinc ad Leucopetram indigenę familiari ſermone Latina & Græca lingua vtuntur. Eſt autem Bouēſis ciuitas cum vicino pago Africi Comitatus titulo, Archiepiſcopo Rhegino in temporalibus ſubiecta. Epiſcopatus hic antiquus eſt ſupra mille annos. Luminoſus enim Bouenſis epiſcopus interfuit ſynodo Romanæ ſub Martino Papa. Cathedralis eccleſia titulo Præſentationis Deiparæ Virginis exigua ſtructura in ſuperioris ciuitatis loco ædificata, vnde in omnem Diœceſim circumquaque proſpectus patet, ſatis decentem Clerum, qui cum ſuo archipreſbytero, quem Græca voce protopapam nuncupant, Decano, archidiacono, Cantore, Theſaurario, & Primicerio, duodecim Canonicorum, præter alios minorum gentium ſacerdotes, & clericos, numerum explet. Hi omnes ritu Græco in ſacris vſi ſunt vſque ad Gregorij XIII. pontificatum. Hic aſſeruatur corpus B. Leonis Monachi ſancti Baſilij ex Africo pago, cuius feſtum agunt 3. Non. Maij. In ciuitate Bouenſi præter cathedralem parochiales eccleſiæ quatuor, virorum cœnobium vnum. Ex hac ciuitate fuit B. Helias abbas, D. Baſilij Monachus, B. Nili contemporaneus, eique beneuolentiæ coniunctus, cuius dies feſtus recurrit 3. id. Septembr. Diœceſis Bouenſis ab Oriente in Adriaticum procumbit mare, qui ſinus Spartiuentus dicitur: ab Occidente Appenninos habet montes Italiæ Mediaſtinum; ab Auſtro Leucopetram reſpicit promontorium Italiæ extremum, & celebrem amnem Alexium, qui in Ionium influit; à Septentrione mari Adriatico alluitur, & finitur Furſi Brutiorum, & oppido Brancaleonis. Patet in longitudinem milliaria viginti, amplectitur vniuerſa oppida tria, pagos quinque. oppida ſunt Mendolara cum turribus Rocudij, Roccæ fortis, & Galliani, quibus Princeps Milecti dominatur. Eſt autem Mendolara idem quod latinis amygdalia. vetuſtum hoc eſt oppidum Peripolis quondam dictum, edito loco, & natura munito, quarto à mari milliario ſitum, lino, caſeo, melle, lapide phygio, & aſparagis omni anni tempore naſcentibus opulentum, ab Athenienſibus quondam occupatum, vt Thucidides ſcribit, poſtea à Romanis ciuitate donatum. Hic natus eſt Praxiteles ille ſtatuarius, ac pictor celeberrimus, qui arte ſua naturam imitatus, ſimulachra viuis adeo ſimillima fecit, vt vel bruta animalia deciperentur, & homines ad concubitum allicerentur. Equus enim viſa equæ ſtatua hinnitum edere coactus eſt, & canes latrare aſpectu picti canis, taurusq; ad amorem, & concubitum vaccæ nimiæ ſimilitudinis irritamento compulſus eſt, vt ſcribit Val. Max. lib. 8. Eiuſdem fuit Venus Gnidia, cuius amore captus quidam ei clam cohæſit, maculamque vani conatus indicem reliquit. Hanc Gnidij ſtatuam Nicomedi Regi totum æs ciuitatis alienum diſſoluere promittenti negarunt, & merito: eius enim cauſa multi Gnidium nauigabant. Fecit & Cupidinem nudū, quem adamauit quidam atque in eo ſimile nefandi conatus veſtigiū reliquit. Praxiteles primus ſpecula fecit magni Pompeij ætate, idemque ceris pingere, ac pictura inurere abſolutiſſimè docuit. Plurima eius opera Romæ, in Italia, & Græcia, eaque admiranda extiterunt. Quamobrem ſummis ſcriptorum omnium laudibus elatus in cœlum eſt, vt patet ex Cic. Varr. Plin. Strabone, Proper. Claud. & alijs. Sexto à Boua milliario eſt Palitium, caſtellum, vbi præter cetera cappares & tubera affatim naſcuntur. Deinde eſt oppidum Brancaleonis in montis ſupercilio locatum, cum pagis S. Nicolai, & Stuppæ, atque Herculeum premontorium, à quo ad Leucopetram ſpatium triginta milliarium. Fit optimorum captura trilliorum, quæ ſale in cadis aſſeruātur. In tota hac Diœceſi continentur Parrochiales eccleſiæ octo, Abbatiæ ſimplices centum aureorum ſummam non excedentes, beneficia ſimplicia quinq; tenuiſſima. Virorum cœnobia tria, laicorū ſodalitia viginti. Eccleſiæ curatæ tam ciuitatis, quam Diœceſis extrema ferè paupertate laborant. Clerus inops, & infrequens. Hi & omnes Abbates, ac Beneficiati, & Parochi in feſto Præſentationis Deiparæ Virginis coram epiſcopo ſe ſiſtunt ad præſtandam obedientiam, & ſoluendam menſæ epiſcopali certam pecuniæ ſummam, quam feſtaticum appellant. Nulla autem in ciuitate, aut Diœceſi adſunt monaſteria Virginum: Menſæ vero epiſcopalis annuus cenſus ducatorum Regni 800. taxatur in libr.

Ca-

Cameræ Apoſtolicæ flor.33.Seriem Epiſcoporum,qui in hac Eccleſia ius diuinum dixerunt, hic explicabimus, elumbem tamen & hiulcam,ex paucis quę ſuperfuerunt monumentis.



1 LVMINOSVS Bouæ Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Laterano ſub Martino I. Papa celebrato anno 649. qui deinceps per plura ſæcula huius Eccleſiæ direxerunt clauum me latent, recentiores ex Romanis monumentis explicabo.

2 BLASIVS obijt anno 1341.

3 NICOLAVS ex Decano Eccleſiæ Tiracenſis à Benedicto XII. factus Epiſcopus Bouæ anno 1341. 2. Non. Maij. Defuncto namque Blaſio Capitulum in partes diuiſū duos elegit, hunc Nicolaum videlicet,& Sabam Archimandritam ſancti Martini de Mota Ordinis ſancti Baſilij.Pontifex vtriuſq; caſſata electione, Nicolaum de plenitudine poteſtatis euexit ad ſedem,quem conſecrari mandauit ex Reg.Vatic. anno 7. pauloque poſt à Clemente VI. Benedicti ſucceſſore tranſlatus eſt ad Hieracenſem Epiſcopatum.

4 ANDREAS Hieracenſis Primicerius eligitur in Epiſcopum ab eodem Clemente VI. anno 1342. 6. idus Iulij, vt in epiſt. ad ipſum data num.70,fol.160. Reg.Vat. anno pontif.1.

5 Fr.BASILIVS, ordo, & patria ignoratur exceſſit ſub Vrbano V.ann.1364.

6 ERASMVS Abbas ſancti Pantaleonis Bouenſis Diœceſis ſucceſſit Baſilio,ad hanc dignitatem vocatus ab eodem Vrbano V. anno 1364. 15.Kal.Maij pontif.2.ex eodem Regeſt.Vatic.breuis pontifex fuit, cum vix vocatus ad infulam ex ea exceſſit.

7 Fr.SERAPHINVS, quis fuerit, vel à quo proceſſerit Ordine non habemus,illum tantum fuiſſe huius Eccleſiæ Epiſcopum inuenimus in lib.Oblig.Vrbani ann.1365.27. Aprilis quo recognouit pro Eraſmo deceſſore ſuo.

8 STEPHANVS defunctus eſt anno 1405.

9 VVALTERVS ex Epiſcopo Carenſi huc tranſfertur ab InnocentioVII.an.1405. 8.Aprilis.

10 PETRO Bouæ electo concedit Gregorius XII. vt à Catholico quocunque Antiſtite, munus conſecrationis accipere poſſit anno 1410.

11 Fr.MATTHÆVS de la Scallia Agrigentinus Ord. Eremitarum ſancti Auguſtini electus eſt huius Eccleſiæ Præſul per obitum anteceſſoris pridie id.Aprilis 1424. vix annum in ea dignitate verſatus cum ad tumulum elatus eſt ſub Martino V.Papa.

12 PHILIPPVS Coſtulpharia ſucceſſor datus eſt Matthæo 6.kal. Auguſti ann.1425. fato ceſſit anno 1435. Eugenio IV. ſedente.



13 Fr AVGVSTINVS de Campellis de Goneſſa Ordinis Eremitarum S. Auguſtini vir doctus in ſacra Theologia Baccalaureus ab Eugenio IV. delectus eſt Epiſcopus 16. kalen. Martij 1435. quod plures pro Apoſtolica ſede exantlaſſet labores Vix per procuratorem Eccleſiæ ſuæ inierat poſſeſſionem, cum ſæua mors à mortalium numero abſtulit. Romæ namque mortuus eſt eodem anno die 22. Auguſti, ſepultuſque eſt apud ſanctum Auguſtinum ad limen maioris portę, vbi eiuſdem marmorea effigies cum gentilitijs ſtemmatibus iuſculpta perſpicitur, cum hac breui ſubiecta inſcriptione,

Hic iacet corpus Reuerendiſſ. in Chriſto Patris Domini Domini Auguſtini de Goneſſa, Ordinis Eremitarum, Epiſcopi Bouenſis qui obijt an.M.CCCC.XXXV. die xxij. Auguſti. Cuius anima requieſcat in pace.

14 SANCIVS Epiſcopus Minerbinus ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt ab Eugenio IV.

IV. an. 1435. 9. Kalend. Octob. Præſuit an. 6. iterumque ad Sebaſtenſem tranſlatus titularem eccleſiam anno 1441. Bouenſem vacuam reliquit.

15 Fr. IACOBELLVS de Seminaria Ordinis Minorum ad Bouenſ. ſedem ſubuectus eſt 10. Kal. Octob. 1441. longo tempore eximiè hanc rexit eccleſiam Romæ mortem obijt an 1483. ibiq. ſepultus.

16 PROCVLVS Curialis nobilis Surrentinus epiſcopus effectus eſt die 7. Nouēbris 1483. præfuit ann. 41. cum laude prudentiæ. Obijt circa annum 1523.



17 FRANCISCVS Card. Vrſinus per aliquot menſes hanc habuit commendatam eccleſiam, quam ad fauorem ſequentis dimiſit.

18 DONATVS Corteſius Surrentinus, ex dimiſſione Cardinalis Vrſini electus eſt Bouæ epiſcopus die 8. aprilis 1523. poſt annos 26. onere, & honore ſe abdicauit. Huius meminit Iulius Cæſar Capaccius in hiſt. Neapol. ſed male Bouinenſem præſulem ſcribit.



19 ACHILLES Brancia nobilis Surrentinus, hunc ad epiſcopatum aſſumptus eſt die 2. augusti 1549. Concilio Tridentino interfuit.

20 IVLIVS Staurianus epiſcopus Maguen. tranſlatus ad Bouenſem eccleſiam die 19. Martij 1571. obijt 1577.

21 Fr. IVLIVS electus die 2. Octob. 1577. mortem obijt Romæ 7. die à ſua promotione nondum conſecratus.

22 MANELLVS Francij Neapolitanus creatus die 9. Octob. 1577.

23 PTOLOMÆVS Corſinius huius eccleſiæ epiſcopus, obijt an. 1592.

24 IOANNES Camerotta Meſſanenſis Theologus inſignis, & in omni ſcientiarum genere vir longe clariſſimus euaſit epiſcopus die 7. Septemb. 1592. exceſſit 1622.

25 NICOLAVS MARIA Morlaſai ſucceſſit die 7. Maij 1622. mortem obijt 1627.

26 FABIVS Oliuadiſius epiſcopus Lauellinus ad hanc eccleſiam tranſlatus die 20. Septembr. 1627. inde euaſit epiſcopus Cathacenſis 1646.

27 MARTINVS Megalis electus 10. Septemb. 1646. dum Romæ ad limina apoſtolorum proficiſceretur obijt ex contagioſa lue menſe Auguſto 1656. apud maiorē Amalphitanæ Diœceſis oppidum, vbi ſepultus iacet.

28 BERNARDINVS de Aragonia Pactenſis adlectus eſt ab Alexandro VII. Pont. Max. die 19. Feb. 1657. huius eccleſiæ præſul.

CASSANI

EPISCOPI.



CASSANVM mediterranea eſt citerioris Calabriæ ciuitas nomen retinens, Biſiniani Principi ſubiecta. Habitata familijs Regio in codice deſcriptis 642. Coſa olim dicta, & ab Oenotrijs condita, vt Hecatæus apud Stephanum auctor eſt; in regione, & ditione Thuriorum ſita, vt ait Cæſar 3. de bello ciu. fuit Coſa Colonia Romanorum deducta à T. Q. Flaminio, vt docet Plutarchus in eius vita, donata ciuitate Romana, vt ait Velleius, & facta municipium P. Rom. vt teſtatur Cic. in vij. Verr. vbi P. Gauium municipem Coſanum ſæpe

A mus; & in perpetuum concedimus locum,
& tenimentum pro facienda Abbatia in
Ecclesia, quæ dicitur S. Maria de Fontibus
de Monachis ſancti Baſilij prope caſale Lũ-
grium, ad preces Dom. Goffredi Venerab.
Epiſcopi Caſſan. quod tenimentum in con-
uicinio noſtro talibus diuiſis, & terminum
ſeparatum, quod incipit à Terra molara,
vbi dicitur Petra molendini,& ferit ad ſan-
ctam Mariam de Maſſa, & per vallonem
ipſius ecclesiæ,& deſcendit ad flumicellum,
& ab ipſo flumicello ſicut vadit flumen,flu-
men aſcendit,ſiue ad parcum de ſambuco,
& ferit ad armum lõgum, ſicut vadit flumẽ,
flumen, & ab inde ad locum flumaram va-
B dit,qui dicitur de Calaſtaia, & ferit vltra
ad terram de Butonio,& per ipſam terram
Butonij deſcendit ad ſuper planum de Scha-
uis,& ferit ad primum locum, vbi incipit,
& clauditur tenimentum. Addentes etiam
ipſi Abbadiæ locum in tenimentum S. Ca-
logeri cum tenimento,& omnibus pertinẽ-
tijs ſuis infra hos fines donamus,atq; perpe-
tuò concedimus totum illud, quod eſt de
dominio noſtro cum arboribus,cultis,& in-
cultis præter ſi de tenimento Baronum, &
hominum noſtrorum Bragalli infra finus ip-
ſos conſiſtant, & in ſaluia noſtra damus, vt
recipere debeant omni tempore vnoquoq;
menſe ſalmam ſalis vnam de ſolita etiam
gratia noſtra donamus dicto venerabili lo-
co in eodem flumine . . . duo molen-
C dina cum pertinentijs ſuis cum libertate
faciendi follones ibidem, & aliud molendi-
num,ſi neceſſe fuerit. Inſuper damus,con-
cedimus,& confirmamus dictæ Abbatiæ to-
tum caſale prædictum Lungrum cum om-
nibus hominibus,vaſſallis,angarijs,& villa-
nis,qui ſunt ibi,ſi aliqui de terra noſtra Bra-
gallæ velint ire ad habitandum ibi in dicto
caſale, liberam habeant facultatem, & ar-
bitrium commorandi cum omnibus bonis
ſuis,non tamen vt nobis in aliquo teneãtur,
ſed ipſi loco, & Abbatiæ debeant in omni-
bus reſpondere. Concedentes etiam eidem
ecclesiæ, & Abbati totum tenimentum ca-
ſalis Lungri prædicti cum arboribus,cultis,
D & incultis,herbagijs, paſcuis, & aquis. Do-
nantes etiam & confirmantes ipſi venera-
bili loco, vt cultores ipſius loci, & homines
ipſius caſalis liceant paſcere liberè abſque
omni damnatione animalia vniuerſa ipſius
monaſterij, omniumque obedientium ho-
minum paſtorum eorum per totum teni-
mentum noſtrum,addentes etiam,& conſti-
tuentes ſupradicto venerab. loco, vt liceat
Abbati,& cultoribus ipſius loci ad negotia
homines attrahere, & in recomendatiam
Abbatis recipere oblationes francorum
hominum de poſſeſſionibus, & rebus ſuis;
& ſi contigerit, quod vel Monachi, vel ho-
mines ipſius Abbatiæ, & caſalis iniuſtum
fecerint hominibus noſtris,volumus, vt co-
ram Abbate ipſius loci, vel ſuo baiulo reſ-

pondere teneantur, ſed ab omni datione
vt liberi ſint nobis, vel noſtris, vel alijs,qui
propè venerint, in aliquo non reſponden-
tes: & vt fratres, & homines ipſius mona-
ſterij liberè poſſint vendere,vel emere quic-
quid neceſſe fuerit ſine exactione paſſagij,
& plateatia per totam terram noſtram in-
trando,& exeundo ſicut ciues eius; volumus
nihilominus donantes, vt monaſterium, &
homines ſuos à violentia baiulorũ noſtro-
rum poſſint cum rebus eorum defendere,
& ſaluare, vt nunquam teneantur, niſi mo-
naſterio reſpondere: & in curia monaſterij
iudicare exceptis de criminalibus, quæ ad
curiam Regis pertinent. Volumus etiam,
vt homines ipſius Abbatiæ, videlicet ipſius
caſalis de collectis Terræ noſtræ generali-
bus, & de alijs habeant decimam, ſcilicet
de triginta, vnum habeant tantum. Con-
cedimus inſuper, vt ſi quis de hominibus
Bragalli vtriuſq; ſexus cũ mobilibus,vel ſta-
bilibus ſe ipſi monaſterio in vita ſua, vel in
teſtamento reddere,vel offerre voluerint,li-
beram habeant facultatem, exceptis anga-
rijs, quæ ſunt de ſeruitio Dominorum, vel
Baronum, prohibentes etiam vehementer,
vt nullus omnino noſtræ donationi ſubdi-
tus; nam de dicta terra noſtra intra curiam
ipſius monaſterij,& locum, vel grangiarum
eius, ſi acciderint qualibet occaſione inſul-
tum facere, aut hominem ibidem capere,
vel ipſum monaſterium in perſonis,& rebus
ſuis, in nullo loco intus, vel extra tenere,
perturbare, aut in alio damnificare præſu-
mant. quod qui fecerit, niſi digni ſtatim
doceant, ſacrilegij ſecundum mandatum
Apoſtolicum ſatisfecerit, prout habemus
cum condemnatione centum vnciarum au-
ri ſe nouerit incurſurum, dantes medieta-
tem Regiæ curiæ, & medietatem Abbatiæ
prædictæ: Fratribus autem loci ſit pax, &
ſecuritas à Deo viuo & vero. Si quis ergo
hæredum, & ſucceſſorum noſtrorum, huius
noſtræ conſtitutionis, vel donationis pagi-
nam irritare tentauerit,Regali fiſco de ſex-
centum vncijs volumus condemnari, niſi
malitiam ſuam dignè correxerit pœniten-
do, nihilominus noſtra prædicta donatione
& conſtitutione omni tempore firma, & in-
uiolabili perdurante: ad huius autem do-
nationis,conceſſionis,& confirmationis ra-
tum,& inuiolabile firmamentum præſens
priuilegium per manus Notarij Manfredi
Imperialis Tabularij fidelis noſtri ſcribi iuſ-
ſimus, & ſigillum impreſſimus, in quo nos,
& alij nobiles iuſſimus ſubſignandos.

Ego Manfredus ſcripſi præſens priuilegium anno, menſe, & Indictione præmiſſis.

Soffridus Epiſcopus Caſſanens.

Hunfridus S. Marci Epiſt. teſtis ſum.

Ego Niuerios de Pappafidaro Dominus teſtis ſum, ſignum manus mei roboraui, & aliud ſignum manus Gelormi Incalloni.

Ego Ioannes Matinenſis Abbas ad preces Domini Ogerij me ſubſcriſi.

Ego Robertus Abbas Gamiliani ad preces Domini Ogerij me ſubſcripſi.

Ego D. Vgo Imperialis Caſtellanus ciuitatis Caſſani.

Ego Guillelmus de Rocca Dominus teſtis ſum.

Ego Donnus Guillelmus filius Marci.

Ego Donnus Pesnaldi,

Ego Matthaeus Imperialis Caſtellanus Saracenæ.

Ego Manfredus Imperialis Tabularius præſens priuilegium ſcripſi, & meo ſolito ſigno ſignaui.

3 HVGO præcipuus benefactor cœnobij ſanctæ Mariæ de Aqua Formoſa Ordinis Ciſtercienſis. Conſtructum eſt hoc cœnobium in hac Diœceſi ann. Dom. 1195. menſe Iulij Indict. 13. *Fundatores*, inquit vetus monumentum, *dicti monaſterij, & dotatores, & confratres Dom. Ogerius, & Domina Baſilia Domini de Braballa vulgariter Altomonte; Dominus Marchio Veteranus ſucceſſor eorum, Dominus Rainaldus de Genſto munificus ampliator tenimenti, & libertatis ipſius monaſterij, & confrater. Venerabilis etiam Hugo Epiſcopus Caſſanenſis fuit confrater, & quam plures alij de Caſſano, Vrſomorcio, Caſtrouillari de Murano, Braballe, Galatro, ſancto Amato, & de cæteris locis, qui in vita aliquid monaſterio conferebant & in morte partem bonorum ſuorum relinquebant monaſterio prædicto, ex quibus fuerunt Epiſcopi, Comites, Barones, & aliorum graduum. Et hæc eſt forma ſuſcipiendorum fratrum, videlicet. Ex parte ſanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis, & B. Mariæ ſemper Virginis, & Omnium Sanctorum, quorum patrocinio Deus poſuit in hoc ſancto Monaſterio, & ex parte omnium ſeruorum Dei ordinis noſtri, concedimus tibi ſocietatem noſtram, vt amodo habeas partem in vigilijs, & pſalmis, in orationibus, in eleemoſynis, & in omni benefacto, quod fit in hoc ſancto Monaſterio, & per omnia noſtri Ordinis loca, vt Deus viſitet animã tuam, & concedat tibi meliorationem vitæ, & adiuuet te illa opera facere in hoc ſæculo, & per veram pœnitentiam, & bonam confeſſionem abſolutus à peccatis exeas de hac vita, & animam tuam collocet Deus cum Sanctis ſuis in pace, & requiem ſempiternam tibi tribuat, vbi gaudeas vna nobiſcum per omnia ſæculorum. Amen.*

De hoc monaſterio pauca habet Manriquez epiſcopus Pacenſis in Annal. Ciſtercienſium 3. tom. ad annum 1197. quo putat illud exædificatum.

4 TERRITIVS huius Eccleſiæ Epiſcopus anno Dom. 1221. vna cum Luca Cuſentino Archiepiſcopo delegatus fuit ad cauſam agnoſcendam, quæ vertebatur inter Abbatem Floris, & Archimandritam Patiri, vt membrana cartophilacia eiuſdem cœnobij oſtendunt, in quibus idem ſigillum ſuum appoſuit, & ita ſe ſubſcripſit poſt Lucam. *Territius immeritus Caſſanenſis Epiſcopus ſubſcripſit*; eodem modo anno 1223. in alia cartula ſupra in Archiepiſcopis Cuſentinis relata: cætera eius acta obſcura ſunt.

5 BLASIVS floruit ſub Gregorio IX. à quo facultatem accepit reducendi numerum Canonicorum ad duodecim, vt in epiſt. 178. fol. 197. ann. 8. in Reg. Vat. Chriſti anno 1233. memoratur in monumentis cœnobij Florenſis Cuſentinæ Diœceſis, cuius priuilegia à Federico II. Imper. conceſſa vna cum Opizone Archiepiſcopo Cuſentino aſſeruit.

6 IOANNES de Fortebrachijs Romanus ſanctæ Mariæ Transtiberim Canonicus, Innocentij IV. Subdiaconus, & Cappellanus per Petrum S. Georgij ad Velum aureum Diac. Card. Apoſtolica auctoritate eligitur Caſſanenſis Epiſcopus 15. Kal. Feb. anno 1252. confirmatur ab eodem Innocentio 15. Kal. Martij eiuſdem anni ex lit. Dat. Peruſij, num. 115. fol. 129. anno pontif. 9. iterumque confirmatus ab eodem anno ſui pontif. 12. in epiſt. 247. fol. 179. Regeſt. Vatic.

7 Fr. MARCVS de Aſſiſio Ord. Minorum ſublectus eſt epiſcopus Caſſanenſis à Clemente IV. ann. 1268. apud Vvadingum to. p Annal. Minorum. Hic ſub Ioanne XXI. Collector fuit decimarum pro ſubſidio Terræ ſanctæ impoſitarum in tota Calabria, & Sicilia. Vixit vſque ad annum ſecundum Martini IV.

8 PASCHALIS Epiſcopus Caſſanenſis à Bonifacio VIII. tranſlatus ad Larinenſem, ſed cùm non habuiſſet effectum huiuſmodi tranſlatio, à Benedicto XI. factus eſt adminiſtrator; tandem ſub Clemente V. an. 1309. Id. Iulij Larinẽſis Epiſcopus confirmatus eſt ex Regeſt. Vatic. epiſt. 625. fol. 129. an. 4. Clementis.

9 RICHARDVS Caſſanenſis Epiſcopus tranſlatus eſt ad Tricaricenſem eccleſiam à Bonifacio VIII. anno 1301. 2. Kal. Martij.

10 Fr. GVILLELMVS de Cuna Ord. Minorum eodem ann. 1301. eademque die 2. Kal. Martij in locum Richardi ſublectus eſt.

11 ALBERTVS Bizozus Mediolanenſis, fuit Epiſcopus Caſſanenſis anno 1312. apud Morigiam lib. 2. hiſt. Mediol. ſed in Regeſt. Vatic. non extat eius electio, nec verbum quidem de eo inueniri potuit ad Morigiæ ſententiam aſſerendam. Fides ſit apud ipſum.

12 IOANNES, cuius prima mentio eruitur ex Indulgentia, quam dedit eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Sagittario Anglonenſis Diœceſis anno 1316. in hæc verba.

Ioan-

Ioannes miſeratione Diuina Epiſcopus Caſſanenſis Chriſti fidelibus præſentes literas inſpecturis ſalutem & ſinceram in Domino charitatem.

Virga venuſtiſſima, & omnium virtutum floribus inſignita Virgo Dei Genitrix glorioſa, cuius pulchritudine Sol, & Luna mirantur, euiusque precibus miratur populus Chriſtianus, florem immarceſſibilem, & æternum Dominum Ieſum Chriſtum humani generis Redemptorem ineffabili ſancti Spiritus cooperatione produxit, ob cuius reuerentiam Virginis loca in eius honore conſtructa ſunt à Chriſtifidelibus veneranda, vt eius pijs adiuti ſuffragijs æterna retributionis præmia conſequi mereantur, rogamus itaque Vniuerſitatem veſtram, & hortamur, & remiſſionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus ad monaſterium Beatæ Mariæ de Sagittario Auglonenſis Diœceſis imploraturi à Domino veſtrorum veniam delictorum in humilitate ſpiritus attendatis. Nos enim, vt Chriſti fideles quaſi per præmia ſalubriter inuitemus ad merita, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, & omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ad eccleſiam ipſam in Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, & Aſſumptionis eiuſdem Virginis feſtiuitatibus, & per octo dies feſtiuitates ipſas immediatè ſequentes cauſa deuotionis annuatim, nec non rot[illegible]ns, & quotiens ad fabricam ipſius monaſterij manus porrexerint adiutrices, quadraginta dies de iniunctis ſibi pœnitentijs miſericorditer relaxamus, dummodo Diœceſani ipſius Monaſterij ad id conſenſus acceſſerit. In cuius rei teſtimoniũ præſentes literas exinde fieri fecimus, & noſtri ſigilli appenſione muniri in teſtimonium præmiſſorum.

Datum Merimagni anno Dom. 1316. *decimaquinta Indict. pontificatus Dom. Ioannis Papæ anno* 2. *menſe Iunij die* 26. *adeſt ſigillum pendens in cera rubea*

Obijt Ioannes anno 1329. ex Reg. Vatic. in literis creationis ſucceſſoris.

13 IOANNES de Marino Ioannis ſucceſſor ex Canonico Beneuentano hunc adeptus eſt epiſcopatum 15. Kal. Aprilis 1329. auctoritate Ioannis XXII. de quo nihil habeo compertum, niſi quod vita functus fuerit anno 1334. ex eodem Reg. Vatic.



14 LANDVLPHVS Vulcanus Subdiaconus Neapolitanus, claræ nobilitatis vir poſt obitum Ioannis à Caſſanenſi Capitulo poſtulatus, confirmatur à Ioanne XXII. die 9. kalen. Nouembr. pontif. anno 19. qui fuit Chriſti 1334. ex Reg. Vat. Ex hac familia Romana purpura præclari fuere alter ſenior Landulphus, & Marinus poſt ipſum. Landulphus in ſacrum Senatum cooptatus eſt à Cœleſtino V. anno 1294. fuitque Diac. Cardin. S. Angeli, longo tempore in Sicilia Apoſtolicæ Sedis Legatus Bonifacio VIII. ſedente, obijt Auenione ann. 1328. malè Ciacconus hunc attribuit Brancaciæ familiæ. Surrenti in Trinitatis eccl. perdurat ſepulchralis epigraphe. *Hic requieſcit Domina Iohanna Bulcana Abbatiſſa, & ſoror Domini I. Cardinalis fundatoris huius prædicti monaſterij*. Et in Regeſt. Caroli II. Regis (teſte Carolo Batello Neapolitanæ nobilitatis vindice) ann. 1394. Bartholomæi Vulcani teſtamentum moderandum demandatur arbitrio, & voluntati Venerabilis Patris Domini Landulphi S. Angeli Diac. Cardin. & Hectoris Vulcani, demortui viri germanorum fratrum. Memoratur idem Landulphus de Bulcano Card. in vetuſta Chronica de rebus Siculis apud eundem. Marinus ab Vrbano VI. purpura fuit exornatus. Huius laudatiſſima extat mentio in vitis Summ. Pontif. & Cardd. nuperrimè digeſtis. Cæterum Landulphus hic iunior Caſſanenſis Epiſcopus, fortaſſis Landulphi Card. nepos fuit, præfuit plus minus annis ſeptem.

15 GVNIVS nominatur electus Caſſanenſis die 16. Ianuar. 133[illegible]. in lib. ſolut. Benedicti XII.

16 DVRANDVS in eodem ſolutionum lib. ſub Clemente VI. die 3. Nouembr. 1346.

17 ROGERIVS Quatrimanus nobilis Cuſentinus Epiſcopus fuit Caſſanenſis, obijt ann. 1348. ex Reg. Vatic.

18 IOANNES de Papaſidero ex Canonico Cathed. & Papæ Sacellano in demortui Rogerij locum electus Epiſcopus à Clemente VI. anno 1348. 16. kalend. Febr. pontif. 6.

cuius electio extat in Reg.Vat.ep.75.fol 66. A
memoratur anno 1354. in Reg.Regeſt.Neapolitano.



19 PETRVM de Iudice nobilẽ Amalphitanum Caſſanenſem fuiſſe Epiſcopum anno 1374.ſcribit Marinus Frizia lib.1. de Subfeudis. tametſi in monumentis Vaticanis eius electio non extet.

20 ANDREAS anno 1378. 19. Martij ſoluit ſolitum ſubſidium ſacro Senatui in ſæpe citato lib. ſolut.Prælat. in qua ſolutione fit mentio Guini præanteſucceſſoris.

21 CAROLVS 1386. 6. Iulij ſoluit, intruſus ab Pſeudopontifice Clemente VII. C

22 ROBERTVS de Iudice nobilis Amalphitanus ab Vrbano VI.electus, cui ſucceſſit Nicolaus. Roberti meminit Franciſcus de Petris lib.2.hiſt.Neapol.

23 NICOLAVS obijt ann. 1392.

24 PETRVS ex Archidiacono eligitur per obitum Nicolai à Bonifatio IX. anno ſalutis 1392. tranſlatus deinde eſt ad eccleſiam Marſicenſem 1399.

25 PHOEBVS à ſancto Seuerino Clericus Tricaricenſis electus in ſucceſſorem Petri à Bonifacio IX. ann. 1399.kal.Nouemb. annos præfuit quatuor,cumq; nec bene, neque laudabiliter in hac adminiſtranda Eccleſia ſe geſſiſſet, ab eodem Bonifacio omni regimine, & adminiſtratione priuatus eſt D ann.1404.quid autem de ipſo ſit factum, non exprimitur in lib.Prouiſ. Prælatorum, vbi hæc narrantur.

26 MARINVS Scannaforcie nobilis Neapolitanus in priuati Phæbi locum epiſcopus delectus eſt ab ipſomet Boniſacio 3.Kal.Octobr. 1404. pauloque poſt ſecuta Pôtificis morte munus conſecrationis haud potuit obtinere, Innocentius VII. ſucceſſor benignè illum eo in Sacerdotio confirmauit,& conſecrari mandauit 3.Id. Nonembr. eiuſdem anni. Exceſſit ſub Martino V.



B 27 ANTONELLVS de Geſualdo Neapolitanus Sanſonetti Compſæ ſecundi ex Antonella Porcelletta Domicella nobiliſſima filius,Monachus monaſterij ſanctæ Cathatinæ Beneuentanæ Diœceſis Ordinis Cœleſtinorum iuris vtriuſque Doctor inſignis ſucceſſit Marino ad hanc infulam vocatus à Martino V. dum eſſet Mantuæ 9. Kal. Decemb.1418. ſedit annos decem.

28 GVILLELMVS tranſlatus ab eccleſia Arauſicenſe ad Caſſanenſem die 10.Martij 1428. exceſſit anno 1432.



29 BELFORTIS Spinellus de Iuuenatio Nicolai Goiæ Comitis, & Magni Neapolitani Regni Cancellarij ex Simeona de la Marra filius,vir in Regia curia non ſolum ob generis nobilitatem; ſed ob præclaram liberalium artium eruditionem, ſummamq; peritiam rerum illuſtris, ingens enim à maioribus auctus ſpiritu, occaſionibus varijs explicuit; ſub Ladiſlao, Ioannaque Regibus apud diuerſos Chriſtianos Principes, tum in Concilio Conſtantienſi,& ad Martinum V. Pontificem obiuit Legationes, quibus bene geſtis maximam ſibi conciliauit gratiam, & apud omnes exiſtimationem collegit, & munus Camberlani accepit, quod aliquot annos geſſit laudatiſſime; ſed cum deinde animum ad eccleſiaſticam vitam ſpopondiſſet, Eugenius IV. qui probè hominem nouerat,illum Caſſanenſi epiſcopatu

patu ornauit die 13. Maij 1432. alijſque opimis Sacerdotijs locupletauit. adeovt inter eius æui Præſules, tum paternis, tum eccleſiaſticis redditibus ditiſſimus exiſtimaretur. Summa is prudentiæ laude præfuit, laboreſque io ea moderanda Eccleſia cum Procpiſcopo ſuo partitus eſt ſeptem annorum flexu, tranſlatuſque eſt ad titularem Sebaſten ſem pridie Id. Decembris 1439. Venetijs mortalitatem exuit die 13. Septēbris 1440. vbi iacet. ſuum condidit teſtamentum die 12. Auguſti, ſuamque locupletiſſimam bibliothecam Collegio Spinellorum Paduæ ab ſe exædificato legauit, addito ditiſſimo cenſu mille quingentorum aureorum, quem à Rep. Veneta perpetuò emerat eidem perſoluendum quod de iurepatronatus Spinellorum à Luca fratre ſuo deſcendentium, & poſt ipſos, ad ſucceſſores Iordani Card. Vrſini, & Franciſci Vrbis Præfecti ſuorum ex Bartholomæa germana ſorore nepotum eſſe conſtituit. Euexiſset digniſſimus is Præſul ſuam ſortem ad angoſtiores apices, niſi in medio honorum curriculo exeitatus fuiſſet Ioannæ Reginæ obitu, & Regni rerum turbatione, quibus ad nanſeam ſtomachatus, in tranquilliorem portum apud ſapientiſſimam Rempub. ſe ſe receperat.

30 IOACHINVS Suhare Hetruſeus ex oppido Petiliani olim Epiſcopus Suanenſis, mox Cannenſis ad hanc Caſsanenſem eccleſiam tranſlatus eſt prid. Id. Decemb. 1439.



31 IOANNES FRANCISCVS Bruſatus Veronenſis ex fauore Bartholomæi Rouerellæ Card. cuius erat ex ſorore nepos euaſit Epiſcopus Caſsanenſis Pio II. Pontifice ſedente anno 1463. 18. Kal. Septembr. pauloque poſt tranſlatus eſt ad Archiepiſcopalem ſedem Nicoſienſem. Romæ obijt anno 1477 ſepultus in Eccleſia ſancti Clementis prope Patruelis tumulum. Viſitur adhuc ex candido marmore nobile ſepulchrum cum inſcriptione, eius virtutes referente in hunc modum.

✠

Sedente Sixto IV.

Ioanni Franciſco Bruſato patria Veronenſi I. V. Conſulto Bartholomæi Rouellæ Cardin. Rauen nepoti ex ſorore, Antiſtiti Caſſanenſi, & in Nicoſienſi Archiepiſcopatu tranſlato, compluribus Legationibus, & Apoſtolicis & Regijs functo, doctrina grauitate, moribus & multis operibus admirandis clariſſ.

Vixit ann. xliv.

Florius Rouerella nepoti ex teſtamento P.

32 BARTHOLOMÆVS Podius Lucenſis ex ea nobili gente natus, quæ militum Duces, Senatores, alioſque Epiſcopos protulit, & heroes. Inſignis is vtriuſque iuris laureatus, cæteraque literarum præclarus ſub Sixto IV. varijs functus muneribus, electus eſt Caſsanenſis Epiſcopus 1477. & Regius conſiliarius, contultiſſimè hanc eccleſiam per aliquot annos adminiſtrauit. mortalitatem exuit anno 1485. dum pro Romana Sede in eccleſiaſtica ditione Gubernatoris munere fungeretur.



33 MARTINVS Tomacellus Neapolitanus Baptiſtæ filius, auitæ nobilitatis fulgore, & propria virtute clarus ab Innocentio VIII. Pontifice creatus eſt Epiſcopus anno 1485. Carus fuit Ferdinando Regi, filioque Alphonſo II. cuius inaugurationi Neapoli interfuit die 2. Maij 1494. Cæterùm huius Epiſcopi acta, obitus dies, annuſque me latent.

34 DOMINICVS Cardin. Iacobatius hanc

hanc habuit aliquando eccleſiam commendatam, quam ad fauorem Chriſtophori nepotis libere dimiſit anno 1523. A

35 CHRISTOPHORVS Iacobatius Romanus patruo Card. ſucceſſit anno 1523 die 24. Martij. Is Iacobo patre natus, patrui Card. ampliſſimi contubernio vſus, ab ipſo virtutem, animi magnitudinem, prudentiam, pietatemque ſedulo didicit, adeoque illius virtutis diligens ſpeculator, & imitator fuit, vt per omnes ordinũ gradus ad ſummum apicem immortalitatis gloriæ ipſe, quemadmodum ille conſcenderit. Commendabili enim quadam bonorum ſerie, primùm Vaticanæ Baſilicæ Canonicus Leonis X. liberalitate fuit, deinde patruo reſignante Caſſanenſis Epiſcopus à Clemente VII. delectus, in eo munere, ita pietatem, diuinique honoris zelum coluit, vt Paulus III. ſtatim atque ad Pontificatum euectus, illum ſuum Datarium, ac Sacri Palatij Auditorem conſtituit, ac mox Presb. Card. tit. S. Anaſtaſiæ creauerit, magno tum optimorum virorum cum Caroli V. Imperatoris delectu, apud quem familiæ ſuæ, ac Dominici Cardinalis memoria, qui eiuſdem Imperatoris beneuolentiam irrequietis obſequijs ſibi, ſuiſque reconciliauerat, inter clariſſimos ſemper habitus eſt. Quem idem Paulus ad ipſum Cæſarem anno 1538. ſuum de latere Legatum miſit, vt apud eum tranſigeret de reddenda pace cum Franciſco Gallorum Rege. Vix honorificè hac Legatione perfunctus ad Curiam reuerſus, Vmbriæ, ac Peruſiæ altera Legatione 1539. cohoneſtatus eſt, quam cum æquiſſimè ac candidè moderaretur, anno 1540. die 7. Octobris mortalitatem expleuit, ibidem conditus iacet ſenator æterna memoria dignus, de quo hæc leges in noſtris ad Ciacconem notis, vbi alia offendes bonæ memoriæ ſuauiſsimi amici noſtri Andreæ Victorelli, qui ſub Innocentio X. Romæ ætatis ſuæ 84. Canonicus Patauinus fato ceſsit, maximo de ſe apud litteratos omnes deſiderio relicto. At de hac nobili Iacobatia familia legendus eruditus Aduocatorum Decanus, & Archiuij Apoſtolici Molis Hadrianæ Præfectus Carolus Cartharius in Syllabo Aduocatorum Sacri Conſiſtorij, vbi plura ſtrictim recenſuit lectu digniſsima.



36 DVRANTES de Durantibus Brixienſis Epiſcopus Algarenſis, ad Caſſanenſem eccleſiam tranſlatus die 11. Febr. 1541. à Paulo III. à quo paulò poſt Senatoria purpura donatur, à Iulio verò III. anno 1551. ad patriæ ſedem Brixienſem perductus, Caſſanenſem dimiſit, obijtque anno 1558. de quo vide quæ de ipſo ſcripſimus in 4. tom. in ſerie Brixienſium Epiſcoporum.

37 BERNARDVS de Michelozzis nobilis ciuis Florentinus in Familiam Mediceam cooptatus à Leone X. Bernardus Medices cognominatus eſt, Forolinienſis ab eodem Pontifice epiſc. delectus an. 1516. quem poſt annos tres reſignauit ad fauorem Leonardi Medices, ab eoq; deceſſit anno 1519. Manſit deinde Bernardus apud Leonem, Clementemque VII. & charus habitus, ſub Paulo III. aliquando fuit, à quo præſentatus ad hanc Caſſanenſem eccleſiam, ad eam trãſlatus eſt à Iulio III. die 23. Octob. 1551. vbi ſedit annos plus minuſue duobus, ac pene capularis ſenex vitam liquit. In ſerie Foroliuienſium Epiſcoporum tom. 2. noſtro pag. 627. num 43. diximus Bernardum hunc filium fuiſſe Auſonij Medices, ſed hallucinati ſumus, vt poſtea vidimus ex monumentis Florentinis; Bernardus enim iſte Michelozzi de Michelozzis filius fuit, non Antonij, qui pater fuit alterius Bernardi Medices Foroliuienſis itidem epiſcopi nepotis Leonardi, non Bernardi. Corrigenda erunt ea errata, ac reſtituendus Bernardus iſte ſuæ Michelozzæ familiæ, tametſi cognomen tulerit de Medicis, cuius meminit Petrus Monaldus; *Dell' Origine delle famiglie Fiorentine*, in deſcriptione Michelozzæ familiæ.


IOAN-



38 IOANNES ANGELVS Cardinalis Medices, ille idem qui Summus eccleſiæ Pontifex renunciatus, Pius IV. dictus eſt, ex Archiepiſcopo Raguſino, euaſit Caſſanenſis adminiſtrator die 1. Martij 1553. priùs Raguſina eccleſia reſignata, quam Iulius III. Sebaſtiano Porrico Lucenſi Cardinalis familiari eodem die contulerat. Per ſeptem annos per conſultiſſimos Vicarios Caſſanenſem ſumma cum pietate adminiſtrauit, quam deinde Pontifex factus ingentibus gratijs cohoneſtauit. B


39 MARCVS Sitticus Altaemps Germanus ex Comitibus de Altaemps, Theodori, & Claræ Mediceæ filius, Pij IV. ex eadem ſorore Clara nepos; Eques S. Iacobi Hiſpaniarum, belli paciſque rebus clariſſimus, epiſcopus Caſſanenſis à Pio creatus die 29. Maij 1560. & ab eodem poſt legationem ad Ferdinandum Cæſarem, Diaconus Cardinalis S. Angeli electus 1561. die 26. Febr. quo anno die 11. Decembris Caſſanenſem Eccleſiam reſignauit, nec multò poſt ex Presb. Card. duodecim Apoſtolorum Conſtantienſis in Germania Epiſcopus S. Ioannis Lateranenſis Archipresbyter, Capranicæ Gubernator, Piceni, ac mox Concilij Tridentini Legatus, & ſub Gregorio XIII. Presbyter Card. S. Clementis, & S. Mariæ Tranſtiberim, Presbyterorum primus obijt Romæ anno ſalutis 1595. die 15. kal. Martij ætatis ſuæ 62. & in eccleſia ſui tituli in ſacello ab eo ædificato, & dotato ſepultus fuit. Marci erga Deiparam Virginem pietatem, ac deuotionem meminit Hippolytus Marraccius libro, quem Purpuram Marianam attitulauit.

40 IOANNES BAPTISTA Sorbelionus Mediolanenſis, Ioannis Petri, & Eliſabeth Rainoldi filius, Ioannis Antonij Epiſcopi Card. Oſtienſis germanus frater, Pij IV. Pontificis mox conſobrinus, ab ipſo ex præfecto Caſtri S. Angeli Caſſanenſis epiſcopus creatus eſt die 11. Decembris 1561. Præfuit ann. 18. eoque munere vltro ſe abſoluit anno 1580. Vicarium habuit in Caſſana Eccleſia moderanda Ioannem Franciſcum Gabrij, ſtrenuiſſimi Militum Ducis fratris ſui filium, qui florenti ætate mortalitatem expleuit in Romana Curia vtriuſque Signaturæ Referendarius. Gabrij immortales animi dotes, egregiaque facinora ſtrictim recenſuit Petrus Creſcentius in Amphiteatro Romano parte prima.



41 TIBERIVM Carafam Neapolitanũ Epiſcopum Potentinum, Gregorius XIII. ad hunc Epiſcopatum euexit die 6. Ianuarij 1579. exceſſit circa annum Dom. 1588. Huius meminit marmorea inſcriptio eccleſiæ S. Catharinæ à Formelo in ſacello Carafæ familiæ appoſita.

Deiparæ, Thomæque Angelico, atque Catharinæ vtrique Galeottus Carafa legauit maiorum ſuorum virtute clarus, Tiberius Carafa Caſſani Antiſtes, hæc quæcunque cernuntur, vt fierent, familia Carafiana confirmauit, ac Monaſterium piam virorum voluntatem expenſis, vt adimplerentur curauit. Anno ſalutis MDLXXXX.



42 AVDOENVS Vedoniceus Cambro Britannus Oxonienſis Academiæ alumnus,

qui

qui à puero ad diem extremum vſque integer vitæ, ſceleriſque purus conſtanti fide habitus eſt, quamobrem è toto Regno ob ſchiſma Regium, ac mutatam Religionem profugus, Regina Eliſabetha rerum potiente in Belgium primum, mox in Italiam ſeceſſit, vbi gratiam apud Principes maximos promeruit, ac variis pro Catholica Religione functus muneribus, nominatione Philippi II. Hiſpaniarum Regis deſignatus Caſſanenſis Epiſcopus, à Sixto V. Pont. Max. cuius erat vtriuſque Signaturæ Referendarius, electus, ſedere cæpit die 3. Februarij 1588. Romæ conſecratur, nec diſcedere permiſſus, ad Heluetios Apoſtolicus Nuncius à Gregorio XIV. miſſus; ſub Clemente VIII. Romam regreſſus præclaro facinori adhibitus Apoſtolicus viſitator declaratur, qui cum Pontificis iuſſu illam morum cenſuram in eccleſiaſticos omnes feliciter extenderet, morte pulſatus ex hac mortali luce migrauit anno exilij 36. Epiſcopatus 7. ſalutis humanæ 1595. die 14. Octobris. Iacet in Æde s. Thomæ Cantuarienſis Anglicani Collegij, cuius fundamenta iecerat; hoc ad tumulum in pauimento ex marmore habet epitaphium, quod quis, qualis, quantuſque fuerit egregius Præſul, legentibus indicat.

D. O. M.

Audoeno Vudouico CambroBritano I.V.D. ac profeſſori Oxonij in Anglia, ac Regio Duaci in Flandria Archidiacono Hānoniæ, & Canonico in Metropolitana Cameracenſi, atque Officiali Generali, Vtriuſque Signaturæ Referendario, Caroli Cardinalis Borromei Archiepiſcopi Mediolanenſis Vicario Generali, Gregorij XIII. & Sixti V. in Congregatione de conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium à ſecretis, Epiſcopo Caſſanenſi, Gregorij XIV. ad Heluetios Nuncio, Clementis VIII. Apoſtolicæ viſitationis in alma Vrbe adiutori, Anglos in Italia, Gallia, ac Belgio omni ope ſemper iuuit, atque eius in primis opera huius Collegij, ac Duacenſis, & Rhemenſis fundamenta iecit.

Vixit ann. lxj. menſes ix. dies xijx. exul à patria xxxvj.
Obijt xiv. Octob. M.D.XCV.
Ludouicus de Torres Archiepiſcopus Montis Regalis Amico
Poſuit.

43 BONIFACIVS Caietanus Honorati Sexti Ducis Sermonetæ ex Agneſina Columna filius Caſſanenſi Sacerdotio donatus 8. Nouembris 1599. ex Flaminiæ Præfecto à Paulo V. creatus eſt Presb. Card. titulo s. Pudentianæ anno 1606. ad archiepiſcopalem Tarentinam ſedem translatus die 23. aprilis 1613. Romæ mortalitatem expleuit 8. kal. Iulij 1617. ſepultus in familiæ ſuæ nobili ſacello apud s. Pudentianam è regione Henrici Cardinalis patrui.

44 Fr. DEODATVS de Arze Ordinis Minorum de obſeruantia, natione Hiſpanus, diuini verbi inſignis declamator poſt Bonifacium inauguratus eſt à Paulo V. die 27. Ianuarij anno 1614. ſub eodem Paulo exceſſit 1617. huius cum laude meminit noſter Hippolitus Marraccius in Bibliotheca Mariana, & in Marianos Præſules, vbi opuſcula de Conceptione B. Virginis, eiuſdemque expectatione partus à deuotiſſimo Præſule conſcripta commemorat.

45 PAVLVS Palumbus Neapolitanus Clericus Regularis Theatinus, & Epiſcopus Veſtanus ad hanc ſedem translatus eſt die 17. Aprilis 1617. Rexit diutius eccleſiam iſtam, quoad confectus ſenio, cum ingentibus curis minùs ſufficerent æui vires (eſt enim Caſſanenſis Diœceſis amplitudo haud poſtrema in Neapolitano Regno) æquam humeris, ac longe mitiorem prouinciam ſubijt, nempe Ariani ſedem anno 1647. quò antequam ſe transferret, in Caſſanenſi Diœceſi ſpiritum poſuit, in qua moderanda viſus eſt, nullam optimi Antiſtitis partem prætermiſiſſe, de quo legendus Silos lib. 8. par. 2. Annal. Cleric. Reg.



46 CAROLVS Carafa Neapolitanus Præpoſitus Generalis Clericorum Regularium

rium Theatinorum, vir natalibus, pietate, & doctrina commendandus, qui ad præſentationem Catholici Regis eligitur Caſſanenſis epiſcopus die 14. aprilis 1648. ab Innocentio X. Papa, cui librum de Duello, ac iuſta ſui defenſione fusè, eruditè, ac doctè à ſe compoſitum dicauerat. Viuit digniſſimus Præſul adeò omnibus bonis charus, & gratus, vt nihil in eo facilè poſſint deſiderare.

CATACENSES
EPISCOPI.



CATACIUM parua, & Mediterranea eſt Ciuitas Calabriæ, quæ inter Crotonienſis, & Locrenſis terminum, & Albim annem edito ſalubrique,& natura, atque opere munito ſita loco, ſexto à Marimonio milliari,aeris inſuper temperie, ſituſque amœnitate coaluit ſic, vt hac tempeſtate inter primarias Calabriæ Vrbes connumeretur. Hanc antiquam Græcorum Coloniam fuiſſe, ſcribit Solinus, amplam euaſiſſe ex ruinis Magnæ Græciæ à Saracenis factis, indeque Catazarium dictam ab ipſo montis faſtigio vbi ſitum, Catazorios græcè, latinè cacumen, & culmen interpretatur. Alij volunt poſt deuaſtatam à Mauris Calabriam à Flagitio Nicephori Conſtantinopolitani Cæſaris copiarum Duce in trium montium planitie conditam, dictamque Catanzanum à verbo Græco, quod ſignificat ſedeo, quod hæ condendæ Vrbis loco delecto hic conſederint. Hic omnis generis verſicolores ſerici panni texuntur, quibus conficiendis maxima textorum, & teloniorum copia in ea eſt. Habitatur nunc à familijs Regij fiſci codice deſcriptis 2296. fidelium animæ recenſentur duodecim millia. Epiſcopatum in nouam hanc Vrbem tranſtulit Leo Grandi Magnæ Græciæ Epiſcopus ſub Adriano Pontifice circa annum Domini 793. Epiſcopi verò qui in ea floruerunt ab ipſa inſtitutione ad Paſchalis II. vſque tempora eorum nomina, actaque omnino perierunt. Cathedralis Baſilica Deiparæ Virgini Aſſumptæ, Diuiſque Apoſtolis Petro, & Paulo dicata,

A præclaræ ſtructuræ eſt, quam numeroſus ac decens clerus exornat; hanc volunt Calixtum II. Papam conſecraſſe anno 1122. 5. Kal. Ianuarij, ſed gratis videtur aſſertum: cum ex Actis Calixti apud Baronium,alioſque haud colligi poſſit, Calixtum Calabriam adiiſſe vnquam; fortaſſe eo viuente Pontifice, eodemque anno conſecrata fuit Eccleſia hæc, vt infra dicemus. Ad me nunc quod attinet, in ea Baſilica quatuor ſunt dignitates, Decanatus, Cantoratus, Archidiaconatus, Theſaureriatus, officium Perſonatus, Cappellanus maior vnitus cum Pœnitentiaria, Canonici quatuordecim, præter hos alij Presbyteri, pluresque Clerici, & præterea Magiſtri cæremoniarum, &

B Muſices, atque Clerici Seminarij alumni. Hic aſſeruantur reliquiæ inſignes S. Irenij & Fortunati, & corpus S. Vitaliani Epiſcopi Capuani huius ciuitatis tutelaris, cuius natalis 16. Iulij ſummo apud illos ciues honore, ac lætitia colitur,quo die reliquiæ ipſius ſolemni ritu per Vrbem circumferũtur. Sunt in hac ciuitate virorum cœnobia nouem, Sanctimonialium quatuor, Confraternitates Laicorum nouem, mox pietatis, & pauperum Hoſpitale. Diœceſis Catacenſis finitur ab Oriente mari Ionio, & Diœceſi Bellicaſtrenſi, à meridie eodem mari, & Diœceſi Squillacenſi, ab Occaſu Diœceſi Neocaſtrenſi, à Septentrione verò Cuſentina:

C Sunt in hac Catacenſi Diœceſi octo Oppida inſignia, in quibus Epiſcopus præter Vicarium Generalem qui in Vrbe reſidet, habet Vicarios Foraneos, qui in cauſis ciuilibus ad certam ſummam cognoſcunt, in criminalibus vero tantum inquirunt. Ex pagis quidem vnus dumtaxat eſt in agro Catacenſi Gallianum appellatus, ſecundo ab hac ciuitate milliario alens animas 600. cum vna Parochiali Eccleſia. In eodem agro ſunt duæ Abbatiæ, altera S. Leonardi cuius Abbas dicebatur Archimandrita, vnita Collegio Societatis Ieſu, altera S. Maria de Serapotamo vnita menſæ Epiſcopali. Oppidum primum eſt Taberna,

D decem paſſuum millibus à Cathanzario ſitũ in valle quadam non longè à montibus Sila nuncupatis Regi immediate ſubiectum, diſtributum in quinque Parochias, quæ ſingulæ ſingulos aut plures habent presbyteros. Sunt in eo tria virorum Monaſteria Dominicanorum, & Franciſcanorum, tum Obſeruantium, tum Cappucinorum, duo Monialium. Hoc Oppidum volunt incolæ trium Tabernarum vrbem fuiſſe olim Epiſcopalem, de qua Diuus Gregorius loquitur epiſt. 35. lib. 2. ſed hæc longè diuerſa eſt ab hoc Tabernenſi Oppido, cum ea fuerit, de qua ibi Gregorius, haud longè à Veliternenſi ciuitate ſita, nunc Ciſterna vocatur, quæ cum deſolata eſſet eiuſdem Epiſcopalem ſedem cum viciniori Veliternenſi Epiſcopatu vniuiſſe Sanctus Pontifex, ad Ioan-

Ioannem Veliternenſem Epiſcopum, non Squillaceuſem, vt gratis quidam contendunt, ſcribens clarè oſtendit. Terrio ab hoc Oppido milliario eſt Abbatia S. Mariæ de Peſaca Ord. S. Baſilij Clerico ſæculari commendari ſolita, Sanctorum reliquijs, & populi concurſu celebris, cuius Abbas Archimandrita vocatur, qui bis in anno obedientiam Epiſcopo ſolemnem præſtat, feſto nimirum die Sanctum Innocentium, & Aſſumptionis B. Mariæ Virginis, quibus diebus Epiſcopus Abbatiam viſitat. In Agro Taberuenſi ſunt octo pagi, ipſi oppido ſubiecti, cum totidem parochijs. Secundum Oppidum huius Diœceſis eſt Sibaris Squillaci Principi ſubiectum; abeſt à Cathanzaro ſex millia paſſuum, animas mille ſeptingentas, & parochias ſeptem continens, quarum vna eſt Collegiata titulo S. Mariæ Catholicæ cum Canonicis vndecim comprehenſis tribus dignitatibus, Archipresbytero, Cantore, & Theſaurario. eſt in eo Oppido Xenodochium, & Dominicanorum Monaſterium. Tertium Oppidum eſt Cropani, abeſt à Carhanzario millia paſſuum quindecim, alit animas duo millia, vbi Collegiata eſt Eccleſia duodecim ornata Canonicis, quibus tres dignitates præſtant, Archipresbyter, Cantor, & Theſaurarius, qui omnes hebdomadatim animarum curam gerunt; in ipſo autem Oppido duo tantum Cœnobia Franciſcanorum, & Hoſpitale ſunt. Altero ab Oppido milliario Abbatia eſt S. Laurentij, olim Cænobitarum Diui Baſilij nunc in commẽdam ſolita conferri. Quattum Oppidum eſt Tagaritij decimo à Cathanzario milliario ſitum Bellicaſtrenſi Domino ſubiectum, alit animas ſexcentas ſupra mille: eſt in eo Collegiata Eccleſia cum tribus dignitatibus & nouem Canonici, qui omnes per hebdomadas animarum curam habent: duo ſunt ibi virorum cœnobia, alterum Dominicanorum, alterum Franciſcanorum tertij Ord. & Xenodochium pro peregrinis. Quintum Oppidum S. Petri octauo à Cathãzario milliario animas habet 960. Sextum Oppidum Selliæ dicitur, alit animas 1270. & Parochialem habet Eccleſiam cum Archipresbytero Cantore, & Theſaurario, ibi eſt cœnobium Franciſcanorum. Septimum Oppidum Gimiliani, habet animas 1390. abeſt à Cathanzario paſſuum millia ſex: diuiſum eſt in duas partes, quarum vna appellatur Motta ſuperior, altera inferior, & vna quæque ſuam habet Parochialem Eccleſiam. In ſuperiore autem Motta eſt Monaſterium Dominicanorum, in inferiori S. Nicolai olim S. Benedicti in commendam conferri ſolitum. Octauum & poſtremum huius Diœceſis Oppidum eſt Roccæ Fellucæ, nũc penè dirutum, ſubditum in temporalibus Epiſcopo Neocaſtrenſi, in ſpiritualibus vero Epiſcopo Catacenſi, abeſt à Cathanzario paſſuum millia tria, habet duas Eccleſias parochiales, & cœnobium Franciſcanorum Conuentualium: vnus autem parocorum Foraneus Vicarius eſt, cui ſubſunt pagi quatuor vnus Latinorum, reliqui tres Græcorum Albanenſium, qui ob Sacerdotum Græcorum defectum reguntur à Latinis. In vniuerſum autem tota Diœceſis Catacenſis continet Oppida octo, pagos 14. in quibus Collegiatæ tres, parochiales vna & triginta, virorum cœnobia duodecim, ſanctimonialium duo, Abbatiæ tres Xenodochia quatuor, Laicorum ſodalitia ſupra triginta. Menſæ Epiſcopalis redditus ſunt ſingulis annis ſcutata illarum partium 1500. taxatur verò in libris Cancellariæ Apoſtolicæ flor. 50. Cæterum antequam Catacenſium Epiſcoporum ſeriem demus lectorem duximus admonendum chronicam illam auctore Rogerio Diacono Canonico Catacenſi ad Guillelmum Comitem ſcriptam, quæ M.S. circumfertur ſub titulo *Trium Tabernorum Chronica, & quomodo Cathacenſis ciuitas fuerit ædificata, quando Goffridus illuſtris Catacenſis comes pro reſtauratione, & ædificatione Trium Tabernorum Epiſcopatus Græca vndique, & vetera coadunauit ſcripta, & priuilegia*, omnino ſuppoſitam, & commentum eſſe cum in ea plura gratis, & falſa videantur connexa ab auctore, qui vel ad ſuam illuſtrandam exornandamque patriam vel ad laudem ingenij, ſabulas elegantes illas adornauit, & inſtruxit. Nam quæ tradit de Epiſcopatu trium Tabernarum, ſeu Triſchiue omnino falſa ſunt, nec congruunt cum epiſtola ſupra citata Sancti Gregorij ſcripta ad Ioannem Epiſcopum Viliternenſem de vnione Eccleſiæ Trium Tabernorum prope Velliternas, quæ nunc Ciſterna vocatur, de quibus Tribus Tabernis loquitur Cronologia Petri Opmari fol 484. vbi floruit anno Chriſti 316. *S*anctus Felix; & epiſt. S. Gregorij refertur à Gratiano 17. qu. I. cap. 49. c. Poſtquam hoſtilis impietas, vbi gloſſæ duæ expreſſæ de Tribus Tabernis Veliternanis loquuntur. Quod vero ſpectat ad Epiſcopum Squillacenſem, cui *S*anctus Gregorius ſcribit epiſt. 25. lib. 2. in ea non habetur vnio Eccl. Tabernẽſi, cũ *S*quillacẽſi, ſed Eccl. Luſitanæ Vrbis ab hoſtibus deſtructę, quæ creditur fuiſſe prope *S*quillaciũ, ea conditione, vt ſi contingeret reſtaurari ad priorem Epiſcopatum Luſitanæ rediret. Quæ autem tradit Chronica de aduentu Calixti II. à Calabria omnino falſa videntur, nam vt ex Baronio, & alijs habemus Calixtum *S*ecundum bis Beneuentum, ſemel *S*alernum vſque Troiam, nunquam vero Calabriam adijſſe, & paulo poſt bello Aſiatico intentum Romam redijſſe, Conciliumque Laterani congregaſſe. Cum autem Rogerius Comes *S*iciliæ, Calabriam occupaſſet, iam à Guillielmo Duce Pontificis auctoritate

polſen-

pollentem arma in Rogerium monere conſtituens, Salernum adijt, ſed infirmitate compulſus Romam regreſſus eſt, miſitque Vgonem Cardinalem ad Rogerium, vt arma deponeret, & pacem cum Guillelmo firmaret, nec pax facta fuit, nec Rogerius ab armis ſe abdicauit, ſed totam Calabriam occupauit, adeo vt Guillelmos priuatus Salerni vitam agens obierit an. 1127. quibus etiam conſtat ſuſpectam eſſe bullam in Catacenſi Eccleſia marmore inciſam, qua dicitur eccleſiam illam à Caliſto fuiſſe conſecratam, maximè cum characteres illi (vt quidam eius ciuitatis vir eruditus, & venerabilis antiquitatis peritus affirmauit) antiqui non ſint, nec illius ſæculi in marmore exarati. Nec minus ſuſpecta eſt alia eiuſdem Caliſti bulla, in ea Chronica conſcripta, vnionis ſcilicet Tabernæ, & Squillacis Epiſcopatuum, & iterum Tabernæ, & Cathanzarij, nam anno 1121. ponitur vnio Tabernæ cum Squillacenſi Epiſcopatu, ac ſtatim tradit Epiſcopum proprium reſtitutum fuiſſe Tabernæ, cui ſuberit Cathanzarifi; deinde ſequenti anno Tabernam vnijt Epiſcopo Catacenſi, quod veriſimile non eſt, cum prius aſſeruerit reſtitui Epiſcopatum Tabernarum, quia auctus fuerat ſufficienti populo pro aſſignanda Diœceſi, & ipſius Parochia. Subſcriptio Caliſti in ea bulla longe diuerſa eſt à forma, quam ipſe cæterique Romani Pontifices vbique & ſemper vſi ſunt, cùm ibi ſubſcriptus legatur, *Ego Caliſtus Eccleſiæ Catholicæ Pontifex*. cum debuiſſet ſubſcribi Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus. Datum habet bulla Lateran. per manus Chriſologi Card. 18. Kalen. Febr. Indict. 14. Dominicę Incarnationis 1121. pontificatus Domini Caliſti Papæ II. anno ſecundo, ſed anno 1121. ab incoronatione, Caliſti fuit Pontificatus tertio. Porro ſuſpectæ fidei, vt diximus Chronica, ac Caliſti Bullas quæ in ijs continentur, hic exſcribendas duximus, vt cuique liberum ſit, quod placuerit arbitrari.

Incipit Chronica Trium Tabernarum, & quomodo Catacenſis ciuitas fuerit ædificata, quando Goffredus III. Catacenſis Comes pro reſtauratione, & ædificatione Trium Tabernarum Epiſcopatus Græca vndique, & vetera coadunauit ſcripta, & priuilegia.

Ego quidem, magne Gulielme, Rogerius quamuis Diaconus, & Canonicus indignus, tuo tamen pater, & ſanctæ Mariæ Catacenſis Eccleſiæ Omnipotentis Dei Genitricis auxilio confiſus, tuiſque precibus, & iuſſionibus deuictus, quod præcipis & rogatus aggredior, ita, & tu vel vt promotor tuis precibus apud Deum me adiuuare nō deſiſtas, quatenus Chriſto Duce, veritate

A Comite, æmuloque deuicto ad huius opuſculi explementum fidei tenere proſiſcar.

Incipit explanatio Chronicæ, vt ſequitur.

PER illud itaque tempus cum tota Calabria, & Lucania prouincia Conſtantinopolitano ſubdita erat Imperio, omnes Eccleſiæ, & Epiſcopatus ipſius prouinciæ Metropolitanæ eccleſiæ Rheginæ ſubiacebant. Metropolitanus vero Rhegij per vim
B ac Dominium Græcorum à Conſtantinopolitano Patriarcha conſecrationē habebat, & vt facilius Caſſanenſis eccleſiæ, quæ caput videtur eſſe omnium eccleſiarum Lucaniæ Græcorum veteri auctoritate vſque in præſentem diem ipſi Rheginæ Metropoli debitam perſoluit obedientiam.

In illis vero diebus in Prouincia Sicilia, modicum Chriſtianitatis vigebat, ideoq; ipſorum Saracenorum perfidia in Calabros & Lucanos Chriſtianos quam maximè ſæuiebat. Erat autem quædam ciuitas tunctemporis iuxta mare Adriaticum ſita, in ſinu ipſius maris quod inter Scillaeum, & Crotonem continetur, quæ Græcorum vocabulo Treſchinez nominabatur; tres enim gene-
C rationes hominum in eadem ciuitate erāt. Vnde quaſi Patrimonij dignitate vnaquęq; generatio ſeparatim ſibi tabernaculum cōſtruxerat, vnde locus ille Tres eccleſiæ vſq; modo nominantur: hæc vero ciuitas, à Scillacenſis flumine vſque ad flumen Ctegi in planitie ſupremæ maritimę conſtituta erat; Epiſcopus autem ciuitatis eiuſdem ſecundum ſuam conſuetudinem per vnamquamque iſtarum eccleſiarum trium, vnoquoque feſto ibat, illuc multitudo iſtarum trium generationum confluebat: eratque ciuitas illa inter Calabros præpotens, & populata; vndequaque muris, vel turribus minimè munita, & quamuis non eſſet munitionibus vndequaque circumdata, populata ta-
D men præ cæteris Calabriæ, & Lucaniæ ciuitatibus ipſius ſæculi, Saraceni non modicas faciebant deprædationes Calabrorum, ſiquidem, & Lucanorum.

Creſcente autem peccato, & iniquitate Deus Omnipotens per ſæuitiam Saracenorum, Cretenſium, & Cartaginenſium, ſeu Africanorum ipſum Calabriæ, & Lucaniæ populum flagellari permiſit, ipſoſque Saracenos ſecūdum Omnipotentiæ ſuæ diſpoſitionem quamuis per multa milliaria, & longiſſima terrarum ſpatia, & maris diſtarent, ſuper vindictam prædicti populi Calabriæ, & Lucaniæ vnanimes fecit, adeo quod vno eodemque termino, & anno à Cretenſi Inſula, & Carthagine, ſeu Africa, ad deuaſtandam Calabriam, Lucaniamque confluerent, multitudo ſiquidem Cretenſium,

Saracenorum multo nauigio per Africum mare properans in littore Brazzani applicuit, ibique Caſtrum oppugnantes vi acceperunt, plurimaſque ſtrages hominum, facientes, caſalia & oppida quæque vſque prope Rhegium igne ſuccenderunt. Oh! quantus dolor erat inter eos videre tanta mala, exinde capta non modica præda.

Ciuitatem, quæ modo Hieracium appellatur, nauigantes venerunt, ipſamque capientes multa mala, & deprædatioues fecerunt, ſimiliter, & Stilum in totum deſtruxerunt, plurimaſque ſtrages hominum facientes, adeoque Epiſcopum prædictæ vrbis caprinum duxerunt, & per totam illam maritimam quoque deprædarunt minimè reſiſtentes. Scillacum vero quod iuxta mare, tam germinari locum, circum tum vndique ex ſe, & rupe vndique munita fuerat, nullo modo lædere potuerunt. Exinde vero per Palęopolim, quæ modo funditus vaſtata Roſcella vocitatur tranſeuntes, eamque barbaricè populantes, vt mos eſt piratarum, huc & illuc diffuſi alij naues in ipſo littore cuſtodientes, maxima pars eorum Montana aſcendit, ibique, quoddam fortiſſimum oppidũ nomine Tirialum oppugnauerunt, & maxima vi capientes, totum deſtruxerunt, adeo quod Epiſcopum dictæ vrbis interfecerunt, & ſic ad ſuas naues redeuntes & nauigantes ad Treſchinez ciuitatem applicuerunt, quod cum multitudo ciuitatis ipſum conſpiceret, quamplures fugam inierunt, alij vero quibus fortiter obſtiterunt, & quamuis contra Saracenos plurimum repugnantes viriliter obſtiterunt, poſtremo tamen qui fugere non potuerunt, vna eademque ſententia ſub ipſo Saracenis gladio perierunt.

Diruta eadem igitur ciuitate, & quoniam maximè inde prędam capientes, nil ibi prętер cadauera occiſorum, & diruta ædificia, quæ in hodiernum diem apparent relinquẽtes, per inſulam Crotonis, nemini parcentes, in Crotonica Simpertum irruerunt, vbi cum nullum reſiſtentem inueniſſent, ciuitatem deſtruxerunt; irruerąt autem timor eorũ per vniuerſam Maritimam maris Adriatici. Idcirco ipſi Calabri ſuas ciuitates & oppida relinquentes, ſyluas & montes petebant, alij in foraminibus petrarum, alij in rupibus montium, propter Saracenos, receptacula faciebant.

Hierapolim vero, quæ modo Strongilium dicitur, & palatia quæ ſub caſtro S. Mauri diruta ſunt, ab ipſis Saracenis deſtructa fuiſſe Græcorum ex hiſtorijs legitur, & vt breuius dicam cum ad Rhegium vſq; Tarentum (præter Scillacum) perueniſſent, & inuaſiſſent, innumerabili præda eorum Cretenſes nauigia onerata conſpexiſſent, quia ſic diuina volũtas vltro diſpoſuerat, ſecundis ventis Cretam Inſulam cum infinita prædatorum multitudine reuerſi ſunt, mira, & non modicum flenda res eodem anno, eodem termino, quo prædicti Cretenſes Saraceni Cartaginenſes cum multitudine nauium per Oceanum mare diſcurrentes à Rhegio vſq; Salernum multo peiora totam Lucaniæ maritimam deprædati ſunt, ciuitates, oppida, caſtra, & caſalia, igne, & gladio vaſtantes innumerabilem prædam aſportauerunt: ciuitas vero Rhegienſis, neque à Cretenſibus, neq; à Cartaginenſibus, ſeu Africanis, tam feruenti perſecutione nullam penitus moleſtiam ſentit.

Hi ſunt Epiſcopatus qui ſub ipſa perſecutione deſtructi fuere à parte maris Oceani, Epiſcopatus Vibonis, Taurinæ, Nicoteræ, Amanteæ, Agelli, Scaleæ & Seſti, quod modo Capacium vocatur, deſtructa fuit etiam S. Euſemia maximáq; prædam inde facientes, totum Monaſterium deſtruxerunt, & vſque ad hodiernum diem apparent veſtigia eius, exinde capta Siſania, quæ Neocaſtrum nunc vocatur, totum deſtruxerunt, & veſtigia eius vſque ad hodiernum diem apparent.

Hi ſunt epiſcopatus à parte maris Adriatici, Epiſcopatus Buſſani, Hieraci, Stili, & Treſchinæ, Crotonis, & Hierapolitnos, quæ ſunt Strongilum, & Galenorum quod antiquitus vocabatur Modipodium, & nunc eſt Roſſanum, & vt dictum eſt nullus remanſit integer epiſcopatus præter Scillacũ, & Rhegium, qui epiſcopatus, propter perſecutionem, & populorum defectionem per multa tempora proprijs Epiſcopis caruerunt. Cõſtantinopol. vero Imperium, nullum poterat præparare adiutorium propter Cretenſium, & Saracenorum obſtaculum.

Illo itaque tempore accidit, quod epiſcopus Scillaci ab vxore Archipresbyteri graui crimine diffamatus erat, & quod in domum dicti Archipresbyteri ſæpe ire ſolebat, qua de re Archipresbyter turbatus mortem Epiſcopo non erubuit cogitare, ſed quadam die ad ipſum perrexit deprecanſque illum plurimum, vt domum ſuam ire dignaretur, Epiſcopus precibus acquieſcens in domibus Archipresbyteri ſecurus intrauit, Vnde impius Archipresbyter venenum bibere obtulit, qui cum guſtaſſet ſtatim ſtupefactus, cecidit mortuus, moxque igitur in vegetem incluſit, & per magnam rupem illum præcipitauit, non poſt multum temporis quæſitus eſt Epiſcopus, & taliter, vt prædiximus interfectus inuentus eſt, quod cum clamor tanti ſceleris aure præſentiam Beniguiſſimi Papæ Pelagij perueniſſet, contriſtatus eſt valde, & ciues Scillacenſes intollerabiliter, atroceſque iudicauit; Ideo quia iam alium interfecerunt ſuũ præſulem, vnde idem Papa Pelagius Capitulum inde fecit, quod ſi placet audiatis.

Epiſcopalis dignitas ciuitati ſubtrahitur, quæ ſuos Præſules interemit, itaque nos Scillacy cædes Pontificum geminata cum hor-

horrendo crimine, & ferocitate confundit, vt diù conſtitutis noſtræ deliberationis excitaret, dum in genere quemque patrocinalibus exemplis deteſtemur, Antiſtitem Eccleſiarum, vt cum quo deſtitutum, non vſque adeo iudicaremus derelinquendum quapropter veluti iam vſum, conſuetudinemq; ſacrilegam declinantes, eatenus religioni duximus conſulendum, vt Parochiæ noſtræ ab intrinſecus poſitis Sacerdotibus gubernarentur, quæ ibidem commanentes ferro didicit necare paſtores, inauditoque facinore, quod in illis prouincijs nunquam legitur accidiſſe, quæ continuis bellorum diuerſiſque incurſionibus affliguntur, vt aliqua reperta ſit ciuitas, quæ Præſides miniſtrantes ſibi Chriſtianam fidem, ſicut perſecutores proſterneret. Curandum eſt igitur, vt funeſta pernicies ceſſatione propriorum Antiſtitum, atque ita ſaltim funeris tanti materia ſubtrahatur, ſi iniqua hic poſſit acerbitas perpetrari, conſiſtens ibidem, & perſona defluerit eoque modo, vt illa ciuitas dum iniquos diſſentiat non habebit, ab huiuſmodi temeritate deſiſtat, vel alijs imitandi contagia dira non præbeat exemplū, egeat epiſcopalibus ſubſidijs ſibimet aliūde peſandis, quæ ſacramenta in ſuo gremio eſſe collocata fuſo crudeliter maculauit ſanguine, dignitatemque in vtroque eſt notione plectenda ſiue inſtituto domeſtico, ſeu furijs incitata hæc commiſit exterius præbeat. ergo dilectio veſtra in hoc ſtatu poſitæ miniſterium viſitationis eccleſiæ, aut conueniendo pariter, aut viciſſim, prout qualitas rerum cauſaque popoſcerit diuina miniſteria repræſentet, ne cum euitemus zizaniam dominica videamur præterire fragmenta.

Poſt aliquantum vero temporis audiens hæc Grimoaldus Princeps Beneuenti, qui in tota Apulia, Campania, & Terra Laboris, & Principatus dominabat, multitudinem ſui exercitus coadunauit, & ſuper terram Tanenſi, & Baſilicata peruenit. Ciuitas autem Tanenſi, & Baſilicata, quæ prędictorum Saracenorum ſęuitiem non ſenſerant ſub dominio Conſtātinopolitani Imperatoris perdurabant, Baſilicata vero imperie alia dicuntur, cum autem præfatus Princeps illuc cum ſuo exercitu perueniſſet ſine gladio, & ciuitatem Tanenſim, & Baſilicatam ſuſcepit, venitque in prouinciam Terræ Laboris, & Lucaniæ, & inuenit omnes prædictas ciuitates funditus à Saracenis deſtructas, reſidui quoque Calabri, & Lucani, qui Saracenorū euaſerant inſaniam non iam in maritimis manebant, tutiſſima, & montium deuia abrupta habitacula ſibi fecerunt, & quia ipſi in rebus bellicis penitus erāt rudes, ipſe princeps cum ſuo exercitu totam Calabriam, & Lucaniam prouinciam ſecurè perluſtrans, & facillimè ſubiugans Beneuentum reuerſus eſt: mox vero Romam properans totas Calabriæ, & Lucaniæ Eccleſias Gregorio Papæ contribuit; ſed antea, vt ſupradictum eſt, propter vim, & dominium Græcorum omnes Eccleſiæ Conſtantinopolitano Patriarchæ, cui ſubditæ erant, mox vniuerſali Eccleſiæ Romanæ debitam reuerentiam præbebant, eccleſiarum vero curam, & Calabriæ, & Lucaniæ reſiduas plebes ipſius prouinciç douec Deo miſerante multiplicarentur vicinis pontificibus, qui præfatam non ſuſtinuerunt perſecutionem gubernandam mandarunt, & hæc præſertim Scillacenſi Præſuli, qui quidem, quia alios Scillacenſes Præſules interemerant, vt plurimum Stili, & Tabernæ morabatur, vnde ab incolis, & Stilenſis, & Tabernenſis Epiſcopus vocabatur; epiſtolam vero quam Gregorius Romanus Pontifex Ioanni Scillacenſi Epiſcopo ſcripſit ſi placet audietis.

Poſtquam hoſtilis impietas diuerſarum ciuitatum, ita (peccatis facientibus) deſolauit, vt reparandi eas ſpes nullo modo populo deficiente remanſerit, maxima cura conſtringimur, ne defunctis alijs Sacerdotibus, reliquæ nullo Paſtoris moderamine gubernante per inuia fidei hoſtis callidi rapiantur (quod abſit) inſidijs. Huius rei ergo ſollicitudine ne ſæpe commoniti hoc noſtro ſedet cordi conſilium, vt vicinis eas mandaremus Pontificibus gubernandas: ideoque fraternitati tuæ veram gubernationem Tabernenſium Eccleſiæ præuidimus, illarumque Eccleſiarum Sacerdos rectè (Chriſto adiuuante) poſſit reſiſtere, quæque tibi de eius patrimonio, vel Cleri ordinationem, ſeu promotionem vigilanti, & canonica vera viſa fuerint, diſpone, quippe ve Pontifex propriam liberam habens ex præſenti noſtra permiſſione licentiam.

Poſt aliquantum vero temporis mortuo Beneuentano Principe, Nicephorus qui Cōſtantinopolitanum Imperium adeptus erat, audiens quod Grimoaldus Princeps Beneuenti qui terram Calabriæ, & Lucaniæ ſui ipſius Imperij inuaſerat, mortuus eſſet, Iordanum magiſtrum militiæ ſuæ conſuluit, cuius conſilio multitudinem armatorum coadunare fecit, datis ſumptibus ex Imperiali diſpendio, nauigijſque armatis ipſum Iordanum ad quendam, & ſubiugandam Calabriam Lucaniam tranſmiſit, dederat autem præfatus Imperator huic Iordano ex latere ſuo, & ad iuſtitiarias, & conſiliaria prædictū Ioannem Andream Catadiſium eiuſdem Camerarium, & alium nomine Pompeiū, qui non poſt multos dies per tanta æquora Crotonem peruenit, ſed cum vniuerſi Calabri didiciſſent, quod Conſtantinopolitanus Imperator ad ſuſcipiendam eorum prouinciam ſuum exercitum tranſmiſiſſet, non paruo repleti gaudio: certatim vndique concurrentes ſeſe prædicto Iordano vnanimiter

miter

miter dedere ; quod Iordanus pacifice ſu- A
ſcipiens, & conſortans, Rhegium peruenit,
deinde vero circumiens omnem Calabriam
& Lucaniam prouinciam conſueta tributa
ſuſcepit, & Conſtantinopolim miſit; vt om-
nes Calabrorum ciuitates reędificaret, man-
dans ne iam in maritimis, ſed in tutiſſimis
locis eaſdem tranſmutaret, & dignitates, &
proprios terminos vnicuique reſtitueret,
quod audientes Tabrrnenſes qui à Treſchi-
nez propter Saracenos aufugerant, & quod
apud eos Scillacēſis Epiſcopus propter me-
tum ciuium, vt plurimum morabatur, &
tantummodo Parochiam à Scillacenſi flu-
mine vſque ad flumen Bordum viſitare
conſueuerat; hoc vt proprium eorum ciui- B
tatis ſibi dari petierunt, aſſerentes ſe olim
propter epiſcopum apud Treſchinez ha-
buiſſe, eo quod epiſcopus certo ſolemni die
ſolemniter ſibi celebrare conſueuerat mul-
tiplicati erant valde; ſibi in montanis aream
fabricauerant tutiſſimo loco, quam quidem
Tabernam vſque ad præſentem diem no-
minant. Iordanus autem videns eam fortiſ-
ſimam, & populo refertam tantum ſibi pri-
uilegia donauit, & eo magis quia Scilla-
cenſis Epiſcopus apud eos morabatur; qui
quidem Epiſcopus dum Iordanus apud Ta-
bernam maneret mortuus eſt, & ſic iam
petitione populi, & Cleri electione Pom-
peiū, qui ſecum à Coſtantinop. venerat in
eccleſia Trium Tabernarum Præſulem vice C
mortui elegit, eumque à Stephano Rhe-
gienſi Archiepiſcopo conſecrari fecit, to-
tamque Parochiam, à Crogi flumine vſq;
ad flumen Bordum, vbi donauit Scillacenſi
autem, qui vt prædixi à Saracenis vaſtati
non fuerunt ſuam Diœceſim etiam abſente
Epiſcopo, vt nuper retinebant. Iordanus
vero omnes epiſcopatus Calabriæ, & Lu-
caniæ reformauit, & vnicuique Eccleſiæ
ſicut antiquitus ſua inſtituta confirmauit,
iuſſitque vt Epiſcopus Scillacenſis ſuam
Diœceſim ſurſum à Tabernenſium finibus D
impoſterum gubernaret, et hac lege, & pri-
uilegijs ſanciuit, vt quod nulli modo Epi-
ſcopi apud Scillacium commorari valebāt:
Epiſcopus vero cum apud Tabernam plu-
rimis annis vixiſſet, illam diœceſim diu
abſq; vlla calumnia gubernauit, poſt cuius
obitum Tabernienſes ſponte ſibi elegerunt
Nicolaū Mauritium, & quamuis hæc igno-
raret Imperator, illi tamen proprium epi-
ſcopum habere conabantur, ne turpiter in
poſterum Scillacenſi Præſuli ſubiacerent,
etiam cum nunquam Scillacium perueniſ-
ſet, nec totam illius Diœceſim viſitaſſet,
vix eis in Epiſcopatu multis annis ſub Mau-
ritio Imperatore, cuius Imperatoris præ-
cepto epiſcopatus Palatiorum, quæ ſub ca-
ſtro ſancti Mauri diruta fuerunt apud Roſ-
ſanum tranſmutatus eſt, Epiſcopatus Roſ-
ſani diuiſus eſt, in terram Roſſis, & Hiera-
ci.; ſed quia occaſionibus ſe præbet, quali-
ter ſub Monomachio Imper. per Flagitiū
Calabrię Straticotū Catāzarij ciuitas fuerat
conſtituta recitabo: Imperante igitur Mo-
nomachio, & Flagitio ſtraticoto Calabriæ
procurante non ſolum Saraceni, Siculi, &
Brogiſta, & Almares omni anno in prouin-
ciam Calabriæ venirunt, aliquando fur-
tim, aliquando palam caſalia quæq; & ſu-
burbia quæ minus munita fuerant, deprę-
dabantur, videns autem Flagitius perditio-
nem Calabriæ populorum, coadunatis om-
nibus caſalibus ciuitatem conſtruere diſ-
poſuit, ſed hæc ſine Imperatoris præcepto
non fuit auſus. Miſit autem Nuncios ad Im-
peratorem, qui & perditionem populorum
& ſuam diſpoſitionem intimarent, & ciuita-
tem fabricandi licentiam poſtularent; pro-
uiderat autem hæc Flagitius pro ciuitate
conſtruendu optima loca Chriſchia. quæ in-
ter Limacum, Caſtrum, & Tabernam ſunt,
& duo eminētia, quæ Græco vocabulo Paz-
zanum, & Catanzarium nominabantur, hæc
loca elegerat, ſed in quibus iſtorum trium
locorum ciuitates conſtruere dubitabant, &
voluntatem, & præceptum Imprratoris po-
ſtulabant; miſerat autem Imperator per-
ſcriptum, & nomina diſculpta in pergame-
no introitus, & exitus locorum iſtorum
fertilitatem aquarum, & nemorum, cum
Imperator omnes nuntios Flagitio remiſit,
& in loco qui vocabatur Catanzarium ciui-
tatem ædificaret. ſuſcepta igitur Imperato-
ris licentia, & poteſtate Flagitius omnia
caſalia, quæ circumquaque diffuſa erant,
in loco qui Catanzarium vocabatur coa-
dunari præcepit; Catanzarium ciuitatem,
quæ vſque modo eſt, ædificauit. venientes
poſtmodum homines ciuitatis eiuſdem, à
Flagitio petierunt, quomodo ipſa ciuitas
nominaretur; Flagitius autem qui illam
Catanzariū in ſuis literis nominauerat, ipſo
vocabulo ipſam nominare præcepit. Catan-
zarium Græce, Latine cacumen inferius di-
citur, *in qua ciuitate fabricauit* Flagitius
quandam Eccleſiam *ſancti Michaelis*, quam
dedicauit Stephanus Archiepiſcopus Rhe-
gienſis cum ſuffraganeo ſuo *Baſilio* Geneſio
qui apud Tabernam erat electus Epiſcopus,
qui in Parochia Tabernæ, & ciuitate Ca-
tanzarij, & in Eccleſia conſtituta erat, iuxta
illam vero eccleſiam Flagitius conſtruxerat
domum ſuam, & prætorium; ibi enim vni-
uerſi Calabri, & Lucani iudicabantur.

Poſtquam autem Dux Rogerius regnum
ſtabiliuit, epiſcopatum Amanteæ apud Tro-
pęam tranſmutauit Taurinæ, & Vitonis
apud Miletum tranſtulit, et de duobus vnū
ſtabiliuit. Parochias vero quas olim Scilla-
cium habuit nonnullis priuilegijs ſtabiliuit,
ſed eas, multaſque dignitates Scillacenſi
Epiſcopo adhibuit.

Quo tempore *Leontius* quidam Archi-
presb. Simeri Epiſcopalem dignitatem ade-
ptus eſt, iſq; à *Rogerio* Archiepiſcopo Rhe-

gienſi

gienſi conſecratus eſt, qui cum nec Scillacium, nec Tabernam adire vellet apud Simarum morabatur, ibique demum ſibi, & Eccleſiam fabricauit, libros, priuilegia, & paramenta ſecum tranſtulit, Parochias vero raro viſitabat. Vnde quamplurimi Simarinum *Epiſcopum nominabant*, & ſic vixit in Epiſcopatu annis multis, poſt cuius obitum elegerunt *Andream* Cathezuium, qui poſt multum in electione obijt plenus dierum, eodem verò tempore Guilielmus de Alnauilla tria caſtra, ſcilicet Roccam ſallutam Tireolum, & Amatum, quæ in ſuo dominio erant vicinis Epiſcopis obedire fecit, Amatum, & Tiriolum Hennio Neocaſtrenſi Epiſcopo ad obediendum cohibuit.

Iordanus autem Capiciolus, qui Tabernam regebat triginta ſcillanos, & molendinum, & vineas, & terras Eccleſiæ in manus ſuas ſuſcepit, iura Epiſcopalia in ſuo proprio dominio tenuit: Guilielmus verò Carbonellus omnia priuilegia Eccleſiæ, quæ apud Simarum Caſtrum Leontius Epiſcopus *coadunauerat*, & villanos 30. & molendinum, & vineam, & terras, & omnia Epiſcopalia iura Petro Scillacenſi dedit, à quo accepit annulum, & coppam argenteam.

In illis itaque diebus Goffredus Illuſtris Catacenſis comes Radolfi comitis Roritelli filius, ſuos Barones coadunare præcepit, & cum eis ſermonem habuit dicens, non eſt bonum nos habere Vrbem ſine Epiſcopatu, mittamus ergo nuntios ad Dominum Apoſtolicum Papam Gelaſium humiliter deprecantes, vt in noſtra Vrbe Latinum Epiſcopum habeamus, tempore namque erit, cum omnes Parrochiani latini ſimus, & Græcum petamus. Placuit enim ſermo, & conſilium Comitis vniuerſis Parochianis, & Baronibus, miſeruntque Nuntios ad Papam Gelaſium, qui vltra montanas receſſerat partes; cum autem illuc perueniſſent nuntij, Papam Gelaſium inuenerunt defunctum, & Papam Calixtum Secundum in Apoſtolica Sede conſtitutum, cui nuntij, & vniuerſa verba, & petitionem comitis, & cęterorum Parochianorum narrauerunt, & vt hæc dignaretur Apoſtolicus, ſuppliciter petierunt: Apoſtolicus ſiquidem Calixtus ſapiēti cōſilio atq; prudentia cū eiſdē nuntijs Cardinalē Sanctæ Praxedis Deſiderium nomine Calabriam tranſmittit, ſi ille Epiſcopatus tantum poſſeſsiones haberet, & Epiſcopus Latinus ibi honeſte viuere poſset, vniuerſa igitur opportunitas rei, a ſupradicto Cardinali diligentiſsimè conſpecta, & tam opulentiſsima reperta, vt populo ipſo Eccleſiæ concordanti Ioannes Cathãzatij fuit electus, & apud Romam eidem Calixto Papæ præſentatus, quem b.m. Papa Calixtus benignisſime ſuſcipiens conſecrauit, & ſibi Parochiam proprio ſigillo confirmauit.

. Poſt aliquantum verò temporis fel. mem.

A Calixtus in Calabriæ partes venit, vt inter Dominum Rogerium Regem, (erat Rogerius Rex comes pater Regis Rogerij, qui tunc comes erat) & inter Guilielmum Ducem, qui tunc comes Siciliæ erat, fedus reformaret & pacem; in littore Sanctæ Euſemiæ applicuit exinde Neocaſtrum trāſiens Catanzarium peruenit, in qua ciuitate, quandam eccleſiam, quam comes Rodulfus Roritellus, & Comitiſſa fundauerunt in honorem Beatæ Mariæ cum Epiſcopis, & Cardinalibus conſecrauit: Deinde Dominus Apoſtolicus Calixtus venit, ibidemque Ioannes Catacenſis Epiſcopus fuit, & iterum de ſua Parochia requiſiuit priuilegia, B namque græca, & antiquiora, quæ Flagitius Straticotus eccleſiæ Tabernarum conceſſerat à Crogi flumine vſque ad flumen Bordam requirebat, audiens autem Apoſtolicus Calixtus, quod Epiſcopus Ioannes diuiſiones, & terminos ſuæ Parochiæ ita euidenter nominando petierat certiſsimam rei veritatem, & hoc cognoſcere cupiens omnes fere Calabros Epiſcopos, & Abbates apud Cotronem coadunare iuſsit, mandans præcepta Scillacenſi Epiſcopo, Petro Vgoni Rubeo, & Henrico Neocaſtrenſi, vt hi tres neceſſario adſint, & ſi aliqui contra tenerent, huic examinationi interfuit Dominus quippe Calixtus, & Ioanni Epiſcopo Catacenſi præcepit, vt duodecim C idoneos Presbyteros teſtes antiquiores, qui rem certè ſcirent, eligeret, & ſic ipſe Apoſtolicus concederet, & confirmaret; Ioannes ſiquidem Catacenſis Epiſcopus cum pręcepto Domini Papæ non ſolum duodecim, ſed & plures digniſsimos Presbyteros elegit in Parochia ſua, & in conſpectu Domini Papæ, cœterorumque Epiſcoporum, & Cardinalium, atque honoratorum præſentauit, ſed Dominus enunciauit dicens. Videte patres, vt hoc iuraturi ſitis certiſsimè ne ſuaſione filij Goffredi comitis, aut fratris noſtri Ioannis Catacenſis Epiſcopi, aut cuiuſlibet alterius promiſsione, vt mercede ducti, falſum aliquando proferatis, quod ſi D facietis, vt hæc leuiter cenſerimus non minimum detrimentum veſtro Epiſcopo, & Eccleſiæ ipſius inducetis, voſque perpetuo anathemati ſubiacebitis, Presbyteri verò qui teſtes extiterant reſponderunt, nequaquam pater hoc falſum teſtimonium dicturi venimus, cum pro certo ſciamus, quia apud verum, & iuſtum iudicem, non ſolum de omni noſtro opere, ſed de omni verbo rationem reddituri ſumus; vnus autem iſtorum nomine Calochius Presbyter cognominatus Macantius de Simero ante omnes ſe præferens, qui erat Græcus, Latina tamen lingua eruditus in conſpectu Domini Papæ ita dixit: Pater Sancte, primus ego iurabo, ſi veſtra Sanctitas præceperit, quia Parochia Trium Tabernarum durat à flumine Crogi, vſque ad flumen Bordum, cui Papa

ver

ver te primum contuliſti, tum antiquiores te hic adeſſe conſpiciamus; illę reſpondit, quia patrem habeo Archipresbyterum familiarem, atque miniſtrum Domini mei Baſilij Trium Tabernarnm ſpiſcopi, qui me ſecum quaſi ſcolarem habebac,& qnandocumqne ipſe ſpiſcopus per ſuam parochiam pergebat,illuc pacer mens ſecum ducebat: recordor namque quod Neocaſtrenſis ſpiſcopus apud prædiĉtum flumen venit & quandam ſccleſiam Sanĉti Grrgorij ibi voluit ædificare, quod eum dominus meus Baſilius Geneſius Trium Tabernarum ſpiſcopus audiuit,illuc feſtinanter properauit, & quod aliquod ius illuc Neocaſtrenſis ſpiſcopus non haberet oſtendi, & ſic ille Neocaſtrenſis ſpiſcopus confuſus inde diſceſſit, & Dominus mens Baſilius ipſam poſtmodum ſccleſiam ędificauit. hoc oculis meis vidi, & vcrieatem hanc eſſe noſco, ſi veſtra Sanĉticas ius cenetur affirmare ſunt qni faĉto ſedrnt, nec non ex circumſtantibus multis, qui hoc certiſsimè nouerunt, & hnic dedicationi interſuernnt: videns antem Apoſtolicus aſſertionē huius presbyteri varijs indicijs roboratam, hunc primum,poſtea reliquos ad Sanĉta Dei euāgelia iurare fecit, quod Trium Tabernarum Diœceſis durat à flumine Bordo, vſque ad flumen Crogi: hi ſunt qui poſt hunc in conſpeĉtu Domini papæ iurauerunt, & hoc idem indicauerunt, de Catāzaro presbyter. Gregorius Ruſpa, presbyter Leo Munda, presbyter Leo Criſafi, presbyter Baſilius Gamiſſus, presbyter le de denarijs, Archipresbyter Gregorius Criſafi, iudex qui cognominatur Cacarus, & presbytec Baſilius de Taberna, presbyter Ioannes Archipresbyter, & Presbyter Baſilius Calaris; cum iſti iuraſſent, papa Calixrus Ioanni ſpiſcopo Catacenſi totam ſnam parochiam reformauit, ne aliquis deiuceps non poſſet iudicio totius curiæ, & Apoſtolicæ auĉtoritatis aliter iudicare.

Hæc ſunt nomina eorum qui huic rxaminationi interſuernnt: Gregorius Archiepiſcopus Sanĉtæ Seuerinæ, Aĉtius ſpiſcopus Crotonrnſis, ſpiſcopus Nrocaſtreuſis, ſpiſropus Inſulanus, Cardinalis Galterius, ſpiſcopus Barenſis, apiſcopus Aquinenſis, Ioannes ſpiſcopus Hieracenſis, Vmbertus Abbas Sauĉtæ ſuſemiæ, Iambricus Longionenſis, Rochcrius, Abbas Gregorius: Epiſcopns verò Scillacenſis videns, quòd hæc priuilegijs ſuæ ipſius ſccleſiæ, & Diœceſi derogarent nullo modo his rebus aſſentire voluit, ſed ſine licentia Summi Poncificis, cœterorumque Epiſcoporum Crotonem diſceſſit.

Si quis nonitate huius latinitatis ſeu cauſaliiatis ſuper hoc aliquod reprendere voluerit, vel impugnando dubitaueeit. Hiſtoriam prius in chronira Græcorum librorum quæ continet diligenter addiſcat, & tunc ſe non plenins intellexiſſe conſpiciat, qnod incaute redarguere volebat. Haĉtenus chronica. Bulla Calixti ita ibi exſcripta eſt, eiuſdemq; ſarinæ eſt Chronirelatæ.

CALIXTVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabili Fratri Ioanni Trium Tabernarnm Epiſcopo noſtris per Dei gratiam manibus conſecrato, eiuſque ſucceſſoribus Canonicis inſtieuendis in perpetuũ. Et Synodalium decretorum authoritas, & pontificalium geſtorum ſeries manifeſtat, ſæpè Sedi Apoſtolicæ licuiſse diſiunĉta coniungere, & ſedes & Eccleſias pro ratione temporum commueare. Olim ſiquidem Trium Tabernarum Eccleſia, & ſedcs, & propria proprium cognoſcitur Epiſcopatum habuiſse; ſed propter Saracenorum violentiam, Epiſcopalem Sedem conſecrare non potuit ad Romanam Eccleſiam pro habendo Epiſcopo confugiae. Vnde vniueeſarum per Vrbem ſccleſiarnm Romana Macer Eccleſia, Eccleſiæ Squillacenſi eam coniunxit. Sanè temporibus noſtris diuinæ placuie Maieſtati locum illum miſericorditer viſitare, & Cleri, & popnli multiendine reparata in ſtatum priſtinum reſtaurari. Nos itaque diuinæ cooperatores exiſtere gratiæ cupientes, habito noſtrorum fratrnm conſilio per cariſsimum fratrem noſtrum Deſiderium Cardinalem prebyterum direximus ad partes illas totius rei opportunitate diligenter inſpeĉta, & populi petitione, & Cleri eleĉtione, & Comitis, cæterorumque honoratorum conſenſu, & in ea ſpiſcopum noſteis per Dei gratiam manibus conſecrauimus; Apoſtolica igitur auchoricate præcipimus, vt prædiĉta Trium Tabernarum ſcclefia proprium deinde ſpiſcopum habeae, cuius diſpoſitione, & prouidencia iuxta Sanĉtorum Patrum inſtitutca per Omnipotencis Dei gratiam gubernetur. Porrò tibi, tuiſque ciuibus, cariſſime frater Epiſcope Ioannes; eandem Parochiam confirmamus cum oppidis, villis, & pertinentijs ſuis, Taberna, Catanzario, Rocca, Tiriolo, & Sellia, confirmamus etiam tibi donum glorioſi Comitis *Goffredi*; ſcilicet Villanos, & Molendinum, quod & quæ Gullelmus Carbonellus in prædiĉti Cardinalis manu eccleſiæ dedit. Item ex dono Ioannis Capicoli villauos 30. tum 700. modijs terræ, & 5000. pedum vinearum, quæcunque præterea eccleſia veſtra liberalitate Principum, collacione fidelium vel alijs iuſtis modis in præſenti poſſidet, aue in futurum largiente Domino poterit adipiſci, firma ſibi, ſuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant: Decernimus ergo, vt nulli hominum facultas ſit hanc noſtram epiſcopalis dignitatis reſtitutionem mutare, vel ſæpe diĉtam eccleſiam temerè perturba-

A turbare, poſſeſſiones eius auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerarijs vexationibus fatigare; ſed integra ſeruentur, tam ſuis quàm Clericorum, & pauperum vſibus profutura. Si quis igitur in futurum eccleſiaſtica, vel ſæcularis perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam venire tentauerit, niſi cum ſatisfactione congrua ſe emendauerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio de perpetrata iniquitate cognoſcat; qui verò præmiſſis paruerit, fructum hic bonæ actionis percipiat, & apud diſtrictum Iudicem particeps æternæ pacis inueniat. Amen.

B *Ego Calixtus Catholicæ Eccleſiæ Pontifex.*
Ego Vitalis Albanus epiſcopus.
Ego Bonifacius Presb. Eccleſ. tit. S. Marci.
Ego Ioannes Presb. Card. tit. S. Ceciliæ.
Ego Theobaldus Presb. Card. tit. ſanctæ Praxedis.
Ego Petrus S.R.E. Presb. Card. ſanctæ Suſannæ.
Ego Deuſdedit Presb. Card. tit. ſancti Laurentij in Lucina.
Ego Ioannes Presb. Card. tit. ſancti Griſogoni.
Ego Amico Presb. Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem.
C *Ego Petrus Presb. Card. tit. ſancti Marcelli.*
Ego Segizzo Presb. Card. tit. S. Sixti.
Ego Robertus Presb. Card. tit. ſanctæ Sabinæ.
Ego Addo Diac. Card. tit. ſanctorum Sergij & Bacchi.
Ego Romanus Diac. tit. ſanctæ Mariæ in Porticu.
Ego Ionathas Diac. Card. ſanctorum Coſmæ, & Damiani.
Ego Gualterius Diac. Card. tit. ſancti Theodori.

D *Datum Laterani per manus Griſogoni S. R. E. Diac. Card. & Bibliothecarij 18. Kal. Febr. Indict. 14. Dominicæ Incarnationis 1121. Pontificatus verò Domini Calixti Papæ II. anno 2.*

Nunc ſeriem Epiſcoporum Eccleſiæ Catacenſis explicabimus ex diuerſis monumentis, vt cumque potuimus collectam.



1 LEO Grandi Magnæ Græciæ epiſcopus tranſtulit epiſcopatum in nouam hanc Vrbem Catanzarij ſub Adriano Papa anno 783. vt produnt memoriæ eiuſdem eccleſiæ; qui autem poſt hunc eam rexerint eccleſiam, non habentur, neque nomina ad poſteros deuenere ob continua fere bella ſub Græco Imperio, quæ in hac Prouincia fuere.

2 IOANNES Cappellanus, poſt tot ſæcula reperitur huius eccleſiæ Catacenſis epiſcopus ſub Paſchale II. anno 1107. Vixiſſe hunc, referunt monumenta huius eccleſiæ, in epiſcopatu annis triginta, quo fortaſſe viuente Goffredus Comes Catanzarij donauit Defenſam Alli eccleſiæ Catacenſi anno 1130. quo etiam pontificatu à quibuſdam refertur, ſed gratis Catanzarium veniſſe Calixtum, & eccleſiam Catacenſem, & cathedralem conſecraſſe: cuius conſecrationis Bulla legitur in marmore exarata in ea eccleſia, tamen vt diximus nuperrima videtur, & omnino ſuſpectæ fidei quam hic exſcribere viſum eſt, vt ipſe lector videat quam diuerſa ſit forma eiuſdem, ab alijs Summorum Pontificum diplomatibus in aliarum eccleſiarum conſecrationibus deſcriptis; ſed quod mihi mirum videtur, Romanæ eccleſiæ Cardinales poſt Abbates ſcripti videntur: Goffredus Meſſanæ epiſcopus hic ſubſcriptus mortuus erat, & Guilielmus eidem ſucceſſit circa annum Domini 1120. vt Rocchus Pyrrhus tradit in deſcriptione Meſſanenſis eccleſiæ; Petrus qui ſe Squillacenſem epiſcopum ſubſcripſit, hoc anno 1122. Panormitanus erat Archiepiſcopus ad eam ſedem translatus à Caliſto, vt idem tradit Pyrrhus: Agrigentinus epiſcopus hac tempeſtate, vel Albertus, vel Vualterius florebat, nec Vellardus nominatus in ea tabula: Gerardus Potentinus epiſcopus memoratus in ſubſcriptis epiſcopis iam ad cœlos euolauerat, & eidem ſucceſſor fuit Manfredus an. 1119. quomodo ſanctus iſte Gerardus ann. 1122. potuerit conſecrationi eccleſiæ Catacenſis adeſſe, dicant, qui bullam exarari fecerunt eo in marmore. Suſpicantur nonnulli hoc tempore iuſſu, & auctoritate Calixti Ca-

thedralem hanc Catacenſem ecclesiam con- A
ſecratam fuiſſe, non vero ab ipſo Pontifice, qui tunc Lateranenſi Concilio celebrando intentus Romæ agebat, vnde factum, vt poſt aliquot ſecula creditum ſit, Caliſtum ipſum illam conſecraſſe, ad cuius memoriam poſteris imbuendam, confectam fictamq; ſequentem bullam in marmore exarari iuſſerunt, & in Cathedrali affigi paulo ante annum 1500. in hunc modum.

CALIXTVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Vniuerſis Eccleſiæ fidelibus ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. B

Notum ſit omnibus ſanctæ Matris Eccleſiæ fidelibus, atque Orthodoxis hoc præſens ſcriptum quandocunque cernentibus, vel legentibus, ſeu audientibus, quod nos præſentia noſtra quarto epiſcopatus noſtri, anno vero ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo vigeſimo ſecundo, Indictione quincadecima, reformandæ pacis cauſa inter Guglielmum Ducem Italiæ, & Rogerium Siciliæ Comitem partes Calabriæ aduentaſſe, & Neocaſtrum præfata cauſa per quindecim dies moram feciſſe, & inde per Catanzarium reditum C
habuiſſe, ibiq; eccleſiam in honorem ſanctæ Mariæ Matris Domini, & Apoſtolorum Principum Petri & Pauli cum pluribus epiſcopis, & Cardinalibus noſtris, quorum nomina ſubſcripta ſunt, proprijs manibus per Dei gratiam dedicaſſe, & caput & dignitatem epiſcopatus totius Parochiæ, & pertinentiæ Trium Tabernarum ipſi eccleſiæ conceſſiſſe, & confirmaſſe, cui quidem eccleſiæ ex parte, & auctoritate Dei, & Beatæ Mariæ Genitricis eius, Apoſtolorum Principum Petri & Pauli, aſſenſu & confirmatione epiſcoporum, & Cardinalium, qui inibi nobiſcum interfuerunt, tale munus miſericordiæ, & remiſſionis contulimus, & conceſſimus, vt omnes, quorum corpora D
in cœmiterio eiuſdem eccleſiæ ſuo voto ſepelluntur, niſi in excommunicatione, & abſque confeſſione morerentur, ab omnibus peccatis ſuis ipſa hora abſoluerentur, & extorres Infernalium cruciatuum, & perpetuæ gehennæ redderentur, & primæ reſurrectionis participes noſcerentur. Addidimus, quod nutu Dei, & conſenſu Epiſcoporum, & Cardinalium, & auctoritate Apoſtolicę dignitatis, & eccleſiaſticæ poteſtatis, vt omnes qui ad annualia feſta dedicationis præfatæ eccleſiæ, quæ per octo dies celebranda decreuimus, ſcilicet à feſtiuitate Innocentium vſque ad eorundem octauas deuotè venirent, vnum annum remiſſionis criminalium peccatorum, & tertiam ve-
ræ.

nialium, cum confeſſi eſſent, vel infra octauam confiterentur, ſupradicta auctoritate conſequerentur, & obtinerent. Vniuerſos autem, qui eidem eccleſiæ ſuas eleemoſynas largiti, & largituri ſunt, ipſamque defenſuri, ſiue augmentaturi, nec minuituri, ex parte Dei, & auctoritate ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, & Apoſtolorum Principum Petri & Pauli, & uos benedicimus, ac in noſtris orationibus recipimus.

† *Ego Caliſtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
† *Ego Lambertus Oſtienſis Epiſc.*
† *Aegidius Tuſculanus epiſc.*
† *Ego Creſcentius Sabinenſis epiſcopus.*
† *Ego Petrus Portuenſis epiſcopus.*
† *Ego Vitalis Albanenſis epiſcopus.*
† *Ego Baricenſis Archiepiſcopus.*
† *Ego Rodulphus Rheginus Archiepiſcopus.*
† *Ego Gregorius ſanctæ Seuerinæ Archiepiſcopus.*
† *Ego Fulco Aquenſis Archiepiſc.*
† *Ego Goffredus epiſcopus Meſſanæ.*
† *Ego Vellardus Agrigentinus epiſcopus.*
† *Ego Rainaldus Militenſis epiſcopus.*
† *Ego Argerius Cathacenſis epiſcopus.*
† *Ego Henricus epiſcopus Neocaſtri.*
† *Ego Petrus Squillacenſis epiſcopus.*
† *Ego Radulphus Marturani epiſc.*
† *Ego Petrus Maluen. epiſc.*
† *Ego Ioannes Anglonen. epiſc.*
† *Ego Girardus Potentiæ epiſc.*
† *Ego Ioannes Catacenſis epiſc.*
† *Ego Villelmus Albertinen. epiſc.*
† *Ego Polieronius Genicocaſtren. epiſcopus.*
† *Ego Geruaſius Vmbriacen. epiſc.*
† *Ego Geronſius Geracen. epiſc.*
† *Ego Nicolaus ſancti Angeli Militenſis eccleſiæ Abbas.*
† *Ego Hubertus ſanctæ Euſemiæ Abbas.*
† *Ego Lambertus magiſter Hierimit.*
† *Ego Rogerius ſancti Iuliani Abbas.*
† *Ego Bonifacius Presbyt. Cardinalis tit. ſancti Marci.*
† *Ego Benedictus Presb. Card. ſancti Petri ad Vincula tit. Eudoxiæ.*
† *Ego Ioannes Presbyt. Card. tit. ſanctæ Cæciliæ.*
† *Ego Diuizzo presb. Card. ſanctorum Silueſtri, & Martini tit. Equitij.*
† *Ego Theobaldus presb. Card. tituli Pammachij.*
† *Ego Creſcentius Presb. Card. tit. ſanctorum Marcellini, & Petri.*
† *Ego Deſiderius Presb. Card. tit. ſanctæ Praxedis.*
† *Ego Petrus Presbyt. Card. tit. ſanctæ Priſcæ.*
† *Ego Deuſdedit Presbyt. Card. tit. ſancti*
Lau-

Laurentij in Damaſo.

† *Ego Gregorius Presb. Card. tit. ſancti Laurentij in Lucina.*

† *Ego Ioannes Presbyt. Card. tit. ſancti Griſogoni.*

† *Ego Amico Presb. Card. tit. ſanctæ Crucis in Hieruſalem.*

† *Ego Sigizzo Presbyt. Card. tit. ſancti Sixti.*

† *Ego Petrus Presbyt. Card. tit. ſancti Marcelli.*

† *Ego Robertus Presbyt. Card. tit. ſanctæ Sabinæ.*

† *Ego Romoaldus Diac. Card. ſanctæ Mariæ in Via Lata.*

† *Ego Aldo Diac. Card. ſanctorum Sergij & Bacchi.*

† *Ego Petrus Diaconus Cardin. ſancti Adriani.*

† *Ego Romanus Diac. Card. ſanctæ Mariæ in Porticu.*

† *Ego Ionathas Diac. Card. ſanctorum Coſmæ, & Damiani.*

† *Ego Henricus Diac. Card. ſancti Theodori.*

Datum Catanzarij per manum Griſogoni S.R.E. Diac. Card. ac Bibliothecarij 5. Kal. Ianuarij, Ind. 15. Anno Dominicæ Incarnationis 1122. Pontificatus vero Dom. Calixti II. Papæ anno quarto.

Hoc eodem anno eademque tempeſtate Calixtus Romæ Concilium maturabat. Abſurdum videtur vt Abbates ante R.E. Cardinales ſubſcribant, & annus 1122. fuit pontificatus Calixti tertius. electus eſt Summus Pontifex ann. 1119. die 1. Febr.

Cæterum Ioannis Epiſcopi obitus dies, & annus ignorantur.

3 N. . . . Catacenſis Epiſcopus, qui B. Ioachim Abbatem circa annum Domini 1168. ſacris initiauit, nomen tamen illius non exprimitur in vita eiuſdem.

4 BASSOVINVS, vel BVSIANVS anno 1100. huius eccleſiæ erat Epiſcopus, quo anno Comes Richardus donauit Eccleſiæ Catacenſi Iudaicam pro anima Agnetis Palmariæ vxoris ſuæ: Ferunt hunc in Epiſcopatu vixiſſe annis quadraginta; ſub Alexandro III. Epiſcopatum iniſſe opus eſt aſſerere.

5 ROBERTVS Catacenſis epiſcopus florebat anno ſalutis 1217. eo enim anno de conſenſu ſui Capituli eccleſiam ſanctorum Trium Puerorum fere dirutam, vna cum pertinentijs ſuis, quæ quondam Græcorum Monachorum Cœnobium fuerat, contulit Petro Abbati, ac Monachis s. Mariæ de Aquauiua Ord. Florenſis. donationem confirmauit Honorius III. Papa 5. Kalend. Martij pontiſ. ſui anno 3. ſal. 1219. diploma extat in Regeſt. Vatic. fol. 225. in hæc verba.

Abbati & Conuentui Monaſterij Aquæuiuæ de Ord. Florenſi. Cum venerabilis frater noſter Catacen. epiſcopus, Capituli ſui accedente conſenſu, ſanctorum Trium Puerorum eccleſiam deſolatam monaſterio veſtro vicinam, quæ quondam Græcorum fuit monaſterium, vobis intuitu contulerit pietatis, ſicut in inſtrumento exinde confecto, nobiſque præſentato plenius continetur, ac idem Epiſcopus per ſuas literas poſtulauerit factum huiuſmodi auctoritate ſedis Apoſtolicæ confirmari. Nos veſtris, & eiuſdem epiſcopi precibus inclinati, de benignitate, ac gratia ſpeciali, ne ſoli donationi prędictæ videamur inuiti, præfatam eccleſiam, ſicut eam iuſtè, ac pacificè poſſidetis, & memoratum continet inſtrumentũ vobis, & per vos monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, cuius inſtrumenti tenorem de verbo ad verbum duximus præſentibus inſerendum. Tenor autem eius eſt talis. In nomine ſanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis Amen. Anno ab Incarnatione Verbi Dei 1217. Menſe Auguſti, Indictione quinta. Robertus Dei gratia Catacen. Epiſcopus dilectis in Chriſto fratribus Donno Petro venerabili Abbati Aquæuiuæ, quæ quondam Monacaria dicebatur, & ſucceſſoribus ſuis, eorumque Fratribus in perpetuum. Paſtoralis miniſterij debito mancipati neceſſariò ſollicitudinis Apoſtolicæ formam cogimur imitari, curantes ad ædificationem commiſſæ nobis eccleſiæ nõ ſolum plantare in diœceſi noſtra virtutis exemplum, ſed & rigare plantatum, donec Deus plantatis, rigatiſque perfectionis tribuat incrementum; quia qui plantat, & qui rigat, & ſimilitudine intentionis, & pietate operis vnum ſunt, idem agunt, cum otioſũ ſit ſtudiũ rigantis, niſi præceſſerit officium plantationis, & rurſum ſuperuacuè in plantatione ſudatũ ſit, cui rigationis beneficium non ſucceſſit. Hoc itaq; diſcretionis oculo præcedente per Dei gratiã greſſus noſtros, ſic proſequi noſtræ vocationis opus intendimus, vt & pium prædeceſſorũ noſtrorum propoſitum attendamus, accepturi ſicut confidimus, illorum mercedem operum, quorum addiderimus in perfectiori ſufficientia complementum. Hinc eſt, quod exponente te, præſcripte venerabilis Abbas Petre, cum Monaſterium tuum opportuna prædiorum vtilitate ſufficienter non fuerit ordinatum, Fratres, qui ad Dei ſeruitium congregantur in eodem multis rerum pecunijs, & difficultatibus atteruntur, in ſuo iam propoſito vix ſubſiſtunt, & quia ſpiritualis hæc ſtructura diſſoluitur, niſi citius ſubuentione temporalium fulciatur; nos licet immeriti agentes in hac pontificatus ſpecula vices Chriſti, qui quamuis rerum ſit Saluator, & operum, ſpecialiter tamen in omni ſuorum ſacramento dictorũ, ſalutem prætulit animarum, cognita ſeruo-

rum Dei neceſſitate, tam graui materia moti, cauſæ pauperum pia liberalitate duximus ſuccurrendum, illorum æmulantes Apoſtolicam caritatem, quos vnicuique iuxta quod ſingulis erat diſtribuiſſe legimus, & pro fidelium ſalute ſuas etiam impendiſſe. Longa igitur deliberatione cum noſtris Fratribus habita, Deo, ſicut credimus, inſpirante, zelo ciue, & reſpectu deuotionis, & Religionis tuæ, Fratrumque tuorum, pro noſtrorum quoque remedio peccatorum, communi conſilio, & conſenſu, vnanimi noſtra, & noſtri Capituli voluntate conceſſimus, & concedimus tibi iã dicto venerabili Abbati Petro, tuiſque ſucceſſoribus, Fratribus, & monaſterio Aquæuiuæ in perpetuum Eccleſiam ſanctorum Trium Puerorum ſitam in tenimento Barbari, quondam Monaſterium, licet irreligioſum viciniratc ſæcularium perſonarum; ſed nunc funditus deſolatum, atque deſtructum, dc quo, cum ſit loco veſtro vicinum, penuria monaſterij, & fragilitas ſtatus veſtri remedium conſequetur, & ſufficiens fulcimentum. Ipſam ergo eccleſiam ſanctorum Trium Puerorum cum omnibus tenimentis, obedientijs, & pertinentijs ſuis, hominibus, molendinis, aquis, ſyluis, vineis, & virgultis offerimus, damus, atque concedimus tibi, & ſucceſſoribus tuis, ac Fratribus veſtris ad opus & ſubuentionem, ſubſtentationemque iam dicti Monaſterij Aquæuiuæ in perpetuum, ſimiliter concedentes, vt nunquam teneamini tu, & ſucceſſores tui Monaſterium ibi conſtruere; ſed ipſa omnia plenè, liberè, pacifice, & quietè pro ſubſtentatione, vt iam diximus monaſterij Aquæuiuæ poſſideatis in Grangiam, & poſſeſſionem veſtram, ſicut de veſtra, & ſucceſſorum veſtrorum fuerit voluntate, ſaluo cenſu vnius vnciæ auri ad pondus Catanzarij, quem inde annuatim Eccleſiæ noſtræ In feſto, vel circa feſtum Aſſumptionis Beatæ Mariæ ſemper Virginis perſoluetis. Nihil itaque temporalis, aut ſpiritualis iuris, & ditionis, nihil proprietatis & conſuetudinis nobis, ac ſucceſſoribus noſtris, & Catacen. eccleſiæ reſeruamus in ipſa eccleſia ſanctorum Trium Puerorum, & tenimentis, ac pertinentijs eius, ſeu in obedientijs ſuis, & tenimentis, ac pertinentijs earum præter orationum veſtrarum participium, & annuum cēſum dictæ vnius vnciæ auri, ſed omnia plenè, liberè, & abſolutè offerimus, damus, atque concedimus vobis, & ſucceſſoribus veſtris in perpetuum ad opus, vt diximus, & ſubuentionem ſubſtentationemq; monaſterij Aquæuiuæ, quæ quondã Monacaria dicta eſt. Decernimus equidem attentiſſimè prohibentes, vt nulli de ſucceſſoribus noſtris, aut de Catacen. Capitulo liceat pro his omnibus à Prælato, vel Fratribus ipſius monaſterij Aquæuiuę quicquã ſub obtentu conſuetudinis, vel alio quouis modo exigere, vel auferre, aut de rebus ipſis aliquid extorquere. Si qua igitur eccleſiaſtica, ſæculariſue perſona Catacen. Diœceſis huius noſtræ oblationis, donationis, & conceſſionis paginam ſciens, contra eam venire tentauerit, & ſecundo, tertioue commonita minimè reſipuerit, excommunicationi ſubiaceat, reamq; ſe ſacramenti corporis, & ſanguinis Ieſu Chriſti tandiù eſſe cognoſcat, donec exceſſum ſuum digna, congrua, & plena ſatisſactione corrigat, & emendet, nihilominus eadem pagina, & eiſdem oblatione, donatione, & conceſſione noſtris firmis in perpetuum permanentibus, & illæſis, ad quarũ perpetuam memoriam, & inuiolabile firmamentum præſens priuilegium vobis fieri fecimus, & impreſſione ſigilli noſtri, ac ſubſcriptione manus propriæ roboratum, ſubſcriptionibus quoque Canonicorum noſtrorum iuſſimus communiri. Anno, menſe, & Indictione prætitulatis.

Ego Robertus Catacen. epiſcopus propria manu ſubſcribens prædicta confirmo.
Ego Bartholomeus cantor Catacen. concedo.
Ego Raynaldus Archidiaconus concedo.
Ego Ioannes Odonis Catacen. canonicus.
Ego Michael Catacen. canonicus concedo.
Ego Leo Catacen. canonicus concedo.
Signum manus Ioannis de Alſerio Catacen. canonici.
Ego Guarinus Catacen. canonicus concedo.
Signum manus Alexandri canonici, & theſaurarij Cathacen.
Ego Placidus Catacen. canonicus concedo.
Ego Fortunatus Catacen. canonicus concedo.
Ego Gratia Catacen. canonicus concedo.
Ego Nicolaus de Panormo Catacen. canonicus concedo.
Ego Neocaſtrus Catacen. canonicus concedo.

Nulli ergo &c. noſtræ confirmationis infringere, vel ei &c. vſq; contraire. Si quis autem &c.

Datum Lateran. 5. Kalend. Martij anno ſecundo.

Porro hoc cœnobiumAquæuiuæ in Diœceſi hac Catacenſi exſtructum fuit à B. Ioachino Abbate Florenſi, vbi floruit Petrus eius diſcipulus morum, & vitæ ſanctimonia illuſtris, de quo in Actis eiuſdem Beati clara memoria extat. Ad hæc Roberti Epiſcopi tempora ſpectare videtur Lucę archiepiſcopi Cuſentini reſcriptum in cauſa Monaſteriorum Patiri Roſſanenſis, & ſancti Iuliani huius Catacenſis Diœceſis, ſcriptum anno 1222. in hæc verba ex tabulario Patiri,

Lucas

Lucas Dei gratia Cuſentinus Archiepiſcopus.

Præſenti ſcripto notum facimus, quod cum de mandato Apoſtolico, quod recepimus, porrigentibus illud venerab. Archimandrita, & Conuentu Patiri citauiſſemus venerab. Abbatem & Connentum ſancti Iuliani Caracenſis Diœceſis, vt venirent eis reſponſuri ſuper quodam tenimento in Inſula Cutroni, quo ſe conquerebātur iniuſtè deſtitutos ab ipſis, & venire, ſeu reſponſalem idoneum mittere noluiſſent, vnde propter ipſorum contumaciam dedimus illud tenimentum Archimandritæ & Conuentui Patiri cuncta ſeruanda; qui vtiq; tenimentum illud noluerunt adire ob timorem comitis Stephani de Cutrono, qui dicebatur monaſterium ſancti Iuliani ſuper eodem tenimento velle defendere, ac fouere; pars autem monaſterij ſancti Iuliani veniens infra annum ad præſentiam noſtram altera parte præſente purgauit innocentiam ſuam præſtito iuramento, quod operam non dederat, neque cum eodem Comite tractauerat, qualiter pars Patiri tenimentum prædictum ſecūdum noſtram ſententiam adire non poſſet, & paratam ſe dixit ad reſpondendum de ipſo tenimento coram nobis, & ita recuperauit eiuſdem tenimenti poſſeſſionem. Cumque ciuitas ipſa Cutroni reuocata fuiſſet in demanium Imperiale, & per Dominum Michaelem de Roſſano Camerarium Calabriæ monaſterium Patiri recuperaſſet tenimentum illud, ſicut oſtendebat ex quodam inſtrumento ſollemniter inde facto, & Græcè ſcripto. & tam ab ipſo Domino Michaele, quam à probis hominibus Cutroni ſubſcripto, in quo fiebat mētio, quod in priuilegio fel. mem. Dom. Regis Rogerij monaſterio Patiri conceſſo continebatur illud tenimentum certis finibus terminatum, & quod nuper de mandato Imperiali reuocauerat ipſe Camerarius omne demanium Imperiale Cuttroni, & omnia, quæ dederat comes Raynerius Marchiſottus, & comes Stephanus filius eius, & huiuſmodi reuocationis occaſione prædictum tenimentū monaſterio Patiri per iuſtitiam reddidiſſet, de ſententia dedimus, vt pars Patiri oſtenderet nobis illud mandatum Imperiale ſi poſſet. Oſtendit autem quaſdam literas Imperiales apertas cum ſeta cera bullatas, quibus mandabatur Iuſtitiarijs, & Camerario Calabriæ, vt non moleſtarent monaſterium Patiri in poſſeſſionibus, hominibus, & omnibus quæ pro iuſtitia felicium Regum, progenitorū ſuorum poſſidendiq; omnia in eiſdem literis apertis ipſi monaſterio Imperialis auctoritas confirmabat; parte vero ſancti Iuliani proponente, & probare volente, quod pars Patiri violenter inuaſerat prædictum tenimentum Inſulæ, quod per noſtram reſtitutionem, ſicut prædictum eſt, pacificè poſſidebat, eijciens inde habitarores, & diruens Eccleſiam, & ædificia in eo conſtructa, & obijciente, quod ad generales illas literas non debuit prædictus Dominus Michael abſente parte ſancti Iuliani ſpoliare ipſam tenimento prædicto, cum nullum ſuper hoc recepiſſet Imperiale mandatum, & petente cum inſtantia reſtitui ſibi per nos tenimentum ablatum, & iuſtitiam de illata violentia fieri; cum non debuiſſet pars, derelicto foro eccleſiaſtico poſt litem conteſtatam, ad ſæcularem curiam de ipſo tenimento recurrere, oportuit nos ſuper plenè deliberare. Habita itaque deliberatione cum viris prudentibus pro eo quod prædictum tenimentum videbatur ex inſtrumento confecto auctoritate Imperiali mandatum, quod vtique mandatum oſtendi non potuit, & inſpectione priuilegij Domini Regis Rogerij præceſſiſſe, ſicut ipſe in eodem inſtrumento referebat, ſuperſedendum duximus, conſulentes partibus, vt ſicut melius expedire vident, ad Papalem, vel Imperialem curiam recurrerent, & inde ſuam congruentius iuſtitiam poſtularent.

Actum Cuſentiæ 27. Iunij 10. Indict. præſentibus nobiſcum Domino Michaele Decano, Guillelmo Girardo, & Dragone Canonicis Eccleſiæ noſtræ, impreſſione ſigilli noſtri, & tam noſtra, quam ipſorum ſubſcriptione munitum.

† *Lucas Dei gratia Cuſentinus Archiepiſcopus ſubſcripſi.*

† *Ego Michael Cuſentinus canonicus.*

† *Ego Guillelmus Cuſentinus canonicus ſubſcripſi.*

† *Ego Gerardus Cuſentinus canonicus*

6 Fr. FORTVNATVS Ordinis Minorum exceſſit huius Eccleſiæ Epiſcopus ſub Innocentio IV. circa annum Domini 1252. Is Eccleſiam ſanctiſſimæ Trinitatis Fratribus ſui Ordinis donauit.

★

IACO-



7 IACOBVS Abbas de Petrafiƈta Peruſinæ Diœceſis Catacenſi Epiſcopatu condecoratus eſt ab Innocentio IV. ann.1252. quem commendat idem Pontifex Decano, & Capitulo Catacenſi.Dat.Peruſij 5.Kalen. Septembris ann.10.epiſt.85.fol.204 Regeſt. Varic. Is poſtquam benè hanc adminiſtraſſet Eccleſiam, ſenio grauatus in manibus Clementis VI. onus dimiſit, & Viterbij paulo poſt mortalitatem expleuit Gregorio X. ad clauum ſedente, qui Capitulum Catacen. admonuit, vt diſcretum, & dignum ſibi paſtorem eligeret, vt in eodem Regeſt.Vatic. ep.44. fol.146. ſub Dat.Lugduni 5. Id. Septemb.pontif.3.

8 NICOLAVS ~~Iacobo ſucceſſit~~ electus à Capitulo, à Gregorio X.cõfirmatus 1275. longo annorum ſpatio in hac dignitate vixit, optimique Paſtoris laudem tulit.

9 Fr.IACOBVS Ord. Minorum alumnus Catacenſem eccleſiam regendam accepit circa annum Dom.1305. ſedit ann.3.& mortuus eſt Clemente V.Pontifice.

10 Fr.VENVTVS de Nicaſtro eiuſdem Ordinis Minorum religioſus Petri comitis Catacenſis Capellanus defuncto Iacobo anno 1309. in diſcordia ſimul cum Gualtero eiuſdem Eccleſiæ Archidiacono; ſed cum Magiſtri Prouincialis ſui Ordinis licentiam, aut conſenſum impetrare non poſſet, idque malis artibus effinxiſſet, conſecratus eſt à ſuo Metropolitano Rhegino, ob id vocatus eſt in iudicium à Clemente V.Pontifice. Sed cum lis protraheretur, Clemens defunctus eſt, & apud Ioannem XXII. ſucceſſorem iterum lis æſtuauit, quo tempore per vim Gualterus Epiſcopatu ac bonis Venutum expoliauit, qui cum ad Pontificem proclamaſſet, ſuadente iuſtitia legitimus Catacenſis Præſul declaratus, in eaque dignitate confirmatus eſt anno ſalutis 1325. à prima electione anno decimoſexto. Rem totam narrat idem Ioannes Pontifex ſuis in literis ad eundem Venutum datis, quas hic exhibendas curaui ex Vat.Reg.tom.2.epiſt. 1191.ann. 9.pontif. eiuſdem.

A

Venerabili Fratri Venuto Epiſcopo Catacen.

Dudum pro parte Procuratoris Generalis Fratrum Ord.Minorum coram fel.record. Clemente Papa V. prædeceſſore noſtro propoſito, quod olim eccleſia Catacen. per obitum bon.mem. Iacobi epiſcopi Catacen. vacante, ac à dilectis filijs Capitulo eiuſdem eccleſiæ duobus in eadem eccleſia, vna de te, reliqua de dilecto filio Gualterio tunc Archidiacono, nũc Decano eiuſdem eccleſiæ electionibus in diſcordia celebratis; tu dictum Gualterium electionẽ
B de ſe factæ renunciare coegeras per potentiam ſæcularem, teque iterato eligi à præfatis Capitulo eiuſdem Eccleſiæ Catacen. temerè procurares, ac per literas Prouincialis dicti Ordinis, quæ falsò fabricatæ fuerant, vt dicebatur, te licentiam conſentiendi electioni huiuſmodi habere prætendens, electionem tuam huiuſmodi per Metropolitanum loci feceras cõfirmari,& ſubſequenter tibi munus conſecrationis impendi, idem prædeceſſor dilecto filio noſtro Arnaldo ſanctæ Mariæ in Porticu Diacono Cardinali commiſit, vt de præmiſſis omnibus, & quibuſdam alijs ſe pleniùs informaret, & huiuſmodi informationem ſibi
C referrer, per cuius informationem ſe abſente non vocato, apud ſedem Apoſtolicam receptam, & relationem ipſius ſibi factam, idem prædeceſſor motus, te ſuper præmiſſis etiam ſuper eo, quod dicebaris excommunicatus, & ſic ligatus diuina officia celebraſſe, ac celebrare temerè te immiſcuiſſe, & immiſcere eiſdem citari fecit, vt certo termino coram eo perſonaliter comparere ſrecepturus quod iuſtitia ſuaderet. In quo termino cum propter impotentiam tui corporis te à perſonali comparitione huiuſmodi per procuratorem idoneum legitimè excuſaſſes, idem prædeceſſor venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Cuſentino, & ſancti Marci,& Meliten.epiſcopis ſuis de-
D dit literis in mandatis, vt ipſi,vel duo, aut vnus eorum vocatis, qui exiſterent vocandi ſuper contentis in citatione prædicta inquirerent diligentiùs veritatem, & quæ inuenirent, in ſcriptis redigi facientes, ea ſub eorum incluſa ſigillis ſibi fideliter deſtinarent, præfixo tibi certo termino competenti, quo legitimè te Apoſtolico conſpectui præſentares, recepturus ſuper præmiſſis quod iuſtitia ſuaderet. Demum verè eodem Archiepiſcopo Cuſentino ſuper dicto negotio, de quo, vt dicebat, inquiſierat, præfato prædeceſſori per ſuas literas referente, idem prædeceſſor præfato Cardinali commiſit huiuſmodi negotium agendum, & etiam referendum, coram quo per procuratorem dictorum Fratrum quibuſdam productis, & per procuratorem tuũ nonnullis exceptio-
nibus

nibus exhibetis cōtra ea, & aliquali habito in cauſa ipſa proceſſu, tādem præfato prædeceſſore viam vniuerſæ carnis ingreſſo, nobiſque ad apicem Summi Apoſtolatus aſſumptis, ſicut prr te fuit expoſitum coram nobis, præfati Capitulum te, in Epiſcopatu, ac bonis omnibus ad epiſcopalem menſam Catacen. ſpectantibus ſpoliatum, dictumq; Gualterium in Catacen. epiſcopum de facto eligere præſumpſerunt, teque propterea ad ſedem Apoſtolicam recurrente, Nos venerab. Fratri noſtro Epiſcopo Marturanen. noſtris dedimus literis in mandatis, vt ſi ei per euidentiam facti, vel aliàs ſummariè & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij conſtaret præfatos Catacen. Capitulum dictum Gualterium in Catacen. Epiſcopum elegiſſe, teque dicto epiſcopatu, & bonis omnibus ad dictam menſam ſpectantibus ſpoliaſſe, & planè te reſtitueret, & faceret ipſius epiſcopatus poſſeſſione gaudere, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita cōpeſcendo, quodque dictum Capitulum, vt per Procuratorem dictos Gualterium, & nonnullas alias perſonas eorumdem Capituli, vt perſonaliter Apoſtolico conſpectui certo termino ſe præſentarent ſuper præmiſſis de iuſtitia reſponſuri auctoritate Apoſtolica citare deberet, dictuſque Epiſcopus Marturanen. iuxta dictarum noſtrarū literarum formam cognito de præmiſſis, & ſententialiter reſtituit ad epiſcopatum prædictum citando præfatos Capitulum, & perſonas iuxta earūdem literarum noſtrarum continentiam, cumq; tu realiter propter potentiæ ſecularis obiectum, ad dictum epiſcopatum plenè reſtitui non valeres, ad ſedem dictam iterum rediens à nobis humiliter poſtulaſti, vt te ad Epiſcopatum prædictum, quo ſpoliatus extiteras planè reſtitui faceremus. Verum pro parte Fratrum dicti Ordinis intruſio, ac excommunicatio, & apoſtaſia, & nonnulla alia contra te replicata, & propoſita, coram nobis & fratribus noſtris in Conſiſtorio extiterunt, noſque cauſam huiuſmodi bo. me. Beringario Epiſcopo Portuen. commiſimus audiendam, & nobis poſtmodum referendam; coram quo tam te, quàm Angelo Pullicio Canonico Catacen. Gualterij & Capituli perſonaliter citatorum, eorum procurator erat, ad hoc ſpecialiter conſtitutus, necnon Procuratoribus dicti Ordinis, & Capituli prædictorum comparentibus, exhibitis quoque, productis, & factis hinc inde in eadem cauſa coram dicto Epiſcopo Portuen. quæ partes ipſæ exhibere, producere, & facere voluerunt, dum idem Epiſcopus Portuen. intenderet ad faciendum nobis relationem huiuſmodi, diem clauſit extremum, noſque ſibi venerabilem fratrem noſtrum Epiſcopum Præneſt. in eadem cauſa ſubrogauimus auditorem, coram quo te, & Procuratoribus comparentibus ſupradictis, & per eum proceſſibus ſuper præmiſſis habitis recenſitis, nobiſq; & dictis Fratribus noſtris ſuper præmiſſis per eundem Epiſcopum Præneſtinum facta relatione fideli, volumus, & mandamus, reſtituendum te fore ad plenam, & pacificam poſſeſſionem præfati Epiſcopatus Catacen. ac iurium eius, teque reſtituimus ad illa, decernentes tibi de fructibus, medio tempore perceptis, ex eo, & qui percipi potuerūt, vel eorum æſtimatione de bonis huiuſmodi tibi ſubtractis integram ſatisfactionem impendi; dantes tibi nihilominus licentiam ad dictam Catacenſem Eccleſiam redeundi. Nulli ergo &c. noſtrorum voluntatis & mandati, reſtitutionis, & conſtitutionis, & conceſſionis, &c.

Datum Auen. Kal. Martij anno nono.

Obijt Venutus extremis annis Benedicti XII. Papæ. Quo Præſule Petrus Ruffus in Cathedrali ædificauit ſacellum S. Vitalliani vbi eiuſdem diei tutelaris tum & Irenei, & Fortunati ſacra lipſana repoſita ſunt.

11 Fr. PETRVS Salamia Ordinis Prædicatorum concionator facundus, & inſignis Theologus per obitum Venutij ad Catacenſem Epiſcopatum aſſumptus eſt 3 Clemente VI. anno 1342. 6. Kal. Decembr. exceſſit anno 1368.

12 NICOLAVS ANDREAS Aprutinus Vaticanæ Baſilicæ Canonicus immediatè ſucceſſit Petro ad hanc dignitatem vocatus ab Vrbano V. anno 1368. 10. kal. Martij ann. 6. vix annum in adminiſtratione compleuit, & appoſitus eſt ad patres ſuos.

13 ALPHONSVS, ſeu ARNVLPHVS Lancianenſis Eccleſiæ Præpoſitus ab eodem Vrbano V. creatur Catacenſis Epiſcopus 10. Kalen. Martij anno ſalutis 1369. pontificſui 7. Hic ſub Vrbano VI. ſpoliorum collector euaſit in Cuſentina Prouincia, fato functus eſt ſub Bonifacio IX. circa annum Domini 1398.

14 THOMAS Romanus patria, ad Catacenſem ſedem euectus eſt ab eodem Bonifacio IX. ann. 1398. 6. Id. Decemb. proque Nicolao, Alphonſoque prædeceſſoribus ſuis Apoſtolicæ Cameræ debitum ſoluit. Deceſſit ann. 1421. ex lib. oblig.

15 PETRVS Epiſcopus Inſulanus huc transfertur 6. Id. Aprilis 1421. ſedit vſque ad annum 1435.

16 Fr. ANTONIVS de Ipſigio Ordinis Minorum ſuffectus eſt eodem anno 1435. 7. Kal. Septemb. obijt ann. 1439.


17 NICOLAVS Palmerius Siculus Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini per ea tempora inſignis Theologus Catacenſis effectus eſt Epiſcopus ab Eugenio 4. a. 1440. die 11. Ianuarij, ſedit annos aliquot, ac liberè ceſſit, deinde anno 1455. factus eſt Epiſcopus Hortinus. Romæ obijt 1467.

vide

vide ſeriem Hortinorum Præſulum primo noſtro tom. vbi de eo plura offendes.

18 RICCIARDVS Romanus Nicolao ſucceſſit, mortuus eſt anno 1450.

19 PALAMIDES Abbas ſancti Petri ad Aram de Neapoli Ordinis ſancti Auguſtini Canonicorum Regulatium obtinuit hunc Epiſcopatum à Nicolao V. obtinuit 10. Kalen. Febr. 1450. mortem obijt ann. 1467.



30 IOANNES Geraldinns nobilis Amerinus iuris Pontificij peritiſſimns, poſt longam in Romana Curia moram in Abbreuiatoratus muuere exercendo, ad hunc Catacenſem spiſcopatum aſſumptus anno 1467. Alphonſi Regis Neapolitani, & Ducis Calabriæ maior Cappellanus, atque ad Pontificem Max. pro ijs Orator prudentiſſimi viri laudem tulit. Archidiaconatus Amerini, & Sacerdotij gentilitij Geraldinorum fundator, poſt ritè & ſanctè hanc adminiſtratam eccleſiam ann. 12. è viuis exceſſit anno 1488. In eccleſia S. Franciſci, ſacelloque ſuorum gentilium ſub marmoreo ſimulachro hoc diſtichon inſculptum legitur.

Conſtruis & generi & tibi Gerardine Ioannes.
Præſul apud Calabros hoc Catacenſis opus.
MCCCCLXXVI.

Porro Ioannes iu Tabernæ nobili ſuæ Diœceſis oppido Collegiatam Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Pompiniano eo erexit anno 1477. vt ex ſequenti documento elicitur, quod aſſeruatur in tabulario eiuſdem Eccleſiæ.

A *Ioannes Geraldinus Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Catacen.*

Vniuerſis, & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis ſalutem.

Paſtorale officium debitam curam circa gregem ſibi commiſſum adhibere conſueuit, vt eius prouida ſollicitudo paſtoris, & cuncta rectè diſponat, & Eccleſiarnm regimen magnificare honoribus cupiat, & prodeſſe. Cnm igitur pro reformandis moribuſque Clericorum, & ſtatu Eccleſiarum viſitationem faceremns in noſtra Diœceſi
B perſonali præſentia nos contulimus ad terram Tabernæ, eiuſqne diſtrictum conſiderantes terram ipſam pluſquam mille focnlaria ſeu habitationes obtinere, & quaſi rurali more audire diuina, & eccleſiaſtica Sacramenta, quod in graue opprobrinm nobilium ciuinm dictæ Terræ, & populi continuò vertebatur, ſupplicatione nobis facta per deuotiſ populiſ, & clerũ dictæ Trrræ, vt dignarrmur in ipſa terra in loco magis idoneo conſtiruere, & facrre de nouo vnam Collegiatam eccleſiam, in qua continuatis diebus Miſſarum ſolemnia celebrentur, & Veſperæ decantẽtur more aliarum eccleſiarnm Collegiatarum noſtræ Diœceſis, qnoniam patati erant ipſi populi, & Parochia-
C ni præſtare oblationes, & decimas infraſcriptas pro ſuſtentatione Rectorum, & Canonicorum dictæ eccleſiæ. Nos itaque rectè penſantes, quod non debet reprehenſibile iudicari ſi ſecundum mutationem temporum ſtatuta quoque varientur eccleſiaſtica, & humana in melius tamen, & vrilius. priores obſeruantias, rectiuſque mutando. Et vertentes acirm noſtræ mentis circa curatas eccleſias dictæ terræ Tabernæ, eiuſque diſtrictus, elegimus pro deuotione populorum, & Clericorum dictæ terræ erigere, præfigere, & facere in Collegiatam eccleſiam Cappellam, ſiue eccleſiam curatam S. Mariæ de Pompiniano, quæ in præſenciarum habet Dri
D prouidentia, & gratia, Parochianos, ſeu focularios ducentos, & vltra, ipſamque eccleſiam auctoritate noſtra ordinaria conſtituimus, & ſecimus Collegiatam, in qua creauimus, elrgimus, ac profecimus in Cautorem, & prrſonatum vener. & honeſtum virum Doniinum Franciſcum Marineolum de Taberna, qui debeat habere, & percipere duplum more Cantorum aliarum eccleſiarum Collrgiatarum noſtræ Diœceſis de omnibus obuentionibus, & iuribus dictæ eccleſiæ, necnon fecimns, & ordinauimus in eadem eccleſia infraſcriptos Canonicos videlicet Dominum Aaron Marineolum, Dominum Brunotum Longum, & Dominum Garrettum Moniticem, qui Canonici debeant percipere, & habere ſimplnm, ſeu vnicam portionem pro quolibet, & tenore præ-

ſentium

ſentium ; eoſdem Cãtorem , & Canonicos tanquam idoneos benè meritos, & condignos in dicta ecclelia canonicè per noſtrũ aunulum inueſtimus, eiſque dictam eccleſiam gratioſè conferimus modo quo ſupra concedimus, & donamus, & in poſſeſſionem, vel quaſi induccimus corporalem, cum omnibus obuentionibus , decimis , & redditibus & prouentibus ſuis . Ita tamen , quod pro iure Corredi dictæ eccleſiæ cantor prædictus, & quilibet eius ſucceſſor in futurum ſoluat anno quolibet nobis, & noſtris ſucceſſoribus, ſeu noſtræ maiori eccl. Catacen. carenos tres pecuniæ vſualis, & vnuſquiſq; Canonicus prædictus , & eorum ſucceſſores ſoluant annuatim carenum vnum cum dimidio pro iure Corredi vt ſupra, & promiſerunt ipſi Cantor , & Canonici omni tempore in futurum pro ſe , eorumque inſtitutionis officijs ſucceſſoribus, in manibus noſtris more eccleſiarum Collegiatar. noſtræ Diœceſis die quolibet conſtituto ipſi eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Pompiniano perſonaliter deſeruire, tam in Veſperis , quam in Miſſa , quatum in omni alia celebratione diuinarum, & iura, & ornamenta, ac talia ſcilicet libros, & alia bona ipſæ eccleſiæ facta, & facienda, regere, manutenere, & conſeruare diligenter : & ipſam eccleſiam defendere . Ipſi quoque populi, & Parochiani dictæ eccleſiæ promiſerunt ſimiliter in manibus noſtris ſoluere , tradere, eiſdem Cantori , & Canonicis dictæ Eccleſiæ præſentibus, & futuris annis ſingulis pro decimis , & oblationibus frumenti tumulum vnum pro quolibet habentem parolam bouum , & pro eo , qui non habet parolam bouum dare frumenti tumulum medium ad generalem menſuram dictæ terræ Tabernæ de tali genere frumentorum , quæ colliguntur; & habentur in maſſarijs , & domibus ſuis, ſeu induſtrijs , & operum ſorum datur , & promiſerunt dare , & ſoluere in feſto Paſche anno quolibet grana decem pecuniæ vſualis pro quolibet Parochiano , ſeu ſoculario , & ita ad maiorem cauſam omnes prædicti Clerici , & laici, qui ſupra promiſſores ſuas promiſſiones vt ſupra ſpõte, & voluntariè ad ſancta Dei Euangelia in manibus noſtris iurauerunt obſeruare , & efficaciter adimplere , dantes concedentes eiſdem Cantori, & Canonicis licentiã, & poteſtatem in dicta eccleſ. collegiata S. Mariæ Miſſas, & diuina officia celebrandi, baptizandi, deſponſaudi, confitendi, & pœnitentias iniungendi, & alia ſacramenta conficiendi, iura & fructus dictæ eccleſiæ percipiendi, & alia faciendi , quæ alij cantores , & canonici eccleſiarum collegiatarum noſtræ Diœceſis fuerunt , & ſoliti ſunt facere tam de conſuetudine, quam de iure . Mandantes, & decernentes ſub pœna excommunicationis omnibus, & ſingulis, tam clericis, quam laicis dictæ terræ Tauernæ, eiuſque diſtrictus , vt dictos ſuperius nominatos habeant, teneant , reputent, & tractent tanquã veros cantores , & canonicos dictæ collegiatæ eccleſiæ , & eiſdem reſpondeant de fructibus, redditibus, oblationibus, decimis & alijs iuribus , & prouentibus dictæ eccleſiæ, obediant, pareant efficaciter , & intendant. In cuius rei teſtimonium, & iura, euidentiam , certitudinem , ac ipſorum cantoris, & canonicorum cautelam, ac perpetuam firmitatem has noſtras collationis , & ordinationis noſtras ſibi extendi fieri fecimus , noſtro ſigillo pontificali pendente. Signo , & ſubſcriptione noſtræ manus propriæ communitas, & roboratas .

Datum Tabernis in dicta eccleſia collegiata ſub anno Domini 1477. die vero 14. menſ. Iulij, 10. Ind. ſub pontificatu Sanctiſſ. in Chriſto Patris, & Domini noſtri Dom. Sixti diuina Prouidentia Papæ IV. anno eius ſexto.

Ioannes Geraldinus Epiſcopus Catacen. qui ſupra manu propria.

21 STEPHANVS Goffredus Vaticanæ Baſilicæ Canonicus electus eſt epiſcopus ab Innocentio VIII. die 9. Ianuarij ann. 1489. exceſſit ann. 1505.

22 EVANGELISTA Tornafranza Catacenſis ex Vicario Generali Neapolitanæ Eccleſiæ electus patriæ antiſtes anno 1505. Obijt anno 1523.

23 ANTONIVS de Paula Calaber, ciuis Catacenſis, olim Monachus ſanctæ Mariæ de Curatio, tunc Epiſcopus Neocaſtrenſis, huc tranſlatus ab Hadriano VI. die 24. Iulij anno 1523. ſedit ann. 7. ac liberè reſignauit ad fauorem Card. de Valle, qui paulo poſt cum regreſſu nuncium remiſit.

24 HIERONYMVS de Paula Antonij ſuperioris nepos per ceſſionem Cardin. de Valle , ab Eccleſia Neocaſtrenſi ad hanc tranſitum fecit die 4. Maij 1530. ſedit an. 1, & menſ. plus minus 2.



25 ANGELVS 2. Geraldinus de Amelia Ioannis ſuperioris nepos celebris Iuriſconſultus cedente Card. de Valle , cui per

obitum Hieronymi ex regreſſu hæc obuenerat eccleſia, electus eſt Catacenſis Epiſcopus à Clemente VII. die 3. Iulij 1532. laudatiſſimè annis ſex in ea ſedit, ac onere ſe exſoluit an. 1536. è viuis exemptus eſt in patria annos natus 77. ad cuius tumulum Ameriæ in ſacello ſancti Antonij eccleſiæ S. Franciſci hoc extat epitaphium.

D. O. M.

Angelo Geraldino Pontifici Catacenſi qui ſanctiſſimè vixit annos lxxvij.
Sfortia patruelis filius, in eodem Sacerdotio ſucceſſor patruo optimo memoriæ cauſa fecit anno MD.XLIV.

26 ALEXANDER Cardin. Ceſarinus factus eſt adminiſtrator per ceſſionem Angeli die 4. Maij ann. 1536. onere ſe exſoluit die 8. Auguſti eiuſdem anni.



27 SFORTIA Geraldinus vir ſingulari prudentia, & in rebus agendis dexteritate clarus ad hanc Eccleſiam promotus eſt à Paulo III. die 8. Auguſti 1536. præfuit ſummè laudatus an. 14. Romæ deceſſit an. 1550. in patriam delatus in cathedrali humatus eſt, ſepulchri eius inſcriptio talis eſt.

D. O. M.

Sfortiæ Gerardino Pontifici Catacenſi religioſiſſimo.
Ioannes fratri de ſe optimè merito poſuit.
Vixit an. xliv. menſ. vj. obijt pridie Kal. Martij MDL.

A 28 ASCANIVS IV. ex Geraldina gente Catacenſis Epiſcopus, ad hãc dignitatem promotus die 19. Martij 1550. dum Flaminiæ Prolegatus, & Apoſtolicus Referendarius eſſet. Hic Tridentino Concilio interfuit, & inter Patres Iuriſprudentiæ clarus laudem tulit egregiam, vnde ad Eccleſiam ſuam rediens ingenti zelo exarſit, & ad normam eiuſdem eccleſiam ſibi concreditam viginti annos laudatiſſimè rexit, vbi obijt anno 1570.

29 Fr. ANGELVS Horabona Auerſanus Ordinis Minorum diſtrictioris Obſeruantiæ vir morum probitate, & Theologicorum ſtudijs notus à Pio V. electus eſt Epi-
B ſcopus die 12. aprilis, tranſlatus deinde eſt ad Archiepiſcopalem ſedem Tranenſem anno 1572.

30 OCTAVIANVS Moricenas Peruſinus ſucceſſit Angelo die 19. Iunij 1572. Deceſſit anno 1581.

31 NICOLAVS de Horatijs Bononienſis, Alexandri filius à Gregorio XIII. Epiſcopus delectus eſt die 12. Ianuarij 1581. munus conſecrationis accepit à Card. Palcotto Archiepiſcopo Bononienſi, cuius erat generalis Vicarius. E viuis eximitur ann. 1607. 11. Iulij, iacet in cathedrali, in qua ex marmore hæc legitur inſcriptio.

C


Sacellum hoc ſancti Fortunati, eiuſque ſacris reliquijs dicatum Nicolaus Horatius I. V. D. Bononien. ac Dei, & Apoſt. Sedis gratia Epiſcopus Catacen. religionis ergo extruendum atque ornandum curauit, annuis redditibus, ac perpetuis auxit, aramque perpetuo priuilegio ad animas hac luce perfunctas Miſſarum ſacris ſingul. ſingulas à
D *piacularibus pœnis liberandis erectam rite conſecrauit xj. Kal. Febr. MD.XCV.*

32 IOSEPH Piſuiglius Ordinis ſancti Franciſci Generalis Miniſter hanc ſuſcepit Eccleſiam anno 1607. quam ad annum vſque 1618. adminiſtrauit.

***



33 FABRITIVS Caracciolus Piſquitius Neapolitanus Catacenſibus datus eſt Epiſcopus à Paulo V. anno 1619. die 7. Ianuarij, inde tranſlatus eſt ad Oppidenſem eccleſiam 7. Nouembr. 1629.




34 Fr. LVCAS Caſtellinus nobilis Faventinus, Ordinis Prædicatorum in ſacris literis eruditiſſimus ſummuſq; Theologus, ſui Ordinis Procurator, Vicariuſque Generalis, dignitatem Epiſcopalem, vel reluctans adeptus eſt die 7. Nouembr. 1629. ſacra donatus fuit Inauguratione ſui Epiſcopatus, miniſterio Antonij Barberini Card. S. Honuphrij, Vrbani VIII. Pont. Max. fratris: Catanzarium ſtatim profectus, & ſolemni ritu ingreſſus, ingenti cura, ac ſollicita ſedulitate quatuordecim menſes hanc rexit Eccleſiam. fato functus eſt Ianuario menſe, anno 1631. ſepultus in cathedrali: plura ſui ingenij reliquit monumenta, quæ typis mandata tanti Præſulis memoriam perennabunt. Scripſit namque *de electione, & confirmatione Prælatorum quorumcumque, præſertim Regularium, Elucidarium Theologicum de certitudine gloriæ ſanctorum Canonizatorum ad Vrbanum VIII. De Inquiſitione miraculorum in ſanctorum Martyrum canonizatione, ad Bernardinum Cardinalem Spadam. De dilatione in longa annorum tempora magni arduique negotij canonizationis Sanctorum. Diſputationes Theologicas, in quibus ſelectas difficultates de ſacramentis, præſertim de certa qualitate verborum, forma ſacramenti pœnitentiæ, eiuſdemque fructu, & adminiſtratione*, nondum editus quod ſciã: multa alia nedum completa opera conſcripſit, quæ mihi antequam Roma digrederetur pro ſua humanitate communicauit: eius ſuauiſſimæ memoriæ plura me debere profiteor, qui me ſingulari beneficentia proſequutus eſt, atque ad hoc qualecunque opus perficiendum addidit animum. In hunc autem vota noſtra feruntur, vt propter innumera eius merita, & eximiam vitam, quam duxit digniſſimam, in cælis regnet cum Chriſto in æternum.



35 CONSALVVS Caputus nobilis Neapolitanus, Paſchalis Petrellæ, & Sacci Domini, ac Iſabellæ Iſolanæ filius: celebris iuriſconſultus, & Epiſcopus ſancti Marci, cuius virtute allectus Vrbanus VIII. ei contulit Catacenſem Epiſcopatum die 8. Auguſti 1633. quo die, & anno ceſſit priori Eccleſiæ, & loco, & noui Sacerdotij ſuſcepit adminiſtrationem. Indefeſsè aliquando iura & bona illius, ac forti animo adeò ſubſtinuit, vt cum Regijs miniſtris non ſemel decertare non dubitauerit. Serpentem per ciuitatem aliquorum occultè Iudaizantium ſectam ſollicita indagatione extirpare curauit, ſed cum experientia docente didiciſſet fortiori brachio reſeruatam fore, ſacroſanctam Romanæ Inquiſitionis Cõgregationem certiorem fecit, & auxilium petijt, quæ ad euellendas, reſecandaſque putridas radices, ne tota corrumperetur maſſa, conſultè Bartholomæum Criſchonum impigrum tunc Vmbraticenſem, mox Caſertanum digniſſimum Epiſcopum delegauit, qui cum Conſaluo, effugata larua, Catacenſem ciuitatem ab omni labe expurgauit. Interea Conſaluus, miſerabili caſu, ex immani terræmotu, ciuitatis penè ruinam proprijs vſurpauit oculis; reſtituit, & exornauit, plura ſacra indumenta, & candelabra, aliaque argentea vaſa eidem dono dedit. Redditus Eccleſiæ, vel in pauperes, vel in exornanda Cathedrali, & Epiſcopio conſum-

ſumpſit, vbi tandem perfunctus boni paſtoris officio naturæ ſatisfecit die 19. Nouembris 1645. Fratrem habuit Petrum Paulum Epiſcopum Larinenſem in ipſo ætatis flore prædefunctum, & Franciſcum Petrellæ Marchionem, & Belliuederi Dominum cuius etiam patruelis fuit Andreas Caputus Epiſcopus Litterenſis, de quo egimus tomo 6. in Epiſcoporum illius Eccleſiæ ſerie, vbi de hac familia aliqua enarrauimus. A

36 FABIVS Oliuadeſius Ciuis Catacenſis olim Lauellinus Epiſcopus, mox Bouæ, ad hanc Eccleſiam tranſlatus eſt die 10. Septembris 1646. ſedit plus minus annis decem, Obijt die 19. Nouemb. 1656. B



37 Fr. PHILIPPVS Vicecomes Mediolanenſis olim Eremitarum S. Auguſtini emeritus Generalis, vir nobilis, doctus, probus, ac præcipua morum ſuauitate amabilis, hoc anno 1657. die 16. Aprilis Catacenſi Epiſcopatu donatus eſt ab Alexandro VII. Pontifice Maximo, conſecratus die 6. Maij in Eccleſia S. Auguſtini à Bernardino Cardinali Spada: cuius laudes, inclytamque virtutem poſteri enarrabunt: nos verò peroptamus vt eundem Dominum, & amicum noſtrum ſemper proſperet Chriſtus Ieſus, Neſtoreoſq;conec. dat annos.

CROTONIENSES
EPISCOPI.



CROTO maritima eſt Vrbs longè nobiliſſima, ac vetuſtiſſima, Magnæ quondam Græciæ nunc vlterioris Calabriæ nomen retinens, Regi immediatè ſubiecta, amœniſſimo ac ſaluberrimo loco ſecus mare ſita, & antiquis Hiſtoricis ac Poetis ſummis laudibus celebrata. Hanc vt Ouidius in xv. Metam. ſcribit, Hercules condidit, cuius generoſa profectò ſoboles Crotoniatæ fuerunt. Nulla enim gens Græca, aut Italiæ, aut, vt breuiter dicam, totius Terrarum Orbis tantum robore corporis, & athletica virtute gloriæ reportauit, nulla plures habuit victores Olympicos. Attylus Crotionata cum tribus C continuis Olympicis viciſſet Stadio, Diaulo, & Doliſco ſtatuam meruit, hunc perpetua virginitate fuiſſe præditum Plato in 8. de legibus tradit. Eſt autem Diaulus curſus reciprocus in ſtadio, hoc eſt, quod ſtadium bis currendo quis metitur. Delicus verò eſt ſpatium duodecim ſtadiorum, vel vt ait Suidas xxiiij. fuit & Ægon athleta robuſtiſſimus à Theocrito poeta celebratus, qui octuaginta ſolus deuorauit panes, & tauros currendo ſuperans, his viuentibus vngulas auellebat, eoſque humeris tollens puellis donabat. Fuit & Milo humani roboris miraculum Pythagoræ diſcipulus, qui vt ait Plinius, taurum quadrimum in Olym- D pico certamine ictu nudæ dextræ occidit, & humeris ſublatum ſtadij ſpatio ſuſtulit, eúque eodem die totum ſolus comedit, cuius rei meminit etiam Cic. & Athenæus. idem in diſco, ſeu clypeo vncto, ita ſtabat, perinde ac ſtatua plumbo affixa, vt omnes irruentes, trudenteſque educere inde nitentes derideret: idem malum Punicum manu ſic continebat, vt nec conantibus eripere permitteret, nec ipſe premendo colliderat; idem alligata fronti chorda anhelitum continebat, & capitis venas ita ſanguine replebat, vt chordas diſrumperent; idem biduo Athenis Lacedæmonem cucurrit ſtadia mille ducenta quadraginta. Meritò itaque eum præter memoratos authores Pauſanias, Philarcus, Pindarus, Strabo, & B. Baſilius tantoperè extollunt. Crotoniatæ etiam

etiam fuit Phaylus tribus Olympionicis celeberrimus, Ariſtophani poetæ laudatus, victor pentathlo, hoc eſt quintuplici certamine, hoc eſt diſco, curſu, ſaltu, lucta, & pugilatu. Saltauit pedes quinquaginta ſex, iecit diſcum pedes 95. quin & in vnius Olympiadis ludis ſeptem Crotoniatæ fuerunt, qui reliquos Græcos ſtadio ſuperarunt, vt Strabo ſcribit. Erat ergo Croto patria Olympionicon, quorum apud Græcos, vt ait Cicero in orat. pro Flacco, propè maius, & glorioſius decus erat, quam Romæ triũphaſſe. Tanto igitur robore præditi Crotoniatæ facilè patriam, & opum, & Imperij amplitudine florentem reddiderunt. Nã cum centum Crotoniatarum millia duce Milone trecenta Sybaritum millia trucidaſſent, quemadmodum Diod. & Theodar. authores ſunt, tantum ſibi potentiæ pararunt, vt Vrbs haberet murum in circuitu patentem duodecim M.P. cunctis verò finitimis circum Orientalis, & Occidentalis Calabriæ populis imperitarent. Multa de præclaris Reipubl. Crotoniatarum inſtitutis, Ariſt. in polit. commemorat. Armauit quãdoq; Croto aduerſus Locros Cleonymo Duce centum triginta millia hominum Verum ex clade quam ad Sagram fluuium habuerunt, vt ait Strabo, tanta fuit occiſorum multitudo, vt non multo vlterius tempore perdurauerint. Attamen Dionyſio Tyranno fortiter reſtiterunt ſoli Crotoniatæ, ait Herodot. lib. 7. Græciæ periclitanti auxilium vna naui tulere duce Phæilo victo ter pythionico, hoc eſt, pythiorum ludorum victore aduerſus Perſas. Quamobrem Alexander Magnus, vt ait Plutarcus, exuuiarum Perſicarum partem Crotonem tranſmiſit. Verum cum poſtea Crotoniatæ Sybaritarum in luxum dilapſi eſſent, eorumque dux purpurea veſte indutus aurea corona redimitus, albiſque calceis calceatus Vrbem luſtraret, veterem diſciplinam, & potentiam amiſerunt. Itaque poſt vaſtationem à Pyrro illatam vix pars dimidia Vrbis habitata eſt, & flumen quod medio Oppido fluxerat extra frequentia loca præterfluebat. Ergo in bello Punico ſecundo Vrbs Croto, vt ait Liuius, ſuperioribus cladibus afflicta adeo iam armis, viriſque defecerat, vt omnis ætatis minus viginti millium ciuium ſupereſſent. In eo bello Senatus Romanis, populus Carthaginenſibus fauebat, quod reliquis fere huius tractus Vrbibus commune erat. Tandem Romanis victoribus deducta eò Colonia eſt, vt ait Liuius lib. 4. de bello Macedonico, atque ex eo tempore quieuit vſque ad Totilam Gothorum Regem, à quo cum obſiderẽtur Crotoniatæ, tandiu tamen in fide Imperij perſtiterunt, quoúſque Iuſtinianus Imperator ex Græcia auxilium ijs miſit, vt tradit Procopius lib. 3. de bello Goth. Nec verò tantum fortitudine, ac robore corporis, ſed

A & pulchritudine præſtabant Crotoniatæ. Erat apud eos Templum Iunonis Laciniæ cunctis circum populis venerandum, & ſanctum, vt muliebrem picturam, quam abſolutiſſimam dicarent, Zeus in pictorem accitum quæuis pulcherrimarum Virginum, puerorumque corpora pacto ex nudis pueris eorum fratribus in paleſtra argumento, opus perficere curarunt, quod cunctis Scriptoribus celebratum eſt. Philippus Butagides Olympionicus Crotoniata Cyrenem veniens, cum omnium illic Græcorum ſpecioſiſſimus eſſet, ob eximiam corporis ſpeciem ſacrificijs, & hoſtijs ad ſepulchrũ eius oblatis honoratus eſt, vt ait Herod. Ac ne
B corporis tantum bonis abundaſſe Crotoniatas exiſtimes, philoſophia etiam, & doctrinis omnibus inſignes fuerunt. Floruit enim Crotone diu celeberrimum illud ampliſſimumque gymnaſium Pythagoræ, & Pythagoreorum à quibus Italicum philoſophiæ genus nuncupatum eſt, vt tradit Auguſt. lib. 8. de Ciuit. Dei. Vnde complures prodiere Philoſophi illuſtres, quorum pluſquam viginti Crotone natos memorat Iamblicus. In primis verò Alcmæon Pythagoricus philoſophus, & medicus præſtantiſſimus, qui primus inuenit fabulas Æſopicas, quibus mutorum animalium colloquia inducuntur, vt Iſid. tradit in lib. Etymolog. quod Aeſopus eas maxime illuſtrauit; idẽ
C Alcmæon primus exiſtrionum aggredi auſus eſt. Crotoniata etiam fuit Hierophantes Pythagoræ diſcipulus, qui ſcripſit de Regno, cuius ſententiæ extant apud Stobæum item Zaleucus Philoſophus, & Legiſlator, qui vt ait Lucianus, cum lege cauiſſet, vt mœchi viui cremarentur, ipſeque poſtea fratris vxorem polluiſſe deprehenſus, orationem tam luculentam habuit, vt ciues remittere pœnam vellent, at ille magnitudinem culpæ intelligens, in ignem vltro inſilijt. Fuit, & Democides Medicus Crotonienſis, qui cum Darium Perſarum Regem
D lethali morbo laborantem perſanaſſet, aureis ab eo compedibus donatus eſt, & à Regijs vxoribus ſingulis ſingulas phialas aureas auro plenas accepit. Fuit & Orpheus Crotoniata poeta Epopæus, ait Suidas, ideſt qui vera non ficta ſcripſit. Sed longum ſit enumerare omnes Philoſophos Crotoniatas. Illud ſatis ſit admonuiſſe nouem Crotoniatas mulieres, præter cæteras doctrina excelluiſſe, vt Iamblicus tradit, adeo ſcilicet, & viri, & mulieres in hac Vrbe philoſophiæ, ac litterarum ſtudio ſe totos dederant; in qua Pythagoræ in diſciplinis ſucceſſor fuit Ariſteus Crotoniata, qui ſeptem vixit generationes, eodem Iamblico authore. Cum igitur tot, tantiſque viris, atque rebus omnibus Croton floruerit, iure illud apud Græcos peruulgatum prouerbium eſt, eum qui Crotoniatarũ poſtremus eſt, aliorum Græcorum primum eſſe. Vetus quoque

que prouerbium alterum vſurpari ſolebat, Crotone ſalubrius, quod inde ortum eſt, vt ait Strabo, quia locus ipſe ad ſalubritatem, & bonam valetudinem aptiſſimus videretur præ multitudine athletarum, & victorum Olympicorum. Itaque Crotone, & Locris peſtilentia, ac terræmotu nunquam laboratum eſſe Plinius eſt author. Crotoniatæ quondam, ait Cicero florebant omnibus copijs, & in Italia imprimis beati numerabantur. Excellebat Croto, ait Theocriti interpres, omnibus Italicis Vrbibus fortitudine, & cæteris omnibus quæ ad fœlicitatem pertinent. Vnde prouerbium tritum erat, alias Vrbes ſi ad Crotonem conferantur vanas, nihilque eſſe. Nunc ea Vrbs antiquo ſplendore penitus amiſſo, habitatur familijs in regio codice deſcriptis 1368. animæ recenſentur 4000. At ea dumtaxat munera retinet, aeris ſalubritatem, & ſoli fertilitatem, eſt enim ſolum hoc felix, & amœnum, & amplum non vaſtis rupibus, non ſtagnis impeditum, ſed aut campeſtre eſt aut amœnis collibus diſtinctum. Cerealium inaudita fœcunditas, ac bonitas. arua inſuper locaue herbida ſunt, & paſcua armentorum gregumque pabulis accómodata. cingitur & Vrbs viuis, ac perſpicuis fontibus, & hortis irriguis. In molendis frugibus piſtrinis vtuntur. Fit hic ſimilago triticea, & globuli probatiſſimi, ac figlina opera non vulgaria, fiunt & vina clara. Naſcitur in Crotoniata agro rubrica fabrilis, & cappares laudatiſſimi. Fit ſeſama, & goſſipium oritur, & herba quæ maſticen fundit. In Vrbe autem ipſa anniuerſariæ nundinæ celebrantur, plures in ea ſunt familiæ nobiles genio, & ingenio præſtantes, quæ ſedilem habent, ſub D. Areopagitæ tutela & ſigno. De huius Ciuitatis origine rebus geſtis, viriſque illuſtribus nuper librũ edidit Io. Baptiſta Nola Moliſi eiuſdem Vrbis patritius. Cæterum Petro Apoſtolorum principe per finitimas ciuitates Euangelium promulgante, vt quidam volunt, Crotoniatæ fidem Chriſti hauſere, alij verò à S. Dionyſio Areopagita illuc tranſeunte, Crotoniatas fidem primo ſuſcepiſſe narrarunt. Conſtans enim fama eſt apud Crotoniatas Areopagitam Romam petentem Crotonem diuertiſſe, & Crotoniatas ad Chriſtum conuertiſſe; quo circa Crotoniatæ in ſigno Ciuitatis ipſius S. Dionyſij effigie vtuntur, cuius feſtum cum octaua celebrant, ac velut ſuum Diuum tutelarem, primumque Epiſcopum venerantur, & colunt. Fides autem ſiue à Petro, ſiue à Dionyſio proſeminata deſæuientibus Tyrannis non niſi Conſtãtini Magni temporibus coaleſcere cœpit, cum reddita Eccleſiæ pace D. Silueſter Papa, vt cæteris Italiæ Vrbibus, Crotoni creditur proprium attribuiſſe Paſtorem. Igitur Crotonienſis Epiſcopatus antiquiſſimus eſt ab ipſis Apoſtolicis tempo-

A ribus, ſuoſque Præſules habuit, tametſi nulla illorum extet mentio ante annum 537. Ioannes enim Crotonienſis Epiſcopus ſub Vigilio Papa floruit, Petrus ſub Agathone ſextę Synodo Conſtantinopolitanæ interfuit anno 680. & Theoſimas pariter Crotonenſis Epiſcopus Nicenæ adfuit Synodo ſub Adriano Papa: pauci deinde diſcriminatim Epiſcopi huius Sedis reperiuntur ad annum vſque noſtræ ſalutis milleſimum, deinceps quaſi continuata ſerie eorum nomina habentur Rheginæ Eccleſiæ ſuffraganei. Cathedralis Baſilica titulo Deiparæ Virginis Aſſumptæ, ſub cuius & Sanctorũ Dionyſij, & ſociorum tutela ea ciuitas conquieſcit, in
B nobiliori ciuitatis parte ſita, nobili ſtructura in tres partes diſtincta, cum choro, tum ſacra, & Sacrario ſacris veſtibus ſufficienter referta eſt; in ea Sacræ Deiparæ imago miraculis clara, quam inter columnas vocant: D. Dionyſio illic ex Oriente aſportatam ferunt illam D. Euangeliſtã Lucã depinxiſſe; exornatur autem ſex dignitatibus Archidiaconatus, Diaconatus, Cantoratus, Archipresbyteratus, qui onus Pœnitentiarij ſuſtinet, Theſaureriatus, & Primiceriatus, vnde viginti cum ijſdem Canonici ſunt, duodecim Capellani Presbyteri, nec non Clerici Seminarij duodecim, alijque minoris generis Clerici, qui diuinum penſum
C perſoluunt. In ciuitate Parochiæ olim erant duodecim, nunc ad quinque redactæ ſunt, quo Parochi ſuſtentari commodiùs queant, ſinguli ex Cathedrali Sacramenta ſuis Parochianis eis adminiſtrant. Virorum vnum eſt dumtaxat Monaſterium Conuentualium S. Franciſci, vbi quieſcit corpus B. Pyrrhi einſdem Ord. Cænobitæ, item vnum Sanctimonialium, Xenodochium vnum pro infirmis curandis. Ædes Epiſcopales nobiles ſunt, & commodæ haud procul à Cathedrali. Diœceſis Crotonienſis peranguſta eſt, atque vno fere conſtat pago Vibio & tuguriorum 25. ſunt tamen prope, & extra ciuitatem tria virorum Cœnobia, & quatuor laicorum ſodalitates, & Oratoria.
D In Oppido Papanichiæ huius Diœceſis præter Eccleſiam Latinorum eſt alia Eccleſia, in qua Græcus Sacerdos more Græco ſacra facit vſque in hodiernum diem. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus eſt 2000. ducatorum illarum partium, in libris Fiſci Apoſtolici taxatur ad flor. 50. Epiſcopi qui in hac Sede floruerunt, hi tantum à nobis ſunt obſeruati.



1 S. DIONYSIVS Areopagita Pauli Apoſtoli diſcipulus Athenienſis Epiſcopus meritò primus Crotonienſis Præſul dicendus eſt, quando in eam Vrbem (vt ferunt indigenæ) dum illac pertranſiret, & Romam petens, vt Apoſtolorum martyrio ita monitus ab Euangeliſta Ioanne intereſſe deberet, fideles confirmauit in fide, iam diù vel ab ipſis Apoſtolis, vel ab eorum diſcipulis diſſeminata, Crotonem igitur, vt fert traditio, ingreſſus, apud ipſam per aliquot dies moram traxit, & à Chriſti fidelibus acclamatus Epiſcopus eſt, qui cum Eccleſiam confirmaſſet, relicto coadiutore iter proſequutus, collacrymantibus cunctis, qui eum deinde ſumma veneratione coluerunt. Cæterum Crotoniates, vt fidem facerent poſteritati, Dionyſium ſuum fuiſſe primum Epiſcopum, ſacellum in Cathedrali ſuo nomini dicarunt, vbi Deiparæ Virginis ſacram ad viuum depictam imaginem, quam ex Oriente ſecum detulerat, & in amoris pignus Crotoniatibus dono dederat, ſumma religione collocarunt, eundemque Diuum ſuum tutelarem fecerunt: quamobrem eius ſimulachrum in Cathedra ſedens, & Ciuitatem in manibus tenens, Vrbis extare voluerunt nobile ſignum, ſub quo hæc verba leguntur. *Sum ſignum, & Præſul Dionyſius Epiſcopus Crotonis.* Maneat igitur Dionyſium à Paulo Apoſtolo Athenienſem primum fuiſſe ordinatum Epiſcopum, mox à Crotoniatibus acclamatum Antiſtitem, inde anno Chriſti 98. vt omnes fere Galli Scriptores affirmant, à Clemente I. Papa Lutetiæ Pariſiorum creatum Pontificem, vbi pro Chriſti fide glorioſam palmam ſuſcepit martyrij anno ætatis circiter 110. ſalutis humanæ circiter 120. Nec admirationem hoc ipſum ijs cõmouebit, quos primigeniæ Chriſti Eccleſiæ mos, haud omnino latuerit. Siquidem vt non ſemel diximus, cum ea Chriſti exordia non vſquequaque operarijs abundarent, fiebat, vt vnus, idemque, cuius pietas perſpecta eſſet, ad plures deinceps Eccleſias prædicationis gratia deſtinaretur, illæque ſiue conuerſionis inde auſpicatæ nobilitatem, ſiue memori menti, gratoque animi in auctorem ſuæ ſalutis futuræ, illum ipſum ſuum Apoſtolum, Epiſcopumque appellarent; quod Dionyſio apud Crotoniates eueniſſe credendum eſt. Aduentaſſe Dionyſium in hanc Vrbem Athenis Romam petentem commemorat Baptiſta Mant. in eius vita ijs verſibus.

Iam ratis Auloni radens freta proxima curſum
Vertit ad Hydruntem, Borea ſpirante, Tarentum.
Labitur, apparetque Croton & cæt.

Cœterum poſt receſſum Dionyſij, ducentorum propemodum annorum hiatus Crotonienſium Epiſcoporum abrumpit ſeriem; tametſi conſtet pro tempore ſibi inuicem illius Eccleſiæ Præſules ſucceſſiſſe, quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ.

2 FLAVIANVS vixit ſub Vigilio Papa anno 537.

3 IOANNES Flauiani ſucceſſor.

4 THEODOSIVS huius Eccleſiæ Epiſcopus ſubſcripſit Concilio Lateranenſi ſub Martino Papa I. anno 649.

5 PETRVS ſexto Concilio Conſtantinopolitano interfuit celebrato ſub Agathone Papa anno 680.

6 THOSINVS natione Græcus hanc adminiſtrabat Eccleſiam anno 790.

7 N. . . . cuius nomen ignoratur Epiſcopus erat eo tempore, quo ciuitas eſt à Saracenis capta, quamobrem cum in Cathedrali ſe recepiſſet, ab iiſdem Chriſtiani nominis inimicis eum Clero ſuo, & populo gladio occubuit, vt in Martyrologio Calabriæ habetur cap. 35.

8 PHILIPPVS Græcus Epiſcopus Crotonienſis interfuit Lateranenſi Concilio ſub Alexandro III. anno 1179.

9 N. . . innominatus Crotonienſis Epiſcopus ſubſcripſit priuilegio Innocentij Papæ III. ad fauorem Eccleſiæ S. Petri de Boluenda Panormitanæ Diœceſis ann. 1199. apud Rocchum Pyrrum notitia P. Sicilienſium Eccleſiarum.

10 IOANNES Crotonienſis Epiſcopus vir magni nominis ſub Honorio III. floruit qui illum anno 1217. in Epirum legauit ad Theodorum Angelum Comnenum Ducem vt cum eo ageret de libertate donanda Ioãni Columnæ tit. S. Praxedis Card. Legato qui à Theodoro per inſidias captus iniuſtè detinebatur in vinculis, dans ei ſuis literis in mandatis, vt Ducem à vinculo excommunicationis abſolueret, ſi obedientem, & propenſum in Romanam Eccleſiam inueniret. Hæc cum Epiſcopus ad votum Pontificis eximiè egiſſet, Cardinalis liber euaſit, ac Theodorus diris abſolutus, ad Curiam remeauit, & prudentia viri laudem tulit. Huius rei hiſtoriam narrat Raynaldus Odericus Baronij continuator 13. tom. Annal. Eccleſ. ex literis Honorij, quæ extant in eius regeſto. Præfuit deinde Ioannes ſuæ Eccleſiæ

cleſiæ ad annum vſque 1219. & ad arctiorem vitam anhelans obtenta ab Honorio miſsione 8. kal. Octob. vt literæ ad eum datæ narrant, quæ extant in Reg. Vatic. num. 140. p.27. pontif.4. onus liberè dimiſit, & monaſticam vitam amplexus bono fine quieuit.

11 N. . . . Ioanni ſucceſsit, huius nomen, & acta non extant, memoratur in Reg Vatic. epiſt.615. fol. 12. Regeſt. Vatic. an.5. Honorij III. qui Epiſcopo Crotonienſi, & Abbati Cryptæ Ferratæ commiſit, vt Græcorum Monaſteria viſitent, ac reforment. Incipit ne vita &c. Dat. Later. 6. idus Maij. Diù poſt obitum huius Epiſcopi hæc Eccleſia paſtore vacauit, quam Maurus quidam presbyter per ſæcularem potentiam occupauit, tandem ab Innocentio IV. deturbatus de Sede, is, qui modo ſequitur, canonice conſtitutus eſt Epiſcopus, vt ex epiſtola eiuſdem Innocentij perſpicuum eſt tenoris ſequentis ex Regeſt. Vatic. epiſt.165. anni 12.

Ioanni de Auerſa miniſtro in Calabria Ord. Minorum.

Cum ſicut intelleximus Crotonen. Eccleſia tanto tempore iam vacauit quod ad Sedem Apoſtolicam eſt eius prouiſio deuoluta, nos volentes eidem Eccleſiæ, ne damnum ex longa vacatione ſubeat, de paſtore idoneo celeriter prouidere, diſcretioni tuæ de fratrum noſtrum conſilio per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi eſt ita, dilectum Filium Magiſtrum Nicolaū de Durachio Cameræ noſtræ Clericum in Latina, & Græca lingua peritum, virum vtique litteratum, prouidum, & diſcretum ac in ſpiritualibus, & temporalibus circunſpectum eidem Eccleſiæ authoritate noſtra in epiſcopum præficias, & paſtorem, amoto exinde Mauro presbytero, qui pro ipſius electo ſe gerit, & per ſæcularem potentiam ſe in illa procurauit intrudi; vel ſi poſt inhibitionem factam à nobis, ne vacantibus Eccleſijs Regni Siciliæ prouideretur de paſtoribus ſine noſtro beneplacito, & mandato præfatæ Eccleſiæ per electionem, vel poſtulationem, ſeu per quemcunque alium modum fuerit de ipſo prouiſum. Contradictores, & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Datum Anagniæ 4. Nonas Septembris, anno 12.

12 M. NICOLAVS de Durachio Innocentij IV. Cameræ Clericus, vir doctus Græcis, Latiniſque literis eruditus, ab ipſo delectus eſt huius Eccleſiæ præſul anno 1254. cuius memoria extat in Reg. Vatic. eiuſdem pontificis. Hic ſub Alexandro IV. Nuncius fuit ad Imperatorem Conſtantinopolitanum anno 1261. vt ex literis eiuſdem obſeruauimus in Archiuio pontificio Molis Hadriani.

13 IOANNES obijt anno 1346.

14 GVILLELMVS ex Canonico, & Cantore Eccleſiæ Venuſinæ poſt mortem Ioannis à Clemente VI. Crotonenſis Epiſcopus declaratus eſt anno 1346. 2. id. Nouemb. ex Reg. Vatic., epiſt. 36. fol. 33. ann. 4 de quo mentio etiam in Regeſt. Neapol. breuis pontifex fuit, mortuuſque eſt ann. 2. ab eius epiſcopatu.

15 NICOLAVS Melopere Canonicus Cuſentinus Crotonenſium epiſcopus electus eſt ab eodem Clemente VI. anno 1348. 6. non. Nouemb. cuius electio extat in Regeſt. Vatic. epiſt. 175. pag. 78. ann. 7. mortem obijt 1358.

16 Fr. BERNARDVS de Agrenolo Ord. prædic. vir egregiè doctus meruit ad hanc infulam ſublimari ab Innocentio VI. anno 1358. 9. Kal. Febr. ex Regeſt. Vat. epiſt. 17. pag. 21. ann. 6. ſedit laudatiſsimus præſul, omnibuſque carus ad annum vſque 1365. quo mortalitatem expleuit, qui ad Crotonenſem eccleſiam exornandam, amplexandamque nihil non fecit.

17 Fr. IOANNES Ord. Minorum delectus eſt Epiſcopus ab Vrbano V. an. 1365. non. Septemb. quid de eo dicendum non habemus, niſi tantum ex Reg. Vatic. eius electionem commemorare.

18 RAYNALDVS obijt anno 1402.

19 ANTONIVS patria Spoletinus præficitur in demortui loco Raynaldi à Bonifatio IX. anno 1402. 15. kal. Decemb. ex lib. oblig. prælat.

20 LAVRENTIO electo Crotonenſi indulget Greg. XII. vt conſecrationis munus à quouis Catholico Epiſcopo recipere valeat anno 1410. præfuit annis plus minus 17. ac libere reſignauit Martino V. ſedente anno 1427.

21 IORDANVS de Lanello ex Archidiacono renunciatur epiſcopus à Martino V. anno 1427. die 24. Septembris, fato functus eſt anno 1439.

22 IOANNES de Voltis epiſcopus Geruntinus tranſlatus ad Crotonenſem 26. Maij 1439. obijt eodem anno.

23 GALEOTTVS Quatrimanus nobilis Canonicus Cuſentinus, prudentia, & legali ſcientia clarus, ex electo Geruntino renunciatus eſt Cotroni Antiſtes ab Eugenio IV, anno 1440, die 27. Ianuar. Hic adhuc electus interfuit pactis, quæ inter Alphonſum Regem, & Cuſentinam Ciuitatem firmata ſunt anno 1441. die 7. Auguſti, quibus ſubſcripſit vna cum Bernardo Caracciolo Archiepiſcopo Cuſentino, & antonio de Cardeis Biſinianen. epiſcopo. Sedit plus minus annis 4. exceſsit anno 1444.

24 Fr. CRVCHETTVS, vel Crucettus de monte S. Petri Ord. Minorum antea epiſco-

Epiſcopus Inſulanus ad hanc eccleſiam tranſlatus eſt 6. kalend. Februar. 1445. inſtat pro decimis eccleſiæ ſuæ debitis apud Regem Neapolis anno 1451. exceſſit anno 1457.

25 GVILLELMVS de Franciſcis Neapolitanus iuris vtriuſque celebris Doctor deligitur Epiſcopus die 5. Octob. ann. 1457. ex Actis Conſiſt.

26 IOANNES ANTONIVS Campanus, qui ſui ſæculi omnium variè literatorum egregiam laudem tulit, à Pio II. Crotonienſis Epiſcopus renunciatus eſt circa annum 1460. tranſlatuſq; inde eſt ad Aprutinam eccleſiam anno 1463. de quo vide tom. noſtrum 1. in epiſcopis Aprutinis, vbi plura de hoc laudatiſſimo viro ſcitu digniſſima leges.

27 MARTINVS ſucceſſit Campano anno 1463. 15. Kalend. Ianuarij, cuius mentio extat in Regeſt. Neapol. ann. 1464. Obijt 1465.

28 ANTONIVS Caſarus Canonicus Salernitanus in locum demortui Martini Crotonenſis epiſcopus creatus eſt à Paulo II. 1465. 3. kalen. Decemb. ex lib. prou. Prælat. Hic Regius fuit conſiliarius, eum ſediſſet an. 10. eo munere ſe abſoluit.

29 BERARDVS florebat in hac Eccleſia an. 1475. huius meminit Reg. Regeſt. Neapol. obijt in fine anni 1480.

30 IOANNES tunc electus Sarnenſis, Crotonenſis fit epiſcopus per obitum Berardi 16. Febr. 1481. Romæ deceſſit an. 1496. die 25. Nouembris, vt in Actis Conſiſt. & in Diarijs Alexandri VI. notatur.

31 ANDREAS della Valle Romanus Baſilicæ Vaticanæ Canonicus creatur epiſcopus Crotonenſis ab Alexandro VI. anno 1496. die 2. Decemb. ſedit ad annum vſque 1510. nunciumque remiſit cum regreſſu. Sub Leone X. euaſit S.R.E. Card. habuitq; commendatas aliquando Caiacenſem, Gallipolitanam, Neocaſtrenſem, Vmbraticenſem, Valuenſem, Sulmonenſem Eccleſias. Mortuus Romæ eſt epiſcopus Card. Præneſtinus anno 1533. ſepultus in Aracœlana eccleſia, maiorumq; ſacello.

32 ANTONIVS Luciferus nobilis Crotonenſis Archidiaconus ex reſignatione Andreæ, patriæ euaſit Epiſcopus circa annum 1510. dum diu Proepiſcopus eãdem eccleſiam conſultè adminiſtraſſet. Hic adeccleſiam ſuam exornãdam, amplificandamque nihil non fecit, quamobrem veterem iam ſenio fatiſcentem demolitam, nouam, ac nobili molitione ex parte compleuit, in eaque ſacellum ædificauit, vt familiæ ſuæ decus eſſet, & monumentum. Epiſcopalem domum, Palatium dixeris, reparauit, vel potius à fundamentis reædificauit, vbi pluribus in locis inſignia eius gentilitia ſpectantur. Fuit Antonius omnium ſcientiarum genere ornatus, munificentia in pauperes illuſtris, è viuis exemptus eſt extremis diebus Leonis X. Papæ anno 1521. in ſacello Cathedralis conditus ab ſe exædificato. Eo defuncto Andreas Card. de Valle ab Hadriano VI. iterũ hanc eccleſiam commendatam habuit die 4. Septembris 1522. quam poſt duos annos cum regreſſu dimiſit ad fauorem ſequentis.

33 IO: MATTHÆVS Luciferus Antonij ſuperioris ex fratre nepos, Cathedralis Archidiaconus Epiſcopus Vmbraticenſis, à Clemente VII. renunciatus eſt patriæ Antiſtes die 14. Nouembr. 1524. excelſi animi vir fuit, & in expediendis conſilijs ſumma prudentia clarus, potens in opere, & ſermone, adeo vt in illa Regni deuolutione, dum Lautrechus armorum Franciſci Francorum Regis ductor, Regnum inuaſerat, regiamque Neapolim ſumma diligentia exercitibus circumſederat, Regnum inuaſiſſet, non ſolum Crotonienſem vrbem, ſed ex finitimis multas ſuo conſilio, & opera, in fide, & deuotione Caroli V. Imper. illibatas ſeruauerit, vnde gratiam Regiam promeruit, & plura pro patria, pro familia, eccleſiaque ſua nobiliora retulit priuilegia, & inter Regios conſiliarios ipſe eſt annumeratus. Sedit probus Præſul annis 25. meritis, laudibuſque grauis, deceſſit a. 1551. ſepultuſque eſt in cathedrali, ſuæque familiæ ſacello prope Antonium patruum ſuum prædeceſſorem.

34 Fr. PETRVS PAVLVS Caporellus Potentinus Ordinis Conuentualium ſancti Franciſci, inſignis literaturæ vir, à Carolo V. Imperatore vigore concordati denominatus eſt epiſcopus Crotonenſis, confirmatur à Iulio III. Pontifice die 26. Septembris 1552. exceſſit anno 1556.

35 FRANCISCVS Agitte Hiſpanus ſucceſſit Caporello die 10. Decembr. 1556. vir doctus & eruditus; Concilio Tridentino aſſedit, inter Patres laudatiſſimè ſententias dixit. Hanc eccleſiam rexit annis octo, in qua defunctus eſt cum eſſet Regius conſiliarius anno 1564.

36 ANTONIVS Sebaſtianus Minturnus antea Epiſcopus Vgentinus ad hanc ſedem tranſlatus 13. Iulij 1565. Præſul ſanè ſiue verſu, ſiue proſa eruditiſſimus adeo vt inter ſui æui doctos viros merito ſit connumeratus: plura reliquit ſui ingenij monumenta, quæ partim teruntur à doctis, partim Romæ latebant apud bon. me. Card. Montaltum Sixti V. nepotem. At non minori diligentia, & ſollicitudine eccleſiã ſibi commiſſam ſartam tectam ſeruauit, & pietate ad exemplum futurorum rexit eximiè annis nouem. Exceſſit circa ann. Dom. 1574. in Cathedrali humatus, relicto pietatis ſuæ in Deiparam Virginem documento, vt quolibet die Sabbathi in eius honorem paruũ Officium à Diuo Auguſtino concinnatum, cum Lauretanis Litanijs deuotè in Cathedrali

drali celebrarentur. Porrò ad eius ſepulchrum in cathedralis ſacello, vbi Crotoniates Epiſcopi terræ mandantur, hoc poſt eius obitum inſcriptum ſuit cœnotaphium ab Andrea de Nola Moliſio Patritio Crotoniate. A

Tergemino Minturne potens idiomate Præſul,
Heu pietas ceſſas? Heu decus omne ſiles!
Minturne venerande iaces, hac conderis vrna,
Pontificale decus, Pontificalis honos
Doctorum exemplar vatum, tu norma coruſcas,
Et Graia, & Latia, clare Poeta, Lyra. B
Te lugent ciues ornati pectore tinto,
Atque rogo pyra triſtia tura ferunt.
Certatimque viri extollunt tot carmine laudes,
Et quia tam clara ſunt monumenta togæ.
Hæc illi ad tumulum referunt, Diuoſque precamur,
Luceat vt cineri lux ſine ſine tuo.

37 CHRISTOPHORVS Bororal Hiſpanus ſucceſſit Minturno die 2. Auguſti 1574. ex ſua pietate, montem Pietatis Crotoni ad ſubleuandam egenorum paupertatem inſtituit, fato functus eſt anno 1578. C



D

38 MARCELLVS Maiorana Neapolitanus ex Clerico Regulari Theatino ad hanc Eccleſiam regendam aſſumptus eſt die 6. Octob. 1578. ſedit ann. 3. tranſlatuſq; eſt ad Acerranum epiſcopatum, de quo ibi plura de laudatiſſimo Præſule diximus.

39 IOSEPH Faraonius Meſſanenſis, epiſcopus Maſſæ-Lubrenſis, huc tranſlatus eſt die 11. Nouembris 1580.

40 MARIVS Bologninus Caiacenſis ex Lancianenſi Archiepiſcopo delectus eſt epiſcopus Crotonenſis ann. 1588. mox euaſit Salernitanus Archiepiſcopus. Vide to. 6. in eius eccleſiæ Archiepiſcoporum ſerie, vbi plura.

41 CLAVDIVS de Curtis nobilis Cauenſis infula Crotonenſi exornatus eſt à Clemente VIII. per Philippi II. Hiſpaniarum Regis præſentationem die 11. Nouembris 1592. laudabili vitæ exemplo tres haud completos annos hanc rexit eccleſiam, iacet in cathedrali ſacello Beatiſſimæ Virgini Mariæ ſacro.

42 Fr. IOANNES Lopez Hiſpanus Ordinis Prædicatorum nobilis alumnus, concionator egregius, ac Theologica facultate clarus, pietate tamen, & religione longe clariſſimus, Crotonenſis epiſcopus delectus anno 1595. Parochiales eccleſias ad ſeptem in ciuitate reduxit. Montem pietatis auxit, cathedralem eccleſiam mirificè exornauit, omniaq; egit, quæ boni Paſtoris viderentur officia, & cũ annos quatuor ſediſset ad Monopolitam Eccleſ. tranſlatus eſt die 25. Nouemb. 1598. eo deinde abdicato Sacerdotio 1608. reuerſus in Hiſpaniam, inter ſui Ordinis fratres vitam ſanctiſſimam egit. Obijt Valliſoleti in patria anno 1632. ſepultus apud ſuos Dominicanos; plura poſt ſe ingenij ſui monumenta reliquit, quibus clariſſimam ſuæ virtutis ſibi æternam peperit famam.

43 THOMAS à Montibus Neapolitanus Clericus Regularis Theatinus, germanus frater Alexandri Achaiæ Marchionis præclari ingenij, ac virtutis viri, in cuius gratia, atque etiam ob ſua merita virtutum à Philippo II. Rege præſentatus delectus eſt huius eccleſiæ Pontifex à Clemente VIII. die 15. Febr. 1599. Romæ inauguratus, eam curam, vt Ioſeph Silos ſcribit, impigrè, atque inſigniter nouus Antiſtes complexus, nihil habuit antiquius, quam ſuas oues inſpicere, conſilio, & ope adeſſe, ſi quæ lapſa in eccleſiæ ac morum cultu videretur, inſtaurare, conuellere ſtirpitus vitia, communem pietatem expolire, ac formam quandam ſanctioris vitæ, cum in clerum tum in reliquos ciues inducere; cuius quidem actuoſioris zeli ſtudijs in morum conformationem extant ad huc in ea ciuitate veſtigia. Sedem ad decennium procurauit conſtanti quidem tenore recti, ac ſancti. Floruit potiſſimum eo Rectore cleri diſciplina ac diuini cultus mundities. Tum quæ boni Præſulis partes ſunt, eccleſiæ patrimonio fouere inopes, hoc ipſe egregie, ac liberaliſſimè præſtitit, partito cum pauperibus cenſu. quorum deinde lachrimis, ac ſenſu parentatum honeſtiſſimè Thomæ fuit. Nullæ ſiquidem celebrantur ſplendidius exequiæ, quam quos pauperes lugent. Crotonæ clauſit extremum diem 4. Decembris 1608. depoſitus eſt in eccleſia ſancti Franciſci Aſſiſienſis extra ciuitatem poſita, corpus deinde ab Alexandro fratre tunc Pontificiæ claſſis triremium Præfecto, Neapolim

lim delatum, in ſacello, tumuloque maiorum ad S.Seuerini reconditum.



43 CAROLVS Catalanus Patritius Auerſanus Antonij Regij conſiliarij filius, Philippi III. ſacellanus, electus eſt Crotonis Epiſcopus anno 1611. obijt Neapoli anno 1622. ſepultuſque eſt in eccleſia ſancti Joſephi, Inſignia Catalanæ gentis Leo eſt aureus cum palla argentea in manibus in parma rubea.

44 DIDACVS Canella de Vacca Hiſpanus Card. Zappatæ I proregis Neapolitani in paucis charus, hunc Epiſcopatum ſuſcepit anno 1623. Vrbano VIII. Pontifice, inijt poſſeſſionem menſe Aprilis ſequentis anni Mortem oppetijt menſe Decemb. 1625. in cathedrali conditus, probi Paſtoris apud ſuos Crotonienſes fama relicta.



45 NICEPHORVS Meliſſenus Comnenus ex Archiepiſcopo Naxienſi ad hanc Crotonenſem eccleſiam tranſlatus eſt ab Vrbano VIII. anno 1628. die 29. Maij. Natus Nicephorus eſt Neapoli patre Theodoro Acui Deſpota, in Oriente Dynaſta ex Byzantinorum Cæſarum ſtirpe oriundo, bellica virtute, & rebus geſtis aduerſus Turcas maximè illuſtri; Nicephorus cum à puero amœniores literas auidius imbuiſſet, Romam progreſſus, in Diui Athanaſij Græco-

A rum Collegio, Philoſophicis, ac Theologicis ſtudijs aſſiduo labore operam dedit, & lauream promeruit, quibus addidit Græcæ linguæ ornamentum, quam Neapoli publicè profeſſus eſt, & cum integer vitæ, ſcelerisque purus, doctrina mirabilis, & religione conſpicuus eſſet, à Paulo V. Pontifice in Orientem ad rem Chriſtianam propagandam ablegatus fuit, quo cum acceſſiſſet, eo munere ita ſanctè, ita perbellè functus eſt, vt innumeras penè refractarias oues, ad paſcua ſalutis, atque adeo ipſum Conſtātinopolitanum Patriarcham orthodoxæ fidei contumacem, ad eccleſiæ vnionem reduxerit, quamobrem Paulus illum conſtantem hominem, atque intrepidum Archie-
B piſcopum Naxienſem, & Apoſtolicum in Oriente Viſitatorem declarauit, qui cum Pontificio iuſſu illam prouinciam ſuſcepiſſet, non tam commiſſo ſibi gregi, quam alijs hac illac diſperſis Chriſti fidelibus operam ſuam præſtitit, & omnium gratiam promeruit, cum autem indignationem Turcarum incurriſſet, illum poſt vincula, & carceres probatum, liberum dimiſiſſet, ab Oriente digreſſus in Europam ſe ſe recepiſſet, primum Galliam petijt, ibi nonnullos magni nominis hæreticos, qui ex fama eum agnouerant, de rebus fidei exorta inter eos diſputatione ſumma ſui nominis fama doctiſſimè confutauit. Orator erat, & Verbi
C Dei concionator eximius, vnde Maria Medicea Gallorum Regina, & Regens illum audire ex ſuggeſtu optauit, nec ſine ſua, ſuorumque admiratione Paulum prædicantem propemodum audiuit; ſemel & iterum tentatus, vt in Gallia vitam traduceret, regiam munificentiam probatus, cū gratias egiſſet, in Hiſpaniam profectus eſt à Philippo III. humaniſſimè exceptus, multiſque honorum, & laudum titulis, ac prouentibus cumulatus Romam rediit Gregorio XV. Pontifice, à quo inter Latinos Præſules recenſitus, quo è viuis ſublato, iterum Hiſpaniam redire cogitur ab Vrbano VIII. Gregorij ſucceſſore, ijs literis in forma Breuis
D eximie Regi Philippo IV. commendatus.

VRBANVS PAPA VIII.

Dilecto nobis in Chriſto filio PHILIPPO IV. Hiſpaniarum Regi Catholico.

Chariſſime in Chriſto fili noſter ſalutem. &c. Qui ab Orientalibus Imperatoribus genus ducere creduntur, Venerabilis frater Nicephorus Meliſſenus, & Comnenus, Archiepiſcopus Naxiæ, eum non minus quam gentilium Principum trophæa exornant vincula, & calamitates quibus eius pietatem ferocientes Turcæ in Orien-

te multarunt. Cum enim Conſtantinopoli per duodecim annos contra Schiſmaticorum portenta pugnaſſet, diſtringens gladiũ illum ancipitem, quod eſt verbum Dei, duos Patriarchas, compluresque alios Chriſtianos, ſub Catholicæ eccleſiæ ditionem redegiſſe fertur. Ob merita tam præclara catenis onuſtus, barbarorum hoſtium crudelitatem proprij corporis ſupplicijs, rapacitatem verò gentis ſuæ patrimonijs expleuit. At enim cum adeo conſtanter pro Catholica Religione propugnaſſet, voluit etiam de Catholica Maieſtate mereri. Hæc omnia cum Regiæ Philippi III. Parentis tui literæ teſtentur, qui propterea Siculo ſtipendio Archiepiſcopi huius miſerias conſolatus eſt; decreuimus eum Apoſtolicis literis commendare Maieſtati tuæ. Pergratum ergo nobis accidet, ſi virum hunc paternorum etiam meritorum magnitudine Hiſpano Regi commendatum, regali patrocinio teges, eumque ad Epiſcopale aliquod in Regnis tuis Sacerdotium prouehi curaueris. Virtuti enim & pietati regalis beneficentia opem feret, Pontificiæ vero charitati non leue ſolatium pariet. Diligimus enim Præſulem hũc, cuius Parẽtem, & vxorem Maieſtatis tuæ perhonorifica dediſſe ſcimus fidei defenſæ, & regalis beneuolentiæ promeritæ teſtimonia. Negotium hoc agẽti Venerab. fratri Iulio Epiſcopo Grauinenſi, fidem haberi cupimus à Maieſtate tua, cui Apoſtolicam benedictionem impartimur.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum, &c. die 27. Aprilis 1624. pontificatus noſtri anno primo.

Ioannes Ciampolus.

Iis igitur commendationibus, & propria virtute ad Crotonenſem cathedram meruit Nicephorus à Catholico Rege Summoque Pontifice ſublimari, vbi per ſeptennium præter animarum ſalutem Cathedralem iam vetuſtate fatiſcentem à fundamentis excitauit, ſupra Templi maiorem portam hæc ſpectantur inſculpta verba.

Nicephorus Meliſſenus Comnenus Archiepiſcopus Naxien. Epiſcopus Crotonen. Regiuſque Conſiliarius.

Supremum Templo impoſuiſſet lapidem, ni à Deo euocatus vitam cum morte commutaſſet die 5. Febr. 1635. conditus in Epiſcopio ſacello Deiparæ Virgini dicato, quod columnam appellant, relicta ad eccleſiæ vſum ſacra, & pretioſa ſuppellectili; & calice verè Regio, quem à Philippo Rege dono acceperat. Hic innocentis vitæ animique candoris præcipuè fuiſſe narratur, tantæ autem liberalitatis, & munificentiæ in omnes, præcipue in eos, quos magis verecundia, quam indigentia premit, vt in hoc genere mira de eo fama traduxerit ad poſteros. Eius memoriæ Ioan. Baptiſta Vrſus Neapolitanus, Societatis Ieſu ſequens inſcripſit cœuotaphium.

Nicephorus
Byzantinis ab Cæſaribus
Theodori Meliſſeni, & Comneni
Magni in Oriente Dynaſtæ,
Qui
Victricibus Io. Auſtriaci excitus armis
xxv. mille peditum, equitum ter mille
Bellum aduerſus Turcas,
Auſpicijs ſuis ſubſtinuit biennio,
ſperatoque fruſtratus auxilio
probata ſuis fide, virtute hoſtibus,
benignitatem Philip. Regis Hiſpan. II.
Expertus Neapoli
non ante animis quam vita cecidit.
filius
Pares ferens, referenſque ſpiritus ſtudio diſpari
Humanæ, Diuinæque præſidio doctrinæ,
& Græcæ monimento linguæ,
Inſignis

à Paulo

á Paulo V.
miſſus in Orientem
Ad rem Chriſtianam propugnandam, prouehendam,
egregia inter facinora
Conſtantinopolitanum Patriarcham diù contumacem
ad Romani reuocauit obſequium Pontificis;
quod ob eius meritum
á Paulo V.
Archiepiſcopus renunciatus Naxienſis
amplo titulo
exiguo publicæ, priuatæque rei emolumento;
Hinc
a Gregorio XV.
inter Latinos recenſitus Epiſcopos
Madrifi á Philipp. Reg. Hiſp. IV.
Verbis, muneribuſque acceptus ampliſſimis,
Crotonenſi inſignitus Epiſcopatu
maiorem ſe
magno probauit munere
vita functus
anno æt. lvj. ſal. hum. MDCXXXIII.

Habuit Nicephorus patruum Macharium Epidaurensem Archiepiſcopum, qua pace qua bello illuſtrem, qui ſub Pio V. contra immaniſſimum Turcarum tyrannum cum fratre Theodoro arma mouit. A

Iacet Neapoli cum eodem ante aram maximam Eccleſiæ ſanctorum Petri & Pauli Græcorum, vbi legitur cœnotaphium Græcis caracteribus in marmore ſculptum.

Μακάριος Ἀρχιεπίσκοπος Ἐπιδαύρου
ἀπὸ Βυζαντίων αὐτοκρατόρων
Ἐκ τῆς περιφανεστάτης Μελισσηνῶν καὶ Κομνηνῶν οἰκίας.
καὶ
Θεόδωρος αὐτάδελφος
Διαπόρης, Αἴνε, Χαλδῆς, καὶ ἑτέρων πολιχνίων ἐν Θρᾴκῃ.
ἔτι δὲ
Σάμου, Μιλήτου, Ἀμβρακίας καὶ Μεσσηνίας κόλπου ἐν Πελοποννήσῳ.
κεῖνται ἐνθάδε,
οἵτινες
Νικητικοῖς Ἰωάννου Αὐστριακοῦ ὅπλοις
ἐν ναυμαχίᾳ προσβαπτίσαντες,
Στρατιᾶς ἐξ ἰδίων πολιχνίων μὴ πόλεων συλλεχθείσης
Πεζῶν μὲν χιλιάδων, ἱππέων δὲ τρισχιλίων
Πόλεμον κατὰ Τούρκων διετῆ
ἰδίοις ἐπεκράτησαν ἀναλώμασι
Τῆς δὲ ἐλπιζομένης βοηθείας ἀποτυχόντες,
διωχθείσης ἰδίοις πίστεως, ἐχθροῖς δυνάμεως,
Φιλίππου δευτέρου τοῦ ἱσπανιῶν βασιλέως εὐεργεσίᾳ,
Περαθέντες ἐν Νεαπόλει,
Οὐ πρότερον τῆς ψυχῆς ἢ τοῦ ζῆν κατέπεσον.

Θεό-

Θεόδωρος εἰκοςῇ πέμπτῃ Μαρτίου ἔτει σωτηρίῳ
α. φ. πβ.
Μακάριος δωδεκάτῃ Σεπτεμβρίου, ἔτει σωτηρίῳ,
α φ π ε.

Ho c Latinè verſum ſic proloquitur.

Macarius Archiepiſc. Epidauren.
Byzantinis ab Cæſaribus
Ex præclariſſima Meliſſenorum, & Comnenorum familia,
Et
D. Theodorus germanus frater,
Deſpota Aeni, Xanthæ, aliorumque oppidorum in Thracia,
Itemque
Sami, Mileti, Ambraciæ, Meſſenique ſinus in Reg. Pelop.
Iacent hic,
Qui
victricibus Ioannis Auſtriaci armis
in nauali bello exciti
lecto ex oppidis, vrbibuſque ſuis exercitu
Peditum xxv. millium, & equitum ter millium
Bellum aduerſus Turcas biennio
ſuis ſuſtinuerunt auſpicijs,
ſperatoque fruſtrati auxilio,
probata ſuis fide, virtute hoſtibus
Philippi II. Hiſpaniarum Regis munificentiam
experti Neapoli
non ante animis, quam vita ceciderunt,
Theodorus viij. Kal. Aprilis anno ſal. hum.
MDLXXXII.
Macarius pridie Idus Septemb. anno ſal. hum.
MD.LXXXV.

A Nicephori item germanus frater fuit Demetrius Meliſſenus Comnenus in Belgio militum Tribunus, claſſis tormentariæ Generalis Præfectus, Iluæ mortuus ann. 1635. poſt triremium Promontorij Corſici naufragium. Nec minus Emanuel Meliſſenus Nicephori, & Demetrij ex ſorore nepos Ord. Calatrauæ eques militari gloria effulſit cum in Catalaunia, tum in Neapolitano Regno, vbi ſupremus militum Protribunus & Marchionis titulo à Philippo IV. Hiſpaniarum Rege ob res præclarè geſtas fuit condecoratus: fato ceſſit Neapoli anno 1657. Porro de Apibus, & Tintinnabulis, quæ tanti Præſulis gentilitium ſtemma cum bicipiti Aquila decorant, adiecta carmina accinuit idem Ioannes Baptiſta Maſculus Neapolitanus Societatis Ieſu nobilis poeta.

De Apibus.

B *Dicite cur Hyblæ colles, & Hymettia rura,*
Hinc circunfuſæ deſeruiſtis Apes?
Scilicet hic melius componere mella licebit,
Gentis vbi æterno flore vireſcit honos.

De

De Tintinabulis.

Quid ſibi depoſcant hæc æra ſonantia quæris,
Quæ circumtexti ſtemmatis orbis habet?
Scilicet haud ſat erat famæ tuba garrula tantis
Laudibus, hæc etiam dulcius æra ſonant.

Cæterùm poſt Nicephori funus, duo fuerunt viri digniſſimi ad hanc Crotonenſem Eccleſiam à Catholico Rege Philippo IV. deſtinati; Fr. Franciſcus Domingez Gallecus Hiſpanus Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini Salamauticenſis Scoti Cathedræ moderator, qui antequam ab Vrbano VIII. confirmaretur, quietis religioſæ gratia onus ſubire noluit, obijtque Matriti anno 1639. apud ſuos ſepultus; alter poſt hunc Petrus Ribadeneria eiuſdem Ordinis doctus alumnus extitit, qui ad Inſulas Crotonenſes deſignatus, gratias agens, in Ordine ſuo ad vitæ exitum vſque Deo ſeruire maluit, quàm Epiſcopali honore decorari, mortuus anno 1643. 20. Auguſti. Iacet in communi Fratrum Oſſuario Matriti ad ſancti Philippi.

47 Fr. IOANNES Paſtor Hiſpanus Ordinis Minimorum Verbi Dei concionator inſignis poſt trium annorum ſpatium vacuam Crotonenſem cathedram accepit, ad eam dignitatem vocatus à Philippo IV. Rege, confirmatus ab Vrbano VIII. ann. 1638. 6. Auguſti, pergit probus, doctoſque re, & cognomine paſtor, boni Præſulis partes adimplens, quem Deus diu incolumen ſeruet.

HIERACENSES EPISCOPI.



HIERACVM Calabriæ ſuperioris, ſeu vlterioris vetuſtam ciuitatem ab Aſceria, alitæ vulgo Falconem appellant, cuius augurio conditam olim fuiſſe ſic denominatam ſcribunt. Edito, ſaluberrimoque ac natura monitiſſimo loco ſita eſt haud procul antiquam Locrenſium vrbem, ex cuius ruinis creditur incrementa ſumpſiſſe, inter duos amnes Meritum & Rouitum quarto à freto milliario exuberans aquarum optimarum ſcaturiginibus, & Balneis humanorum corporum ſalubritati apprime vtilibus; Marchionatus titulo inſignis, & mille & triginta familijs habitata in Regij fiſci codice deſcriptis. Fiunt Hieracij figlina opera nobilia, fit & ſericum & oleum optimum, legitur manna, naſcuntur cappares, reuponticum, goſſypium, ſeſama. Exciduntur lapides molares, magneſia, ſilex cotes, & rubrica fabrilis. Epiſcopatus Hieracenſis autem Græci quondam ritus & obedientiæ fuit vſque ad annum Dom. 1467. quo abdicatis Græcorum ritibus, Romanæ Eccleſiæ cæremonias cœpit, procurante id Athanaſio Calceopilo Conſtantinopolitano huius ædis Epiſcopo, qui cum alijs Græcis Concilio Florentino adſuerat. Antiquus eſt Hieracenſis epiſcopatus, cui vnitus fuit Locrenſis, ſiquidem conſtat Epiſcopali fulſiſſe dignitate vſque ad annum 330. nunc ſuffraganeus eſt Rhegino Archiepiſcopo. Cathedralis Baſilica titulo Deiparæ Virginis Aſſumptæ antiqua & nobili ſtructura conſpicua eſt; multorum Sanctorum reliquiæ in ea ſeruantur, præſertim Dominicæ Crucis, veſtis Deiparæ Virginis, Thomæ & Simeonis Apoſtolorum, Stephani Protomartyris, Petronillæ, Mariæ Ægyptiacæ, Iulitis, Agathæ, Geruaſij, Felicis, Hippolyti, Moſis, & capitis Io. Baptiſtæ; Eſt & B. Virginis imago magna religione ab indigenis culta. Clerus ſatis numeroſus eſt, viginti quatuor Canonicorum, in quibus Archipresbyteratus, Archidiaconatus, Primiceratus, Decanatus, Protonotariatus, Theſaurerlatus Cantoratus, Magiſtri cœremoniarum dignitas pereminet. His accedunt quadraginta

ginta ferè alij presbyteri, & Clerici Seminarij alumni duodecim, qui diuinis inſeruiunt. Præter Cathedralem in ciuitate, & ſuburbijs parochiales eccleſiæ duodecim, duo virorum Cœnobia, totidem Sanctimonialium Ord. S. Baſilij. Xenodochium vnum, laicorum ſodalitia decem. Ex Hieracenſi Vrbe fuit S. Antonius D. Baſilij Monachus cuius feſtum agitur 10. Kal. Septem. & B. Ieiunius eiuſdem Ordinis, & B. Venera Virgo, cuius feſtum agitur 5. Kal. Auguſt. Diœceſis patet in longitudinem milliaria fermè 40. lunæ corniculatæ formam referens, ad Orientem enim in Ionium mare cadit ſinum efficiens Hieracenſem, ab Occidente Appenninos habet montes, à Meridie ad Turrim Brutianam protenditur, à Septentrione Caſtro vetrio terminatur, tota fere conſpicua Hieraci commorantibus. Pagi Hieracenſi Ciuitati ſubiecti ſunt ſex Ardurium, S. Nicolai, Bombilium, Canolum, Partileola, & Antonimina. In hac ora ab hoc agro vſque ad Coryntum promontorium, & alibi Nouilunio terra euomitur, Maramuſeam vocant, ceu cum à talpis mota aſſurgit, quæ ſine aqua cocta fit lubrica, fabrilis optima. Oppida & Caſtra huius Diœceſis ſunt Caſtrum Vetrium Caulonia olim dictum, quæ fuit Vrbs antiquiſſima, & clariſſima, quaſi aulonia, hoc eſt florida ab Archinis conditoribus appellata, Virgilio, & Horatio celebrata, & bello Annibalis inſignis, patria Dieonis, qui vt ait Pauſanias victorias reportauit multiplices, quinque in ludis Pythicis, tres ab Iſthmicis, quatuor ex Nemeis, & Olimpicam vnam. Habet collegiatam eccleſiam cum Parochijs nouem, tribus virorum Cœnobijs, vno ſepto Sanctimonialium, commenda Ord. Hieroſolymitani, & octo beneficiis ſimplicibus. Hic in Templo D. Hilarionis eius brachium aſſeruatur. Roccella olim ampliſſima, cuius Ouid. in Metamorph. meminit, atque hic mare coralliferum eſt. Blanchum cum caſali Caſsignani, & cum duobus parochialibus Clero numeroſo, & duobus Abbatijs. hic vinum bonitate mirificum naſcitur album, & auſterum. Condoiannes cum caſali cimine titulo Marchionatus, inibi ſunt tres parochiæ, & duo Regularium Cœnobia, hoc antiquam Vriam ab Idomenin conditam quidam eſſe ſuſpicantur. Ioioſa gentis Caraceiolæ Marchionatus, vbi ſunt duæ parochiales, & vnum virorum Cœnobium; Agnopterea cum Caſalibus Maronis, Sancti Ioannis, Mamola Agnane, Sidernum vbi duo parochiales eccleſiæ, vnum virorum Monaſterium, cum pluribus beneficijs ſimplicibus. Crepacordium cum Caſali S. Agatæ. Boualina vbi tres parochiales, & Cœnobium Franciſcanorum, aer hic ſaluberrimus eſt, vinum optimum, legitur manna, naſcitur gypſum, & rubrica fabrilis, & achi-

lapis, proueniunt tubera, naſcuntur cappares, fit goſſypium & ſeſama: extant, & perpulchra pabula, vbi medicarum herbarum ſponte naſcentium copia eſt ingens. A Leucopetra autem vſque ad Conitannem in Montibus, & conuallibus paſſim vagantur & capiuntur apri, cerui, capreæ, meles, ſciuri, lutres, martes; linces, viuerræ iſtrices, lepores, herinacei, & teſtudines terreſtres, paſſim naſcuntur cappares, vitex, oleander, terebintus, tamarix, lentiſcus, & ſiliqua ſyluestris. In vniuerſum autem ſunt in hac Diœceſi oppida, & Caſtra fere 30. parochiales eccleſiæ 45. Laicorum Sodalitia 60. Abbatiæ inſignes quinque commendatæ prima S. Philippi de Argiro annui redditus aureorum 800. ſecunda S. Nicomedis Mamolæ Ord. S. Baſilij cum Monachis Græcis, & Græcum ritum obſeruantibus, habet annuos aureos 1200. tertia S. Nicolai de Butramo, S. Mariæ de Piliano, & S. Mariæ de Cannis habens annua ſcuta 700. Capellæ Præſepij S. Mariæ Maioris de Vrbe proprius annexa; quarta S. Nicolai de prato ſcutorum annuorum 270. olim 600. quinta S. Mariæ de populo annuorum aureorum 600. Virorum Cœnobia diuerſorum Ordinum duodecim, Sanctimonialium vnum. Annuus prouentus Hieracenſis Epiſcopatus ad ſummam ſcutatorum Regni trium millium pertingit, taxatur vero in libris Cameræ Apoſtolicæ ad florenos 66. cum dimidio. Series autem Hieracenſium Præſulum ſequens eſt, quam vberiorem fortaſſe dediſſemus, ſi nobis illius eccleſiæ monumenta non defuiſſent.



1 BASILIVS primus eſt qui in hac eccleſia reperiatur epiſcopus circa annum Domini 330. Adfuit Calcedonenſi Concilio ſub Leone I. Pontifice, ei epiſtolas ſcripſit Cæleſtinus Papa de epiſcoporum electione. Ab iſto autem Baſilio ad Leontium per ſeptingentos annos Epiſcoporum nomina interierunt.

2 LEONTIVS à Clero electus confirmatio-

mationem obtinuit à Cæleſtino II. papa anno 1138 Eccleſias S.Philippi, ac Diui Hieronymi condidit, eius atque Rogerij Comitis liberalitate imagines in Cathedrali Eccleſia piè expreſsæ viſuntur. Sediſſe ferunt dypticæ huius Eccleſiæ ann.40.

3 EVSTASIVS ciuis, & Theſaurarius Cathedralis vocatus ad infulam à Canonicorum Capitulo, confirmatus eſt ab Alexandro III. pontifice anno 1178. priuilegia olim à Nicolao Calabriæ Iuſtitiario, & Bono Hieraci conſiliario eccleſiæ S. Philippi aſſerta in dubium reuocata roborauit, & cū ſediſſet ann.16. bono fine quieuit.

4 NICOLAVS natione Græcus ſubſtituitur defuncto Euſtaſio anno 1194. ad quē Innocentius III. epiſtolam ſcripſit aduerſum Marcualdum diris innodatum.

5 BARTONVLPHVS Græcus Monachus Monaſterij de Gala Meſſanenſis Diœceſis Ord. S. Baſilij, per Græcorum violentiam in Hieracenſi eccleſia ſe intruſit circa annum Domini 1250. ſed deturbatus eſt de ſede ab Innocentio IV. circa an.1253. cuius mentio in eiuſdem pontificis regeſtis habetur.

6 M. LEO Hieracenſis eccleſiæ Archidiaconus, doctus, ac præcipua vitæ munditia pollens, in deturbati locum Bartonulphi ab Innocentio IV. deligitur epiſcopus anno 1253. & G.Syracuſano, ac Thomæ Marturanenſi epiſcopis ab eodem pontifice commendatur, Vatic. Regeſt. 15. Kal. Decemb. ann. pontif. 12. Capuæ ſcriptis. legitur fol. 181. epiſt.260. octo annos ſedit Leo, adeo eximia fama virtutis, vt pro ſancto à pleriſque habeatur, iacet in Cathedrali, quem volunt, bullas more pontificum plumbo ſignaſſe.

7 PAVLVS Leoni ſuffectus ab Alexandro IV. anno 1260. Monaſterium S. Nicomedis ſibi ſubiectum gratijs nobilitauit, cuius induſtria Decimæ, iuraque vectigalium caſtrorum ſibi obnoxiorū per Carolum primum Regem Hieracenſi eccleſiæ fuerunt reſtitutæ. Sedit omnibus carus, laudatuſque paſtor ann.19.

8 IACOBVS huius nominis primus inſtituti S. Baſilij, & Abbas S. Philareti ſpectatæ vitæ morumque grauitate clarus huius eccleſiæ præſul declaratus eſt à Martino IV. 1279. ſacratas virgines Cœnobij Sanctorum Coſmæ, & Damiani Monialium S. Veneris ob commoditatem loci, diſciplinamque monaſticam ſeruandam perpetua vnione connexuit. Studioſè pièque hanc rexit eccleſiam ann. 24. ac beato fine quieuit anno 1303.

9 BARLAHAM primus per obitum Iacobi adlectus eſt epiſcopus anno 1303. Hieracenſem eccleſiam ſingularibus beneficijs nobilitauit, cui Robertus Rex Cryptenſis agri decimas reſtitui præcepit. Præfuit ann.9.

10 IOANNES Tirſeus Abbas S.Philippi Ord. S.Baſilij à Clero electus, confirmationem obtinuit à Clemente V. anno 1312. eius pietate ductus idem Robertus Rex plura priuilegia Cathedrali eccleſiæ, & epiſcopio aſſeruit. Diuturniori mora hanc adminiſtrauit eccleſiam, exceſſit anno 1342.

11 NICOLAVS epiſcopus Bouenſis, ad hanc eccleſiam tranſlatus defuncto Ioanne anno 1342. confirmatur à Clemente VI. 6. Kal. Iulij, reiecta electione à Capitulo celebrata in perſona Andreæ Hieracenſis eccleſiæ primicerij, qui paulo poſt euaſit epiſcopus Bouæ, vt in Regeſt. Vatic. legitur in epiſt.26. pag. 127. pontif. 1. Breuis Pontifex fuit Nicolaus.

12 BARLAHAM, in Regeſt. Vatic. Bernardus dicitur de Seminaria ex Monaco S.Baſilij de Capreſino Militenſis Diœceſis deligitur Hieracenſis epiſcopus eodem anno 1342. 6. non. Octob. ita in eodem Reg. Vatic. epiſt. 71. fol. 16. p.2. anni p. pontif. Clementis. Præfuit ann.4.

13 Fr. SIMEON Conſtantinopolitanus eiuſdem Baſiliani Ordinis Monacus euaſit epiſcopus die 4. Auguſti 1348. à Clemente VI. poſtquam Diœceſanam Synodum celebraſſet, & annis 18. cum fama virtutum ad Tebanum Sacerdotium tranſlatus eſt ab Vrbano V. anno 1366. ex Regeſt. Vatican.

14 NICOLAVS Mele ciuis Hieracenſis ex Teſaurario Cathedralis à Capitulo vocatus eſt ad infulam, quam illi iure aſſeruit Vrbanus V. anno 1366. 3. non. Auguſt. ſui pontif. 5. Hic fuit eccleſiaſticæ libertatis acerrimus vindex, probuſque vir, ſed cum teterrimum ſchiſma in Romana eccleſia increpiſſet, partes Clementis VII. Pſeudo-Pontificis fouit, quamobrem à Bonifacio IX. epiſcopatu mulctatus inglorius obijt, ſepultuſque eſt in Cathedralis ſacello Corporis Chriſti.

15 IACOBVS à Bonifacio IX. electus eſt epiſcopus anno 1382. paſtoralem curam eximiè ſuſtinuit annis omnino 18. è viuis exemptus eſt 4. non. Iunij 1400. iacet in Cathedrali.



16 ANGELVS de Tuſo nobili familia natus, Auerſanæ eccleſiæ Decanus ex virtutum merito, quibus apud omnes gratiam meruerat à Bonifacio IX. datus eſt ſucceſſor Iacobi anno ſal. 1400. 3. non. Iulij. Annis 19. ſumma cum laude prudentiæ hanc ipſam adminiſtrauit eccleſiam, plura bona prædeceſſoribus incuria ab eccleſia diuulſa recuperauit, eccleſiaſticam diſciplinam paulo ſolutiorem adſtrinxit, ſummumque zelum in populo ſibi commiſſo regendo tuendoque explicuit. Mortem obijt Hieracij non. Maij diuturniori morbo vexatus ann. 1419 ſepultus in Cathedrali conlacrymantibus cunctis.

17 PAVLVS vir pietate commendabilis iam in Archiepiſcopalium Miniſteriorum curſu Siponti præclarè verſatus à Martino V. ad hanc eccleſiam tranſlatus eſt die 28. Iulij 1419. illam rexit ann. 10. iterumq; tranſlatus euaſit archiepiſcopus Rheginus anno 1429.

18 AMONIVS Canto Biſiananenſis ſucceſſit Paulo die 13. Maij 1429. Obijt anno 1444. Nonis Maij ſepultus in Cathedrali.

19 GREGORIVS Dioſitanus ciuis & primicerius Hieracenſis hanc eccleſiam regendam ſuſcepit 6. idus Iulij: probatæ vitæ præſul ſedit ann. 17. è viuis abijt 3. non Aug. die lunæ 1461. ſepultus in Cathedrali ad pedes imaginis S. Chriſantæ.

20 ATHANASIVS Calceophilus Conſtantinopolitanus abbas S. Mariæ de patiro, & de Arca, creatus eſt Hieracenſis epiſcopus anno 1461. quo ſedente anno 1472. ſublato Græco ritu Oppidenſis eccleſia perpetua vnione coiuit cum Hieracenſi, quam deinde diſſoluit poſt annos multos Paulus III. papa. Mortuus eſt Athanaſius anno 1497.



21 TROILVS Carrafa Neapolitanus Malitiæ filius nobili proſapia natus, ſed longè virtutibus nobilior quibus meruit ex epiſcopo Rapallano ad has eccleſias efferri die 27. Nouemb. 1497. Sedit in his eccleſijs ann. 7. M. 3. D. 10.

22 OLIVERIVS Carrafa præclari nominis S.R.E. Cardinalis hanc habuit eccleſiam commendatam anno 1505. quam liberè eodem anno dimiſit.

23 IACOBVS Conchilles Hiſpanus inſignis Theologus à Iulio II. electus eſt Hieracenſis & Oppidenſis epiſcopus die 23. Febuar. 1505. Neapoli conſecratus poſt annos omnino tres ad Catanenſem in Sicilia epiſcopatum translatus eſt redeunte anno 1509. e quo tranſlatus deinde eſt ad Illerdenſem eccleſiam in Hiſpania. Regius fuerat Cappellanus, & abbas S. Luciæ de Milaſio teſte Pyrro in notitia Catanenſis eccleſiæ. De Iacobo legendus etiam eruditus amicus noſter Io: Baptiſta de Groſſis de epiſcopis Catanienſibus pag. 237.



24 BANDINELLVS Saulus Ianuenſis epiſcopus Melinetanus huc tranſlatus 23. Febr. 1509. mox creatus Card. à Iulio II. ſub Leone X. hos epiſcopatus amiſit, vt non ſemel diximus anno 1571.

25 FRANCISCVS Armellinus Medices Cardinalis Peruſinus factus eſt harum eccle-

eccleſiarum commendatarium anno 1517. Exceſſit ann. 1519. de quo alibi.

26 ALEXANDER Card. Cęſarinus administrator adlectus eſt anno 1519. eodem anno reſignauit cum regreſſu.



27 HIERONYMVS Planea Romanus ex archiepiſcopo Amalphitano die 15. Iunij 1519. ad has eccleſias tranſlatus, Romæ obijt 21. Auguſt. 1534. ſepultus in eccleſia S. Mariæ ad Mineruam, de quo vide Amalphitanorum archiepiſcoporum ſeriem noſtram: eo defuncto ratione regreſſus Alexander Card. Cęſarinus iterum has adminiſtrauit eccleſias ad annum vſque 1536. quas liberè reſignauit die 28. Ianuarij, quo à Paulo III. Oppidenſis eccleſia à Hieracenſi diſiuncta, proprium deinceps vnaquæque habuit paſtorem.



28 TIBERIVS Mutus Romanus S. Mariæ in via lata mox Vaticanæ Baſilicæ Canonicus Hieracenſis epiſcopus ſublectus eſt die 20. Februar. 1538. Hanc eccleſiam adminiſtrauit ad annum vſque 1552. deinde ad epiſcopatum Aſſiſienſem tranſlatus eſt, de quo in primo noſtro tomo.

29 ANDREAS Candidus Syracuſanus Hieroſolymitani Ord. eques, iuris vtriuſque doctor inſignis, epiſcopalem hanc dignitatem obtinuit à Iulio III. die 9 Martij 1552. in ea dignitate ſanctè vixit, pauperes fouit, vitia repreſsit, eaque omnia egit, quæ boni paſtoris propria eſſe viderentur. Quieuit in Dominò 8. id. Septemb. 1574. ętatis ſuæ 60. in Cathedrali ſepultus.



30 OCTAVIANVS Paſqua Ianuenſis Simeonis Paſquæ Cardinalis ex fratre nepos ſub Pio V. ac Gregorio XIII. vtriuſq; Signaturæ Referendarius, poſt Andreæ exceſſum adlectus eſt Antiſtes die 17. Septem. 1574. vir fuit eruditus, ac venerandæ antiquitatis diligens perſcrutator, ſuorum anteceſſorũ exquiſita diligentia expiſcatus eſt memoriam, & breuem Catalogum conſcripſit, eodemque ſtudio Rhegienſium archiepiſcoporum contexuit ſeriem: alia quoque ſcripſiſſe ferunt: ſedit integra nominis fama annis 17. è viuis exemptus eſt die 8. Ianuarij 1591. in Cathedrali prope prædeceſſores ſuos ſepelitur.

31 Fr. VINCENTIVS Bonardus Romanus Ord. Præd. Sacri Apoſtolici Palatij Magiſter ad hanc Cathedralem promotus eſt die 20. Martij 1591. ſcripſit vir doctus de virtute Agnus Dei tractatum, & poſt ſedem annorum decem, deceſsit die 11. Martij ann. 1601.

32 HORATIVS Matthæus Romanus, præcipua nobilitate clarus Clementis VIII. domeſticus prælatus ab ipſo Hieracenſi epiſcopatu donatus die 19. Nouemb. Nuntij munere functus apud Venetam Rempublicam. Neapoli defunctus eſt die 13. Iunij 1622. ibique ſepultus.

33 ALEXANDER Boſchius Bononienſis, Marij filius, iuris vtriuſque Doctor publicè in patria ius humanum interpretatus, ex protonotario Apoſtolico, & Neapolitanæ Eccleſiæ Vicario epiſcopus Larinienſis, mox Hieracenſis pronunciatus à Gregorio XV. anno 1622. ſub quo tum & Vrbano VIII. vrbis Vicesgerens fuit, Epiſcopale onus dimiſit anno 1624. Parmæ Apoſtoli-

cns Vicarius, defunctus vita eſt ann. 1629. ibique iacet in Cathedrali cum hoc epitaphio:

D. O. M.

Reuerendiſſimo D. Alexandro Boſchio Bononienſi qui primum Carinulæ deinde Hieracenſis, Epiſcopus Viceſgerentis in Vrbe alijſque in Apoſtolicæ Sedis obſequio, muneribus cum laude perfunctus. Parmæ demum Vicarius Apoſtolicus, obijt Ann. Salutis MDC. XXIX. ætatis ſuæ lxj ſexta die Iunij. Dionyſius Boſchius frater muſt. Poſuit,

34 STEPHANVS de Roſis Catacenſis vtriuſque Signaturæ Referendarius electus die 24. Ianuarij 1624. morte præuentus breuiſſimus pontifex fuit. Obijt die 15. Aug. eiuſdem anni.

35 IOANNES MARIA Bellettus à Polono Vercellenſis, Diœceſis, iuris Doctor, inſignis Theologus, & in omnium ſcientiarum genere eruditus olim Apoſtolicus Auditor in Poloniæ Regno, die 26. Ianuarij 1625. ad hanc eccleſiam ab Vrbano VIII. vocatus. Exceſſit 24. Februarij ſequentis anni. ſcripſit librum, Diſquiſitiones Clericales: opus ſane eccleſiaſticis, tum ſecularibus cum Religioſis valde vtile.

36 LAVRENTIVS Tramullus Ligur Sarzanenſis Hieracenſis adlectus eſt Epiſcopus die 16. Septemb. 1626.

NEOCASTRENSES
EPISCOPI.



NEOCASTRVM, vulgo *Nicaſtro*, vlterioris Calabriæ Mediterranea eſt Ciuitas ſeptimo à mari milliario edito penſili loco ſita, olim *Sicania* dicta, fontibus, riuiſque affluens anniuerſarijs

A nundinis celebris, habitata familijs ex Fiſci Regis Codice nongentis viginti duobus, & tres circiter mille animas continet, ſub temporali dominio Principis de Caſtilione. Huius Vrbis ager, & frumenti, & aliarum frugum ferax, & paſcuus. Sunt pulchra limonum, citrorum, & malorum aureorum nemora. Abundat omnis generis fructibus & oleo, vino, & melle præclaris. Naſcitur & rubrica fabrilis, & tunipanus. Extant ſyluæ glandiferæ, & pulcherrima aucupia. Eſt in agro hoc pagus S. Blaſij, Turres, Antoninus in Itinerario meminit, vbi mel laudatiſſimum, & balnea ſulphurea ſanandis corporibus idonea. Pietatem Chriſtianam
B hanc Ciuitatem didiciſſe à Stephano Rhegino Epiſcopo, S. Pauli diſcipulo piorum coniectura eſt, à quo ferunt, & proprium accepiſſe paſtorem, eius ſucceſſorum nomina, & acta non habemus ad annum vſque 1094. Veterem Cathedralem Eccleſiam D. Petro Apoſtolorum Principi ſacram Comitis Draconis Calabriæ Ducis filia Aumburga anno Domini 1100. pia liberalitate vna cum Epiſcopio extra Vrbem fundauit, Richardus Comes eius frater dotauit. Hanc conſecratam volunt anno 1123. in Apoſtolorum Petri, & Pauli natalitijs die, in primiſque ipſis veſperis omnes Diœceſis Sacerdotes perſonaliter adeſſe, pullumque
C gallinaceum ſinguli offerre, atque Epiſcopo, qui & ipſa die omnibus dictum præbet, obedientiam, & reuerentiam præſtare tenentur, ac vt plurimum Synodalia Diœceſana legi mos eſt, & ſi opus fuerit innouari. Abbates etiam, & Beneficiati ius canonicum ſoluere, vt antiquo more taxatum reperitur, & debent, & ſolent. Cathedrale hoc Templum permagnificum erat, quod cum frequentes terræmotus nõ ſemel quaſſaſſent, randem eadem vi vna cum ipſa Ciuitate collapſa anno 1638. Io. Thomas Perronus generoſi animi Præſul in mediũ Ciuitatis tranſtulit, religioſoque ſuo ſumptu nouam vna cum Epiſcopio magnificentius exædificauit, ad cuius memoriæ perenni-
D tatem ex marmore ſupra turres maiores huiuſmodi legentibus proſtat inſcriptio.

Petro & Paulo Apoſtolorum Principibus dicatam Cathedralem, ab Agarenis dirutam, ab Amburga Rogerij Normanni nepote anno MC. refectam, Summorum Pontificum Marcelli II. & Innocentij IX. Præſulatu decoratam, & anno MDCXXXVIII. cum ciuitate terræmotu collapſam, Io: Tho-

mas

mas Perronus Roſſanenſis Io. Laurentij filius auitæ pietatis æmulator, & Vrbani VIII. beneſactoris ſui monita celeri exequutus obſequio, in commodiorem locum, nobilioremque formam proprio ære tranſtulit, fundauit, ditauitque anno ſal. MDC. LII. Præſulatus ſui iv.

Eccleſiæ huius ad diuinum cultum ſubſellia ſatis numeroſus Clerus adimplet, vbi ſex dignitates, quarum prima eſt Decanatus, Archidiaconatus, Cantoratus, Theſaurariatus, Capellani maioris, & Pœnitentiarij, ac quatuordecim Canonici numerantur, Capellani ſtipendiarij 14. quorum capellas Canonici ex cuiuſdam epiſcopi inſtitutione in titulum obtinent. Capellani titulares 20. & Clerici Seminarij alumni duodecim, In ciuitate eccleſiæ præter Cathedralem tres. Monialiū cœnobium vnum, hoſpitalia pauperum duo, & laicorum ſodalitia nouem; Diœceſis plura oppida, & pagos continet, in quibus tres epiſcopis incoluntur, qui tamen à Latino Sacerdote latino ritu ſacra accipiunt, & more Romano viuunt. Oppidum maximum eſt, quod Maidam vocant, quatuor eccleſias Parochiales habet, in his ſunt Capellæ dotatæ 19. Presbyteri plus minus triginta, Clerici minores multi, animæ vero fidelium recenſentur 1970. Hic etiam eſt ſeptum Sanctimonialium ſub Regula ſancti Baſilij militantium, viuunt in eo clauſtro plures virgines ſacro velamine inſignitæ.

Fereletum Ducatus titulo clarum duas habet Parochiales eccleſias cum Cappellis dotatis quatuor, laicorum ſodalitia quatuor, animæ fidelium in eo degentium 1700. Tertium oppidum eſt Marcellinare cum ſua Parochiali eccleſia, xenodochio, & laicorum ſodalitijs quatuor, incolæ 1000. Quartum oppidum Teriolum vnam habens parochialem, animas 700. Quintum eſt caſale Miliarinæ cū ſua parochiali habitatum incolis 600. Sextum eſt caſale Curſalis ſub oppido Maidæ habēs parochialis illius curæ Præpoſitos Presbyteros duos, ſubiectos incolas 300. Octauum eſt caſale ſancti Petri ſub ditione eiuſdem oppidi Maidæ cum ſua parochiali, & incolis 700. Nonum eſt caſale Viringhæ eidem oppido Maidæ ſubiectū, cum ſua parochiali habente fidelium animas 800. Decimum eſt oppidum Montis Sori, vbi eccleſia parochialis, & animæ fidelium 130. Vndecimum caſale Seræ ſtructæ Fetolcti, vbi ſub vna Parochiali cenſentur animæ 600. Duodecimum ſancti Blaſij Neo-

A caſtrenſis ditionis, vbi parochialis vna, & cœnobium Fratrum Minimorum, xenodochium vnum, fidelium animæ 2400. Decimum tertium eſt caſale Zangarone ſub ditione Neocaſtrenſi, vbi Albanenſes degunt Latino ritu ſacra ſumentes, in eo ſunt animæ fidelium 400. Decimumquartum eſt caſale Vitiæ, degunt ibi Albanenſes Latino ritu 148. Decimumquintum eſt caſale Amati, in quo Græci, & Itali promiſcui habitant Latino ritu ſacra ſumentes 500. In vniuerſum autem ciuitas, & diœceſis Neocaſtrenſis habet parochiales eccleſias 24. Parochos 37. Capellas dotatas 65. Eccleſias ſimplices dotatas 18. quarum ſeruitio addicti ſunt

B Presbyteri plus minus 117. Diaconi, & Subdiaconi 13. Clerici 130. ex his rurſus 5. ſunt Archipresbyteri, & ſex Vicarij foranei. Abbatiæ in commendam dari ſolitæ octo in hac Diœceſi ſunt. Prima Sanctorum quadraginta Martyrum 2. S. Michaelis Archangeli. 3. S. Mariæ dello Scabelle. Sanctorum Philippi, & Iacobi. 5. Sanctorum Anargyrorum, ideſt ſanctorum Coſmæ, & Damiani. 6 S. Mariæ de Cana. 7. S. Mariæ de Carra. Sancti Nicolai de Fragiano. Continet præterea hæc Diœceſis Sanctimonialium ſepta duo, hoſpitalia octo, laicorum ſodalitia 50. Fideliū animas populo vrbano, & Diœceſano comprehenſo plus minus 12700. Populus vniuerſus Catholicus, aut Latinum

C ritum ſeruans, aut certè ab eo non abhorrens. Epiſcopus Neocaſtrenſis ſuffraganeus eſt Archiepiſcopi Rhegini, cuius menſæ epiſcopalis annuus cenſus ex frumento ferè colligitur, & aſcendit ad ſcutata illarum partium 2500. taxatur verò in libris fiſci Apoſtolici ad floren. 100. Neocaſtrenſium Præſulum ſeriem, quam vides noſtro non vulgari labore conatuque ex varijs monumentis eruimus, ieiunam tamen, cum documenta vel caſu igni conſumpta fuerint, vel in ipſis ciuitatis ruinis non ſemel à ter-

D ræmotu excitatis deperdita fuerint.



1 HENRICVS Neocaſtrenſis primus eſt eorum, de quibus in monumentis extet memoria. Interfuit is anno 1094. conſecra-

A crationi eccleſiæ ſancti Stephani de Boſco
in Calabria die 15. Auguſti celebratæ ab Ar-
cherio Archiepiſcopo Panormitano aſſi-
ſtentibus Truſtino Tropeienſi, An. Catanen.
Theodoro Squillacen. & Goffredo Militen.
apud Rocchum Pyrrhum in notitia Cata-
nenſis eccleſiæ. Huius item gratia, & ro-
gatu Amburga Rogerij Ducis Calabriæ
neptis Draconis Comitis filia veterem Ca-
thedralem ab Agarenis iamdiù deſtructam
magnifico ſumptu à fundamentis reſtituit,
ac ſimul cum Riccardo Comite fratre do-
tauit anno 1101. vt proximo monumento
oſtenditur è cartulario ipſius eccleſiæ de-
prompto.

In nomine ſanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis.

Ego Riccardus Comitis Dragonis filius,
atque Roberti Guiſcardi totius Cala-
briæ, & Apuliæ, ac Siciliæ Ducis incliti,
atque filij eiuſdem Rogerij, & ipſius hære-
dis Dapifer præſentem vitam labilem co-
gnoſcens, & caducam, & dies hominis ſu-
per terram more florum citò deficere, ad
ſupernę vocationis brauium optans pertin-
gere, neceſſarium duxi, vt ex his, quę à ſum-
C mo Patrefamilias temporaliter poſſidenda
ſuſcepi, æternæ felicitatis gaudia mihi ſtu-
deam comparare, ſed quãuis ab omnibus,
vt ait Apoſtolus, bonum ſperare debeamus,
potiſſimum tamen ſanctam Matrem eccle-
ſiam tenemur venerari, à cuius vberibus fi-
dei & religionis Chriſtianæ doctrinam ſu-
gimus, in cuius gremio coaluimus, à qua
etiam noſtræ Redemptionis ſacramenta ſu-
ſcipimus. Proinde præſentibus, & futuris
notificandum exiſtimo, atque ad ſubſtentan-
dum poſterorum memoriam hoc ſcriptum
relinquo, quod ob meorum, patriſque mei
Dragonis, necnon mei etiam patrui Ro-
berti Guiſcardi bon. m. Ducis, filijque eius
Dom. mei Rogerij dilectiſſimi, ipſiuſq; Ro-
D berti Ducis Reuerendiſſimi hæredis, & ve-
nerabilis Comitis Rogerij auunculi mei,
atque ſororis meæ Aumburgæ, aliorumq;
parentum meorum ablutionem delictorum,
& vt eam à Chriſto æternam mereamur vi-
tam obtinere, Riccardus Comitis Drago-
nis filius milleſimo centeſimo primo anno
ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chri-
ſti Indictione nona Beati Petri Apoſto-
lorum Principis Epiſcopatui, atque Henri-
co ipſius eccleſiæ Cathedræ præſidenti, omni-
buſque eiuſdem ſucceſſoribus, quæ eccleſia
ſub Neocaſtro in honorem, & nomine ip-
ſius Beati Petri à ſorore mea Aumberga
fundata eſt, totam terram, quæ continetur
infra diuiſionem almantiæ, & Neocaſtrum,
cuius ſcilicet diuiſio eſt à portu Fici vſque
ad diuiſam de Androna, & vſque ad locum,
qui dicitur Campitello, & inde vſque ad ſe-
pulchrum dicellini, & vſque ad ſanctum
Paulum, & vſque ad pendentem aquam, ac
inde ad rubram terram, vt procedit aqua
vſque ad duos montes, & ad nudum mon-
tem, vbi diuiſa eſt mutata, & inde ad Co-
ropetia, & vſque ad pulueracchium cum
ſilua, & aquis & mari, & omnibus perti-
nentijs ſuis, atque cum omnibus liberis ho-
minibus, ac mulieribus, qui in prædi-
cta terra morabantur, & modo ſunt exiſten-
tes, vel in poſterum fuerint permanendi, &
eodem modo cum villanis, & filijs eorum;
& filiabus tam vxoratis, quam non vxoratis
cum omnibus poſſeſſionibus eorum; quam
B terram, & quos villanos ſoror mea Aum-
burga viuens tenuit, & ego poſt eius obi-
tum in Neocaſtro, & de Neocaſtri territo-
rio poſſidebam conſilio, aſſenſu, & auxilio
Domini mei Ducis Rogerij, aliorumque
parentum, & amicorum eorum, ac omni
penitus contentione ſummota integrè con-
ceſſa Neocaſtrenſi epiſcopatui in perpetua
hæreditate poſſidenda. Sed quoniam mun-
danis omninò carere nequibam; quatuor
partes de prædicta terra panis, & vini me
viuente, ad neceſſarios vſus meos retinui,
conceſſi equidem, vt quintam partem de
omnibus alijs huius terræ redditibus, & tam
liberorum, quam villanorum præfatus epi-
ſcopus poſſideat, atque poſt meum obi-
tum, ſi eccleſia anteponatur indonata, qua-
tuor partes, quas mihi retinueram, in pace
habere, & quoniam huius vitæ pertimens
exitum in cæleſti Regno mihi, & parentibus
meis locum deſidero adipiſci, finem meum
volens expectare anno Dominicæ Incarna-
tionis milleſimo centeſimo primo, Indictio-
ne quartadecima, quatuor partes, quas in
meis vſibus retinueram cum omnibus alijs
ſupradictis dono, & concedo antedictæ ec-
cleſiæ, ac Epiſcopatui liberè, & abſolutè,
vt in perpetuum ab omni calumnia immu-
nis. prædicta hæc omnia hæreditario Iure
poſſideat, hanc ego donationem ſigillo meo
conſigno, & confirmo, præſentibus iſtis ſub-
ſcriptis teſtibus, hæc ſigna ſubſcripta fa-
cientibus.

† *Ego Riccardus Dapifer huius ſupradictæ donationis largitor manu mea propria hoc ſignum feci.*

† *Ego Rogerius Comes Calabriæ, & Siciliæ huius doni adiutor, & teſtis hoc ſignum feci.*

† *Ego Simon Comitis Rogerij filius, & heres hoc ſignum feci.*

† *Signum Rogerij Regitanenſis Archiepiſcopi.*

† *Ego Vgo de Claromonte hoc ſignum feci.*

† *Ego Rogerius Roberti Ducis filius & hoc ſignum feci.*

† *Ego Saſſa Caſſanenſis Epiſcopus, &*
Papa

Papæ Vicarius teſtis ſum.

† *Ego Drogus Fr. Alexandri hoc ſignum feci.*

† *Ego Alphanus Caſſanenſis hoc ſignum feci.*

† *Ego Robertus Rigitanus Canonicus hoc ſignum feci.*

† *Ego Alexander nepos Riccardi Dapifer hoc ſignum feci.*

Memoratur Henricus cum aliis teſtibus ſubſcriptis in priuilegio, ſeu potius donatione bonorũ, quæ Fulco de Balberg Chriſtodulo Siliciæ, ſic vocatur, dono dederat Monaſterio & eccleſiæ Patiri Roſſanenſis diœceſis confirmato ab Hugone, & Alexandro fratribus de Claromonte ann. 1112. in hæc verba ex Patiri tabulario.

† *Ego Hugo de Claromonte hoc ſignum feci filius Alexandri.*

† *Ego Alexander frater eius hoc ſignum feci.*

Anno ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo duodecimo Indictione quinta Menſe Martio.

☞ Ego Hugo de Claromonte filius Alexandri, & fratres mei propter remiſſionem omnium parentum noſtrorum peccaminum, & meorum, donum quod Fulco de Balbeuerig Chriſtodulo Siciliæ caſale ſancti Appollinatis cum terris & vineis, & cum omnibus ſuis pertinentijs, quæ ſicuti Aſchitinus Parcellus in vna nocte, & in vna die ibi tenuit, dedit, & conceſſit remota omni calumnia perpetuo concedimus tibi, & vt eccleſia Beatæ Dei Genitricis Mariæ, quæ appellatur Græco vocabula Neaodigitria, & Bartholomæus ſuique ſucceſſores Patiri ſupradictæ Eccleſiæ; vt firmiter admodum & perpetualiter teneant: ſicut ſupradictus Chriſtodolus ammiral. ſupradictæ Eccleſiæ dedit, & conceſſit, volumus & obnixe firmamus. Si quis autem huius confirmationis noſtræ violator extiterit ſtimulis diaboli agitatus gladio anathematis percutiatur, & vſque ad exitum mortis communione careat A.

† *Ego Richardus Dapifer manu mea hoc ſignum feci.*

† *Ego Henricus Neocaſtrenſis Epiſcopus hoc ſignum feci.*

† *Ego Michael.*

† *Ego Serlo de Munttina hoc ſignum feci.*

Anno 1122. dicitur interfuiſſe conſecrationi eccleſiæ Catacenſis quo anno conſecrata refertur Cathedralis Neocaſtrenſis.

2 GVIDO ſubſcripſit Concilio Lateranenſi ſub Alexandro III. celebrato anno 1179.

A 3 BOEMVNDVS teſtis priuilegij Henrici VI. Imper. Eccleſiæ, ac Monaſterio Florenſi conceſſi anno 1195 Idem ſubſcripſit conſecrationi eccleſiæ ſancti Petri de Balnca Panormi anno 1199. 5. Kalen. Iunij ex tabulis à Roccho Pyrrho allatis notit. 1. Sicilienſium eccleſ.

4 ROGERIVS huius eccleſiæ Epiſcopus memoratur in monumentis Archiuij Regij Neapol. 1202. extat epiſtola Innocentij III. ad ipſum fortè ſcripta, qua dat facultatem recuperandi bona illius eccleſiæ minus legitimè à prædeceſſoribus alienata.

5 THADÆI Epiſcopi Neocaſtrenſis mentio extat in tabulis conſecrationis eccleſiæ Cuſentinæ ann. 1222. 3. Kalend. Febr.
B apud Iacobum Græcum in genealogia Ioachini Abbatis.

6 G. . . . quendam electum Neocaſtrenſem à Canonicorum Capitulo anno 1236. de qua electione Gregorius IX. certior factus ad Archiepiſcopum Cuſentinum literas ſcripſit præcipiendo, vt electum examinaret, cumque, ſi tanti muneris idoneum inueniret, facultatem confirmandi dedit, ita in epiſt. 241. fol. 186. Reg. Vat. an. 9. an vero confirmatus, vel reprobatus fuerit, non conſtat.

7 SAMVELI Neocaſtrenſi Epiſcopo ſcribit Innocentius IV. Id. Octob. pontif. 12. qui fuit ſal. 1254. vt premente paupertate,
C mutuum accipere valeat. Epiſt. eſt 226. fol. 277. Regeſt. Vat. eiuſdem anni.

8 LEONARDVS à Capitulo concorditer electus ob eximias eius animi dotes, confirmatur à Clemente IV. Pontifice anno ſal. 1266. Id. Octob. pontif. 2. ex Regeſt. Vat. ep. 132. fol. 99. Poſt annum ſecundum à ſuo regimine, defuncto Bartholomæo Pignatello Archiepiſcopo Meſſanenſi, à Capitulo in Archiepiſcopum poſtulatur anno 1268. ſed morte præuentus, à Pontifice Summo eodem Clemente IV. confirmari non potuit, Regeſt. Vatic. epiſt. 72. fol. 159. ann. 3. Gregor. X.

9 ROBERTVS Neocaſtrenſis epiſcopus
D ſimoniacè in hac eccleſia ſe intruſerat defuncto Leonardo, ac diu pro epiſcopo ſe geſſit, quamobrem à Nicolao III. Pontifice epiſcopatu abrogatus eſt, vt ex literis eiuſdem ad Tancredum ſucceſſorem datis licet proſpicere. Roberti meminit idem Nicolaus III. in epiſt. ad Biſinianenſem & Marturanẽſem Epiſcopos, memoratur etiã à Fazelo lib. 2. dec. 2. rerum Sicilienſium. interfuit Panormi coronationi Petri Aragonei Siciliæ Regis.

10 TANCREDVS de Monte Fuſculo Ord. Minorum in Roberti è Pontificia ſede deiecti locum ſubrogatus anno 1279. Idib. Maij pontificatus Nicolai III. anno 2. vt ex ſequenti epiſt. Reg. Vat. num. 60.

Vene-

Venerabili Fratri Tancredo de Monte Fuſculo Epiſcopo Neocaſtren.

Licet immeriti præſidentes, circa curam omnium eccleſiarum, ſolertia reddimur indefeſſa ſolliciti, iuxta paſtoralis officij debitum crediti nobis Dominici gregis cuſtodiam vtiliter gerere diuina cooperante clementia ſtudemus. Dudum ſiquidem intellecto quod Robertus, qui pro Neocaſtren. Epiſcopo ſe gerebat ſimoniacum habuerat ingreſſum, bona Neocaſtren. eccleſię dilapidabat, & enormiter cōſūmabat, quodque incontinentiæ vitio laborabat, & ſuper his & alijs grauibus, & enormibus exceſſibus erat publicè diffamatus, ipſum auctoritate literarum noſtrarum citari fecimus, vt coram nobis certo termino perſonaliter compareret, prout præmiſſorum qualitas exigeret recepturus, ei nihilhominus omni alienationis genere interdicto, ſicut in eiſdem literis plenius continetur. Eodem itaq; Roberto coram nobis, licet poſt præfixum ſibi terminum, generaliter comparente ſuper præmiſſis, tam per nos, quam per alios ex Fratribus noſtris incepimus inquirere diligenter, & tandem idem Robertus liberè in noſtris manibus honori, & oneri ceſſit ſpontaneus, ne forſan compelleretur inuitus, nos autem ceſſionem huiuſmodi admittentes, prouiſionem eiuſdem eccleſiæ illa vice nobis duximus reſeruandam, decernentes ex tunc irritum, & inane ſi ſecus à quoquam ſcienter, vel ignoranter contingeret attentari. Et tandem paterna volentes ſollicitudine præcauere, ne ipſa eccleſia diſpendia prolixæ vacationis incurreret, ad perſonam tuam cum habearis virtute laudabilis, religionis claritate conſpicuus, præclarus meritis, & alias in ſpiritualibus, & temporalibus circumſpectus, noſtræ conſiderationis aciem extendentes, ſperantes quoquę quod eandem eccleſiam ſalubri, dante Domino, regimine gubernabis, ipſaque vtilis præſidio munita Paſtoris, optatis affluet incrementis, te Fratrem Minorum Ordinis profeſſorem eidem eccleſiæ de Fratrum noſtrorum conſilio in Epiſcopum præfecimus, & Paſtorem, tibiq; munus conſecrationis per Vener. Fratrem noſtrum Portuen. Epiſcopum fecimus exhiberi. Quocirca fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus impoſitum tibi onus à Domino deuotè ſuſcipiēs ſic curam & adminiſtrationem præfatæ eccleſiæ diligenter gerere ſtudeas, & ſalubriter ac vtiliter proſequaris, quod ipſa ſub tua vigilantia votiuis amplietur commodis, & in omnibus diuina cooperante clementia, proſpere dirigatur. Tuque noſtram & dictę Sedis gratiam exindę, tanquam benedictionis & obedientiæ filius, vberius conſequi merearis,

Datum Romæ apud ſanctum Petrum Idib. Maij, anno ſecundo.

Poſt annum ſeptimum à ſua præfectura Tancredus poſtulatur in Archiepiſcopum Hydruntinum eodem anno a Capitulo, per Martinum IV. non admittitur; viuebat anno 1286. quo Panormi adfuit inaugurationi Iacobi ex Aragonenſibus Siciliæ ſecundi Regis die 2. Febr. qua de re ab Honorio IV. epiſcopatu multatus eſt eodem anno, vt Lellus narrat in hiſt. Archiepiſcoporum Montis-Regalis, inde reſtitutus ſub Bonifacio VIII. deceſſit anno 1299. Huius etiam meminit Pyrrhus in Chronologia Regum Siciliæ.

11 NICOLAVS ex Abbate S. Trinitatis de Mileto Ordinis ſancti Benedicti defuncto Tancredo eligitur Neocaſtrenſis epiſcopus à Bonifacio VIII. an. 1299. 8. Id. Nouemb. ex Regeſt. Vat. ep. 393. fol. 224. ann. 5. Obijt Nicolaus circa annum Dom. 1320.

12 Fr PETRVS de Scalea Ordinis Minorum anno 1320. in locum defuncti Nicolai ſucceſſit. Vacante enim huiuſmodi eccleſia tres fuerunt in diſcordia electi, inter hos Fr. Petrus de Scalea; is Minorita, licet à paucioribus electus, dum tamen reliqui cauſam proſequerentur in Curia, conſecratus fuit ab Archiepiſcopo Rhegino Metropolitano, & epiſcopatu donatus eſt. Qua autem ratione id factum voluit ſcire Pontifex ſcriptis literis ad Guillelmum de Balacto Archidiaconum Forozalienſem ciuitatis Beneuentanæ in Regno Neapolitano Rectorem, ex quibus vniuerſa deſumi poteſt electionis, & conſecrationis hiſtoria. Literæ extant in Reg. Vat. ann. 5. Ioannis XXII. fol. 1546. quarum tenorem ſe vidiſſe etiam teſtatur noſter doctus Vvadingus to 3. Annal. Minorum. Cæterum Petrus breui tempore hanc rexit eccleſiam, cum anno 1323. in hac eccleſia, qui mox ſequitur, reperiatur Antiſtes in lib. oblig. memoratur Petrus in Reg. Reg. Neapol. an. 1322.

13 AMBROSIVS electus 1323. Deceſſit 1333.

14 Fr. IOANNES de Preſcoa Ordinis Minorum ſucceſſit Ambroſio anno 1333. 14. Kalen. Aprilis à Ioanne XXII. ad hanc dignitatem vocatus ex Reg. Vat. ep. 779. anni 17. eiuſdem Papæ.

15 NICOLAVS Neocaſtrenſis epiſcopus executor literarū Aymerici Card. Apoſtolicæ Sedis Legati in vtriuſque Siciliæ Regno, ad fauorem epiſcopi Tropeienſis datarum anno 1344.

16 MANFREDVS.

17 ANGELVS ſucceſſor Manfredi memoratur in lib. Obligat. in viuis erat anno decimo Vrbani VI. die 20. Aprilis ſalutis vero 1387.

18 IVLIANVS anno 1388. die 20. Ianuarij, & anno 1389. Kalend. Maij in libr. Obligationum. Fuit is Vrbani VI. Nuncius.

cius in Regno Sardiniæ ann.13. pontif.eiuſdem. A

19 IACOBVS electus 1390. ſoluit ſolitum ſubſidium Sac.Collegio, die 21. Aprilis,& recognouit pro Angelo antepredeceſſore, & Manfredo prædeceſſore ſuo ex lib.Oblig.ſub Bonifacio IX. cuius annus obitus memoratur 1394. in iiſdem libr. Inueni quemdam Caroluccium in hac eccleſia intruſum à Clemente Antipapa anno 1391.


20 ROBERTVS Maza ex Canonico eccleſiæ Neocaſtrenſis præficitur in epiſcopum anno 1394.4. Non.Maij,ex eodem lib. Quatuor ferè annos hanc rexit eccleſiam, & ab eodem Pontifice(cauſa non exprimitur) Epiſcopatu amotus eſt ann.1398. B

21 IACOBVS Epiſcopus Teleſinus huc tranſlatus anno 1398. 14 Kalen.Aug.ex lib. Prouiſ. Prælat. fortaſſis morte præuentus Gentili ſequenti locum reliquit.

22 GENTILIS ab epiſcopatu Marſorum ad Neocaſtrenſem tranſlatus legitur à Bonifacio IX. anno 1398. 2.Idus Octob. in eodem Oblig.lib.Interfuit Concilio Piſano anno 1410.& teſtis fuit teſtamento Landulphi Cardin. Maramauldi Conſtantiæ anno 1415. 18. Octob. tranſlatus ad Eccleſiam Sueſſanenſem anno 1418.

23 PAVLVS obijt 1431.

C



D

24 IOANNES de Paganis nobilis Canonicus Neapolitanus, vtriuſque Iuris Doctor illuſtris, electus anno 1431. 5.kalend. Iunij, ex Actis Conſiſt. Hic Capellam, vt vocant, in Cathedrali fundauit, ac dotauit, cuius præbenda inter quatuordecim Canonicos diſtribueretur, dummodo ibidem per ipſos diuina quotidie agerentur; hactenus Capella Epiſcopi nominatur. Obijt verò Ioannes anno 1451. & in Cathedrali tumulatus fuit.


25 ROBERTVS ſucceſſor datus eſt Ioanni anno 1451. Idibus Octobris.

26 PETRVS de Sonnino epiſcopus Gerruntinus tranſlatus ad hanc eccleſiam anno 1489. die 29.Ianuar. exceſſit anno 1490. ex Actis Conſiſt.

27 ANTONIVS Lucidus Neapolitanus epiſcopus Nicoterenſis huc tranſlatus per obitum Petri anno 1490. 8. Feb. Obijt circa finem anni 1494.

28 BARTHOLOMÆVS de Luna euaſit epiſcopus Neocaſtrenſis die 29. Iulij 1495. factuſque eſt arcis s.Angeli de Vrbe Præfectus ab Alexandro VI. in qua ex morbo gallico mortalitatem expleuit die 26.Octobris 1497. ſepultus in eccleſia ſanctæ Mariæ Tranſpontinæ.

29 FRANCISCVS de Roccamura in Neocaſtrenſi eccleſia & Præfectura Adrianæ molis ſucceſſit Bartholomæo die 27.Octob. 1495. Romæ deceſſit anno 1504.



30 NICOLAVS Capranica Romanus Apoſtolicus Secretarius, ac Baſilicæ Vaticanæ Canonicus fit epiſcopus Neocaſtrenſis die 18. Decemb.1504. Interfuit Lateranenſi Concilio anno 1512. Mortuus eſt an. 1517. Acta Conſiſt.

31 ANDREAS Cardinalis de Valle huius eccleſiæ adminiſtrator adlectus eſt die 18. Septemb. 1517. octauo menſe ab adminiſtratione eam cum regreſſu dimiſit. De quo alibi plura diximus.

32 ANTONIVS de Paula, Calaber, ciuis Catacenſis, Monachus, & Abbas ſanctæ Mariæ de Curatio Ordinis Ciſtercienſis à Leone X Epiſcopus Neocaſtrenſis creatus anno 1518. die 18. Maij munus conſecrationis accepit die 24. eiuſdem menſis ab Andrea Card. de Valle vna cum Mario Mapheo Aquinatenſi, & Camillo Parcario Aprutinen. in ſuo priuato ſacello, præfuit in hac eccleſia annis tribus, deinde ab Adriano VI. tranſlatus eſt ad eccleſiam Catacenſem anno 1523. die 24. Iulij. Acta Conſiſtor.


33 HIERONYMVS de Paula Antonij ſuperioris nepos, patruo ſucceſſit an.1523. die 24. Iulij, quem item conſecrauit die 17. Ianuar.

Januar. 1524. Andreas Card. de Valle. Huius eccleſiæ curam geſſit ann. ſeptem, deinde Catacenſis euaſit Præſul ann. 1530. 4. Maij, de quo ibi.

34 IOANNES PETRVS Riccius Meſſanenſis archimandrita Epiſcopus declaratus eſt Neocaſtrenſis à Clemente VII. die 24. Maij 1530. cum retentione archimandritatus, quem obijſſe eodem anno die 20. Auguſti ſcribit Maurolycus lib. 6. hiſt. Siciliæ, de quo legendus Rocchus Pyrrhus in notit. 1. archimandritatus Meſſanæ. Sed cum reperiſſemus in Diarijs 4. Iunij quendam fuiſſe conſecratum epiſcopum huius eccleſiæ, opus eſt aſſerere, vel Riccium ante menſem Iunij obijſſe, vel nondum conſecratum epiſcopatui renunciaſſe.

35 PHILIPPVS electus Neocaſtrenſis die 4. Iunij in Sacrario eccleſiæ ſanctæ Mariæ ſuper Mineruam conſecratus eſt à Ioanne epiſcopo Mineruino eodem anno 1530. poſt cuius obitum eccleſia hæc per regreſſum ad Cardinalem de Monte redijt, quam cum deinde ceſſiſſet, ſequens Nicolaus declaratus eſt Neocaſtrenſis epiſcopus.

36 NICOLAVS itaque Rhegitanus renunciatus eſt epiſcopus die 26. Febr. 1533. breuis Pontifex fuit, quippe qui nondum ſeptimo exacto menſe ab inauguratione mortalitatem expleuit.



37 PAVLVS Capiſuccus Romanus patre Cincio, matre Hieronyma de Lenis natus, clarus ſanguine, clarusque virtutibus ſucceſſit Nicolao die 7. Nouembris 1533. de quo in genealogia eius familiæ Romæ typis edita anno 1653. hæc ſcripſimus. Natus eſt Paulus anno Domini 1479. vir litterarum ſcientia, vitæ integritate, omniumq; virtutum cumulo planè mirabilis, Vaticanæ primum Baſilicæ Canonicus fuit, deinde Romanæ Rotæ Auditor, ac Decanus. Concilio Lateranenſi ſub Iulio II. inccrſuit, Signaturæ gratiæ Præfectus, Epiſcopus Neocaſtrenſis. Quatuor Summorum Pontificum, Leonis X. Adriani VI. Clementis VII. ac Pauli III. Vrbis Vicarius generalis,

A pro quibus etiam varijs legationibus functus eſt. Peruſinos tumultuantes frænauit, & ad Romanæ eccleſiæ obedientiam ſua dexteritate reduxit: ſua quoque auctoritate, & in rebus agendis prudentia Venuſinum Comitatum diſcordijs æſtuantem, & rebellantem compoſuit, & ad priſtinum quieris candorem reduxit Paulo III. Pontifice. Cum Henricus VIII. Angliæ Rex Catherinam Auſtriacam legitimam vxorem repudiaturus eſſet, ac Regina ad Romanum Pontificem Clementem VII. appellaſſet, Pōtifex cauſam hanc totam Paulo tunc Rotæ Auditori cognoſcendam ipſique demum Pontifici referendam, & explicandam com-
B miſit. Carolum V. Imperatorem Romam aduenientem Pauli III. Pontificis nomine, Paulus extra Vrbem excepit, multiſque alijs honoribus ſub eodem functus, ſub quo Romæ defunctus eſt 8. Idus Auguſti 1539. magno omnium luctu funus eius curatum eſt, & corpus inductum in Baſilicam Liberianam, in D. Franciſci antiquo Capiſuccorum familiæ ſacello, cum hoc elogio à Ioanne Antonio Cardinali Capiſucco nepote appoſito, conditum eſt.

D. O. M.

C *Paulo Capiſucco Epiſcopo Neocaſtrenſi, Vicario Papæ, Rotæ Auditori, ſubſignandiſque gratiæ reſcriptis præpoſito, pluribus legationibus perfuncto.*
Io. Antonius Cardinalis S. Pancratij patruo benemerenti poſuit.
Obijt annum agens lx. vij. Id. Auguſti MD. XXXIX.

Cæterum Paulum virum ſummis hono-
D ribus dignum vocat ſuis in epiſtolis Iacobus Cardinalis Sadoletus. De hac vero inſigni Capiſuccorum familia egimus in eius genealogia Romæ typis euulgata; ſed præter ea, quæ ibi ſcripſimus, alia vetuſtiora illius nobilitatis monumenta ad noſtram deinde peruenerunt notitiam; etenim ex tabulario Eugubinæ Ciuitatis publicum inſtrumentum ab autographo exſcriptum vidimus, in quo memoratur Petrus Capiſuccus Sedis Apoſtolicæ Legatus ſub Calixto Secundo, & Ioannes eius frater anno Domini 1122. incipit inſtrumentum in hæc verba. *In nomine Patris & Filij, & Spiritu ſancti Amen. Menſe Auguſti & anno eius Filij Dei 1122. & tempore Calixti Papæ, & Henrici Regis in Ciuitate Gubia; cartula venditionis quam ego Raynerius . . . .*

D. Pe-

D. Petri Sedis Apoſtolicæ Legati facio tibi Letoni Iugonis de Vinea, quam &c. In fine autē. A
Completa eſt hæc cartula in hoſpitio ſupradicti Petri Legati in teſtimonio Ioannis Capiſucchi fratris ipſius, & Perelli filij dicti Ioannis de Roma, & Nuccioli qui eſt Comes filius Monaldi, & Guido pariter filius dicti Nuccioli, &c. In Archiuio vero fabricæ maioris eccleſiæ Vrbeuetanæ in originali expenſarum libro legitur Nicolaus Capiſuccus vrbis Romæ Camerarius anno Dom. 1325. & in alio publico documento penes Reuerendiſſimum P. Raymundum Capiſuccum ſac. Apoſtolici Palatij Magiſtrum, memoratur Nicolaus Transmundi Capiſucci de Regione Campitelli ſub anno 1301. Ioannes Capiſuccus vnus fuit ex Romanæ Reipublicæ reformatoribus anno 1371. vt habetur in monumento Vrbani Archiuij: in alio quoq; publico inſtrumento tabularij eccleſiæ ſancti Angeli in foro Piſcium de Vrbe habemus Iacobellum Capiſuccum fuiſſe Dominum Caſtri Turris Candulphorum an. 1389. Iacobellus iſte antea hoc eſt anno 1375. vnus fuerat ex tribus munus Senatorius exercentibus in alma vrbe Roma. Vetuſta hæc familiæ huius nobilitatis fragmenta, quæ latebant, mihique obſcura erant, longè antiquiorem illius originem, claritatemq; profectò demonſtrant. B

37 MARCELLVS Cerninus de Monte Politiano Etruſcus Pauli III. à ſecretis Neocaſtrenſis epiſcopus declaratus eſt die 18. Auguſti 1539. abſens optimè rexit annum vnum, & ad eccleſiam Regij Lepidi in Longobardia tranſlatus die 27. Septembris anno 1540. mox Cardinalis creatus Epiſcopus Eugubinus euaſit, ac tandem ſuis exigentibus meritis Summus Eccleſiæ Pontifex renunciatus eſt ſub nomine Marcelli II. anno 1555. cuius exaggeratas virtutes, prudentiam, pietatem, ac vitæ ſanctimoniam penè omnes eius æui hiſtorici plenius enarrarunt, & nos de eo, eiuſque virtutibus egimus in Regij & Eugubij epiſcopis, tum & in notis ad Ciacconem. C

38 IACOBVS Cardinalis Sabellus factus eſt huius Sedis adminiſtrator anno 1540. Decem annos per alios rexit, eamque cum regreſſu dimiſit anno 1554. D

*



39 MARIANVS Sabellus anno 1554 die 10. Nouembris epiſcopi Neocaſtrenſis dignitatem Iulio III. concedente aſſequitur, anno verò 1556. die 6. Febr. cum Eugubino Sacerdotio illam commutauit. Tunc eccleſia Neocaſtrenſis ad Iacobum Cardin. Sabellum iure regreſſus rediit, quam iterum adminiſtrauit ann. quatuor, iterumque reſignauit, de Mariano vide Eugubinorum epiſcoporum noſtram ſeriem in tom. 1.



40 IOANNES ANTONIVS Fachinettus Bononienſis ex Præfecto Parmenſi fit epiſcopus Neocaſtrenſis die 26. Ian. 1560. ac munus illud cum laude adminiſtrauit vſque ad annum 1575. quo tranſlatus eſt ad Hieroſolomytanum patriarchatum, & apud Rempub. Venetam Gregorij XIII. pontificis Maximi Apoſtolicus Nuncius fuit, à quo S.R.E. Presb. Card. tit. SS Quatuor Coronatorum creatus anno 1583. ac tandem ſumma ſac. Collegij conſenſione in Romanum pontificem adſcitur, in quo pontificatu Innocentij IX. nomen aſſumpſit, cuius vitam, & res geſtas inter cæteros ſcripſit Ciacconus.

***



41 FERDINANDVS Spinellus Neapolitanus ſummo loco natus patre Ferdinando Duce florente ætate ex profana militia ad eccleſiaſticam vocatus Neocaſtrenſis epiſcopos eligitur 23. Septembris 1575. poſt annos ſeptem ad Policaſtrenſem traductus 1581. Neapoli obijt, jacet in eccleſia ſanctæ Catherinæ de Formello hoc inſculpto epitaphio.

Ferdinando Spinello Ferd. Ducis filio poſtremo tractanti arma tribunatus militum à Philippo II. Hiſpaniarum Rege delatus eſt ſacram militiam adeunti Neocaſtrenſis primum, deinde Policaſtrenſis à Gregorio XIII. Pont. Max.
Carolus Spinellus maior natu contra votum ſuperſtes fratri vnanimi F. C.

42 ALEXANDER Raualius an. 1582. die 26. Ianuar. iuſſu Greg. XIII. Neocaſtrenſis epiſcopatus poſſeſſionem apprehendit. Defunctus eſt 1585.

43 Fr. CLEMENS Bontedoſio de Montefalco Ordinis Minorum Generalis Miniſter Neocaſtrenſem eccleſiam aſſequitur mandante Sixto V. Papa die 23. Iunij 1585. de quo in Diariis. Fr. Clemens de Montefalco Ordinis Minorum Conuentualium Generalis, qui delapſus ex equo confractus eſt humeris, & non poteſt equitare electus eſt epiſcopus Neocaſtrenſis cum reſeruatione penſionis pro Card. ſanctorum Quatuor. vita functus eſt circa annum 1594.

†



44 PETRVS FRANCISCVS Montorius Romanus, Marchionis Conſtantini filius nobilitate generis, & moribus clarus, ad hanc dignitatem vocatus à Clemente VIII. anno 1594. die 3. Febr. præfuit huic eccleſiæ annis 26. ac ſub Gregorio XV. liberè nuncium remiſit. Fuit Auenionis prolegatus, & in Germania Apoſtolicus Nuncius, & Sacelli pontificij vnus ex aſſiſtentibus ſub Vrbano VIII. ſub quo vita exceſſit, eius legitur ſententia de meritis B. Andreæ Corſini epiſcopi Feſulani inter Diuos referendi apud epiſcopum ſancti Seueri poſt vitam eiuſdem ſancti.

45 FERDINANDVS Confalona Neapolitanus electus die 19. Aprilis 1621. cum tres omnino annos pontificium munus in hac eccleſia geſſiſſet, inter viuos eſſe deſijt anno 1624.

46 Fr. BALTASSAR Bolognettus Bononiæ Senatoria familia natus Ord. Seruorum Generalis à Gregorio XV. cuius erat familiaris, & charus, perpetuus Xenodochij S. Spiritus in Saxia Commendator, tum & protonotarius Apoſtolicus creatus, ad purpuram ab eodem promouendus, ni feſtina pontificis mors honorem meritis eius clariſſimis abſtuliſſet. Purpureum addictum pileum in viridem ei commutauit Vrbanus VIII. dum in Ferdinandi demortui locum epiſcopum Neocaſtrenſem illum declarauit anno 1624. die 11. Martij. ludentis fortunæ vim lubenti animo amplexus, poſt ſuam inaugurationem ad eccleſiam ſuam profectus, eam ſumma animi moderatione optimè rexit annis ſex, & menſes aliquot, ac quietè diem ſuum obijt menſe Septembri 1629. ſepultus in veteri cathedrali.

47 ALEXANDRVM Caſtracanum Vincentij filium nobilem Fanenſem ex vtriuſque Signaturæ Referendario, & Card. Vicarij in Vrbe Locumtenente ciuili Vrbanus VIII. ad Neocaſtrenſem euexit ſedem anno 1629. die 7. Nouembris, & ad Ducem Sabaudiæ Sedis Apoſtolicæ Nunciū miſit. Elapſo triennio ſpoliorum Collector in Luſitania fuit, cum prius Neocaſtrenſem epiſcopatum liberè dimiſiſſet; vbi variantis fortunæ ludibria expertus, vix mortem euaſit propria in domo fame periturus, ni piorum homi-

hominum exquiſita diligentia illum libe- A
raſset, adduxiſſetque in Caſtellæ Regnum. Romam reuerſus Fanenſis patriæ epiſcopus declaratus eſt 1643. 22. Iunij vbi poſt aliquot annos mortuus eſt, & in cathedrali ſepultus.

48 IOANNES BAPTISTA Curialis à Siderone, Hieracēſis Diœceſis, Neocaſtrenſem eccleſiam adeptus eſt ab Vrbano VIII. anno 1633. 3. Nonas Iulij. Sedit plus minus annis tribus, mortuus eſt anno 1635.

49 DOMINICVS Rauenna Romanus ſucceſſit Curiali die 16. Febr. ann. 1635. Sedit annos duos, menſes aliquot. Obijt anno 1637. B



C

50 MARCVS ANTONIVS Mandoſius nobilis Romanus celebris in Vrbe cauſarum patronus ab Vrbano VIII. anno 1637. die 7. Septembris delectus eſt epiſcopus Neocaſtrenſis, conſecratus ab Vrbe diſceſſit, initaque Præfectura, dum vigilanti cura gregem ſibi commiſſum paſcere ſtuderet, terræmotu ciuitatem penè collapſam proprijs vſurpauit oculis. Ille diuinitus ſeruatus, qua virtute, qua conſtantia attritos caſus acerbitate populos iuuerit, D
& depreſſos extulerit apud Agatiū de Summa in hiſtorica narratione terræmotus Calabriæ candidè conſcripta legitur, adhucq; viget memoria. Ablatus eſt nondum ſecundo exacto anno ab auguratione ſua ſalutis vero 1639. vel ex ipſo mœrore in ciuitatis vaſtatione concepto, vel ex inclementia Cæli, & in ruinoſa veteri cathedrali humatus, cuius memoriæ Ioannes Baptiſta eius genitor, & Marcellus frater ex marmore ad ſepulchrum hocce incidi curarunt cœnotaphium.

D. O. M.

Marco Antonio Mandoſio Patricio Romano, qui cauſis in Vrbe patrocinandis ſumma ingenij, & eloquentiæ laude floruit, mox ad Neocaſtrēſes infulas euectus terræmotu patrum memoria longe maximo regionem vaſtante ſeruatur ipſe inter collapſæ vrbis ruinas incolumis ea clade ſoſpitati ciuium conſuluit nouiter nobilium diſſentientium federatis ſubinde ſimultatibus poſtremo curandæ ouium ſaluti ærumnis diu perfunctus peracerbo omnium ſenſu ac lacrymis elatus.

Ioan. Baptiſta Mandoſius pater Marcellus frater filio & fratri benemerenti mœrētes poſuerunt anno Dom. MDC. XLI.



51. IOANNES THOMAS Perronus nobilis Roſſanenſis ærumnoſam, ac penè deſolatam eccleſiam regendam ſuſcepit ab Vrbano VIII. Pont. Max. anno 1639. die 11. Aprilis, ad quam cum acceſſiſſet, inuicta virtute, animo nobili proprio ſumptu nouam Cathedralem intra vrbis mœnia, & epiſcopium cœpit ædificare, & iam abſolutam cernunt Neocaſtrenſes, & nomen Perronis, piam liberalitatem, virtutemque eximiam deprædicant, quem non ſolum erga materialem cultum virum indefeſſum; ſed & in eccleſiaſticis muneribus ſedulum miniſtrum, & erga diuinum cultum ſerui-

diſſi-

diſſimum nemo eſt qui non agnoſcat, cuius laudes poſteri non tacebunt.

NICOTERENSES EPISCOPI.




NICOTERA vlterioris Calabriæ ciuitas eſt in extremis propè Italiæ finibus Siciliam ſpectans in excelſo, ſalubrique loco ſita, & mari imminens. Hanc olim Medamam fuiſſe dictam Barrius affirmat. Fuit Medama Locrorum ædificium, & emporium celebre, cui Liparenſes inſulæ obiacent, vt Strabo, & Plinius tradiderunt. C Antoninus Auguſtus in itinerario Nicoteram ponit vigeſimo quinto à Vibone milliario. Ex quo apparet Nicoteræ nomen iam primum impoſitum fuiſſe forte à victrici aliqua claſſe, quæ in Italiam reuerſa vrbem hanc Nicoterani, hoc eſt victricem, & illi finitimam Tropeam à reuerſione militum dixerit, quos identidem colonos, atque accolas reliquerit. Ex hac vrbe vir fuit Stephanus Philippus, qui ſcripſit de ventis. hic ſerica, & lina clara fiunt, non longè autem ab vrbe ſtatio eſt fida nauigijs, inde Metaurus amnis nauigabilis mari adhibetur, cuius meminit Strabo. Nicoteram non ſemel à Saracenis dirutam fuiſſe ſcribit Freccia de ſubfeudis. D Etenim cum inter Boemundum, & Rogerium Guiſcardi filios ob Principatus ambitionem graue bellum eſſet exortū, Rogerius Comes ad dirimendam nepotum diſcordiam Apuliam receſſit, Cuſentiam Calabriæ vrbem à Rogero deficientem debellatis Cuſentinis ad deditionem coegit: interim Benauir Saracenus ingenti claſſe Nicoterum Calabriæ oppidum ſtatim cœpit, ſpoliatumque funditus delet. Iterum Saraceni è Tuneto magna claſſe inſtructa ſoluentes, littoralibus Siciliæ locis infeſtatis Calabriam inuaſere, vbi 28. die Iunij Nicoterum vrbem ex improuiſo inuadunt, capiunt, ac ingenti virorum, mulierum & omnium rerum adducta præda incendunt, & Tunetum, vnde venerant, redeunt: hæc ſub Roberto Guiſcardo. Noſtris vero ferè

A temporibus à Turcis capta, ac pene deſolata fuit ciuitas hæc, paulatim deinde priſtinum ſuum recepit ſplendorem, hodieque quingentas familias alit, animas vero bis mille continet. Nicoterenſis eccleſia admodum antiqua eſt (etenim nongentis quinquaginta abhinc annis quidam Sergius Epiſcopus Nicoterenſis interfuit Synodo Nicenæ ſecundæ ſub Adriano Papa anno Chriſti 787.) memoratur etiam Epiſcopus Maſſæ Nicoteranæ à Gregorio Magno in epiſt. 40. Ind. 14. ad Rufinum Epiſcopum Viuonenſenſem de Presbytero ibidem ordinando, cum Epiſcopus pro quibuſdam culpis in pœnitentiam deputatus eſſet; nec vllus illic eſſet Presbyter qui ſacra poſſet B Miſſarum ſolemnia celebrare. Illam poſt multa ſæcula iterum ad Cathedralis dignitatem in gratiam Henrici de S. Seuerino ciuitatis Dom. Bonifacius IX. Pontifex euexit à Rhegienſi iuriſdictione diuulſam, eidemque Archiepiſcopo Rhegino ſuffraganeam conſtituit anno 1392. 3. kalen. Septemb. Itaque cum eidem ciuitati propriam peculiaremque Diœceſim attribuiſſet, vt deinceps Epiſcopus ius diuinum diceret per bullam decreuit, quæ extat in lib. de diuerſis formis in Vatic. Archiuio fol. 4. ann. 3. pontificatus eiuſdem Parochialem ſanctæ Mariæ Aſſumptæ dicatam eodem die in Cathedralem erexit, octo Canonicos vna cum dignitatiC bus, & præeminentijs, priuilegijs Canonicorum dedit. Sita eſt Baſilica hæc in ipſa ciuitate noua ampla que ſtructura ex epiſcoporum populorumque ciuitatis pia liberalitate de nouo exædificata, in eaque ſacris hodie miniſtrantium numerus ferè viginti, in primis autem duodecim Canonicorum, ex quibus quatuor dignitate eminent. Archidiaconus ſecundus ab Antiſtite, Decanus, Cantor, Theſaurarius, Capellani duo titulares, & alij Sacerdotes. Ex dignitatibus Archidiaconus totius ciuitatis animarum curæ præeſt adiuuantibus illum in ſacramentorum adminiſtratione etiam reliquis Canonicis, Cantor chorum, & diuiD na dirigit officia. Decanus promulgat excommunicationes, & mandata apoſtolica. Theſaurarius curam habet ſacræ ſuppellectilis, nullæ quod ſciam extant in hac Baſilica Sanctorum reliquiæ ob Turcarum deprædationes, & incendia. In ciuitate parochialis eccleſia præter Cathedralem nulla. Virorum Cœnobia erant quinque. Sanctimonialium vnum, quinque confraternitates, & vnum hoſpitale. In eccleſia autem Beatæ Mariæ quieſcit corpus B. Pauli Sinopolitani Minoritæ. Diœceſis Nicoterenſis anguſta eſt, oppido enim vno Phlocaſtro appellato, & quinque pagis conſtat, in quibus totidem parochiales eccleſiæ, totidemque Rectores, præterquam in oppido Phiocaſtri, in quo tres Rectores curam exercent: Pagorum nomina ſunt Comme-

tionum,

rionum, Prictonum, Caloplitonum, Vatunium, Carinetum, & Madaranum, ac S. Nicolai ſunt in agro Phlocaſtri. erant in hac tota Diœceſi vna cum Ciuitate virorum Cœnobia quinque, vnum Dominicanorum vnum Cœleſtinorum, & tria Franciſcanorum Obſeruantium, & Cappuccinorum, Sanctimonialium vnum duntaxat in ciuitate. Beneficia ſimplicia quatuor, hoſpitales domus duæ, Laicorum ſodalitia in ſingulis Parochijs ſingula ad honorem Sanctiſſimi corporis Chriſti. Menſæ epiſcopalis annuus cenſus ducatorum regni 1500. taxatur verò in libris cameræ apoſtolicæ ad florenos 33. ÷3. epiſcopi autem, qui in hac ſede floruerũt ex Actis conſiſtorialibus eruti hi ſunt à Bonifacij IX. inſtitutione, vſque ad noſtram ætatem.



1 Fr. IACOBVS è ciuitate S. Angeli Lombardorum Ord. eremitarum ſancti Auguſtini vir inſignis doctrinæ &, pietate primus dignus habitus eſt, vtá Bonifacio IX. Pontifice huic eccleſiæ præficeretur in epiſcopum ann. 1392. 17. kal. Septembr. quot annos in ea dignitate conſumpſerit, vel quo anno obierit, non conſtat.

2 PETRVS Iacobo defuncto, vel ad aliam dignitatem promoto ſucceſſit, obijt ſub Ioanne XXIII. circa annum Domini 1515.

3 Fr. CLEMENS Neapolitanus Ordinis Carmelitani ad hanc eccleſiam traductus eſt ab eodem Ioanne XIII. anno 1415. 4. Kal. Maij, dum Triburghi Conſtantienſis Diœceſis commoraretur: mortuus eſt, vel ad aliam translatus eccleſiam circa annum Domini 1423.

4 FLORIDATIVS electus à Martino V. 4. Kal. Febr. 1432.

5 FRANCISCVS huius eccleſiæ Pontifex, ſucceſſit anno ſalutis 1452. obijt anno 1460.

6 PETRVS Balbus Venetus ſucceſsit Franciſco ann. 1461. die 15. Febr.



7 FRANCISCVS Brancia ciuis amalphitanus Monachus Ordinis Ciſtercienſis huic eccleſiæ præficitur in paſtorem non. Iulij 1452. ex lib. obligat. In viuis erat anno 1471. die 5. Ianuar. ind. 4. exceſsit circa annum ſalutis 1475.

8 NICOLAVS de Guidiconibus nobilis Archidiaconus Lucenſis an. ſalutis 1475. in gratiã Ferdinandi Regis delectus eſt Nicoterenſis epiſcopus, obijt ann. 1487. de quo Card. Papienſis in epiſt.

9 ANTONIVS Lucidus Neapolitanus electus 6. idus Febr. 1487. 4. nonas Iunij tranſlatus inde eſt ad Neocaſtrenſem eccleſiam anno 1490.

10 ARDVINVS Pantaleonus Canonicus paduanus electus die 8. Febr. an. 1490. ſedit annos multos, & cum eſſet annorum 75. ſibi coadiutorem dari petijt an. 1517.



11 IVLIVS CÆSAR de Ianuario Neapolitanus Iacobi Antonij Nicoteræ Comitis ex Iſabella Origlia filius, Annibalis primi Nicoteræ Comitis frater, electus coadiutor ſupradicti epiſcopi Nicoterenſis cũ ſpe futuræ ſucceſſionis anno 1517. 2. die Decembris, demortuoque ſucceſſit. ſedit ad

ad annum vſque 1530. quo defunctus eſt.

11 PRINCIVALLIS de Ianuario Iulij Cæſaris frater ſucceſſit, adlectuſque eſt die 5. Decembris 1530.

13 CAMILLVS de Ianuario Neapolitanus huius eccleſiæ Epiſcopus obijt anno 1542.

14 IVLIVS de Ianuario Camilli frater germanus ſucceſſit, electus 15. Martij 1542. cum diſpenſatione ſuper bigamiam, triginta omnino annos ſedit, defunctus eſt anno 1573.

15 LEONARDVS Liparolus Maſſæ Lubenſis ciuis Iuriſconſultus, celebris euchitur ad Nicoterenſe Sacerdotium ann. 1573. die 13. Martij, exceſſit anno 1578. de quo Iulius Cæſar Capaccius in Hiſt. Neap.

16 LVCAS ANTONIVS Reſta de Montagnana Hydruntinus Epiſcopus Caſtrenſis huc tranſlatus die 11. Auguſti 1578. inde Andrienſis euaſit anno 1582.



17 OCTAVIANVS Capice Neapolitanus die 27. Maij 1582. traductus ad Epiſcopatum Nicoterenſem. Laudatur à Clemente VIII. publico in Conſiſtorio tanquam de Romana eccleſia benemeritus ob immenſam pecuniam liberè exhibitam, dum Clemens Ferrarienſem expeditionem meditaretur. Legendus Campanilis in deſcriptione Capiciæ familiæ, ex qua fuit etiam Vincentius Gallipolitanæ Eccleſiæ præſul, alijq; Prælati, de quibus ſuis in locis.

18 CAROLVS Pintus Salernitanus, Iulij Cæſaris ex Marina Samudia filius ad Nicoterenſem eccleſiam aſſumptus anno 1616 vir æquè generis nobilitate, vitæ innocentia, ſingulari prudentia & zelo, præſertim in eccleſiaſticis diſciplinis clarus. Eo præſule Nicotera die 20. Iunij 1638. à Turcis capta ac miſerè penè deſtructa, boniſque omnibus ſpoliata, maximaque pars ciuium in ſeruitutem abducta; tunc Caroli pietas, &

bn

A. amor in omnes eximiè illuxit, cuius memoria apud Nicoterenſem Clerum, populumque in benedictione eſt. Patruum habuerat Matthæum Ord. Minorum diſtrictioris obſeruantiæ virum clariſſimum, ac præcipua bonitate admirabilem, Salamanticæ defunctum à Philippo III. Hiſpaniarum Rege, cuius erat carus, non ſine lachrymis deſideratum, cuius virtutem, pietatemque imitatus Carolus; Præſul euaſit omni laude digniſſimus. Sedit omnibus gratus annis 26. fatoque functus eſt anno 1645.

19 CAMILLVS Baldus in Vrbe cauſarum optimæ famæ procurator, antiquuſque Curialis, ac Pontifici Innocen-

B. tio X. notus, à quo nec cogitans huius Eccleſiæ eligitur Epiſcopus die 6. Martij 1645. Obijt vix quinto elapſo à ſua inauguratione anno, & in Cathedrali humatus iacet.

20 LVDOVICVS Centoflorenus è nona Ciuitate Diœceſis Firmanæ Lucij filius, frater Conſtantij, Innocentij X. Pont. Maximi aulæ præfecti, vir nobilis, & omnigenæ eruditionis excellens, auctor Lauretani, Concilijque Tridentini Clypeorum aduerſus hæreticorum ſagittas, in Alma Vrbe cauſarum patronus, inuitus ab eodem Innocentio Pontifice ad epiſcopatum hunc traducitur die 24 Maij anno 1650. poſt ſuam

C inaugurationem valedicens amicis ad eccleſiam ſibi commiſſam properauit, ſolenique ritu cæpit boni paſtoris verbo, & opere illam adminiſtrare, paucíſque menſibus eo in munere laudabiliter perfunctus, laboribus morte præuentus raptus eſt ex hac mortali vita, in Cathedrali non ſine lachrymis Nicoterenſium terræ mandatus eſt, eiuſque illic virtutes pio præſule dignæ vt ſimul illuxere, interiere ſimul, ego enim amico chariſſimo, ac ſemper mihi memorando, grati animi elogium ſcripſi.

21 HERCVLES Coppula Gallipolitanus electus anno 1651.

22 FRANCISCVS Cribarius promotus anno 1658.

D

OPPI-

OPPIDENSES EPISÇOPI.



OPPIDVM, Mediterranea eſt vlterioris, ſeu ſuperioris Calabriæ Ciuitas Comitatus titulo inſignis, ad radices Aſprimontis conſtituta, loco ſalubri, natura & arte munito ſita, ob eamque (vt quibuſdam placet) Opedum ab ope incolis danda nuncupata. Eſt autē duobus amnibus Trecoſio, & Madema, vallibuſq; amœnis vndique cincta. Hic nobiles Nundinæ quotannis celebrantur. Ager cuncta neceſſaria incolis præbet, nam frumenti, & aliarum frugum ferax eſt, & paſcendis gregibus aptus, & irriguus, vbi Regia equorum armenta æſtiuo tempore pabulantur. Fit ibidem oleum, vinum, & ſericum nobile. Habitatur porrò familijs in Regij Fiſci codice deſcriptis 800. animæ verò fidelium bis mille recenſentur. Epiſcopatus Oppidenſis Græcus olim fuit, cuius ſedem à Sixto IV. papa anno 1472, cum Hieracenſi coniunctam vno & eodem ſub Antiſtite fuiſſe, quam deinde Paulus III. ab eadem Hieracenſi diſtinxiſſe anno 1536 Acta Conſiſtoralia habent. Latet huius epiſcopatus prima inſtitutio; tamen fuiſſe antiquum inter recentiores perantiquæ traditionis coniecturam faciamus licet. Suffraganeus eſt Oppidenſis Epiſcopus Archiepiſcopi Rhegini; etenim vel à B. Stephano primo Rhegienſi Antiſtite, vel ab eius ſucceſſoribus primum lac pietatis hæc ciuitas ſuxit, Deiparæque Virginis Aſſumptæ Templum ſtructuræ nobilis extruxit, quod Cathedralem vocant. Sex Dignitatum gradibus Baſilica hæc condecoratur Archidiaconatu, Decanatu, Cantoratu, Theſaurario, Archipresbyteratu, qui curam animarum exercet, & Cimeliarca, quibus addūtur quatuordecim Canonici cum ſuis præbendis, quarum vna eſt pœnitentialis, & cum minorum gentium Clericis, qui illic diuinas laudes perſoluunt. Præter Cathedralem in hac ciuitate ſunt parochiales Eccleſiæ duæ, tria erant virorum Cœnobia, & vnum Sanctimonialium, Sodalitates vna in Cathedrali inſtituta, quæ octo Virgines nubiles dotat, & aliæ quatuor diuerſis in locis erectæ, vnumque Xenodochium ad pauperes recipiendos. Diœceſis ad quadraginta milliaria extenditur, complura Oppida, & pagos continet, ex his quidam Græcæ originis incolas olim habebant, qui Latinum ritum ſuſcepere, cum populus omnis ad Latinos ritus, & cæremonias recipiendas ſponte conſpiraſſet. Inter Oppida Latinorum celeberrimum eſt Terranoua, origine vetuſtum, ſed poſt Calabriæ vaſtationem ſexcentis, & amplius ab hinc annis nouis colonis ſuſceptis ſic appellatum. Nunc Ducali titulo, & anniuerſario emporio, ac ſerici copia clarum. Gaudet hoc Oppidum iucundo proſpectu ſubiacentis agri, vini, lini bigeri, maſculi ſcilicet, & fœminei, Cannabis copia, & aucupijs faſianorum, alitumque nobilium, ac ferarum venationibus opulentum. Sunt in agro Terræ nouæ pagi Regicorum, Leonum, Martini, Creſtori, Vaſonum, Radicina, Rotrinorum Bracatum, Cortiladum, Galatonum, Scrofonium, Melochium, Caſtellacium. In ipſo autem Oppido Terræ nouæ in Templo D. Catherinæ ſunt inſignes reliquiæ, duæ ſcilicet ſpinæ coronæ Dominicæ, & fruſtulum ligni Crucis, & Columnæ, in qua Chriſtus Dominus flagris cæſus fuit. Matthæi apoſtoli, Blaſij, Chriſtophori, & aliorum Sanctorum. Tres ibidem ſunt Eccleſiæ Parochiales. Virorum Cœnobia quatuor, & in his vnum Cæleſtinorum opulentum, tum, & copioſum, alens familiam Religioſorum Patrum, qui diuinum cultum, ſacraſque cæremonias accuratè, & piè non ſine nobili canentium concentu obeunt. Inſignis etiam locus huius Diœceſis eſt Comitatus S. Chriſtinæ, qui ſuas habet nobiles Eccleſias, & iuxta mœnia nobile Minorum Obſeruantium Cœnobium, & ſodalitia quædam Laicorum. In agro autem ciuitatis Oppidenſis ſunt pagi Varapodum, Oppido par Crotonum, Treſillicum, Meſinadum, Sargonadum, vbi oliuæ amygdalarum magnitudinem exæquant. In eadem ferè Diœceſi eſt Conſolatum, Oppidum Baronale, vbi eſt cœnobium Cappucinorum, item Synopoli Oppidum penſili loco in radice Appennini ſitum, vnde fuit B. Paulus Minorita, cuius corpus (vt diximus) Nicoteræ quieſcit. Epiſcopatus cenſus cum duorum millium, & trecentorum ſcutatorum illarum partium ſummam efficiant, taxatur in libris Cameræ Apoſtolicæ flor. 33. ÷ 3. Epiſcopi huius Sedis, quos iam inde expiſcari potuimus vſque ad hæc noſtra tempora ſequentes ſunt,

✠



1 N. . . (nomen non exprimitur) Epiſcopus Oppidenſis. Viuebat ann.1301. memoratur in Regeſt. Caroli II. Arch. Reg. Neapol. *ſcriptum eſt Thoma Scillato Iuris ciuilis profeſſoris Magiſtri rationalis. Cum nuper de ordine noſtro proceſſerit, vt quadam tranſlationes in medicina fiant de Græco in Latinum per venerabilem Patrem Epiſcopum Oppidenſem, & prouideremus etiam, quod eidem Epiſcopo, qui pauper eſt, pro expenſis ſuis exhibeantur vnciæ auri quatuor, & vni ſcriptori ſuo, qui cum eo valebit, ad hæc ſimiliter exhibeantur in menſe quolibet tareni auriocto &c.* Quis verò fuerit, vel quando ad hanc dignitatem vocatus fuerit, vel obierit mihi incertum.

2 GREGORIVS ex Cantore Eccleſiæ Hieracenſis defuncto Epiſcopo à Capitulo poſtulatus, confirmatur à Benedicto XII. Papa anno 1338. facta prius diligenti Inquiſitione per Epiſcopum Melphienſem in hac re Apoſtolicum delegatum. Sedit annis decem.

3 BERNABAS Monachus, & Abbas S. Mariæ de Triuento Ord. S. Baſilij in loco defuncti Gregorij à Clemente VI. fit epiſcopus Oppidenſis anno 1349. 15. Kal. Maij ex Reg. Vat. E. 199. fol. 119. ann. 7. eiuſdem Pontificis, quatuor annos in ea dignitate vixit, obijtque anno 1352.

4 NICOLAVS ex Archidiacono Oppidenſi eiuſdem Eccleſiæ euaſit epiſcopus anno 1352. 8. kal. Decembr. ex Indulgentia Clementis VI. vt habetur in Reg. Vat. ep. 38. fol. 23. ann. 10.

5 SIMEON Oppidẽſis epiſcopus obijt ann. 1394.

6 IOANNINVS de Malatacchis Eccleſiæ Tropeienſis Cantor per Bonifacium IX. creatus Oppidenſis Epiſcopus anno 1394. 3. non. Iunij ſedit ann. 6. & defunctus eſt, apud ſuam eccleſiam ſepultus, ex lib. Oblig. Prælator.

7 SIMEON Ceruus de Iuuenatio præficitur hic in locum Ioannini anno 1400. 15. Kal. Septemb. ex eodem libro.

8 ANTONIVS de Caroleis nobilis Cuſentinus proximè poſt Simeonem hanc ſuſcepit Eccleſiam à Martino V. ann. 1414. 10. Kal. Auguſt. tranſlatus ad Biſinianenſem Eccleſiam anno 1429. vbi exceſſit anno 1448. Iacet in Eccleſia S. Franciſci de obſeruantia vbi ad tumulum legitur epitaphium.

9 THOMAS tranſlato Antonio ſucceſſit ann. 1429. die 11. Decembris, poſt paucos menſes tranſlatus eſt ad Strangulanenſem Eccleſiam.

10 VENTVRELLVS Nubiel de Corneto frater Archixenodochij S. Spiritus in Saxia ad hanc ſedem promotus eſt die 15. Martij ann. 1430. ab Eugenio IV. de quo hæc pauca in actis Conſiſtor.

11 Fr. HIERONYMVS Neapolitanus Ord. Eremitarum S. Auguſtini factus epiſcopus Kal. Septemb. ann. 1449. à Nicolao V. cuius in græcis literis præceptor fuerat, de eo Bartholomæus Bergomenſis in ſupplemento, quem virum philoſophica, ac Theologica facultate inſignem fuiſſe ſcribit, edidiſſe verò aliqua ſui ingenij monumenta aſſerit doctus Herrera in Alphabeto Auguſtiniano. Rexit Oppidenſem hanc Eccleſiam ad ann. vſque 1472. quo ex hac mortali vita diſceſſit, quo defuncto, ſublatoque ritu Græco Oppidenſis epiſcopatus perpetua vnione coiuit cum Hieracenſi.

12 ATHANASIVS Caliophilus Conſtantinopolitanus epiſcopus Hieracenſis, Oppidenſem etiam Eccleſiam regendam ſuſcepit ann. 1472. obijt 1497.



13 TROILVS Carafa Neapolitanus epiſcopus Rapollanus tranſlatus ad Hieracenſem, & Oppidenſẽ Eccleſias die 27. Nouemb. 1497.

14 OLIVERIVS Card. Carafa Archiepiſcopus Neapolitanus harum eccleſiarum adminiſtrator anno 1505. reſignauit eodem anno cum regreſſu.

15 IACOBVS Conchellus Hiſpanus Sacræ Theologiæ doctor eximius, regiuſque Capellanus, Hieracenſis, & Oppidenſis electus epiſcopus die 23. Februar. 1505. poſt ſedem annorum quatuor tranſlatus eſt ad Catanenſem eccleſiam in Sicilia ann. 1509.

BAN-



16 BANDINELLVS Saulus Ianuenſis ex epiſcopo Meliuetano hùc tranſlatus die 23. Febr. 1509. creatus deinde S.R.E. Card. à Iulio II. purpura deinde, ac dignitatibus priuatus à Leone X. paulò poſt reſtitutus eſt.

17 FRANCISCVS Armellinus Cardinalis Peruſinus ex priuatione Bandinelli has ſuſcepit eccleſias in adminiſtrationem anno 1517. Romæ obijt 1519.

18 ALEXANDER Card. Ceſarinus fit harum eccleſiarum adminiſtrator anno 1519. eodem anno eas reſignauit cum regreſſu.

19 HIERONYMVS Planca archiepiſcopus Amalphitanus hùc translatus die 15. Iunij 1519.

20 ALEXANDER Card. Ceſarinus ratione regreſſus iterum harum eccleſiarum adminiſtrationem cepit anno 1534. illas rexit annis duobus, eamque iterum reſignauit die 28. Ianuarij. 1536. quod Paulo III. Oppidenſis eccleſia poſt annum ſexageſimum octauum à Hieracenſi diſiuncta, proprium deinceps habuit epiſcopum.

21 PETRVS ANDREAS de Ripantibus Prior Ieſij electus epiſcopus Oppidenſis die 29. Ianuarij 1536. exceſſit Romæ die 2. Septemb. eodem anno, & ſepultus fuit in eccleſia S. Mariæ ad Mineruam.

22 ASCANIVS Ceſarinus Romanus ex illicito concubitu natus poſt exceſſum Petri Andreæ ſubſectus eſt Oppidenſis epiſcopus die 20. Febr. 1638. munus conſecrationis accepit Romæ die 3. Maij 1640. ab Alphonſo epiſcopo Papæ Sacriſta. ſedit vſq; ad annum 1542 quo de viuis exceſſit.

23 FRANCISCVS de Notucis archidiaconus Militenſis huius eccleſiæ creatur epiſcopus die 5. Iulij 1542. obijt 1548.

24 Fr. THOMAS Caſella Rollanenſis Ord. Præd. vir inſignis, epiſcopatu S. Leonis primùm donatus eſt, ex quo ad hunc Oppidenſem tranſitum fecit die 7. Maij 1548. deinde translatus ad Cauenſem ann. 1550. de quo vide tom. 1. inter Cauenſes epiſcopos.



25 VINCENTIVM Spinellum Neapolitanum virum nobilitate generis, morum integritate, ac prudentia longè clariſſimũ ad Oppidenſem cathedram, Iulius III. Pontifex euexit anno 1550. die prima exorientis Septembris. Benè ac vtiliter ille rexit eccleſiam annis vndecim, illamque reſignauit anno 1561. Vixit deindè in patria ad annum vſque 1568. ſepultuſque eſt in eccleſia S. Petri de Maiella cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Vincentio Spinello I.V.D Marini F. Oppiden. Epiſcopo Fabricæ S. Petri de Vrbe Generali Commiſſario in Regno Neapol. Regio Capellano maiori, viro in tuenda genuit. conſtanti, atque in rebus agendis ſolerti, qui maiora ſtuduit mereri, quàm adipiſci, quique iam ſexagenarius mortem obijt die 15 . . . .

Ann. MDLXVIII.

Iulius Spinellus fratri amantiſſimo memoriam P.

26 THEOPHILVS Gallopus Tropeienſis creatus die 10. Martij 1561. obijt 1567.

27 IOANNES Marius Vrbinas ſucceſſit die 3. Septemb. 1567. translatus ad Militenſem ann. 1573. Vide Militenſium epiſcoporum noſtram ſeriem in tom. 1.

28 SIGISMVNDVS Mangiaruna Calaber de Poliſtruua ad hanc ſedem fuit adlectus die 29. Maij 1573. mortalitatem expleuit anno 1583. de quo Marafiottus lib. 2. de antiq. Calabriæ.

29 ANDREAS Canutus Picenus ex Oppido S. Elpidij Oppidenſis pronunciatur epiſcopus die 25. Nouemb. 1583. Romæ defunctus eſt anno 1605. tumulatus in eccleſia S. Catherinæ de Funarijs, vbi ex marmore hæc inſcriptio legitur,

Hic habitabo quoniam elegi eam. Andreas Canutus ex Sancto Elpidio Picenus, Epiſcopus Oppidenſis. Obijt ann Domini MDCV. ætatis ſuæ lxviij.



30 IVLIVS Ruffus Neapolitanus electus die 12. Septemb. 1605. mortem oppetijt 1609.

31 ANTONIVS Ceſonius ſucceſſit anno 1609. 5. Decemb. obijt anno 1629.

32 FABRITIVS Caracciolus epiſcopus Caracenſis ad hanc eccleſiam translatus die 18. Ianuarij 1630. Exceſſit anno 1631.

33 IO: BAPTISTA Moneanus nobilis Archidiaconus Piſaurenſis præficitur ab Vrbano VIII. die 9. Ianuarij 1632.

SCYLLACENSES, SEV SQVILLACENSES EPISCOPI.



SCYLLACIVM (vulgo *Squillaci*) Mediterranea eſt Ciuitas Calabriæ vlterioris, Borgiæ familiæ principatus titulo ſubiecta, habitata familijs in Fiſci Regij codice deſcriptis 470. Nono ſedecloco ab antiqua Vrbe, quæ à Strabone, Plinio, & Solino Scyllacius, à Plinio Scillarius appellatur, cuius Virgilius in 3. & eius commentator Seruius meminere. Hanc enim Vlyſſes, Caſſiodoro teſte condidit. Poſtea Athenienſes huc Coloniam deduxere. Exin Crotoniatis, poſtea Dioniſij opera Locrenſibus paruit. Romanorum demum Colonia fuit, vt ait Paterculus, & Caſſiodoro patritio ciue, Senatore, ac Scriptore celeberrimo. ſub Theodorico, & Alarico Gothorum, & Italiæ Regibus maximè floruit. Fuit enim Caſſiodorus, & agendo, & ſcribendo ſui æui princeps, quippe ad totius Italiæ Præfecturam euectus, & plurimis eruditione, ac pietate refertis libris in omne æuum clarus, ſed & eo clariſſimus, quod ſæculi honoribus contēptis in Monaſterium Claſſenſe ſe abdidit, vbi ſanctè exceſſit annum agens ætatis ſuæ 94. eſt autem Scyllacium tertio à mari milliario ſitum loco edito, & natura munito, atque vndique rupibus vallatum, ſitum inter duos amnes qui ſubtus vrbem coeunt, quæ cauſa fuit, vt in calamitate illa, quam ante annos 650. vniuerſa Calabria, & Lucania ab Agarenis, & Mauris acceperunt, nil aduerſi Scyllacium pertulerit. Robertus Normandus capta vrbe Rhegio Scyllacium inuaſit, fruſtraque oppugnauit; Caſtrum vero pro mœnijs ad obſidionis commoditatem erexit. pulſis Scyllacenſes duobus Rheginia viris principibus, libertate donati Rogerium euocant, ſe ſe vrbemque dederunt. Calabria tota in Normanorum poteſtatem redacta. Idem Robertus Scyllacium, eiuſque Comitatum Rogerio fratri conceſſit, vt Siculus ſcribit lib. 9. Hic anniuerſariæ nundinæ celebra-

lebrantur. Fiunt vina Caſſiodoro meritò celebrata, item mel, oleum, linum, ſunt & fodinæ auri & argenti, item marmoris, gypſi, lapidis ſpecularis, alabaſtritis, ſeu aluminis ſciſſilis. Fit goſſypium, ſeſama, & oriza, triticumque laudatiſſimum. Proueniunt vitex, tamarix, terebintus, oleander. Cæterum illud conſtat Scyllaclum Chriſtianam fidem ſuſcepiſſe à primis illis temporibus, quibus aliæ Brutiorum finitimæ vrbes illam receperunt, ſuoſque Præſules habuiſſe, tametſi nulla illorum extet mētio ante annum 540. primus namque Scyllacenſis Epiſcopus cuius ad nos peruenit memoria Zacharias eſt qui Romanæ Synodo, ſub Vigilio Papa interfuit. Item ſub Symmacho Papa Gaudioſus Scyllacenſis Epiſcopus floruit, & Paulus Scyllacieus epiſcopus ſextæ ſynodo habitæ apud Conſtantinopolim adfuit. Sanctus vero Gregorius ſcripſit epiſt. 25. lib. 1. Indict. 9. ad Ioannem epiſcopum Luſitanæ ciuitatis, eum Scyllatinum Cardinalem cōſtituit, ad quem tunc epiſc. Scyllatinum idem ſcribit Gregorius epiſt. 23. lib. 7. Ind. 1. Poſt hunc nulli reperiuntur huius eccleſiæ epiſcopi vſque ad annum 1096. atque adeo Scyllacenſis eccleſia pauperrima erat, & Latino viduata Præſule vt penè deſolata iacebat, cuius miſeriæ Rogerus Normannus Siciliæ Comes, Dominuſque Calabriæ compatiens, prouehendæ pietatis adiutrices admouit manus, & illic epiſcopalem ſedem ab Vrbano II. inſtituendam curauit, ipſeq; ædificato templo D. Virginis Aſſumptæ, adauctoque inuidioſis opibus quo pro cathedrali vterentur futuri epiſcopi: Scyllacenſis igitur epiſcopatus, quaſi noua inſtitutione reuocatus Comitem Rogerium agnoſcit fundatorem, qui illum opibus ac diuitijs locupletauit, territorium ac diœceſim diſtinxit: Romanus vero Pōtifex Rheginæ Metropoli proximè ſubiecit. Cenſus annuus epiſcopalis menſæ nūc etiam ducatorum Regni 2600. ſummam efficiunt, taxaturque in lib. fiſci Apoſtolici flor. 166. Cathedralis, vbi corpus ſancti Agatij, & fruſtula Dominicæ Crucis, aliaque ſanctorum lipſana aſſeruātur, quinque dignitatibus fulget Decanatus, Cantoratus, Archidiaconatus, Theſaurariatus, & Archipresbyteratus cum quindecim Canonicis, alijſque minorum gentium Clericis. Parochiales eccleſiæ decem extant Scyllaceo, quatuor ibi Religioſorum monaſteria numerantur, duo ſanctimonialium, & aliud Mulierum pœnitentium, laicorum confraternitates quatuor, xenodochium & Clericorum ſeminarium. animæ intra ciuitatem 3000. recenſentur. diœceſis triginta ſeptem oppida continet, conſtatq; Parochijs 45. è quibus duodecim Archipresbyterum habent: harum quatuor à Turcis anno Dom. 1595. ſolo æquatæ ſunt. Pagi autē Scyllaceni agri ſunt ſtalasū à Stalizzo, Stylum cum promontorio eiuſdē nominis, olim, vt fertur, ſedes epiſcop. in cuius eccleſ. eſt B. Gorgonij corpus. In hoc agro ſponte proueniunt tubera, & aſparagi omni anni tempore, intyborum autem campeſtrium fimbriæ dulces ſunt. reliqui pagi ſunt Montaurum, vbi D. Pantaleonis fruſta quædam aſſeruātur. Gaſparinæ, ſancti Viti, vbi ſanctorum Viti ipſius, & Modeſti, & Creſcentiæ corpora ab incolis iacere dicuntur; Lucenadum, Oliuadum, Centracum, Palermitum, vbi marmor effoditur, alia Amoronum, Florum & Borgia. Sunt & in Scyllatico agro caſtaneta mortalium vſui, & porcis alendis opportuna. Haud longè à Stylo oppido eſt Ioannis Abbatis D. Baſilij Monachi cognomine Tereſtri, ideſt meſſoris, templum, vbi ipſius corpus quieſcit qui Beati Nili coæuus, & amicus fuit. Eius feſtum agitur 6. Kalen. Martias. Hic etiam Beatorum Bartholomæi, Nicolai, & Baſilij Monachorū corpora iacere dicuntur. Haud procul hinc eſt pagus Guardauallis Guilielmi Sirleti Card. eruditorum patris natalibus nobilis. Epiſcopi qui iam inde à ſecunda inſtitutione in hac ſede floruerunt, ſunt qui ſequuntur, quos ex diuerſis ſcripturis monumentiſque expiſcati ſumus.



1 ZACHARIAS Squillacenſis Epiſcopus Romano interfuit Concilio ſub Vigilio Papa anno 442. Porro Zachariæ & ſequentium Epiſcoporum acta adeo obſcura ſunt, vt vix aliquorum nomina retineamus. Nullæ apud hanc eccleſiam cæteraſque ſcripturæ, nulla monumenta ſunt, quæ priſcum eius ſtatum referant, vnde cogimur aliquando Epiſcoporum ſeries nudas exhibere.

2 GAVDENTIVS huius Eccleſiæ Epiſcopus Romæ præſens fuit ſynodo celebratæ anno 465. ſub Hilario Papa.

3 IOANNES olim Luſitanæ deſtructæ ciuitatis Præſul, euaſit Scyllitanus Epiſcopus, cui ſcribit Diuus Gregorius Papa epiſtolas 25. lib. 2. ep. 38. Ind. 9. eodemque lib. ep. 38. Indict. 10. imponens eidem viſitationem

nem eccleſiarum Tauriatinenſis, & Turitanæ & epiſt.33.lib.7.Ind.1.anno Chriſti 598. de oppreſſione Monachorum Caſtellienſis Monaſterij.

4 PAVLVS ſubſcripſit Concilio ſub Agathone Pontifice congregato anno 680. poſt hunc per quatuor integra ſæcula huius eccleſiæ Epiſcoporum nomina deſiderantur, quorum maior pars Græci fuere.

5 THEODORVS Meſimerius natione Græcus Epiſcopus Scyllacenſis incertum quo anno fuerit deſignatus, interfuit dedicationi eccleſiæ ſanctę Mariæ de Turri iuxta Eremum ſancti Brunonis vna cum Archerio Archiepiſcopo Panormitano, Goffrido Militenſi, Turſteno Tropeienſi, & Henrico Neocaſtrenſi epiſcopis. en documentum conſecrationis.

In nomine Dei æterni Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Anno ab Incarnatione Domini milleſimo nonageſimo tertio Indictione ſecunda.

Cum ego Rogerius Comes Calabriæ, & Siciliæ pro Dei amore, & animæ meę remedio, & pro ſalute animæ Roberti Guiſcardi fratris mei glorioſiſſimi Ducis Apulię & Calabriæ, & pro remedio fratrum meorum, atque omnium parentum, & vxorum mearum vellem dedicari facere ad honorem Dei, & Beatæ Mariæ, & Beati Ioannis Baptiſtæ Eccleſiam de Heremo, quæ ſita eſt inter Arenam, & oppidum, quod dicitur Stylum ſuper territorio dicti oppidi Styli per venerabiles & ſanctiſſimos Patres Panormitanenſem Archiepiſcopum, & Militenſem, Tropeienſem, Catanenſem, atque Squillacenſem Epiſcopos; collaudantibus iiſdem ſanctis Patribus, dedi Beato Patri Brunoni A. magiſtro eiuſdem Eremi ſibi, & ſucceſſoribus ſuis Monaſterium ſanctæ Mariæ de Arſufia cum omnibus pertinentijs ſuis. Anno Domini noſtri Ieſu Chriſti 1094. menſe Auguſti, feſto Beatæ Mariæ Aſſumptę. Ego Alcherius Nil. . . . . Archiepiſcopus Panormitanus conſecraui eccleſiam iſtam in nomine Dei, & Beatæ Virginis Matris Mariæ, & Ioannis Baptiſtæ in præſentia Melitenſis, Tropeienſis, Neocaſtrenſis, Catanenſis, Squillacenſis epiſcoporum vna cum Domino Rogerio Comite Calabriæ, Magiſtro Brunone, Lanuino B. & cæteris fratribus Eremitis aſſiſtentibus, & in præſentia bonorum hominum [illegible] omnibus verè pœnitentibus, & con[illegible] . . . quadraginta dies de vera indulgentia . . . pœnitentia relaxamus Archiepiſcopatus ſui anno . . .

- † *Ego Archerius Nic. . . . Archiepiſcopus Panormitanus.*
- † *Ego Triſtanus Tropeienſis Epiſcopus interfui.*
- † *Ego An. Catanenſis Epiſcopus interfui.*
- † *Ego Theodorus Epiſcopus Squillacenſis præſens f.*
- † *Ego Goffridus Militenſis Epiſcopus interfui.*
- † *Ego Henricus Neocaſtren. Epiſcopus interfui.*

Sequenti vero anno 1095. Theodorus Brunonis ſanctitate illectus eidem conceſſit plura bona prope eandem eccleſ. conceſſio Græcè & Latinè ſcripta, atque ab Raingerio confirmata ſic ſe habet ab exemplari, quod extat in Archiuio ſancti Stephani de Boſcho Ord. Carthuſianorum.

Theodorus miſeratione diuina Scyllaris, Epiſcopus, Protoſyncellus Meſimerius iuxta petitionem Illuſtriſſimi Comitis & Domini noſtri, qua dignatus eſt me Dominus noſter ſupplicare pro honorandiſſimis Monachis, & Eremitis, Dominis inquam Bruno, & Lanuino non tyrannidem in me exercens, ſed vt dixi, rogans, vt morem gererem præſcriptis Monachis, in loco à Deo conſecrato cui Turres nomen eſt, in venerabiliſſimo glorioſiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparæ, & Præcurſoris Ioãnis Baptiſtæ templo immorantibus, qui cum per multos annos in locis ſolitarijs vitam tranſegiſſent, huc ad partes Styli in mea Diœceſi tranſmigrarunt. Quemadmodum, & Dominus noſter Comes determinauit, montes tenimenta molendini acquiſita 30. Eccleſiæ ad duo milliaria, vt vos qui prænominati eſtis Monachi, & reliqui omnes indifferenter in hoc loco ad fines vſque ſeculorum habitaturi abſque alicuius moleſtia, ſiue impedimento, qui vobis vectigal, aut decimas, aut aliud grauamen vobis, vel alijs indifferenter, quemadmodum neque ego, neque poſtmodum futuri Epiſcopi imponent, ſed ea libera, & liberaliſſima ſemper ab omni vinculo poſſideatis. Si quis vero noſtrum hoc ſigillum lædere audacter præſumpſerit anathemati ſubiaceat, ac Patri & Filio & Spiritui ſancto, & trecentorum decem & octo Dei ſeruorum ſanctorum Patrum: ea hoc noſtrum ſigillum ſit ad fines vſque ſæculorum, quod liberè & ſponte noſtra fecimus, & ſupra nominatis Monachis conceſſimus maximo noſtro plumbeo ſigillo ſignatum menſis Decembris die 7. Indict. 15. anno nonageſimo poſt milleſimum.

Ego Rainogerius miſeratione diuina electus Archiepiſcopus ſanctæ Eccleſię Metropolitanæ Regi præſentem bullam confirmaui ſemper vt ſcriptum eſt, vt ipſi Dei ſerui Brunus, & Lanuinus, qui ſupraſcripti ſunt, & reliqui indifferenter, poſſideant illam ſtabilem atque immutabilem, & qui poſt me venturi ſunt illam ratam habeant ad fines vſque ſæculorum.

Per-

Perueniſſe hoc ipſo anno Dom. Brunonem Carthuſianorum Patriarchã, in Calabriam poſt Placentinum Concilium ab Vrbano II. celebratum ſcribit Baronius, in ea Eremo, cui Turris nomen eſt, biennio vixit, pauloque poſt à Rogerio Comite adiutus Cœnobium cum eccleſia D. Prothomartyri Stephano ſacrata ædificauit, quod ſancti Stephani de Boſcho nuncuparunt, in quo, anno 1101. piè obdormiuit in Domino; in quo ſacrum eius corpus conſeruatur. Fundationis Stephaniani Cœnobij historiã narrat Franciſcus Puteus Carthuſianus, qui vitam Brunonis conſcripſit apud Surium, tom. 5. Theodorus vero qui Brunonem benignè exceperat eodem anno 1096. vel initio ſequentis mortalitatem expleuit. vltimus ex Græcis Squillacenſis Epiſcopus fuit.

6 IOANNES de Nicephoro Canonicus, & Decanus Militenſis eccleſiæ electus eſt huius eccleſiæ primus Latinorum Epiſcopus anno 1096. Rogerius enim Siciliæ, & Calabriæ Comes cum vxore ſua Adelaſia valde condolens, quod in hac Squillacenſi ciuitate, Latina nondum extaret eccleſia, conſilio Epiſcoporum Caſſanenſis Saxonis, Arngerij Catanenſis, Stephani Mazarenſis, Engerlandi Agrigentinenſis, Rogerij Siracuſani, nec non ſancti Brunonis, & fratris Lauini Eremitarum, Latinum Epiſcopatum ſundauit, atque dotauit, ac Ioannem de Nicephoro Epiſcopum delegit. Fundationis diploma heri iuſſit, quod extat in archiuio eiuſdem eccleſiæ. ſic ſe habet ab exemplari à Ioſepho Corneo, olim Squillacenſi epiſcopo, nunc digniſſimo Vrbeuetano Præſule nobis condonato.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Anno ab Incarnatione Domini milleſimo nonageſimo ſexto, Indictione quinta.

☞ Ego Rogerius Siciliæ Comes, & Calabriæ, vna cum vxore mea nomine Adelaſia attendentes in tota terra noſtra, tam in Calabria, quam in Sicilia eccleſias conſtructas eſſe Pontificales, & ibi Canonicos aſſiduè diuinis inſiſtentes laudibus, & ſuper hoc non mihi, ſed in Domino gaudens, Squillacenſis eccleſiæ cœpi condolere caſui & ruinæ, triſtis factus, & ingemiſcens, quod in tam nobili ciuitate, vbi tot Chriſticolæ, vbi tanta vigebat Normandorum copia, Pontificalis, & Latina nondum extiterat eccleſia, cuius ego caſum miſeratus & ruinam, atque meum pectus tundens, quoniam in entia noſtra Squillacen. eccleſia ſic muta erat, ſic inutilis erat, ſic ſine patre, ſine

A conſilio, & opibus, ſic à laudibus diuinis tacita, conſilio Caſſanenſis Epiſcopi Saxonis, & Vicarij Domini Vrbani Papæ, atque D. Roberti Meſſinenſium, Stephani . . . . Angerij Cathanenſis, Stephani Mazarienſis, Engerlandi Agrientinenſis, Rogerij Siracuſan. Epiſcoporum aſſenſu, atque D. Brunonis, & fratris noſtri Lanuini Eremitarum virorum ſanctorum conſilijs, D. Ioannem de Niceforo, qui Canonicus & Decanus venerabilis ſanctæ Militenſis eccleſiæ erat, vir honeſtus, vir conſilij, vir prudens, atque omni copioſus honeſtate, ibique in Magiſtrum elegi, & Pontificem, & eccleſiam ſuam quot & quantis mihi placuit be-
B neficijs ditaui, & honeſtaui dignitatibus, & quantum ad me pertinuit, deſtinaui & deſcripſi ſuam Parochiam, atq; meo ipſo ſigillani ſigillo, ad honorem Dei & Beati Apoſtoli Petri, atque Domini mei Vrbani II. Summi Pontificis, cuius eccleſia Squillacenſis hæc eſt, ſcilicet ex ſuperioribus montium Torrente in Coclearr, & Alarum fluuios, & ijdem fluuij in Adriaticum mare defluunt monſtrata, & determinata ſerutinio veteranorum, qui ſunt in territorio eiuſdem eccleſiæ, & per antiquiſſima, & Græca eiuſdem Sedis priuilegia Squillaclum, vbi Sedes eſt Epiſcopalis, Taberna, Stylum, Anteſtylum, ſancta Catharina, Badulatum, Satrianum, caſtellum Cucculi, caſtellum Mainardi, Me-
C dietas Lamacho; Rocca de Cathentiaco, quæ fuit Vgonis Falluce, Tiriolum, Cathentiarum, Salia, Barbarum, Similum, Abbatia ſanctæ Mariæ de Roccella, Abbatia ſancti Iuliani, Abbatia ſancti Senatoris, Abbatia ſancti Gregorij, ſancti Baſilij, & ſancti Nicolai de Magliota, Abbatia ſancti Lucæ, & ſancti Petri, & ſanctæ Mariæ de Butzadi, ſancti Anamæ, & eccleſia ſanctæ Mariæ de Prato, eccleſia ſancti Fantini, & ſancti Nicolai de Pothamo, ſancta Conſtantina cum ſuis domibus, & vineis, quas plantauerunt Agricolæ, de quibus debet habere medietatem, & eccleſia ſancti Nicolai iuxta balneũ cum villanis ſex, quos donaueram epiſcopo
D Meſimero, & eccleſia ſancti Matthæi cum villanis, & cultura de ſancto Clerico, & de ſancto Elia, ſicuti tenuerat Hermenfretus Capellanus ſancti Matthæi, Abbatia ſancti Ioannis de Stylo, abbatia ſancti Leontij, & eccleſia ſancti Nicolai de Salto cum ſancta Maria, quæ prope eſt, & Nicolai treuocata, caſtellum Alare cum ſuis pertinentijs in proprietate ſanctæ Mariæ eccleſiæ poſſidendum. Concedo etiam ei villanos extraneos ad recipiendum, & ad habendum in territorio eiuſdem eccleſiæ, illos videlicet, qui non ſunt in priuilegio meo, neque in priuilegio Baronum meorum quandiu voluerint habitare in terra illius liberè, & quietè ab omni iugo meorum ſeruientium, præſentiũ, & futurorum. Item concedo illi hos Preſbyteros Græcos cum filijs & filiabus eorum,

ſicuti

ſicuti ſunt ſcripta in priuilegio eorum. Concedo etiam illi omnes leges Epiſcopales, ſicuti conceſſi eccleſiæ Miletanæ, & Meſſanæ ad faciendum iuſtitiam ſecundum Canones, & ſanctiones Patrum, tam de Græcis, quam de Latinis per totam parochiam ſuam. Iterum atque iterum conceſſi, & concedo in perpetuum integram decimam de omnibus rebus, quas mihi Dominus erit daturus tam de animalibus, quam de victualibus, & auro, & argento & de omnibus caſtellis, & ciuitatibus ſupraſcriptis ipſi & ſucceſſoribus illius, decimæ autem de caſtellis Baronum meorum, qui ſunt in territorio ſupradictæ eccleſiæ ita diuidatur ab eo & ſucceſſoribus eius in tres partes, duas partes habebit mater eccleſia, tertiam vero Capellanus, qui caſtelli eccleſiæ deſeruiturus erit Presbyter, & per manum Epiſcopi ordinatus. Quod factum eſt conſilio & teſtimonio omnium Siculorum Epiſcoporum, & quorundam de Calabria, & teſte communi Capitulo ſanctæ Miletenſis eccleſiæ, teſte Goffrido filio meo, Malgerio filio meo, Ruberto Burreello, Goffredo de Luciaco, Tancredo nepote meo Comite de Siracuſia Aquilino, Riccardo Brunello, Ric. Adenalfo, teſte etiam & hoc confirmante Simone filiolo meo, Rodulpho de Lorotello, Guglielmo fratre ſuo de Altauilla, Iordano Capriolo de Geremia, Odono Bonomarchiſio. Præter illa concedo illi molendina facere in omni territorio ſuæ eccleſiæ. Quiſquis igitur meorum ſucceſſorum, aut Vicecomitum, aut quorumlibet aliorum iſtius doni deſtructor extiterit, anathema ſubincurrat, & ſi non ad ſatisfactionem venit, cruciatus æternos ſuſtineat, fiat, fiat, *Amen. Amen*.

Poſt hæc Ioannes Epiſcopus multa bona contulit Diuo Brunoni, ac Landuino eius ſocio, iterumque iura epiſcopalia omnia, quæ conceſſerat Theodorus eius deceſſor die 9. Martij 1098. Indict. 6. Plura idem etiam Rogerius Comes, quæ ab Vrbano II. anno 1098. peculiari diplomate confirmata fuerunt in hunc modum ab exemplari exſcripto.

VRBANVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis in Chriſto filijs Brunoni, & Lanuini ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Quia igitur noſtri officij intereſt ſeruorum Dei quieti, & commodis, prout in Domino poſſederit prouidere, petitionibus veſtris, filij in Chriſto cariſſimi ac reuerentiſſimi clementer annuimus. Per huius igitur Apoſtolici priuilegij paginam Apoſtolica auctoritate concedimus, & firmam & ſtabilem & in perpetuum permanſuram confirmamus donationem terrarum, quæ vobis datæ ſunt in Squillacenſi territorio, & conſcriptæ & determinatæ, & deſignatæ per terminos certos à dilecto noſtro filio R. Comite, & Iohanne confratre noſtro Squillacenſi Epiſcopo concedente, & confirmata. Quo circa prædicta auctoritate præcipimus, ſtatuimus, & ea, quæ vobis conceſſa ſunt, licentia interdicimus, vt à die in antea neque Comiti ipſi, neque alicui hæredum ſuorum ſupradictam veſtram donationem & hanc noſtram confirmationem violare, vel dearctare liceat. Neque de his, quæ confirmamus, aliqua re intromittat perſonam ſine veſtra voluntate, quatenus Omnipotentis Dei ſpeculationi mentibus liberis inſiſtatis, & ad eius faciei dulcedinem Ipſo præſtante peruenire valeatis. Si qua verò perſona, aut hæres Comitis ipſam violauerit, niſi ad condignam venerit ſatiſfactionem, eam honoris, vel officij ſui periculo ſubiacere decernimus, & à Chriſto, ac Eccleſiæ corpore ſegregatus, atque in æterno examine diſtrictè ſubiaceat vltioni ſine intermiſſione & remedio. Conſeruantibus autem piè à Deo & miſericordia eius præſentibus, & futuris ſæculis conſeruetur, Amen. Si vero tam legalis Comes, aut eius hæres addere aliquid huic voluerit donationi, ſub hac noſtrâ confirmatione ratum eſſe ſtatuimus.

Vrbanus Catholicæ Eccl. Epiſcopus.
Ego Rainerius Card. ſubſcripſi.
Ego Iohannes Card. ſubſcripſi.
Ego Alphanus Salernitanus Archiepiſcopus ſubſcripſi.
Ego Amatus Capellanus & ſacerdos ſubſcripſi.
Ego Diſ. Capellanus ſubſcripſi.
Ego Conſtantinus Catacenſis epiſcopus ſubſcripſi.
Datum Salerni menſe Septembri, Indict. 6. anno ab Incarnatione Dominica milleſimo nonageſimo octauo.

Hoc ſancti Stephani cœnobium Carthuſianis legibus adhæſiſſe ad annũ vſq; 1150. quo eoſdem in Ciſtercienſes commutaſſe auctor eſt Puteus in Brunonis vita, de quo vide quæ diximus in 1. tom. in ſerie Miletenſium epiſcoporum numero 16.

Porro Abbates Ordinis Ciſtercienſis, qui huic cœnobio præfuerunt, ex Chronica Carthuſianorum à Camillo Tutino Neapolitano amico noſtro conſcripta hic damus, vt eorum memoria ſaltem hic etiam conſeruetur.

Guillelmus ex Priore Carthuſianorum cum cæteris fratribus eiuſdem cœnobij ad Ord. Ciſtercienſem tranſijt, primus fuit eiuſdem Ord. Abbas anno 1150.

Gui-

Guillelmus 2. Abbas florebat an.1192.
Studinus Abbas an.1198.
Bernardus Abbas, qui à Friderico II. Imper. omnium ſui cœnobij priuilegiorum confirmationem obtinuit, an.1212.
Guillelmus Abbas 1217. poſtulatus in Syllacenſem Epiſcopum.
Rogerius Abbas ab Friderico II. priuilegiorum ſui cœnobij habuit confirmationem.
Petrus Abbas 1224. ab eodem Friderico in gratiam receptus imperialem.
Thomas Abbas 1250. poſtea epiſcopus Marturanenſis.
Nicolaus Abbas 1264.
B. Abbas 1270.
Ioannes Abbas an. 1285. fuit Regius Capellanus.
Andreas abbas Caroli II. Capellanus 1299. inde Mileti Epiſcopus.
G. . . . Abbas an.1303.
N. . . . Abbas ann. 1306. Caroli II. Regis charus.
N. . . . Abbas an.1317.
Nicolaus Abbas 1320.
M. . . . Abbas ſub quo ann.1330. Robertus Rex Monaſterium eximio priuilegio exornauit an.1330.
A. . . . Abbas 1336.
N. . . . Abbas 1339. & 1343. memoratur in Regio Reg. Neapol.
Amelius Abbas an.1337.
N. . . . Abbas 1374. poſt hunc plures deſiderantur.
Pandulphus Abbas in Romana curiæ Ordin. Ciſtercienſis Procurator Generalis 1499. hic fuit vltimus Abbas Regularis, & pauci deinde Commendatarij, Leo enim X. Abbatialem dignitatem, Ordinemque Ciſtercienſem ibidem ſuppreſſit, atque poſt multa ſecula in Carthuſianorum priſcum Ordinem traduxit.

Cæterum de Ioanne nulla alia extat memoria; annus dieſque obitus eius ignorantur.

7 DONATVS poſt Ioannem Squillacenſis epiſcopus fuit, qui eadem iura ab antecesſoribus cœnobio ſancti Stephani aſſerta renouauit.

8 PETRVS nobili ſanguine natus, atque virtutum omnium laude celebris ad Squillacen. eccleſiam traductus, electuſque eſt in Meſſanenſi Regia Capella Kalen. Martij ann. 1110. ſtatimq; poſt ſuam electionem eodem die ab Adalaſia Siciliæ, & Calabriæ Comitiſſa de conſenſu Rogerij Comitis filij ſui, Epiſcopatum, tum & Baronum ſuorum conſilio ſanctæ Mariæ de Rocella nobile feudum cum iuribus, & pertinentijs ſuis ſuſcepit pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus, vt in tabulis ſuper hoc confectis legitur, quæ in Archiuio Squillacenſis epiſcopatus adhuc extant tenoris ſequentis.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei æterni.

Anno ab Incarnatione eius milleſimo centeſimo decimo, tertio decimo Kalen. Martij, Indictione tertia.

Regnante in Sicilia & Calabria Rogerio filio Rogerij Comitis contigit, vt ſtatim poſt electionem Petri Squillacenſis Epiſcopi cum in Capella Meſſanæ ad ipſam electionem conueniſſent Barones, quorum nomina inferius legentur, Adalaſia Comitiſſa Siciliæ & Calabriæ ſupplens Rogerius filius eius in conſilio ipſorum Baronum epiſcoporum, videlicet Anlegerij Catanenſis, & Arnaldi Palecaſtrenſis, & Roberti Morelli, & Gosberti de Licia, & Vvillelmi de Altanilla, & aliorum multorum per librum traditum prædicto Petro electo donarunt, & omnimode tráſtulerunt in proprietatem, & in perpetuum dominium ipſius eccleſiæ Squillacenſis, eccleſiam ſanctæ Mariæ de Roccella cum omnibus pertinẽtijs ſuis, terris cultis & incultis, & nemoribus, villanis, ſicut Hieronymus, qui Abbas fuit ipſius eccleſiæ ante obitum tenuit vna die, & vna nocte, & ſicut Comes Rogerius eadem omnia ipſi Abbati donauit. In teſtimonio ergo huius donationis, & auctoritate conſuluimus dictos epiſcopos Anlegerium Catanen. & Arnaldum Palecaſtren. & prænominatos tres Barones Robertum Borellum, Gosbertum de Licia, Vvillelmum de altauilla, opportunum propterea ducimus Chriſtophorum Admirabilium & bonum Notarium eidem teſtimonio aſſignare. Prædictæ donationi interfuerunt etiam Tancredus de Siracuſa, & Goffredus de Raguſa, & Robertus Auenellus, & Radulphus de Beluaco. Præter hæc etiam dignum nobis viſum eſt ſcribere, quod iam dicta die epiſcopi ſub terrore, & pœna anathematis confirmarunt eam, excommunicantes, & maledicentes omnem illam perſonam, quæ quomodocũque hanc donationem lædere, aut contra eam venire tentauerit.

† *Signum manus Comitiſſæ Adalaſiæ, quæ hanc chartulam donationis à ſe factã ſcribi iuſſit.*

† *Signum manus Rogerij Comitis, qui hoc ſcriptum donationis à ſe facta fieri præcepit.*

Loco † plumbi impendentis cum imagine ſculpta ab vno latere Deiparæ Virginis Filium in vlnis geſtantis, & ab alio latere cum quibuſdam literis Græcis.

Hanc Adalaſiæ donationem, cæteraque à Rogerio Comite elargita, & priuilegia ab Vrba-

Vrbano II. Squillacenſi eccleſiæ conceſſa, eidem Petro epiſcopo ſequenti diplomate confirmauit eodem ann. 1110. Nonis Aprilis die 36. à Petri creatione Paſchalis II. Papa.

PASCHALIS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabili fratri Petro Squillacen. Epiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus canonicè promouendis in perpetuum.

Apoſtolicæ ſedis nos compellit auctoritas pro eccleſiarum ſtatu ſollicitos eſſe, praua corrigentes, & quæ recta ſunt ſtabilire. Conſtat ſiquidem Squillacenam, cui auctore Domino, Paſtor es per nos inſtitutus, eccleſiam prioribus longè temporibus ſpecialiter ſub Apoſtolicæ ſedis iure manſiſſe, ſicut verum indagantibus per authentica Beati Gregorij ſcripta monſtratur. Quia ergo Deo auctore per ſtrenuiſſimorum fratrum Roberti quondam nobilis memoriæ Ducis Rogerij Comitis labores atque victorias tam ex illa, quàm ex cæteris Calabrorum eccleſijs, Græcorum tyrannica ceſſauit inuaſio. Nos Prædeceſſoris noſtri Vrbani Papæ II. veſtigijs inſiſtentes, Squillacenſem eccleſiam ſub ſpeciali iure ſanctæ ſedis Apoſtolicæ confouentes, ſtatuimus, & temporibus perpetuis obſeruandum cenſemus, vt ſicut Tu, ita & tui deinceps ſucceſſores per manum ſemper Romanorum Pontificum conſecrentur. Ad hæc adijcimus infra fluuium ambitus, ſicut ex ſuperioribus montibus torrentes in Crocleam, & Alarum fluuios, & ijdem fluuij in Adriaticum mare defluunt, ea, quæ in conſpectu fratrũ noſtrorum epiſcoporum Siciliæ omnium, & Calabriæ quorundam coram prædicto Rogerio Comite, & à veteranis, & multorum temporum teſtibus ad Squillacenſem eccleſiam ex antiquo pertinuiſſe iuxta præceptum eiuſdem prædeceſſoris noſtri Vrbani II. probata ſunt, ea nihilominus, quæ Squillacen. eccleſiæ Beatus legitur Gregorius contuliſſe, firma ſemper, & integra in tua, tuorumque ſucceſſorum, & ipſius eccleſiæ poſſeſſione permaneant; porrò colonos, ſeu prædia de Palęopoli, ſiue Roccella, quæ Adelais Comitiſſa cum filio Rogerio pro redemptione animæ ſupradicti comitis Rogerij Squillacen. eccleſiæ tradidit, Nos eidem eccleſiæ cum Oratorio ſanctæ Mariæ, quod illic ſitum eſt, iure proprietario confirmamus. Præterea quicquid in futurum liberalitate Principum, vel oblatione fidelium iuſtè atque canonicè poterit adipiſci, illibatum ipſi perpetua ſtabilitate ſeruetur. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat eandem eccleſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerarijs vexationibus fatigare; ſed omnino integra conſeruentur eorum, pro quorum ſuſtentatione, & gubernatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura. Si qua ſanè eccleſiaſtica, ſæculariſue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè venire tentauerit, ſecundò, tertioue commonita ſatisfactione integra non emendauerit, honoris ſui dignitate careat, reumque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei, & Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena ſit, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem eccleſiæ iura ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen.

Datum Later. per manum Ioannis S.R.E. Diac. Cardinalis, ac Bibliothecarij nonis Aprilis, Ind. 3. Incarnat. Dom. anno milleſimo centeſimo decimo, pontificatus autem Dom. Paſchalis II. Papæ anno 11.

Poſt hæc Petrus anno ſui Præſulatus 13. interſuit conſecrationi eccleſiæ Catacenſis temporibus Calixti II. Papæ fortaſſe celebratæ anno 1122. quo anno ad Panormitanam eccleſiam in Sicilia ab eodem Pontifice tranſlatus eſt, is Pontifex illi dedit diploma, vbi Panormitanæ eccleſiæ iura confirmat.

Calixtus ſeruus ſeruorum Dei, Venerab. fratri Petro Archiepiſcopo à nobis de Squillatina Eccleſia in Panormitan. tranſlato, eiuſque ſucceſſoribus canonicè inſtituendis in perpetuum. Iuſtis votis, &c. Reliqua leges apud Rocchum Pyrrhum not. 1. eccleſ. Panorm. In fine diplomatis. *Datum Laterani per manus Hugonis S.R.E. Subd ac. Cardinalis 4. non. Aprilis, Ind. 15. Incar. Dominicæ, an. 1122. pontific. autem Domini Calixti II. Papæ anno 5.* Exceſſit Petrus circa annum Dom. 1141.

9 DROGO Epiſcopus Squillacenſis, an immediatè poſt Petrum ſederit incompertum eſt: cuius tantum vnica mentio habetur in diplomate Adelaſiæ neptis Rogerij Siciliæ Regis ad fauorem eccleſiæ Cephaludenſis anno ſal. 1140. his verbis ſcripto ex tabulis eiuſdem eccleſiæ apud Rocchum Pyrrhum in notitia Cephaleditanæ eccl.

In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, Amen.

Ego Adelaſia neptis Domini Rogerij glorioſiſſimi Regis Italiæ rarum ducês quod felix eſt: ea rerum terrenarum tranſlatio, quæ ſic charitatiua diligentia diſpenſatur, vt poſſint cæleſtia ſub terreſtrium commercio vindicari. Eccleſiam ſancti Petri, qua ſita eſt in Colliſano, quæ à Dom.

Drogo

A Drogo Venerab. Squillacenſi apiſcopo, conuocato à D. Vener. Iocelmo Cephaludi electo, curaui & ſtudui dedicari, intuitu, & fauore ipſius Dom. Rogerij magnifici Regis Italiæ; quin etiam pro tranquillitate pacis, & gloriæ, atque exaltatione ſua, & ſalubri beatitudine animæ ſuæ, & progenitorum ſuorum, & omnium parentum noſtrorum conceſſi, idque in perpetuum tradidi pro dote ipſius eccleſiæ; & vt curioſius in ea diuinis vacetur obſequijs, furnum quoddam in Colliſano; & Villanos ſex; Præterea quaſdam de terris Carpiniani de nemore noſtro in reparationem eiuſdem eccleſiæ impendendas; cum neceſſe fuerit liguamina, & in terris noſtris maritimæ, ſeu
B in montanis libera paſcua ouibus & omnibus pecudibus ipſius eccleſiæ ſancti Petri. Si quis autem aliquo tempore huius donationis, & conceſſionis noſtræ violator, aut contradictor extiterit, coram ſummo Iudice in diſtricti iudicij examine requiratur, & à fidelium conſortio ſegregatus, à Dei miſericordia fiat penitus alienus.

Factum anno Dominicæ Incar. 1140. *menſe Iunij Ind.* 3.

† *Signum propriæ manus Adelaſiæ neptis Domini Rogerij glorioſiſſimi Regis Italiæ.*

† *Ego Adam Auenelli filius Dom. Adelaſiæ.*

C † *Ego Drogus Epiſcopus Squillaci, conuocatus ad dedicationem prædictæ eccleſiæ præcepto Dom. noſtri Rogerij, & prece Iocelmi Venerabilis Cephaludi electi.*

10 AYMERICVS Epiſcopus Squillacenſis in viuis erat anno 1178. die 11. Nouembris, Ind. 12. ſe adſcripſit cum alijs epiſcopis, fraternitati ſanctæ Mariæ de Latina Meſſanenſis, apud Pyrrhum in notis Meſſanenſis eccleſiæ.

11 VGO huius eccleſiæ Epiſcopus florebat anno 1196. cuius memoria ad poſteros deriuauit ex Conſtantiæ Auguſtæ Siciliæ Reginæ priuilegio ad eius petitionem
D eccleſiæ Squillacenſi conceſſo, in quo donationem Rogerij confirmauit, aliaque aſſeruit, vt in exemplari eodem tabulario aſſeruato.

Conſtantia fauente diuina clementia Romanorum Imperatrix ſemper Auguſta, & Regina Siciliæ.

Inter reliqua humanæ ſollicitudinis exercitia, quæ opera videntur portendere pietatis, eâ potius ad ſalutem proficere vidimus animarum, cum viſcera pietatis, & miſericordiæ Chriſtianæ Religioni conſueta relaxamus clementia, & ad protegendum ſacroſanctas eccleſias, & iura eis integrè conſeruanda operam apponimus, & curam extendimus principalem. Attendentes itaque deuotionem, & grata ſeruitia Vgonis Venerab. Squillacen. eccleſiæ apiſcopi noſtræ Celſitudini deuotius ſupplicantis, vt renouando confirmaremus, & priuilegium eccleſiæ ſuæ ab Illuſtri Comite Rogerio auo noſtro diuæ record. clementer indultum, & poſtmodum à Dom. Patre noſtro famoſiſſimo Rege Rogerio inclytæ memoriæ confirmatum. Preces eius vtpote ratione ſubnixas benignius admittentes, memoratum priuilegium ſibi, & eccleſiæ ſuæ de innata manſuetudinis noſtræ clementia confirmamus. Quod ſiquidem priuilegium dum noſtræ fuiſſet curiæ præſentatum, & ab ea diligenter inſpectum, talem ipſius comprehendimus fuiſſe continentiam, & tenorem.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Anno ab Incarnatione Domini milleſimo nonageſimo ſexto, Indictione *quinta.*

Ego Rogerius Siciliæ Comes, & Calabriæ vna cum vxore mea Adelalia attendens, &c. *ſicut ſupra*, vſque *Amen.* Deinde ſubdit Conſtantiæ priuilegio. Præcepi etiam vt in hoc ſigillo ſcribantur nomina Villanorum, quos prædicto apiſcopo conceſſi, & ſucceſſoribus eius, videlicet apud Villadam Coſta Notarius cum filijs, Nicolaus Rodocallus cum filijs, Baſilius Platopodij cum filijs, Ioſeph Platopodi cum filijs, Arcadius Papaminenſ cum filijs, Coſmus de Trallis cum filijs, Griſo cum filijs, filijs de Condo Nicola, Leo, & Petrus filij Ioannis Presbyteri, Theopiſtus Nuceta, Michael, Leo Bochi cum filijs, Coſta Attopoli cum filijs, Nicolaus Tomatura cum fratre & filijs, Petrus Captius cum filijs; Ioannes Eſſilius cum nepotibus, Arcadius & Cola cum filijs, Baſilius Cutellus cum filijs, & fratre filij Carrata, Leo, Petrus, Nicolaus Kaloterialli cum Baſilio fratre ſuo, & filijs, filij Gregorij de Calli, Baſilius Afframas cum filijs, Leo frater illius cũ filijs, filij Gregorij Melliſſatij, Andreas Gudrò cũ filijs, Ioannes de Codalij cum filijs, Leo de Codalij cũ filijs Theodorus cũ filijs, Coſta Caprarus cũ filijs, Malafaga cũ filijs, Ioannes de Ctiſi cũ filijs, & fratre illius Petrus. Hi omnes ſunt in territorio Squillacij. Apud Stylum, & Caſtellum Alare ſunt filij Hebye Figuli, Coſta, Ioannes, Nicolaus cum filijs illorum, Ioannes Francus, & Nicolaus filius fratris eius, Criſoleus filius Papæ Coſtæ, filij Didiali Baſilius, & Ioannes, filij Didileiſi Baſilius, &

Coſta filij Didjleiſi, Coſmas & Leo, Romā-
dus, Theodorus, Nuciforus filij Nicolai iſto-
rum frater, Petrus, & Coſta, Leo de Soſia
cum filijs & filij Coſtæ de Soſia, Leo & Ba-
ſilius cum filijs illorum. Andreas Francus
cum filijs. Ioannes Traditor cum filijs, filij
Vrſonis Kacontus, Michael & Vrſo cuo
filijs eorum, Andreas Coſquinas cum tri-
bus filijs, Ioannes Notarius cum filijs, Ba-
ſilius & Leo cum filijs eorum Ioannes Sco-
larij cum filijs, pancalus eius filius, Ioannes
Francus filius Nuciſori, Ioannes Caſimiri
cum filijs, Leo Scilliotus, Ioannes Siculo
cum filijs, Nicolaus Siculo cum filijs, Leo
Spano cum filijs, Baſilius de Mammi, Ioau-
nes de Mancti cum filijs, Leo de Minniti,
& Nicata Cloſtaria cum filijs, Biturus, Si-
deros, Ioannes Magiſter cum filijs, Micera
Turpati filius de Anaſtaſio, Nicolaus Tur-
pati cum filijs illorum, Coſta Spanos, papa
Andrea, Philippus de Mammi, Nicolaus de
Mammi, Nicolaus de Megalijs cum filijs,
Baſilius gener Cuſentinei, Nicolaus Cuſen-
tinus, Andreas Cuſentinus; Leo de Trabo,
Leo de Monacha cum filijs eorum. Apud
Squillac. filij presbyteri Leonis de Calan-
dra, filij presbyteri Alexij. filij presbyteri
Vrſcoli, filij presbyteri Theodori Buitiſti,
filij presbyteri Bonelli, filij presbyteri Ba-
ſilij Carioti, Nuciforus, & Caloirus, filij
presbyteri Gregorij pudalij, Leo, Nicolaus,
Baſilius, & Arcadius, presbyter Nuciſorus,
Genermizarus cum filijs, presbyter Coſta,
Lardufura cum filijs, Maunaus protopapa
cum filijs, Baſilius Archidiaconus cum filijs,
presbyter Vrſo Zappacunni cum filijs, filij
presbyteri Spartarati, Gregorius, Stepha-
nus, & Ioannes, Leo primicerius cum filijs,
presbyter Baſilius Praxitanus cum filijs, fi-
lij presbyteri Andreæ, Georgius Kaliuari,
presbyter Nicolaus Marrallacti cum filijs,
presbyter Nicolaus de Agello cum filijs,
presbyter Nicolaus de Viuello cum filijs,
Caloirus primicerius cum filijs, presbyter
Arcudius Tabulari cum filijs, Leo, & Mi-
chael Mixira protopapa cum filijs, presby-
ter Baſilius Romeus cum filijs, Leo Figulus,
Leo presbyter Cruxi cum filijs, Leo de
Carcos cum filijs, Sergius politi cum filijs,
Baſilius antolicos cum filijs, Vrſo Boſcos.
Hæc ſunt nomina villanorum, quos ego
prædictus Comes Rogerius conceſſeram
ſancto Matthæo in dedicatione illius, & Ar-
menfredo Capellano, vt illos poſſideret
quandiu viueret, cum culturis de ſancto Cle-
rico & ſancto Elia; poſt mortem verò ipſius
dimitteret matrici eccleſiæ ſanctæ Mariæ
Epiſcopo Chriſtophoro, & ſucceſſoribus il-
lius, videlicet filij Gregorij domeſtici, filij
papæ Leonis muſico, Nicolaus de presby-
tero Bonello, Leo genere pyrrhæ, Ioannes
Vuallardus, Theodorus Contaraſus, Ioan-
nes de Areſi, Baſilius Drungarius, Nico-
laus Schepaſtos, Capruia de ſilira, Leo Clau-

A ſeladri, optadios de Sabei, Baſilius Can-
doluius, papa Gregorius Cariotri cum filijs;
inſuper confirmamus memorato Venerab.
Squillacen. Epiſcopo, & eccleſiæ ſuæ feudū
Baldumi, ſicuti continetur in priuilegio ex-
tremo à Rege Rogerio nepote noſtro bon.
mem. clementer indulto, & molendinum
etiam conceſſum ei ab Adelicia comitiſſa
Squillacij fideli noſtra, iuxta quod in pri-
uilegio ab eadem comitiſſa ipſi eccleſiæ fa-
cto aptius declaratur. Nec non & tenimen-
tum Matermoniæ, ſicut continetur in priui-
legio, quod inibi habet Marchiſia, prædi-
cta volumus, & mandamus, vt de adulte-
rijs iudicandis perſonæ ſe non intromittant
B de cætero ſæculares, ſi quis de Parochia
& Diœceſi prædictæ Squillacenſis eccleſiæ
de adulterio accuſatus, & in eo deprehen-
ſus fuerit ad Iudicium curiæ ipſius eccleſiæ,
in qua adulteria iudicari debent conſiſtat,
& in curia eiuſdem eccleſiæ iudicetur, &
corrigatur, excepto ſi per inſultum, vel
violentiam adulterium ipſum committatur.
Quod ſi acciderit, iudicetur ab ipſa eccle-
ſia de ipſo adulterio de hoc quod ſpectat
ad iudicium ipſius eccleſiæ, & de hoc quod
ſpectat ad iudicium Curiæ noſtræ, videlicet
de inſultu, & violentia iudicetur ab ipſa
Curia noſtra. De perſonis vero Clericorum
volumus, & iubemus vt ſi aliquis Clericus
totius parochiæ, & ditionis prædictæ Squil-
lacen. eccleſiæ de aliquo foris facto, de
C quo perſona ſua iudicari, & condemnari
debeat appellatus fuerit, non à perſonis
laicalibus, nec in earum curia, ſed in cu-
ria Eccleſiæ de hoc, quod ad perſonā ſuam
ſpectat, iudicetur; & corrigatur, ſicut con-
uenit, iuxta canones, & ius eccleſiaſticum,
excepto ſi aliquis clericus fuerit appellatus
de proditione, vel alio huiuſmodi magno
maleficio, quod Majeſtati noſtræ videatur
obuiare. Quod ſi acciderit, volumus, &
præcipimus, vt de hoc quod ſpectat ad iu-
dicium eccleſiæ iudicetur ab ipſa eccleſia,
& de hoc quod ſpectat ad iudicium curiæ
noſtræ, iudicetur ab ipſa curia noſtra. Si
verò aliquis clericus de hæreditate, & ali-
quo teſtamento, quod non ab eccleſia; ſed
D à perſonis ſæcularibus, ſiue per patrimo-
nium, ſiue aliter in terris earum teneat, ap-
pellatus fuerit, Volumus, vt de hoc in curia
illius, in cuius terra poſſeſſiones, & teni-
menta habuerit, reſpondeat; & quod iuſtum
fuerit, faciat, non tamen vt perſona eius
exinde capiatur, aut incarceretur. Poſtre-
mo Baiulis noſtris præcipimus, vt ad præ-
dicta adulteria coercenda, & corrigenda
ipſi Vgoni Venerab. Squillacenſi Epiſcopo
fideli noſtro, in quibus opus fuerit, auxi-
lium tribuant. Hęc autem omnia volumus
inuiolata ſeruari ſaluo in omnibus manda-
to & ordinatione Domini noſtri inuictiſſi-
mi Imperatoris, & noſtro, & hæredum
noſtrorum. Vt autem huius noſtræ libera-
litatis

litatis confirmatio inconcuſſa permaneat, & perpetuæ robur obtineat firmitatis, præſentem exinde conſcribi paginam, & noſtræ Maieſtatis bulla cerea iuſſimus roborari anno, menſe, & Indictione ſupraſcriptis.

Datum in Vrbe Felici Panormi an. Dominica Incarn. 1196. menſe Iunij 15. Indict.

Loco † ſigilli in penden. in cordula ſerica rubea cera rubea in capſula lignea appoſita cum literis, & imagine ipſius prænominatæ Imperatricis.

11 R. . . . ex Archidiacono electus eſt Squillacenſis Epiſcopus anno 1217. extat in Reg. Vatic. Honorij III. epiſt. n. 157. pontif. 2. ad Archiepiſcopum Cuſentinum, Dat. non. Septemb. vt R. Archidiaconum à Capitulo electum auctoritate apoſtolica confirmet, caſſata, nullaque declarata alia electione ab eodem Capitulo vitio celebrata de Guillelmo Abbate ſancti Stephani de Boſcho Ordinis Ciſtercienſis. R. verò, quem legitimè vocatum ad hanc infulam fuiſſe vidimus, breuis Pontifex fuit eodem anno defunctus.

12 NICOLAVS ſtatim ſucceſſit, qui ſtatim etiam à Ioanne Squillacenſi Theſaurario apud Honorium III. Papam de periurio, ſimonia, alijſque vitijs accuſatus, iudicium tulit ad cauſam dicendam vocatus ab archiepiſcopo Cuſentino, iuſſu eiuſdem Pontificis, vt habetur in literis Regeſt. Vat. ann. 3. fol. 14. Dat. 19. kalend. Octob. Verum poſt exactam ab eodem archiepiſcopo eius vitæ diſcuſſionem, inuentus eſt iniuſtè ab aduerſario poſtulari, ſuaque innocentia innocens & iuſtus euaſit Præſul. Quamobrem Honorius conſolatoriam eidem ſcripſit epiſtolam, illum ab omni imputatione abſoluit, perpetuumque ſilentium aduerſario impoſuit. Epiſtolam damus ex eodem Regeſt. n. 568. fol. 130. ann. 4.

Nicolao Epiſcopo Squillacenſi.

Viſo & intellecto inquiſitionis proceſſu, per Venerabilem fratrem noſtrum Archiepiſcopum Cuſentinum, fieri iuſſimus ſuper adulterio, periurio, ſimonia, homicidio & dilapidatione, quæ per Ioannem de Alberonia Squillacenſem Theſaurarium impingebantur, tibi frater Epiſcope, quia nihil de prædictis contra perſonam tuam inuenimus ſufficienter eſſe probatum, ſuper præmiſſis te ſententialiter abſoluentes, eidem Ioanni ſuper ijs perpetuum ſilentium duximus imponendum. Nulli ergo, &c. Si quis &c. Dat. Reate 6. Kal. Octob. pontif. noſtri anno quarto.

13 R. . . . ita eius nomen vnica hac ſyllaba notatum obſeruo in Regeſt. Vat. Gregorij IX. Is ex Epiſcopo Squillacenſi electus eſt Archiepiſcopus Rheginus anno Dom. 1234. poſt Lādonem, cui etiam Squillacenſem eccleſiam commendauit. Scripſit de hac re Gregorius tum ad ipſum R. Epiſcopum, cum ad Capitulum, populumq; Squillacenſem, in hunc modum ex Reg. Vatic. ep. 354. fol. 240. an. 8.

Capitulo Squillacen. Clero & Populo Ciuitatis ac Diœceſis.

Cum Eccleſiæ Squillacen. cui hactenus præfuit Venerab. frater noſter R. quondam Epiſcopus veſter electus Rheginus ſibi donec ad Eccleſiam Regin. tranſierit, ad quam à prioris vinculo abſolutus, habet auctoritate noſtra licentiam tranſeundi de conſilio fratrum noſtrorum committimus in ſpiritualibus, & temporalibus gubernandam p. aut. n. q. in præmiſſis plenè obediatis eidem, ita quod deuotionem veſtram commendare merito debeamus; alioquin ſententiam, quam ipſe rite tulerit in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino inuiolabiliter obſeruari.

Dat. Peruſij 5. Id. Decemb. ann. 8.

Eodem die, eademque ferè forma ſcribit Gregorius eidem R. electo Rheginenſi archiepiſcopo.

14 BENVENVTVS Rheginæ eccleſiæ Canonicus, temporibus Gregorij IX. à Canonicorum ſenatu ad Squillacenſem infulam canonica electione poſtulatus, prohibente tamen ætate, dignitatem non eſt adeptus; ſed ob egregias eius animi dotes ab eodē Pontifice eandem eccleſiam cōmendatam habuit, perque annos plurimos eximiè cum rexiſſet, noua electione à Capitulo iterum poſtulatus, iuſſu Innocentij IV. iterum examinanda committitur Sorano epiſcopo electio, addito præcepto, vt ſi illam canonicè celebratam inueniſſet, eundem in Squillacenſem Epiſcopum auctoritate Apoſtolica confirmaret. Hæc ferè ſcripſit Innocentius ad Soranum epiſcopum. Datum Peruſij Kal. Ianuarij pontificatus ſui 9. ſalutis verò 1251. Extat epiſtola hæc in Reg. Vatic. num. 77. fol. 123. in hunc modum.

Epiſcopo Sorano.

Expoſuit nobis dilectus filius Benuenutus Canonicus Rheginus, quod cum ipſe olim à Capitulo Squillacenſis Eccleſiæ tunc vacantis fuerit poſtulatus canonicè, ac concorditer in Epiſcopum & Paſtorem; tandem quia tunc idem B. patiebatur in ætate defectum, felicis recordationis Gregorius Papa prædeceſſor noſter ſibi prædictam Eccleſiam commendauit. Quare nobis duxit humiliter ſupplicandum, vt poſtulationem huiuſmodi admittere de benignitate Apoſtolica curaremus; Ipſius igitur ſupplicationibus inclinati mandamus, quatenus poſtulationem ipſam, ſi eam inueneris de perſona idonea canonicè, ac concorditer celebratam, admittere auctoritate noſtra procures. faciens

giens ei à ſubditis ſuis obedientiam, & reuerentiam debitam exhiberi, Contradictores &c. Non obſt n. Conſtitut. de duabus dietis, &c. Datum Peruſij 10. Kalen. Ianuarij anno nono.

In Regeſtro vero Alexandri IV. alteram obſeruo epiſtolam num. 4. fol. 6. anno pontificatus primo, Chriſti 1255. Dat. Neapoli 3. Id. Ianuarij ad B. Squillacenſem electum, vt poſſit, tametſi electus epiſcopus, alia eccleſiaſtica beneficia ritè obtinere. Epiſtolæ initio notatur nomen Epiſcopi elemento B. ego eundem putarim cum ſuperiori Benuenuto ad hæc vſque tempora haud conſecrato. Fortaſſis hic ille Squillacenſis Epiſcopus eſt, qui anno 1261. ab Alexandro IV. vt ſcribit Hund. in Metropol. Salizburgen. in Franconiam miſſus Salizburgenſem Eccleſiam viſitauit; cætera hujus Epiſcopi acta deſiderantur.

15 RICHARDVS archidiaconus Cathedralis erat, quando ad epiſcopalem dignitatem vocatus eſt anno 1266. à Clemente IV. anno 2. Pontificatus 5. Id. Octob. vt ex epiſtola ad eum ſcripta Dat. Viterbij, quæ eſt in Reg. Vatic. num. 129. fol. 96. Teſtis ſententiæ Radulphi Albanen. Epiſcopi Card. in Sicilia Apoſtolicæ Sedis Legati ad fauorem Othonis Epiſcopi Catanenſis datæ anno 1267. die 10. Septembris apud Cataniam ſacram eruditiſſimi amici noſtri Io. Baptiſtæ de Groſſis.

16 PHILIPPVS Epiſcopus Squillacenſis Panormi interfuit coronationi Iacobi Aragonci Siciliæ Regis ann. 1286. vt Fazellus ſcribit lib. 9. Decade 2. de rebus Siculis.

17 IORDANVS huius Eccleſiæ præſul obijt circa annum Domini 1346. memoratur in literis Clementis VI. in electione ſucceſſoris, de quo nil aliud habemus, quod in medium proferamus.

18 NICOLAVS de Terramo ex Canonico Aquinatis eccleſiæ præficitur in Epiſcopum Squillacenſem in demortui Iordanis locum à Clemente VI. Papa ann. 1345. 2. Id. Decembr. pontif. 5. ex Reg. Vat. epiſt. 66. tranſlatus deinde eſt ad Epiſcopatum Melphienſem anno 1349. & poſt menſem euaſit Archiepiſcopus Arborenſis in Sardinia. Corrige ſeriem noſtram Melphienſium Epiſcoporum, vbi vitio librarij poſitus eſt annus 1348. pro 1349.

19 IOANNES de Rocca Canonicus Neapolitanus ſucceſſit Nicolao II. non. Septembris 1349. ex Regeſt. Vatic. ep. 142. fol. 45. ann. 8. Clementis VI. ſedit plus minus ann. 11. & mortuus eſt.

20 Fr. MATTHÆVS Scaleata Epiſcopus Lanellēſis ex Ordine Carmelitarum aſſumptus ad hāc Squillacenſem Eccleſiam tranſlatus eſt ab Vrbano V. anno 1370. die 16. Kalen. Ianuarij ex Regeſt. Vatic. ann. 8. eiuſdem Pontificis. Vario euentu vixit Matthæus ferè ann. 22 obijtque ſub Bonifacio IX. ann. 1392.

21 PHILIPPVS Criſpus nobilis Siculus Meſſanenſis, Ord. Eremitarum ſancti Auguſtini, in ſacra Theologia Doctor, & Apoſtolici Palatij Scholarū in eadem facultate magiſter, ab Vrbano VI. Squillacenſis epiſcopus declaratus eſt, adhuc Mathæo viuente, vt in lib. Obligat. legitur, eodem Vrbano ſedente, ſpoliorum collector fuit in Calabria an. 1388. tranſlatus eſt ad Meſſanenſem Archiepiſcopatum à Bonifacio IX. 9. Kalen. Martij, pontif. 3. Chriſti 1402. in qua dignitate obijt ann. 1392. die 1. Decembris de quo alibi fortaſſe redibit ſermo.

22 MATTHÆVS ſucceſſit Philippo anno 1392. exactis in epiſcopatu paucis menſibus exceſſit.

23 ANDREAS Epiſcopus Potentinus à Bonifacio IX. transfertur ad hanc eccleſiam per obitum Matthæi vacantem 14. Kal. Octob. anno 1392. Præfuit annis decem, tranſlatuſque eſt ad eccleſiam Iſernienſem anno 1402. mox ad Potentinam redijt, & tandem euaſit Epiſcopus Caiacenſis, de quo in lib. Oblig. habetur mentio. In lib. vero Obligat. Benedicti XIII. Antipapæ memoratur Fr. Petrus Squillacenſis epiſcopus anno 1397. 13. Nouembris ab eodem Benedicto intruſus; cui ſucceſſit alius ab eodem Pſeudopontifice itē intruſus vocatus Ioannes Meli Catalanus, Petri Serræ Anticardinalis familiaris.

24 ROBERTVS de Baſilio Canonicus Sueſſanus factus eſt epiſcopus à Bonifacio IX. anno 1402. die 15. Septembris, tranſlatus deinde eſt ad Policaſtrenſem eccleſiam anno 1413.

25 LEO Colochnri ex archidiacono fit epiſcopus à Ioanne XXIII. Id. Febr. ann. 1413. ſub Martino V. obijt circa an. Dom. 1417. ex eodem Oblig. lib.

26 FRANCISCVS de Arcerijs Iuris vtriuſque excellens Doctor, epiſcopus adlectus eſt à Martino V. ann. 1418. 7. Kal. Febr. Quinquaginta & octo omnino annos hanc eccleſiām conſultè adminiſtrauit, obijtque anno 1476. etenim cum in Actis Conſiſtorialibus anni ſequentis repererim Franciſcū alium de Caiera electum Squillacenſem per obitum alterius Franciſci, ac neminem alium eiuſdem nominis in ijs offenderem ab anno 1418. vſque ad hunc 1477. ad hāc eccleſiam vocatum, coactus ſum aſſerere, niſi me coniectura fefellit, ipſum eundem eſſe Franciſcum, qui tot annorum curriculo Squillacenſem rexerit eccleſiam, cuius mentio extat in Regio Regeſtr. Neapol. & in monumentis eiuſdem eccleſiæ, inter quæ aliqua viſa ſunt; vt hic in lucem proferantur. Primum erit illud à Marino Ioanne Franciſco de Marzano Roſſani Principe, Duce Squillacij, eidem Franciſco epiſcopo conceſſum anno 1448. vbi inter eos ſancitum

tum eſt circa immunitatem Diaconorum Squillacenſis eccleſiæ, quos Seluagos appellant, nomen quidem inuſitatum, ac penè antiquis temporibus obſcurum.

Marinus Ioannes Franciſcus de Marzano Ruffoantes Princeps Roſſani, Dux Squillaci, Arenularum Comes, &c.

Vniuerſis & ſingulis præſentes noſtras literas inſpecturis tam præſentibus quàm futuris notum facimus per præſentes, quod cum eſſet altercatio quædam inter Reu. P. F. Dei, & Apoſtolicę ſedis gratia epiſcopum Squillacenſem, Conſiliarium & Oratorem noſtrum deuotiſſimum ex vna parte, & vniuerſitatem & homines dictæ noſtræ ciuitatis Squillacij ex altera de nonnullis Diaconibus Saluagijs, quos ipſe Dominus epiſcopus aſſerebat ab onere focularioium, collectarum, donorum, & aliarum pecuniarum, impoſitione francos eſſe pariter, & immunes, Vniuerſitaſque prædicta, & homines ipſius contrarium aſſerebant, multaque altercatio ſuper hoc vigebat inter eos. Et volentes ipſe D. Epiſcopus, & Vniuerſitas prædicta, & homines pacificè pertranſire, Vniuerſitas ipſa, & homines tanquam obedientiæ filij, & bono zelo moti ad infraſcriptam concordiam deuenerunt cum epiſcopo ſupradicto pręſente, contentante, & acceptante videlicet, quod memoratus epiſcopus habeat, & teneat decem & octo Diaconos ſaluaticos infraſcriptos. Dummodo habitum & tonſuram clericalem portent, & clericaliter viuant, videlicet, iſtos decem, Frãciſcum de Maida, Rainaldum de Prune, Gregorium Morphi, Guglielmum de Manſo, Candacium Fragapan, Iulianum de Põſo, Andream Molinarium, Gorellum Salua, Benedictum de Amato, & Gregorium Vadoliſanum francos, liberos, & immunes ab oneribus focolariorum, ſubuentionum, donorum, & aliarum fiſcalium functionum; reliquos verò octo, ſcilicet Ruffium de Prezula, Nicolaum Perraguria, Vincentium de Aiello, Vitum Stignola, Marium Stalionum, Galiottam Saluellum, Dominicum Vngarum, & Marcum Anaſtaſium, à ſolutione collectarum, donorum, ſubuentionũ, & aliarum impoſitionum francos, liberos, & exemptos pariter & immunes ab onere focculariorum duntaxat exceptos, quod ſoluere teneantur, & ſubire cum laicis. Et nos volentes vt concordia iſta debitum ſortiatur effectum, & efficax ſit in perpetuum, cum eccleſijs, eccleſiaſticiſque perſonis iuſtis fauoribus, & præſidijs, ac manutentionibus fauere merito teneamur, tenore præſentium de certa noſtra ſcientia cum deliberatione noſtri conſilij mandamus vniuerſis officialibus noſtris maioribus & minoribus quocunque titulo, & dignitate fungentibus, præſertim Theſaurario, Ærario, Magiſtris, Collectoribus, Commiſſarijs noſtris, eorumue Locatenentibus, & alijs, ad quos ſpectat, & ſpectare poterit præſentibus, & futuris, Vniuerſitati quoque & hominibus dictæ noſtræ ciuitatis Squillaci, eorumque Syndicis præſentibus & futuris, quatenus ſupradictos decem Diaconos ſaluagios ad dictam ſolutionem focularioꝛum collectarum, donorum, & ſubuentionum cum laicis minimè turberis, nec compellatis, ſed ab omnibus his ſolutionibus francos liberos reputetis, & faciatis exemptos pariter & immunes, alij verò octo Diaconi Siluatici à ſolutione collectarum ſubuentionum & donorum vt ſupra ſint & eſſe debeant franchi, liberi, & exempti, ad quæ compelli & moleſtari nolumus, ſed vt valeant gaudere priuilegium clericale, excepto tamen, quod durante onere focolariorum prædictorum teneantur ſubire & contribuere cum laicis, & cum eis ſoluere ratam eorum tangentem focolariorum prædictorum, & contrarium non faciant per quanto gratiam noſtram caram habent, iramque, & indignationem noſtram, ac pœnam vnciarum auri centum, ſi ſecus inde fecerint ab omnibus & quibuſlibet contrafacientibus, vel contrafacientium quoties fuerit contrauentum noſtræ Curiæ applicam, cupiunt penitus non ſubire; in cuius rei teſtimonium præſentes fieri iuſſimus ſubſcriptione noſtræ manus propriæ, & ſigillo noſtro quo vtimur in talibus communitas.

Datum in ciuitate noſtra Roſſani ſub anno Domini 1448. *die* 11. *Madij, vndecima Indictionis.*

Nos Princeps Roſſani.

Loco † ſigilli in capſula lignea cum cera rubea D. Princeps mandauit mihi Ioanni de Antonio.

Marini documentum inſtante Franciſco Epiſcopo affirmauit Ferdinandus I. vtriuſque Siciliæ Rex anno 1467. in hunc modum.

Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Vnguriæ.

Nobilibus, & egregijs viris Capitaneo, Vniuerſitati & hominibus ciuitatis noſtræ Squillacij fidelibus noſtris dilectis gratiam, & bonam voluntatem.

Nuper pro parte Reuerendi in Chriſto Patris Epiſcopi, & Diaconorum Siluaticorum eiuſdem Conſiliarij fidelium noſtrorum dilectorum fuit Maieſtati noſtræ expoſitum reuerenter, quod dicta Vniuerſitas & homines pro ſubuentione maioris eccleſiæ ipſius ciuitatis fecerunt francos, liberos, immunes & exemptos decem & octo Dia-

Diaconos Siluaticos datos ipſi Eccleſiæ per Vniuerſitatem prædictam; quorum decem ab omni onere, & ſolutione quacunque fecerunt francos & immunes, octo verò francos hoc modo, quod pro focularijs tãtum dictæ Vniuerſitati ducatos octo, & carenos quatuor annuatim ſoluerent; cuius quidem franchitiæ & exemptionis inter ipſam Vniuerſitatem, & prædictos Diaconos datos Eccleſiæ confectum fuit publicum inſtrumentum omni ſolemnitate vallatum, & per principem olim Roſſani quoddam mandatum inde ſequutum, quorum vigore longo iam tempore in ipſius franchitiæ & exemptionis poſſeſſione fuerunt, & ad præ-
B ſens per vos Capitaneum, & prædictam Vniuerſitatem de facto, & ex abrupto deſtituti & ſpoliati ſine cauſæ cognitione, nec aliquo modo in ſuis iuribus, & rationibus auditis in ipſius Eccleſiæ, Epiſcopi & Diaconorum prædictorum graue damnum, præiudicium & iacturam; Quapropter pro ipſorum ſupplicantium parte fuit Maieſtati noſtræ humiliter ſupplicatum, dignaremur indemnitati eorundem Epiſcopi, & Diaconorum prædictorum prouidere, cum de facto & indebitè ſpoliati, de facto in eorum poſſeſſione, & iuriſdictione reſtitui, & reponi debent; nos vero dictorum exponentium ſupplicationibus, vt pote iuſtis beni-
C gnius inclinati, ac volentes neminem noſtrorum fidelium in ſua pacifica poſſeſſione de facto, & iniuſtè turbari & moleſtari, nec in ſuis iuribus modo aliquo inauditis vexari, tenore præſentium, deque noſtra certa ſcientia, ac noſtri conſilij deliberatione matura vobis Capitaneo, Vniuerſitati, & hominibus antedictis dicimus, præcipimus & expreſsè mandamus, quatenus tam memoratos Diaconos Siluaticos per dictum inſtrumentum francos, & exemptos, quam omnes alios diœceſis prædictæ Eccleſiæ prædictæ per Vniuerſitatem datos ſic vt præmittitur ſpoliatos, & ab huiuſmodi fran-
D chitiæ, immunitatis & libertatis poſſeſſione, vel quaſi eiectos, & priuatos, & contra libertatem Eccleſiæ, ac per Vniuerſitatem dictæ ciuitatis Squillacij pacata, ad illorum ſolutionem compulſos, & exactos veris exiſtentibus prænarratis ad priſtinam eorum & cuiuſlibet ipſorum Diaconorum poſſeſſionem, vel quaſi cum iuribus interea perceptis reſtitutis, reponatis, & reintegretis per omnia iuris, & facti remedia opportuna. Deinde vtraque pars ſi ius cõtrafaciendi habere prætendit, ſuum adeat Iudicem competentem de ſuo iure expeditura, & expeditæ iuſtitiæ complementum receptura. Nec contrarium aliquo modo faciatis pro quãto gratiam noſtram caram habetis, iramque & indignationem noſtras ac pœnas ducatorum mille à quolibet contrafaciente irremiſſibiliter exigen. cupitis non ſubire, Præſentes autem litteras magno Maieſtatis noſtræ ſigillo impendenti munitas, vobis præterea directas, quas reſtitui volumus præſentanti pro cautela.

Datum in Caſtro Sangri per Mag. V.I.D. & Conſiliarium noſtrum Lucam Tozzolum Romanum Locũtenentem ſpectabilis & Mag. viri Honorati de Aragonia Gaetani Fundorum Comitis huius Regni Logothetæ, & Protonotarij Collateralis Conſiliarij fidelis noſtri plurimum dilecti die quinto menſis Auguſti, quintadecimæ Indictionis, anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſeptimo.

Rex Ferdinandus, &c.

Loco † ſigilli magni ceræ rubeæ pendentis ab vtroque latere ſculpti. Regeſt. in Cancellaria penes Cancellarium R. Inſt. recept. D. Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs. L. Tozzolus.

Obtinuit idem Franciſcus ab eodem Ferdinando Rege aliud priuilegium, vt laici ad forum eccleſiaſticum trahi poſſent. Datum eſt anno 1468. alterumque aſſeruit an. 1468. confirmationis caſtri Alberis, & Agugliæ ad eccleſiam Squillacenſem pertinentium. Tertium priuilegium dedit ſequenti anno, in quo iura caſtri Roccellæ eiuſdem eccleſiæ obnoxij in gratiam eiuſdem Franciſci, declarauit in hunc modum ab exemplaribus tabularij Squillacenſis epiſcopi.

Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Vngariæ.

Reuerendo in Chriſto Patri, Epiſcopo Squillacen. vel eius Vicario, Oratori, Conſiliario, fidelibuſq; noſtris dilectis gratiam noſtram, & bonam voluntatem.

Nuper pro parte Archipresbyteri terræ Souerati, & Abbatis ſancti Gregorij de Stallatti extitit Maieſtati noſtræ reuerenter expoſitum, quod cum ſuperiori tempore exponentes ipſi coram vobis conueniri feciſſent Gorium Angelli, & eius vxorem de Monte Pauone Ducatus Squillacij ſuper nonnullis bonis eccleſiarum ſuarum quæ indebitè & iniuſtè à dictis Conuentis tenentur ab eiſdem eccleſijs ad certum redditum ex cõceſſione ab eiſdem eccleſijs minus legitimè facta, & comparentibus ipſis Conuentis coram vobis, vt percepimus per eoſdem, ſeu ipſorum parte oppoſita fuit declinatoria fori, dicendo ſe laicos eſſe, & fori ſæcularis, & non eccleſiaſtici, tandem ſeruatis ſeruandis fuit per vos interlocutum dictos Cõuentos debere ſtare iuri coram vobis, fuitque ab ipſa interlocutoria per dictos Conuentos ad noſtrum Viceregem in Ducatu Calabriæ appellatum. Qua appellatione

facta

facta fuit per eundem Viceregem, & eius conſilium pronunciatum per vos poſſe procedere, & procedendum eſſe contra dictos Conuentos, in cauſa prædicta, ad reoſque eoſdem remiſiſe. A qua quidem pronunciatione fuit pro parte ipſorum Conuentorum iterum ad noſtram Maieſtatem appellatum, ſupplicando vobis mandari, quod eos vlterius pro cauſa huiuſmodi moleſtare non debuiſſetis, ſed eos ad Iudicem ſæcularem remittere ſubreptitiè, & per importunitatem à noſtra Maieſtate obtinuerunt dictam cauſam committi Reu. Epiſcopo Cathanzarij, quod de prædictis ſe informaret, & iuſtitiam faceret; eumque commiſſionis vigore Epiſcopus proceſſit ad nõnullos actus dictis ſupplicantibus non conſentientibus, attento quod dictæ appellario, & recurſus ad noſtram Maieſtatem, ac commiſſio exinde facta fuerunt & ſunt nullæ, quia ſi dicti Conuenti ſentiebant ſe grauatos de interlocutoria veſtra debuerunt appellare ad Superiorem veſtrum Eccleſiaſticum, quod nõ fecerunt in ipſorum exponentium, ſuarumque Eccleſiarum damnum ſatis graue. Extititque propterea ipſorum ſupplicantium parte Maieſtati noſtræ humiliter ſupplicatum, vt eorum indemnitati ſuper prædictis de opportuno iuris remedio prouidere, & cauſam eandem ad vos remittere benignius dignaremur. Nos autem attendentes laicos poſſe conueniri coram Iudice eccleſiaſtico pro rebus, quæ ab Eccleſijs, quarum nomine agitur, minus legitimè alienatæ dicuntur indebitè detineri ex minus iuſto cõtractu. Et quod interlocutoria veſtra non fuit legitima appellatione ſuſpenſa, eam ob rem harum ſerie de certa noſtra ſcientia deliberatè, & conſultò cauſam eandem vobis remittimus Iuſtitia mediante cognoſcendam, deciden. & fine debito terminandam, commiſſione dicto Epiſcopo Cathanzarij per vos, vt prædicitur, directa, & quibuſcunque actis inde ſequutis non obſtan. cum non fuerit, neque ſit intentionis noſtræ in cauſis, quæ de iure, vel de conſuetudine ſunt fori Eccleſiaſtici. Nos quomodolibet intromittere ſignificantes per has eaſdem Epiſcopo Cathanzarij, quod in dicta cauſa vigore commiſſionis iam dictæ ſe amplius minimè intromittat. Decernentes nullum, & inane quicquid per d. Epiſcopum vigore dictæ commiſſionis extiterit attentatum, & contrarium non faciant, neque dictus Epiſcopus faciat, ſicut gratiam noſtram caram haberis, & habet, nobiſque cupitis, & cupit complacere. Præſentes autem literas magno pendenti Maieſtatis noſtræ ſigillo munitas vobis propterea dirigentes, quas poſt earum opportunam inſpectionem remanere volumus vice qualibet præſentanti.

Datum in ciuitate Sarni per Mag. V. I. D. Lucam Tozzolum Romanum Militem Conſiliarium, fidelemque noſtrum dilectum Locumtenentem ſpectabilis, atque Mag. viri Honorati de Aragona Gaitani militis, huiuſque noſtri Siciliæ Regni Logotheta, & Protonotarij, Collateralis, Conſiliarij, fidelíſque nobis plurimum dilecti die 12. Nouembris 11. Indictionis 1468.

Rex Ferdinandus.

Dom. Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs Regiſt. in Cancellaria penes Cancellarium R. Iuſt. 16.

Loco † ſigilli magni pendens tera rubea ex vtraque parte impreſſa.

Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Vngariæ.

Illuſtriſſimo & cariſſimo filio Herrico de Aragonia in Ducatu Calabriæ Locumtenenti noſtro Generali.

Paternos affectus, Viceregi quoq; in eodem Ducatu, & Locumtenenti Vallisgratis, & terræ Iordanæ, Gubernatoribus inſuper, Iuſtitiarijs, Capitaneis, Commiſſarijs, Delegatis, & Subdelegatis, & ſignanter magnifico Iacobo Carrafæ Gubernatori terræ Caſtri Veteris, & Capitaneo terræ Styli, cæteris demum vniuerſis, & ſingulis officialibus, & ſubditis noſtris in eodem Ducatu Calabriæ conſtitutis quocunque nomine nuncupatis, ac officio, iuriſdictione, dignitateque fungentibus, ad quem, ſeu quos præſentes deuenerint, fuerintque quomodolibet præſentatæ, eorumque Locatenentibus præſentibus, & futuris Conſiliarijs, fidelibuſque noſtris dilectis gratiam noſtram, & bonam voluntatem. Sanè pro parte Reu. in Chriſto Patris Epiſcopi Squillacen. Conſiliarij Oratoris, fideliſque noſtri dilecti, ſuis Maieſtati noſtræ expoſitum reuerenter, quod cum ſuperioribus temporibus ſui prædeceſſores in Eccleſia prædicta qui pro tempore fueruut, eiuſdem eccleſiæ nomine à multis retro annis caſtrum Alaris cum iuribus, tenimentis, & pertinentijs ſuis tenuerint, & poſſederint, dictoque caſtro deſtructo dictus Epiſcopus, & ſimiliter ſui prædeceſſores, qui pro tempore fuerunt eiuſdẽ eccl. nomine tenimẽta eadem tenuerint, & poſſederint pacificè, & quietè, & ſpecialiter tenimentũ quod dicitur Guglia prope territorium Caſtri Veteris, Gubernatores terræ prædictæ niſi fuerunt addere eorum territorio tenimenta prædicta turbando & moleſtando dictum exponentem ſuper tenuta, & poſſeſſione tenimenti prædicti, cuius rei cauſa volens idem ſupplicans indemnitati ſuæ, & eiuſdem eccleſiæ iuſtitia mediante conſulere, & prouidere, recurſum habuit ad Mag. virum Franciſcum de Liſcare militem noſtri

noſtri Reuerendiſſimi Genitoris, ac felicis memoriæ Regis Alphonſij Viceregem, Gubernatorem Iuſtitiarum, & Locumtenentem Generalem Ducatus Calabriæ; à quo tandem ſub nomine eiuſdem noſtri genitoris Alphonſij Regis ſeruatis ſeruandis fuit declaratum & determinatum in fauorem eiuſdem ſupplicantis, & eiuſdem eccleſiæ prælibatæ, idque fuit confirmatum & approbatum per Mag. virum Gabrielem Cardona eiuſdem noſtri Genitoris Theſaurarium & Portulanum, quæ omnes declarationes, & terminationes deinde fuerunt confirmatæ, & approbatæ per Illuſtriſſimum & dilectiſſimum filium noſtrum Primogenitum Don Alphonſium Ducem Calabriæ noſtræ Maieſtatis Vicarium Generalem, & dum adhuc turbaretur exponens ipſe in ſua pacifica poſſeſſione per nonnullos, & ſignanter per vos Gubernatorem prædictæ terræ Caſtri Veteris, iterum recurſum habuit ad Illuſtriſſimum Don Erricum noſtræ Maieſtatis filium, in Ducatu Calabriæ Locumtenentem Generalem, petendo ſibi, ſuæque eccleſiæ indemnitati debitè prouidere, qui quidem Don Erricus volens dicto ſupplicanti, ſuæque eccleſiæ de iuſtitia prouidere ſub nomine noſtræ Maieſtatis, infraſcripta mandata, prouiſiones, & executiones fecit, quas vidimus, & legimus, omnique qua decet ſolemnitate roboratas ſubſcripti tenoris. *Ferdinandus* Dei gratia Rex Siciliæ, *Henricus de Aragonia* in Ducatu Calabriæ Locumtenens Generalis, vniuerſis & ſingulis quibuſuis Regijs paternis officialibus maioribus & minoribus, & omnibus alijs, ad quos, ſeu quem ſpectabit, præſenteſq; deuenerint, & fuerint quomodolibet præſentatæ, & ſignanter Mag. Iacobo Carraſæ Gubernatori terræ Caſtri Veteris, nec non & Capitaneo terræ Styli, & ſeruientibus eius Curiæ, & Baiulis prædictæ terræ Styli Regijs paternis fidelibus eiuſdem gratiam & bonam voluntatem. Nuper pro parte Reuerendi in Chriſto Patris, & Dom. F. Epiſcopi Squillacen. Regij paterni Conſiliarij, & Oratoris digniſſimi oblata nobis petitio continebat, quod cum ipſe ſuperioribus diebus impetrauerit à nobis patentes literas tenoris & continentiæ. *Ferdinandus* Dei gratia Rex Siciliæ &c. *Henricus de Aragonia* eiuſdem Maieſtatis filius, & in Ducatu Calabriæ Locumtenens Generalis, Vniuerſis & ſingulis, ad quos ſpectat & præſentes fuerint quomodolibet præſentatæ, & ſignanter Gubernatori, Capitaneo, Caſtellano, Baiulis, Syndicis, Ærarijs, & Vniuerſitati terræ Caſtri Veteris Regijs paternis fidelibus eiuſdem Maieſtatis gratiam & bonam voluntatem. Nuper pro parte Reu. in Chriſto P. F. Epiſcopi Squillacen. oblata nobis petitio continebat, quod cum ſui prædeceſſores ab antiquo tenuerint, & poſſiderint caſtrum Alaris cum eius territorio no-

A minato Gulia cum omnibus ſuis iuribus & pertinentijs, & deinde Epiſcopus ipſe obtinuit mandata, & declaratorias literas Mag. Equitis Franciſci de Liſcare Viceregis Calabriæ in ſui fauorem confectas mandando Capitaneo præſenti, & futuris dictæ terræ Caſtri Veteris, & eiuſdem Vniuerſitati & hominibus ad pœnam vnciarum centum, quatenus præfatum Epiſcopum, & eius procuratores permittant, & ſinant gaudere pacifica poſſeſſione dicti caſtri Alaris, ſuiq; territorij, & vti, frui, necnon & inibi dominari, ac fructus, redditus, & prouentus ipſorum tenimenti, & territorij ab ipſa terra Caſtri Veteris extrahere, & quò voluerint

B aſportare pro eorum voluntatis arbitrio, ipſumque tenimentum, & territoria per quoſcunque colonos, agricolas, & agricultores tam dictæ terræ, quàm aliorum quorumcunque locorum, prout maluerit ad arbitrium, & voluntatem ipſius Epiſcopi, & ſuorum Procuratorum cultiuari permittant, quas literas Gabriel de Cardona Theſaurarius ſecretus & Portulanus Regius exequutus fuit, mandans propterea Baiulis dictæ terræ Caſtri Veteris, vt ſuperius eſt expreſſum, confirmatas exinde ex certa ſcientia & ratificatas per Illuſtriſſimum Don Alphonſiū Calabriæ Ducem, & Dominum noſtrum obſeruandiſſimum, quas vidimus, legimus, & inſpeximus omni ſolemnitate

C vallatas, ad quas nos referimus, petiuitq; à nobis dictus Epiſcopus ſuper his de opportuno iuris remedio ſibi, & ſuæ eccleſiæ prouideri, cum à prædictis, & nominatis multipliciter moleſtetur, inficiatur, & damnificetur in ipſo territorio Guliæ, ibique dominari non permittentibus contra dicta mandata, declarationes, & confirmationes prænarratas. Nos verò dicti Epiſcopi precibus, vt pote iuſtis annuentes, volenteſque bona eccleſiarum quauis occupantium iniuria coercere, & præſertim eccleſiæ prædictæ rea, à prædictis, aut aliquo prædicto-

D rum non violari, & illæſas eſſe, tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, & cum matura noſtri Aſſiſtentis conſilij deliberatione, vobis qui ſupra & vnicuique veſtrum Regia paterna auctoritate, qua fungimur, dicimus, præcipimus, & mandamus, quatenus ſuper tenuta & poſſeſſione dicti caſtri Alaris, eiuſque territorijs & iuribus, & pertinentijs ſuis & fructibus eorundem nullam moleſtiam, vim & impedimentum inferre quomodolibet debeatis; ſed literas prædictas confirmatorias cum earundum mandatis obſeruetis, & obſeruari facere curetis iuxta earum earumque continentiam & tenorem, niſi forte aliud fuerit in contrarium legitimè, quod obſtarit, & contrarium non faciatis pro quanto regiam paternam gratiam caram habetis, & pœna vnciarum auri centum cupitis non ſubire, in quorum fidem præſentes fieri fecimus, quas poſt ip-

ſarum

ſarum opportunam inſpectionem ſingulis
vicibus reſtitui volumus præſentanti. Da-
tum in Regio paterno caſtello ciuitatis Cu-
ſentiæ die 23. menſis Iunij, anno Domini
noſtri Ieſu Chriſti 1469. Henricus de Ara-
gonia. Petrus Trottus Auditor vidit. D. Lo-
cumtenens mandauit mihi Laurentio Nic-
mantirſi R. in communi vj. Petiueritque à
nobis, vt prædictas literas ſibi ſeruari face-
re dignaremur à Mag. viro Iacobo Carrafa
regio paterno Conſiliario, & Gubernatore
dictæ terræ Caſtri Veteris, & propterea lite-
ras eidem Iacobo directas à nobis impetra-
uit, ne ſuper tenuta & poſſeſſione fructuum,
redditunm & prouentuum dicti territorij
Guliæ, & dominio territorij iam dicti Epi-
ſcopum prædictum moleſtaret, aut inquie-
taret nouiſſimè querimoniam ad nos detu-
lit, qualiter prædictus Mag. Iacobus non
deſiuit ipſum Epiſcopum in poſſeſſione pa-
cifica dicti territorij, fructuum, reddituum
& prouentuum perceptorum turbare, & in
dominio ipſius territorij inquietare & mo-
leſtare, petiuitque à nobis vt in poſſeſſione
& tenuta dicti territorij Guliæ, fructuum
redditnum, & prouentuum, ac dominio eiuſ-
dem territorij defendere & manutenere
pacificè dignaremur, ac etiam mandaremus
Capitaneo, & ſeruientibus eius Curiæ, &
Baiulis dictæ terræ Styli, ſeu eorum alteri in
ſolidum, quatenus dictum Epiſcopum, eiuſ-
que procuratores & negociorum geſtores
defenderent, & manutenerent in pacifica
dicti territorij poſſeſſione & tenuta fructuū,
redditunm, & prouentuum prædictorum, ac
dominio ipſius territorij, inhiberemuſque
præfato Iacobo, vt ipſum Epiſcopum, eiuſq;
procuratores, & negotiorū geſtores, à per-
ceptione fructuum, prouentuum, & redditū
territorij prædicti, ac in dominio in poſte-
rum moleſtaret, impediret, aut inquietaret
per ſe, vel alium quouis modo. Nos verò
dicti Epiſcopi ſupplicationibus vtpote iuſtis
beniguius annuentes, cum nobis conſtet
contra antedicta mandata à nobis & noſtra
Curia emanata ipſum Iacobum, aut aliquē
alium pro eo coram nobis & noſtra Curia
non comparuiſſe, nec cauſam ſaltem ratio-
nabilem prædicto noſtro mandato & literis
obſiſtentem allegaſſe. Volentes indemnitati
dicti Epiſcopi, & ſuæ Eccleſiæ debitè proui-
dere, & eam omni quo decet fauore proſe-
qui, vt tenemur, & debemus, Declaramus
propterea dictum noſtrum mandatum de-
bitam executionem mereri, & executioni
debitæ demandatum. Ea propter harum
ſerie Regia paterna auctoritate, qua fungi-
mur cum noſtri Aſſiſtentis conſilij delibe-
ratione matura iteratò mandamus vobis
præfato Iacobo, vt in poſſeſſione & perce-
ptione fructuum, prouentuum, & redditū
dicti territorij Guliæ, ac dominio ipſius ter-
ritorij prædictum Epiſcopum, eiuſque pro-
curatores, & negotiorum geſtores quouis
A modo impediatis, perturbetis, aut moleſte-
tis. Necnon earundem ſerie mandamus
vobis prædictis Capitaneo, Baiulis, & ſer-
uientibus prædictæ terræ Styli, & cuilibet
veſtrum in ſolidum, quatenus eundem Epi-
ſcopum, eiuſque procuratores, & negotio-
rum geſtores, ſeu quemuis alium eius nomi-
ne manuteneatis, & defendatis in pacifica
poſſeſſione & tenuta dicti territorij Guliæ,
& fructuum, prouentuum, & dominio eiuſ-
dem, vt ſuperius eſt, expreſſum contra præ-
dictum Iacobum, & quemlibet alium mo-
leſtatorem, ſeu turbatorem prædicti terri-
torij, & fructuum, reddituum, & prouentuū
ac dominio eiuſdem territorij, vt prædicitur
B nec non etiam dicto Epiſcopo, Procurato-
ribuſq; & negotiorum geſtoribus ſuis fa-
ueatis, & aſſiſtatis ope, opere, auxilijs, con-
ſilijs & fauoribus opportunis toties quoties
opus fuerit, & ab eis fueritis requiſiti, & cō-
trarium non faciatis pro quanto Regiam
paternam gratiā caram habetis, & pœnam
vnciarum auri centum per quemlibet capi-
tis non ſubire; in cuius rei teſtimonium
præſētes fieri fecimus noſtris ſigillo & ſub-
ſcriptione munitas, quas poſt opportunam
ipſarum inſpectionem ſingulis vicibus pro
cautela reſtitui volumus præſentanti. Dat.
in ciuitate Neocaſtri die 18. menſis Augu-
ſti ſub anno Dom. 1469. Henricus de Arago-
na. Petrus Trottus Auditor vidit. D. Locum-
C tenens mādauit mihi Laurentio Numiaten ſi
ſubiuncto per dictum ſupplicantem, quod
adhuc dictis mandatis, & prouiſionibus
non obſtantibus ſuper poſſeſſione & tenuta
tenimenti prædicti à nonnullis, & ſignanter
à vobis Gubernatore terræ Caſtri Veteris
turbatur & moleſtatur, ſupplicauitque pro-
pterea nobis de opportuno remedio proui-
deri ſuper obſeruantia prouiſionum ex pro-
uiſione dictorum Illuſtriſſimorum filiorum
noſtrorum ſub nomine noſtræ Maieſtatis
emanatarum. Nos autem volētes vt nemini
in rebus ſuis iniuria inferatur, præſertim
eccleſijs, eccleſiaſticiſque perſonis, quibus
debemus auxilio eſſe, ipſaſque omni quo
decet fauore proſequi, & quod prouiſiones
D prædictæ nomine noſtræ Maieſtatis factæ
per dictos Illuſtriſſimos filios, & Locumte-
nentes noſtros Generales nulla prouocatio-
ne, ſeu appellatione ſuſpenſa obſeruentur,
debitumque ſortiantur effectum; propterea
vobis prænominato Illuſtriſſimo filio no-
ſtro intentum noſtrum ſuper his declaran-
tes; præfatis verò alijs officialibus, & ſub-
ditis noſtris ſuperius nominatis tenore
præſentium de certa noſtra ſciētia dicimus,
præcipimus, & mandamus, quatenus forma
præinſertarum prouiſionum, præſentiumq;
noſtrarum literarum per vos, & veſtrum
quemque diligenter attenta, illam ipſi Epi-
ſcopo obſeruetis, obſeruarique inuiolabi-
liter faciatis, atque mandetis per quos de-
cet; nec de cætero moleſtetis, aut turbetis

eundem Epiſcopum, eiuſque eccleſiam, & Procuratores, neque moleſtari & turbari quomodolibet faciatis, aut patiamini ſuper pacifica poſſeſſione, & tenuta tenimenti prædicti; quinimo obſerueris, & obſeruari faciatis, atque mandetis cum effectu omni calumnia & cauillatione remotis dictas prouiſiones dictorum filiorum noſtrorum nomine noſtræ Maieſtatis factas, nulla appellatione ſuſpenſas, vt prædicitur, neq; in aquarum decurſibus aliquid perturbetis, aut innoueris iniuſtè, ſeu perturbari, aut moleſtari iniuſtè faciatis contra dictum Epiſcopum, eiuſque Eccleſiam prædictam cum noſtræ intentionis, firmique propoſiti exiſtat, quod omnino ad vnguem & inuiolabiliter obſeruetur iuxta ipſarum ſeriem, atque tenorem, iuraque ipſius eccleſiæ illæſa ſeruentur, neque contrarium faciatis, ſicut vos Illuſtriſſimus filius noſter nobis morem gerere cupitis cæterique officiales, & ſubditi noſtri prædicti gratiam noſtram caram haberis, noſtraſque iram & indignationem, ac pœnam ducatorum duorum mille per quemlibet cupitis euitare. In huius rei teſtimonium præſentes literas exinde fieri, & magno Maieſtatis noſtræ pendenti ſigillo iuſſimus communiri.

Datum in Caſtello Nouo ciuitatis noſtræ Neapolis per Mag. V.I.D. Lucam Tozzolum Romanum militem, Conſiliarium, fidelemque noſtrum dilectum Locumtenentem ſpectabilis, ac Mag. viri Honorati de Aragonia Gaitani militis, Fundorumque Comitis Collateralis Conſiliarij, fideliſque noſtri plurimum dilecti, die 18. menſis Septemb. 3. Indict. 1469. Regnorum noſtrorum anno 12.

Rex Ferdinandus.

Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs regiſt. in Cancellaria penes Cancellarium in Regiſtro Iuſtitiæ 18.

Loco † ſigilli magni pendentis cera rubea ex vtraque parte impreſſa.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo nono, Regnante Sereniſſimo, & Inclyto Dom. noſtro Dom. Ferdinando de Aragonia Dei gratia Vngariæ, Hieruſalem, Regni huius Siciliæ Rege, Regnorum verò eius in hoc Regno Siciliæ anno vndecimo feliciter, Amen. Die ſeptimo menſis Febr. 2. Ind. apud Squillacium.

Nos Baptiſta de Caſtellis, & Loyſius Carbonua de Squillacio Baiuli ciuitatis Squillacij anni præſentis ſecundæ Indictionis prædictæ Petrus Paulus Pepe de Squillacio annalis Iudex dictæ ciuitatis baiulationis dicti præſentis anni prædictæ Indictionis, Antonius Cundo de Squillacio vbilibet per totum Regnum Siciliæ Regia auctoritate publicus Notarius, & teſtes ſubſcripti ad hoc vocati ſpecialiter, & rogati præſenti ſcripto publico inſtrumento fatemur, notum facimus, & teſtamur quod eodem prædicto die ibidem nobis, qui ſupra Baiulis, & Iudice, vna cum Nicolao Antonio Faſano noſtræ Curiæ Magiſtro, Actorũ in theatro ciuitatis Squillacij prædicto pro Tribunali ſedentibus, & Curiam regentibus more & loco ſolitis ſingulis concurrentibus Iuſtitiam miniſtrando, prout ad noſtrum ſpectat officium, adhibito vna nobiſcum dicto Notario Antonio pro Notario publico in præſenti actu, & dum Curiam regeremus comparuit coram nobis & noſtra Curia Magnificus Antonius Striucrius Procurator & Oeconomus Reu. in Chriſto Patris & Dom. F. Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopi Squillacen. & ſuæ maioris eccleſiæ, & nomine & pro parte dicti Dom. Epiſcopi procuratorio nomine oſtendit & præſentauit quamdam patentem literam, ſeu declarationem factam, & ſcriptam in charta de papyro per magnificum Saluatorem de Ponte Regium ſecretum cum initio & ſubſcriptione ipſius Saluatoris roboratã, & quoddam mandatum factum in carta bambacina per excellentem D. Dominum Henricum de Aragonia Generalem Locũtenentem prouinciæ Calabriæ initio & ſubſcriptione ipſius Domini communitum; quæ ſcripturæ erãt tenoris, & continentiæ ſubſequentis. Saluator de Ponte de Neapoli Regius Secretus Magiſter Portolanus, Magiſter ſalis & procurator Prouinciæ Calabriæ &c. Vniuerſis & ſingulis præſentes noſtras literas ſcire vos volumus, quod cum eſſemus in ciuitate Squillaci ad inquirẽdum vigore noſtrorum officiorũ bona fiſcalia Regiæ Curiæ Squillaci illicitè occupata, & alia pro vtilitate & commodo ipſius Curiæ facienda, inter alias informationes nobis factas intelleximus, quod Dom. F. Epiſcopus Squillaci tenet, & poſſidet quoddam magnum territorium, quod vulgo dicitur de Roccella cum quadam eccleſia ſub vocabulo ſanctæ Mariæ tectis diſcooperta iuxta fines Squillacij, & Catanzarij, & conſtitutum in dominio, & proprietate d. eccleſiæ, fructuum, redditiuũ, & prouentuum, fidas, & diſfidas, piſcarias, decimas, angarias, & cæteras commoditates, & iura ex ipſo territorio, tanquam Dominus & proprietarius nomine dictæ eccleſiæ Squillacen. percipiendo, & percipi faciendo; quæ iura omnia præmiſſa ex nonnullorum informatione dicebantur fuiſſe de iuribus Baiulationis Squillaci, & occupata per eundem Dominum Epiſcopum in damnum Regiæ Curiæ. Nos autem habita dicta informatione ſtatim vocari fecimus

ad

ad nos procuratorem & Oeconomum ipſius Dom. Epiſcopi, & aceleuæ prædictæ ad oſtēden. cantelas & iura ſi quæ haber ſuper huiuſmodi occupatione. Qui Procurator comparuit cum priuilegio, inſtrumentis & cautelis alijs ad probationem omnium prædictorum iurium, per quæ priuilegia, inſtrumenta, & cautelas & teſtes plurimos clarè, lucidè & notoriè inuenimus iuſto titulo, & bona fide dictum Dominum Epiſcopum, & dictam eius ecclesiam tenere & poſſidere dictum territorium cum omnibus pertinentijs ſuis, ſicut præmittitur, licet alias fuerat ſuper paſcuis quædam diſcordia inter eundem Dominum Epiſcopum, & ciues Squillaci, quæ deciſa fuerat contra ciues prædictos, vt liquidè apparet ex tenore aliquorum inſtrumentorum coram nobis præſentatorum, & non obſtantibus dictis omnibus cautelis coram nobis qui ſupra productis, & per nos viſis, & lectis ſubtiliter inquiſitionibus, quas fecimus ad inquiren. & lucidan. dictam nobis informationem traditam pro vtilitate ipſius regiæ Curiæ, & nihil eum veritate in contrarium inuenire potuimus; quandoquidem aliquando fuerit litigatum ſuper aliquibus ex dictis iuribus; ſed tamen nihil in contrarium deciſum. Vnde cum nobis conſtet, Regiam Curiam in præmiſſis nullum ius habere, nec aliquid contra eam fuerit occupatum; Ea propter omnibus & ſingulis Officialibus, Baiulis, Credentierijs ciuitatis Squillaci ad quos ſpectat, & ſpectare poterit in futurum, notificamus, declaramus, decernimus, quod ſub colore præmiſſæ occupationis eidem Dom. Epiſc. & ecleſiæ nullam moleſtiam inferatis, ſeu inferri faciatis, ſed permittatis pacificè tenere, poſſidere & habere dictum territoriū cum ſuis finibus, & iuribus omnibus, vt præmittitur, & quoniam rei veritas ita ſe habet has præſentes noſtras literas declaratorias fieri ſecimus pro cautela dicti Domini Epiſcopi, & ſuæ prædictæ eccleſiæ, & declaratione dictæ Regiæ Curiæ ſubſcriptas noſtra propria manus, & ſigillatas noſtro ſolito nirio, Saluator de Ponte, vt ſupra manu propria: Mandatum factum per ſupradictum excellentem D. Dominum Don Erricum, erat ſubſcripti tenoris videlicet. Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, &c.

Henricus de Aragonia in Ducatu Calabriæ Generalis Locumtenens &c. Vniuerſis & ſingulis Capitaneis, Officialibus quocumq; nomine nuncupatis, officioque & auctoritate fungentibus, Vniuerſitatibuſque & hominibus, & alijs, ad quos ſpectabit, & præſentes præſentari contigerit in Prouincia Calabriæ conſtitutis, tam præſentibus quàm futuris Regijs paternis fidelibus eiuſdem gratiam & bonam voluntatem. Nuper pro parte Reueren. in Chriſto Patris F. Epiſcopi Squillacen. Regij paterni Oratoris, pontificalis huiuſmodi nobis præſentata extitit retroſcripta declaratoria facta per Mag. Saluatorem de Ponte Regium paternum Secretum, & Magiſtrum Portulanum Prouinciæ Calabriæ. Nos enim ex quo nobis dicta declaratoria videtur & eſt iuri conſona, etiamque in beneficium eccleſiæ ſunt inducta ſatis, ſufficienterque colimus & approbamus; ea propter tenore præſentium de certa noſtra ſcientia dicimus & expreſsè mandamus omnibus & ſingulis ſupradictis, & cuilibet prædictorum ad quos, ſeu quem præſentes præſentabuntur, quatenus retenta forma retroſcriptæ notificatoriæ, ſeu declaratoriæ per dictum Saluatorem de Ponte Secretum & Magiſtrum portulanum, vt ſupra factæ, illam ipſi & cuilibet prædictorum ad vnguem obſeruent, & obſeruari faciant abſque diminutione & cōtradictione, Quibuſcunque, & contrarium non facian pro quanto Regiam paternam gratiam caram habent, & pœnam vnciarum centum cupiunt non ſubire. Præſentibus poſt opportunam earum inſpectionem vice qualibet præſentanti reſtitutis. Dat. in ciuitate Squillaci die vltimo Aprilis 1467. Henricus de Aragonia. Dom. Locumtenens mandauit mihi Laurentio Miniatenſi. Et quia dictus Abbas Antonius tanquam Procurator, & Oeconomus dicti Domini Epiſcopi, & ſuæ maioris eccleſiæ vt ſupra intereſt, vt dixit ipſius Domini Epiſcopi dictas declaratorias, & munimenta in publicam formam tranſumptata habere, ne aliquo caſu fortuito ſcripturæ ipſæ deperderentur, aut deuaſtarētur; quia ſæpe ſæpius ſcripturæ quæ ſunt in charta bambacina ſolent caducari & deuaſtari, & corrodi à vermibus; requiſiuit nos, qui ſupra Baiulos & Iudicem noſtra iudiciali auctoritate pariter & decreto interueniente, & me præfatum Notarium publicū, vt dictam declaratoriam & mandatum de verbo ad verbum in publicam tranſumptaremus. Et quia iuſtæ preces, & iuſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus; propterea ad requiſitionem eius ſupradictam declarationem & mandatum de verbo ad verbum prout in eis continebatur, in præſentem publicam formam redigi ſecimus, & tranſumptari per manus dicti Notarij Antonij publici Notarij noſtra iudiciali auctoritate interueniente, ſcriptumque per manum mei præfati publici Notarij, ſignoque meo ſolito ſignatum, noſtrorum qui ſupra Baiulorum & Iudicis, ac teſtium ſubſcriptorum ſignis & ſubſcriptionibus propriæ manus roboratum.

Datum vt ſupra.

Loco † ſigni.

Ego Baptiſta de Caſtellis qui ſupra Baiulus huic tranſumptationi interfui, meumq; decretum interpoſui, & me ſubſcripſi.

Ego Petruſpaulus Pepe de Squillace qui ſupra Iudex Annalis ciuitatis Squillaci huic tran-

tranſumptationi interfui, meamq; iudicialem auctoritatem interpoſui pariter, & decretum.

Ego Franciſcus Geronda de Squillace prædicta atteſtor.

Ego Petrus Neſtaſius de Squillace inibi interfui.

Ego Franciſcus Geronda de Squillacio miles teſtis ſum.

Ego Antonius Sabinenſis de Fulgineo miles teſtis.

Ego Iacobus de Caſtellis de Squillacio miles teſtor.

Ego Antonius de Auolsis de Neap. teſtor.

Ego Nicolaus Rhodia de Squillace teſtor.

Ego Abbas Paulus Vrſileonis Decanus Squillaci teſtor.

Ego Sir Antonius de Salerno Canonicus teſtor.

Ego D. Marcus Burgundo Squillacen. teſtor.

Ego Siricandus Coraſida de Suida teſtor,

Et hæc ſunt, quæ temporibus Franciſci optimi Præſulis ad fauorem Squillacenſis eccleſiæ ab optimo Rege aſſerta perpetuò ſunt; cætera eiuſdem Franciſci Acta deſiderantur.



16 FRANCISCVS clara, nobilique gente Caieta Neapolitana ex patre Carolo Regis Ladiſlai conſiliario longa filiorum ſerie, ac propria virtute clariſſimo, matre Ianuariæ familiæ nobili Heroina natus, caſtus moribus, pudore integer, vtriuſque Iuris celebris Doctor, euaſit Squillacenſis Epiſcopus, elato Franciſco Areherio 3. Id. Martij anno 1477. à Sixto IV. creatus vt ex Actis Conſiſt. eiuſdem obſeruo. Scripſit tractatum contra hæreſes, quem ſummis laudibus extollit Matthæus de Afflicto in Regni Conſtitutionibus eundem Franciſcũ ex facie cognitum, virum doctum & præclarum appellat. Ipſe verò egregius Paſtor, vt gregi ſuo viuum ſe præberet exemplar pietatis, bona ſibi à Deo elargita in pauperes diſperſit, Sanctos, Deiparamq; Virginẽ quam maximè coluit, quorum ſimulacra

A in varijs ædium partibus cum titulis ſuis poni curauit, vt Chriſti fideles frequentius eos colerent, & imitarentur. Etenim vehementer commouemur recordatione ſanctorum Virorum ex contemplatione ſimulacrorum, vel locorum in quibus aliquando viui cõuerſati ſunt. Annos ferè quatuor, quos vixit in Epiſcopatu, ita vixit, vt poſteris ſui deſiderium fecerit; & cum vitam, & mores Clericorum, laicorumque ſuæ Diœceſis ſedulo perſcruratus fuiſſet, eccleſiarum iura, perſonaſque, ſartatecta ſeruaſſet illæſa exceſſit circa finem anni 1480. ſepultuſque eſt iuxta anteceſſorum ſuorum commune oſſuarium. Pronepotes habuit

B Ioannem Franciſcum & Ioſue Aſculanorum in Apulia Epiſcopos, de quibus alibi. Patri Carolo & Ofredo fratri prædefunctis ſepulchrum poſuit in maiorum ſacello D. Agatio ſacro Neapoli apud eccleſiam ſancti Petri Martyris, quorum memoriæ hoc cœnotaphium in marmore ſcribi fecit.

Hic ſiti ſunt equites duo Iuriſconſulti nobiles & magnifici, Dominus Carolus de Caieta de Neap. olim Regis Ladislai Conſiliarius, qui obijt anno gratiæ

C *MCCCCXXII.*

Et filius eius Dom Ofredus, qui & Regis Alphonſi Conſiliarius deceſſit MCCCC. LXIII.

F. Epiſcopus Squillacenſis Carolo patri ſuo poſuit.

D



17 VINCENTIVS de Galeotis Neapolitanus vetuſta & nobili familia natus; Epiſcopus Rapollanus Regiuſque Conſiliarius, huc transfertur à Sixto IV. ann. 1480. die 30. Ianuarij, hoc onere cum regreſſu ſe exſoluit

exoluit ſub Iulio II. Interſuit Lateranenſi Concilio ann. 1513. Leone X. Pontifice. Sub anno 1514. euaſit Epiſcopus Caputaquenſis. Obijt Neapoli anno 1524. Iacet in eccleſia Diuæ Annunciatæ vbi hoc epitaphium ad tumulum legitur.

D. O. M.

Vincentio Galeotæ Scyllaceno,
& Peſtano Pontifici, vitæ ac
morum dignitate inſigni, Tem-
plorum, quibus præfuit, cenſus
amplificatori, ædificiorum in-
ſtauratori, Dei Opt. Max. cul-
tus ad veterum normam re-
ſtauratori.
In vſu rerum peritiſſ. De ſua
Galeotorum familia optimè
merito.
Vixit an. lxiv. menſ. vij. d. xx.
Hæredes ex teſt. Cur.
A partu Virginis
MD. XXIV.

28 ANTONIVS Piſanellus Neapolitanus huius eccleſiæ erat epiſcopus ann. 1507. & ſequenti ex monumentis, in Actis tamen Conſiſt. non reperitur eius electio.

29 SIMEON de Galeotis Neapolitanus huic ſedi præponitur à Leone X. anno 1520 die 5. Decembris. Sedit annos decem & nouem, Romæ exceſſit anno 1539. vbi iacet.

30 HENRICVS Borgia Valentinus Hiſpanus filius Ducis Gandiæ, Alexandri VI. pronepos, à Paulo III. anno 1539. die 13. Decembris epiſcopus Squillacenſis deſignatus, poſtea verò Diaconus Cardinalis creatus eſt. Annum in ea dignitate non attigit. Viterbij die 16. Septembris 1540. hora 17. ex violento & incognito morbo animam efflauit. Corpus Romam delatum in Vat. Baſilica ſepultũ cum hoc epitaphio.

Henricus gente Borgia, natione
Hiſpanus, patria Valentinus,
Alexandri VI. pronepos, Ducis
Gandiæ filius, dum in maxi-
mam ſpem aſſurgeret, immatu-
ra morte, heu nimium! raptus
eſt, Spiritus in Cælo, corpus
hic requieſcit.

31 HENRICVS de Villalbos de Xeres Hiſpanus nobili gente natus, doctus, Archidiaconus Hiſpalenſis, epiſcopus Lucerinus, ad hanc Squillacenſem eccleſiam translatus die 5. Nouembr. ann. 1540. Præfuit annis nouem, ac nuncium remiſit.

32 ALPHONSVS de Villalbos Diaconus Hiſpalenſis patruo Henrico ſucceſſit die 12. Iulij 1549. Sedit ann. 20. ac reſignauit ſub Pio V. anno 1568.

33 GVILIELMVS Cardinalis Sirletus die 1. Aprilis 1568. ex Epiſcopo S. Marci ad Squillacenſem eccleſiam tranſlatus eſt, eamque adminiſtrauit ann. 5. & ad fauorem nepotis dimiſit. Summæ fuit eruditionis, doctrinæ mirabilis, ſpectatæ integritatis, ſingularique innocentiæ vir, de quo fuſiùs in noſtris additionibus ad Alphonſum Ciacconem, & in ſerie ſancti Marci Epiſcoporum tom. 1.

34 MARCELLVS Sirletus Guilielmi nepos, Græcarum, Latinarumque linguarum peritiſſimus, patrui doctiſſimi ſimillimus ſucceſſit in Squillacenſi Sacerdotio die 20. Maij 1573. Præfuit ſui nominis fama annis 21. Vitam liquit ann. 1594. cuius monumenta eruditiſſima Romam delata ſunt ſub Vrbano VIII. Pontif. Maximo.

35 THOMAS Sirletus de Stylo Marcelli frater huius eccleſiæ creatus eſt Antiſtes die quinta Decembris 1594. mortuus eſt 1601.

36 Fr. PAVLVS Iſareſius Mirandulanus Ordinis Prædicatorum Monaſterij Angelorum Ferrariæ nobilis alumnus, inſignis Theologus, probus & ſpectatæ ſapientiæ vir, ſui Ordinis Procurator & Vicarius Generalis fuit, parumque abfuit vt in Comitijs Generalibus, Magiſter Ord. crearetur. Illum deinde Clemens VIII. huius eccleſiæ epiſcopum delegit ann. 1601. fecitque munus conſecrationis eidem impendere: ad ſuam progreſſus eccleſiam, vix cum ad bene regendum ſeſe totum dediſſet, pulſatus præpropero fato è viuis exemptus eſt, & in Cathedrali humatus.

37 FABRITIVS Sirletus Marcelli, & Thomæ prædeceſſorum ſuorum germanus frater, eandem ſedem adeptus eſt die 7. Aprilis 1603. vir probus, & doctus, vtraque lingua peritiſſimus, præfuit laudatiſſimè ann. 32. ſub Vrbano VIII. fato functus eſt.

38 LVDOVICVS Zephyrus Romanus ſucceſſit Sirleto ann. 1635. Romæ conſecratus ad eccleſiam ſuam profectus poſt paucos dies ab ingreſſu elatus eſt ad tumulum, vbi paulo poſt Alexander eius germanus frater præ mœrore mortem obijt, ſepultus apud prædefunctum fratrem; quorum cum maioribus etiam memoriam excitauit Deodata Soror in eccleſia S. Mariæ de Aracæli hac epigraphe in marmore.

D. O. M.

Alexandro Monte Marti Vrbeuetano Titiniani, & Montis Martis Comiti in nauali pugna Meliten. in obſidione, alijſque prælijs militaribus functus muneribuſque illuſtri paternæ charitatis vitrico.

Obijt iij Id Decemb. MDCXX.

ætatis ſuæ lxxxvj.

Hortenſiæ Petroniæ Romanæ Titiniani, & Montis Martis Comitiſſæ parenti ſuauiſſimo.

Deceſſit vij. Maij MDC.XXX.

ætatis ſuæ lxiv.

Et Franciſco Zephyro Romano, Pauli Æmilij, & Hortenſiæ Petroniæ filio comitate in omnes, pietate in parentes ſingulari, fratri optimo.

Obijt xv. poſt matrem die, ætatis ſuæ xlj.

Deodata Zephyra Romana Monialis S. Laurentij in Pane & Perna poſt extinctos inſuper, compoſitoſque Squillaci anno MDC.XXXV.

Ludouicum eius ciuitatis Epiſcopum, & Alexandrum fratres ſuis omnibus ſuperſtes mærens poſuit.

Anno MDCXXXVI.

39 Fr. IOSEPH della Cornia Peruſinus Ord. Prædicatorum ex Epiſcopo Caſertano ad hanc Squillacenſem Eccleſiam tranſlatus eſt die 9. Septemb. 1636 ſedit ann. 20. & euaſit Epiſcopus Vrbeuetanus die 20. Martij 1656. Vicarium habuit in epiſcop. Squillacenſi Vitelianum Mareſcanum, qui deinde euaſit epiſcopus Vmbraticenſis vir probus, & literatus.

40 R O D V L P H V S Dulcinus electus die 12. Martij 1657.

TROPEIENSES

EPISCOPI.



VETVSTA & litoralis vlterioris Calabriæ Tropæa ciuitas nomen retinẽs Herculis Portu, & loci amœnitate inſignis dicta à Græco verbo Τρέπω quod eſt retro verto, quod, vt licet coniectare, quiſpiam claſſe huc aduectus locum vinetis, & oliuetis haud idoneũ nactus, ob eãque rem ab antiquis Auſonijs, & Oenotrijs deſtitutum, hanc vrbem condiderit. Meminit eius Stephanus Bizantius qui Iuſtini temporibus vixit, & Poſtopæam vocat. Hic nundinæ quotannis celebrantur, & fiũt pãni goſſipini nobiles. Hinc nuper fuit Petrus Vioneus Chirurgus, qui labia, & naſos mutilos integritati donauit. In agro Tropeienſi prouenit Staſiſagria; pagi autem huius agri ferè omnes Græcis nominibus appellantur. Ipſa vero ciuitas Tropeienſis habitabatur familijs in Regij fiſci codice deſcriptis tribus millibus ac cẽtum & quatuor. Epiſcopatus Tropeienſis antiquus eſt, nam Laurentius eius vrbis Epiſcopus interfuit Synodo Romanæ ſub Symmacho Papa. Stephanus ſynodo Nicænæ II. Ioannes Cõcilio Lateranenſi ſub Martino, & Theodorus Conſtantinopolitanæ VI. ſub Agathone anno 680. Tropeienſi Eccleſiæ vnita fuit Amanthea, quamobrem aliquando in Romana Curia dubitatum fuit an epiſcopus Tropeienſis Mãtheanus etiam appellari deberet, nihil reſolutum fuiſſe ſcribit lib. Actorum Cõſiſtorialium ſub Benedicto XII. qui extat M.S. in Barberina Bibliotheca, fertur tamen à Rege Neapolitano Mantheanis conceſſum fuiſſe, vt Epiſcopus Tropeienſis, & Mantheanenſis denominaretur. Græcus fuit epiſcopatus Tropeienſis ad annum vſq; 1094. quo Rogerius Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ Dux, conſtituto primo ex Latinis epiſcopo Iuſtego nobili Tropæam eccleſiam exornauit priuilegio. Suffraganeus eſt Tropeienſis Epiſcopus Rhegino Archiepiſcopo, & ad Regiam præſentationem, cuius annuus redditus eſt ſcutatorum illarum partium 5000. taxatur verò in Cancellaria Apoſtolica flor. 350. Sanctam Dominicam Virginem, & Martyrem Tutelarem Diuam Tropeien-

peienſes adorant, quæ ſub Diocletiano Imperat. cum fregiſſet Idola, ad beſtias damnata, ſed ab illis nil læſa demum capite obtruncato migrauit ad Dominum. Natalis eius agitur 6. Iulij, cuius corpus aſſeruari aiunt in Cathedrali. Deiparæ Virgini Aſſumptæ Baſilica hæc Cathedr. eſt dedicata, architecturæ ſane antiquæ & magnificæ, in qua viginti quatuor Canonici ſunt, ex ijs ſex dignitate eminent, Decanus ſcilicet, Archidiaconus, Cantor, Theſaurarius, Archipresbyter, & Pœnitentiarius, pluresque Clerici & Manſionarij. Quatuor extant ecclesiæ Parochiales, virorum Monaſteria octo, Sanctimonialium tria, Xenodochium, Mons-Pietatis, puerorum Seminarium, ac laicorum Fraternitates quatuor. Hic in ecclesia ſancti Franciſci aſſeruatur vna ex ſpinis Dominicæ coronæ. Diœceſis Tropæa in duas partes diſtracta eſt, in altera cõtinẽtur villæ, ſeu pagi, quos caſalia vocant 24. ciuitati finitimi, totidem Parochiales eccleſiæ numerantur, quorũ 12. capite de Zambrone nuncupato, reliqui 12. in cap. Vaticani ſiti ſunt, in omnibus verò ſunt propriæ Parochiales eccleſiæ, & animarum in totum ad tria millia. Altera pars Tropeienſis Diœceſis 60. paſſ. millia à ciuitate abeſt Militenſi & Neocaſtrenſi Diœceſi, & S. Euſemiæ ſinu interiecto, in hac præter octo oppida, & caſalia, eſt Amanthea, Epiſcopalis quondam ſedes, vt indigenæ affirmant, quæ ab immemorabili tempore ſublata, Tropeienſi Diœceſi adhæſit. Item ſunt Parochiales ſex, duo virorum Cœnobia, laicorum ſodalitia quatuor, animæ fidelium 2000. ſunt & quatuor alia oppida. Ayellum Ducatus titulo nobile, cuius vtilis Dominus eſt Princeps Maſſæ & Coraniæ, è domo Cyborum nobiliſſima, habitatum incolis 1860. cum tribus Parochialibus, & totidem ſodalitijs laicorum, & vnum Cœnobium Minorum Obſeruantium Diuæ Virginis Annunciatæ ſacrum, vbi iacet B. Martinus de Biſignano eiuſdem Ordinis Cœnobita. Fiume freddo habitatum animabus 1300. cum quatuor parochialibus, & Cœnobio Regularium. Haud longe ab hoc oppido ſita eſt nobilis Abbatia Fontis Laureati Ord. Ciſtercienſis, olim S. Dominicæ dictũ, antiquiſſimum Monachorum Altarium. Porrò Sancta Dominica in hac Diœceſi nata, ſub Diocletiani perſecutione martyrij palmam accepit in Campania, eius corpus ad natale ſolium ab Angelis tranſlatum ſumma veneratione colitur. In eius honorem pij fideles eccleſiam condiderunt, ac Cœnobium excitarunt. Tertium eſt Belmonte, quartum Nocera, quintum Petramale, ſextum Caſtiglione, ſeptimum Longobardi, octauum Secato. Caſalia ſunt Falconera, ſancto Petro, li Terrati, la Serra, Lagicello. In omnibus autem hiſce oppidis, & caſalibus ſunt Parochiales eccleſiæ 23. fidelium

animæ 7580. In vniuerſum autem tota Diœceſi Tropeien. continentur Parochales Eccleſiæ 47. Fidelium animæ totam Diœceſim incolentium fere vndecim millia. Epiſcopi verò huius eccleſiæ ſequentes tantum à nobis ſunt obſeruati.



1 IOANNES Tropeienſis Epiſcopus interfuit Lateranenſi Concilio ſub Martino Primo papa, anno 649.

2 THEODORVS, qui alijs etiam Theodoſius eſt, ſub Agathone Papa ſubſcripſit Concilio Conſtantinopolitano anno 680.

3 STEPHANVS in Concilio II. Niceno fuit anno 787. poſt hunc plures deſiderantur huius eccleſiæ Præſules, qui Græci fuerunt, ac Patriarchæ Conſtantinopolitani ſequaces vſque ad tempora Rogerij Ducis Calabriæ & Siciliæ, qui in Tropeienſi eccleſia Latinos inſtituit epiſcopos.

4 PETRVS vixit temporibus Rogerij Calabriæ Ducis.

5 KALOCHINVS Dordiletus Græcus Tropeienſis epiſcopus, nobile priuilegium à Rogerio Duce accepit huiuſmodi tenoris ab exemplari epiſcopij Tropeienſis.

Rogerius Dux Italiæ, Calabriæ, & Siciliæ.

Datum Kalochino Dordileto Epiſcopo Tropææ, ſuiſque ſucceſſoribus, menſe Nouembris, Indictione quinta, Decanum Tropeæ Epiſcopum & protoſyntullum & Dominum Calonirium in ſupradicti Epiſcopi ſede pro ſummi Sacerdotij dignitate conſtituenti iuſtè decernenti, vt omnia quæ à principio ad epiſcopatum ſuum pertinebant, hæc omnino poſſideret, ſicut Petrus anteceſſor eius hæc poſſederat. Quapropter damus, & concedimus ei abſque omni calumnia, & occaſione hoc, quod ad eccleſiam pertinet ab antiquo, & ea quæ

Rr acqui-

acquiſitura eſt, videlicet terras, vineas, ſyluas, paſcua, aquas, molendina, & omnium ædificiorum conſtruendorum poteſtatem abſque alicuius contradictione, & homines in eis reſidētes, animalia ſiluellria & domeſtica, ſed omnes qui in eadem ecclesia ſunt, ſiue villanos, ſiue mercenarios, aut alio modo reſidentes, aut Clericos in ipſa conſtitutos diuinum officium celebrātes, præcipimus itaque, & omnino confirmamus Stratigetis, Proſopijs, Vicecomitibus, Gromarthijs, Platearijs, & omnibus alijs, qui ſub noſtra poteſtate ſunt, vt nullus auſus ſit eos angariare ſiue plarearios laicales redditus ab eis exigere, vel conturbare, vel aliquo verbo alicuius occaſionis eos impetere, nec cauſarum ſordequę ſuper eos aliquo modo habenrur, videlicet, clericos, & homines ſupradicti epiſcopatus nullus audeat, qui ſub noſtra poteſtate poſitus ſit ad Prætorinm ad iudicium ducere; hoc enim ius epiſcopo liberé donamus, & ad eius poteſtatem pertinet omnes, qui ſub eius poteſtate ſunt, iudicare, ſaluare, condemnare, & ſicut voluerit vnicuique facere. Si quis autem aliquid de prædictis auſus fuerit infringere, non ſolum damnationis, ſed iram noſtram, & vitæ periculum incurrat, & ideo ſigillum noſtrum bulla rubea ſignatum. Datum vt ſibi, & ſucceſſoribus ſuis id firmamentum & in perpetuum ad huiuſmodi innouationis, & conceſſionis noſtræ memoriam & firmamentum præſens ſcriptum per manum Ioan. Regalis Clerici ſcribi, & propria manu noſtri formiratorum formiratum confirmari iuſſimus.

Anno Incarnationis milleſimo octuageſimo octauo, menſe Ianuarij, Indict. 12. Ducatus noſtri anno quarto feliciter, Amen.

6 IVSTEGVS, vel IVSTEYRVS, & Tuſteins, qui & Triſtanus eſt primus Latinorum Tropeienſis ecclesiæ, munus epiſcopale ſuſcepit circa annum Dom. 1094. eodem anno, eodemq; Præſule Rogerus Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ Dux pro remedio animæ ſuæ, ac parentum ſuorum Tropeienſi ecclesiæ, & Iuſtego Epiſcopo dono dedit, quæ prædeceſſores ſui Græci epiſcopi tenuerunt, tam apud Amantheam, quàm apud Tropeiam, aliaque bona & iura dedit, cuius rei cauſa hoc diploma ſcripſit, quod extat in epiſcopij tabulario.

In nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis.

Ego Rogerius Dei gratia Apulia, Calabria, & Sicilia Dux.

Pro ſalute mea & remedio patris mei, & matris meæ, & parentum meorum dedi, dandoque conceſſi ſanctæ Tropeien. ecclesiæ Beatæ Mariæ, & primo Latino epiſcopo nomine Iuſtego, omnia quæ prædeceſſores ſui epiſcopi tenuerunt, tam apud Amantheam, quàm apud Tropeiæ terras, ſcilicet vineas, molendina, atque villanos, & cætera beneficia; inſuper quoniam res ecclesiæ in exiguo videbātur, eius paupertati prouidēs dedi ei Presbyteros, Diaconos, & Subdiaconos Græcos eiuſdem Parochiæ Amantheæ cum omnibus filijs, ac hæredibus ſuis, atque dedi potecas quas epiſcopus habet apud Tropeā, dedi etiam plateam meam ad illuminandam ecclesiam, ne fortè aliquis de villanis eccl. in aliam partem fugiat, aut ſi alio modo manſerit, aut aliter fortiter per vim rapuerit, & ſic finit'. Hanc meam donationem omnium ſupradictarum rerum, quam ego Rogerius Dux ecclesiæ Tropeien. feci, concedo ratam & inconcuſſam, & in perpetuum manſuram confirmo, & ita immunem, & geram, vt neque villani ecclesiæ de quacunque cauſa accuſati, vel rei, niſi in Curia epiſcopi iudicentur, neque in eiſdem villanis, neque in quibuſlibet rebus ecclesiæ ſtratigentur per ipſos, vt alij miniſtri manum ſuam audeant mittere. Dominis hanc chartam concedentibus, & miniſtris eam non violātibus ſit pax & gloria in ſæcula ſæculorum, Amen. Geſtui verò huius meæ conceſſionis, & donationis tibi Grimoaldo notario meo ſcribere præcepi.

Anno Dominica Incarnationis milleſimo nonageſimo quarto, Ducatus autem mei decimo, menſ. Decemb. Indict. 3.

7 GERVTVS Tropeienſis Epiſcopus anno 1155. à Guillelmo Siciliæ Rege omnium ſuorum prædeceſſorum immunitates à Normannis Principibus Tropeienſi eccleſiæ aſſertas, confirmationem meruit, quæ de nouo Rex in ſuo diplomate inſeri iuſſit hoc modo ab exemplari Græco in Latinum conuerſo.

In nomine Dei æterni, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Gulielmus diuina fauente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ.

Ad noſtram ſpectat beatitudinem Dei eccleſias ab ipſo per cultū protegere, earum poſſeſſiones ab ipſo defenſo, defendere, ipſaſq; protegendo, & defendendo contra omnes eas inquietare volentes potenti brachio manutenere, &c. Ego Rogerius Dei gratia Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ Dux pro ſalute mea, & remedio animæ patris mei, & ma-

& matris meæ, & parentum meorum dedi; dandoque conceſſi ſanctæ Mariæ Tropeien. eccleſiæ, & primo Latino Epiſcopo nomine Iuſteyo, & omnibus ſucceſſoribus ſuis canonicè peruenièdis omnia, quæ prædeceſſores ſui Græci Epiſcopi tenuerunt tam apud Amantheam, quã apud Tropeam, & in pertinentijs earum terras ſcilicet & vineas, paſcua liberè abſque omni ſeruitio, & molendina, ac molendinorum loca cum omnibus tenimentis ſuis, atque villanos, & cætera omnia beneficia nunc & in perpetuum liberè, & abſque omni ſeruitio poſſidenda, & ipſorum villanorum nomina in ipſo priuilegio ſcripta ſunt, & ſic finit. Ad huius autem innouationis, & confirmationis noſtræ memoriam, & inuiolabile firmamentum,

Præſens ſcriptum per manum Ioannis noſtri Notarij ſcribi, & bulla plumbea noſtri typarij impreſſa roborari iuſſimus.

Alterius verò priuilegij inclyti Domini Gulielmi tunc Siciliæ Regis tenor ſic incipit;

In nomine Dei æterni, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti,

Gulielmus diuina fauente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ.

Ad noſtram ſpectat beatitudinem prædeceſſorum noſtrorum bene facta debita ſollicitudine illibata conſeruare, & maximè quæ ad eccleſiarum ſtatum pertinet, non minus benigno, quàm diligenti ſtudio myſtico greſſu proſequendo ſemper in melius cuſtodire. Nobis itaque in palatio vrbis Meſſanæ, cum Magnatibus & Comitibus noſtris reſidentibus Gerutus Venerabilis epiſcopus Tropeien. oſtendit priuilegiũ quoddam Græcis literis ſcriptum à Roberto Biſcardo Duce beatæ memoriæ Tropien. eccleſiæ datum, à patre feliciſſimæ memoriæ Rege Rogerio confirmatum, temporum tamen vetuſtate conſumptum rogans, & ſupplicans vt prædictum priuilegium non tam innouari, quàm de Græca in Latinam literam transferri, noſtroque ſigillo confirmare curaremus; Nos igitur noſtra conſuetudine ad pias cauſas prouocati huic iuſtæ petitioni libenter aſſenſum præbentes prædictum priuilegium, vt ſupra annexum eſt, ſcribi & bulla rubea typario noſtro impreſſa inſigniri, continentia dicti priuilegij in nullo mutata, vel adaucta ſeu minuta iuſſimus, quod ſic incipit Sigillum factum ant. [illegible]

8 HERVEVS Geruti ſucceſſor ſubſcripſit priuilegio Guillelmi Siciliæ Regis ad fauorem eccleſiæ Panormitanæ anno 1157. menſe Decemb. 6. Indict. apud Rocchum Pyrrhum in notitia Panormitanæ eccleſiæ.

9 CORIDONVS huius eccleſiæ Epiſcopus pias immunitates eccleſiæ ſuæ à pijs Principibus conceſſas retinuit, & ab Alexandro III. earundem donationum retulit confirmationem ann. 1178. Diplomatis tenor talis eſt.

ALEXANDER EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabili fratri Coridoni Tropeien. Epiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Ideo ſumus licit. curati int. ad adminiſtrationem Summi Pontificatus aſſumpti, vt omnibus & præſertim fratribus, & Coepiſcopis noſtris Apoſtolicum patrocinium debeamus impendere, & contra malignorum incurſus eorum eccleſias communire; Ea propter Venerabilis in Chriſto frater Epiſcope tuis poſtulationibus clemẽter annuentes, Tropeien. eccleſiam, cui authore Deo præeſſe dignoſceris ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus, ſtatuẽtes, vt quaſcunque poſſeſſiones, & quæcunque bona eadem eccleſia in præſentiarum iuſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione penes eos largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, & *ſic finit*. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum fas ſit prædictam eccleſiam communiter perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed omnia integrè conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus, commodis profutura, ſalua Apoſtolicæ Sedis authoritate, ac Rhegij Archiepiſcopi debita reuerentia. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſęculariſque perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temerè tentauerit, ſecundò, tertioue commonita, niſi reatum ſuum digna ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, totaque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacroſancto corpore & ſanguine Dei & Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diuinę vltioni ſubiaceat; cunctis autem eidem loco iura ſua ſeruantibus ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti,

quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmium æternæ pacis inueniant. Amen.

Dat. Lateran. per manum Alberici S.R.E. Cardinalis & Cancellarij, Idibus Martij, Indictione 12. Incarnationis Dominicæ anno 1178. pontificatus vero Dom. Alexandri Papæ III. anno vigeſimo.

Idem Coridonus teſtis fuit priuilegio Henrici VI. Imp. conceſſo anno 1195. ad fauorem Florenſis Monaſterij, vbi Ioachim celebris virtutis Abbas præerat.

10 KOLANDINVS, vel Otlandinus ex Monacho Caſſinenſis Cœnobij Tropeienſis ſpiſcopus fuit, vt fertur, circa hæc tempora; cuius mentio in monumẽtis eiuſdem Cœnobij.

11 RICHARDVS claræ memoriæ Tropeienſis Epiſcopus electus anno 1198. vixit ſub Innocentio III. à quo anno 1200. pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus priuilegium habuit iiſdem omnino conceptis verbis, alterius ſupra relati Alexandri III. *Dat. Lateran. per manum Baſilij Domini Papæ Subdiaconi & Notarij 16. Kalen. Decemb. Ind. 4. Incarnationis Dominicæ 1200. Pontificatus vero Domini Innocentij Papæ* III. *anno* 3. Primis huius Antiſtitis annis, nempè ſal. noſtræ 1201. fundatum eſt in hac Diœceſi ex conſenſu Richardi Monaſterium Fontis Laureati in pertinentijs Fluminis Frigidi Ord. Florenſis ex filiatione Ciſtercienſis Ordinis. Fundatores fuere Simon de Mamiſtra, & Gattegrima eius vxor Domini Fluminis Frigidi, iuxta Eccleſiam ſanctæ Dominicæ, vbi iam diu conſtructum fuerat Monaſterium tunc temporis penè obſolutum. Ad locum extruẽdum idem Simon tenimentum ſatis amplũ cum pluribus alijs bonis obtulit Ioachino viro prophetiæ dono ac doctrina illuſtri, Abbati Florenſis Monaſterij ex Ord. Ciſtercienſi, à quo Florenſis Ordo dimanauit, cuius rei cauſa Simon hoc donationis, ac fundationis documentum ſcripſit, quod extat in tabulario eiuſdem Monaſterij hiſce verbis conceptum.

*

In nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij & Spiritus ſancti Amen.

Anno Dominicæ Incarnationis 1201. menſe Septemb. 5. Indict. Regni vero Dom. noſtri Friderici Dei gratia illuſtris Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ an. iv. feliciter, Amen.

Nos Simon de Mamiſtra Dominus Fluminis Frigidi, conſiderantes, quod vniuerſa quæ fiunt intuitu præſentis vitæ tranſitoria ſunt, quæ autem fiunt reſpectu ſupernæ patriæ æternam habẽt in Cælis remunerationem: Propoſuimus (annuente Deo, à quo bona cuncta procedunt) ædificare domum Religionis infra fines terræ noſtræ Fluminis Frigidi ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, & ſalutem animarum multarum. Quia verò multa loca eadem intentione inchoata pro eo quod nõ habuerunt Rectores, & Ordinatores vidimus ad deſolationem venire, cupientes ipſum Deo dicatum opus perpetua ſtabilitate firmare, cum conſilio & voluntate Domini Richardi Tropeienſis ſpiſcopi vocauimus vos Domine Ioachim Venerabilis Abbas Floris, rogantes vos omni deuotione, quatenus tam adminiſtrationem ipſius monaſterij, quàm ipſum monaſterium acciperetis in manus veſtras, & ſucceſſorum veſtrorum ordinare de Prælatis, & Monachis, qui pro tempore fuerint ſtatuendi, aut deponendi ſecundùm ordinem veſtrum, omni noſtra, aut ſucceſſorum noſtrorum intromiſſione, aut impeditione remota. Vos autem, quos per gratiam Dei non tam quæ veſtra ſunt, quàm quæ Ieſu Chriſti quærere cognoſcimus noſtris precibus inclinati venientes ad nos, & noſtrum in hac parte propoſitum commendantes quæſiſtis nobiſcum, & nos vobiſcum locum aptum, in quo poſſet opus profici ſpirituale, inuenimuſque fundum congruum ad ipſum opus vltra alueũ Fluminis, qui egreditur de loco, qui dicitur Abyſſus, & iungitur alteri fluuio, qui dicitur Flumen Frigidum ſubtus Fontem aquæ, quæ egreditur à latere dextro in ſanctam Dominicam: in qua ſcilicet Eccleſia tempore prædeceſſorum noſtrorum Monachi iam fuerunt, & tenimentum deputatum, infra quod locus ipſe ſitus eſt. Sanè nos ipſi loco, & Monaſterio, quod ibi Deo conſtruendum eſt, deſignamus certum tenimentum, quod contiguum ſit tenimento ipſius eccleſiæ, & totum pariter redigatur in vnum. Cuius iſti ſunt fines. A Fonte fluminis, qui egreditur de loco,

loco, qui dicitur Abyſſus,& aſcendit terminus per ipſam Cauam vſque ad locum Piccapane , & vadit rectè vſque ad viam, & per ipſam viam vſque ad vallonem , qui dicitur de Pittachella , & deſcendit vſque ad flumen , & deſcendit fluuius vſque ad vineam de Caputo , vbi eſt via publica , deinde aſcendit terminus per viam veterem, & per caput vallonis iuxta ſerram de Acumaris , & per limitem Culturæ , quæ dicitur de Barbaro,& includens ipſam culturam vadit terminus per aquam de Nichiforo, & tranſiens inde per eundem limitem ipſius culturæ vſque ad viam publicam aſcendit ipſa via vſque ad vallonem ſiccum,& vadit inde per fines Mendicinenſium,& deſcendit vſq; ad alueum Fluminis Frigidi,& tranſiens per ipſum fluuium vſque ad fontem Abyſſi,cõcludit in priori fine. Infra iſtos fines & confinales totum contulimus ipſi monaſterio, quod conſtruendum eſt in pręfato loco,qui eſt ſubtus fontem aquæ , quæ egreditur à latere dextro fluminis , offerentes illud vobis & ſancto Ordini veſtro de Flore in perpetuum ,vt ſit tam Monaſterium ipſum,quam tenimentum ipſi deputatum : Prælatus & Monachi ipſius Monaſterij in veſtra, & ſucceſſorum veſtrorum ordinatione ſecundum ſtatuta Ordinis veſtri , nihil nobis, aut noſtris ſucceſſoribus reſeruantes , niſi tantum vt ſimus, vbi indiguerit, coadiutores, & defenſores contra omnes homines, qui voluerint ipſum Monaſterium temerè perturbare , aut eius poſſeſſiones auferre , aut aliquibus vexationibus fatigare . Et ab ipſo Monaſterio, aut Prælato, & Fratribus nihil exigentes,niſi tantum fraternitatem,& orationes pro viuis , & mortuis ,& retributionem vitam æternam . Præterea ſi quis de francis terræ noſtræ Fluminis Frigidi voluerit res ſuas eidem Monaſterio offerre , exceptis illis rebus, quæ de feudo ſunt , quorum nulli liceat ea offerre, licitum ſit eis nulla noſtra , vel noſtrorum ſucceſſorum contrarietate , vel moleſtia obſtante ; ſed ratum habeatur, & firmum. Statuentes vt ipſum Monaſterium ſit liberum ab omni exactione , tributo , & cenſu . Et vt omnia animalia Monaſterij habeant libera paſcua per totam terram Fluminis Frigidi . Et infra tenimentum deputatum Monaſterio liceat Fratribus liberè ædificare molendinum , & fullam, & libere omnia , quæ ibi ædificauerint, & habuerint poſſidere . Inſuper etiam concedimus ipſis Fratribus & hominibus , & mercenarijs eorum liberam poteſtatem cędendi & accipiendi ligna liberè. de ſyluis ad omnes vſus neceſſarios . Et habere liberè vaſa in mari adiacenti terræ noſtræ tam ad piſcandum,quàm ad onera ferenda.Necnon & palumbaria, quæ ſunt infra tenimentum ipſi Monaſterio deputatum . Domos quoq; illas quæ de D.Flandina fuerunt,quas in caſtro noſtro Fluminis Frigidi habemus, vobis damus , & concedimus . Præterea concedimus ipſis Fratribus , & hominibus Monaſterij , vt liceat eis liberè vendere , & emere , tam in terra , quàm in mari , omni noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum atque baiulorum terræ noſtræ exactione remota . Ad huius autem noſtræ oblationis , atque conceſſionis memoriam , atque inuiolabile firmamentum præſens ſcriptum per manus Petri Notarij noſtri fieri fecimus per manus noſtras,& vxoris noſtræ Gattegrimæ ſignatum, & ſigillo noſtro præſenti corroboratum,& iuſſu noſtro ſubſcriptis teſtibus confirmatum . Anno, menſe,& Indictione prædictis .

Simon de Mamiſtra ,
Gattegrima vxor
Domini Fluminis Frigidi.
Rao Iudex .

Hanc donationem confirmauit Richardus epiſcopus anno 1202. ſui Præſulatus 4. eandemq; aſſeruit, cui adiecit eccleſias ſanctæ Dominicæ , & ſancti Petri , pleraque alia bona , & iura , Monachoſque exemit , ſalua tamen reuerentia ſibi & ſucceſſoribus debita,eo ſcilicet modo, quo Florenſe monaſterium Cuſentino Archiepiſcopo exhibere ſolet, vt ex eius priuilegijs ſatis dignis licet perſpicere ſic exſcriptis , quorum primum confirmauit Innocentius III.inſeruitq; ſuo diplomati anno Pontificatus ſexto in hunc modum .

INNOCENTIVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei .

Dilectis filijs Priori , & Fratribus S. Dominicæ ſalutem & Apoſtolicam benedictionem .

Licet neque qui plantat;neque qui rigat ſit aliquid,ſed qui dat Dominus incrementum , ſacræ tamen Religionis palmites plantare debemus . & eius propagines propagare , ac rigare ſollicitè quod propagatum fuerit , vel plantatum , ne non proficiat,ſed deficiat noua planta,& non creſcat, ſed areſcat potius nouus palmes , ſi priuſquam in terra truncus eorum fuerit radicatus, ſol, aut vllus æſtus caleat ſuper eos . Cum igitur in Monaſterio veſtro de ſancta Dominica de nouo ſacræ Religionis obſeruantia ſit plãtata,Monaſterio Floris ad eam ſuos palmites extendẽte,vt planta huiuſmodi Apoſtolica etiam manu rigetur, & per Nos poſt Deum recipiat incrementum, Monaſterium ipſum de ſancta Dominica in quo diuino eſtis obſequio mancipati , ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus , & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes ,vt Ordo Monaſticus qui ſecundum Deum , & Beati Benedicti

Regu-

lam, atq; Inſtitutionem Florentiū Fratrum in eodem loco inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium in præſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Specialiter autem Eccleſiam ipſam ſanctæ Dominicæ, & eccleſiam ſancti Petri, & ſanctæ Barbaræ cum vniuerſis poſſeſſionibus, & pertinentijs ſuis, quas Venerabilis frater noſter Richardus Tropæenſis Epiſcopus cū conſenſu Capituli ſui, retento ſibi ſolummodo cenſu trium librarū ceræ, Tropæenſi eccleſiæ pro illarum poſſeſſionibus annis ſingulis exhibendis. pia vobis intentione conceſſit, ſicut eas iuſtè, & pacificè poſſidetis, vobis, & per vos ſucceſſoribus veſtris Monaſticum Ordinem ſeruaturis auctoritate Apoſtolica confirmamus. Diſtrictiùs inhibentes ne dictus Epiſcopus, vel ſucceſſores ipſius, aut Tropæenſes Canonici aliud, vel amplius à vobis, & à Monaſterio veſtro exigere, vel extorquere præſumant, quàm in conceſſione ſua idem epiſcopus Tropæenſi eccleſiæ reſeruauit, cuius conceſſionis tenorem nobis ſub Venerabilis fratris noſtri Cuſentini Archiepiſcopi, & dilectorum filiorum . . . . Decani, & . . . Cantoris Cuſentinenſium ſigillis, dilecti filij Matthæi Florenſis Abbatis manibus præſentatum, & roboratum tam ſubſcriptionibus prædictorum, quam dilecti filij . . . . Theſaurarij Cuſentini ad maiorem cautelam de verbo ad verbum præſenti paginæ duximus inſerendum. Hic autem eſt tenor ipſius.

In nomine ſanctæ & Indiuiduæ Trinitatis.

Nos Riccardus Deigratia Tropæenſis Epiſcopus Venerabili Fratri Matthæo de Flore Abbati, & Fratribus eius, eorumque ſucceſſoribus in perpetuum.

Quoniam ad hoc ſumus donante Deo in Pontificatus culmine conſtituti, vt non tantum coram Deo, verum etiam coram omnibus hominibus bona facientes exemplum piorum operum noſtris ſubditis præbeamus, ex iniuncto nobis officio cogimur tam Clero noſtro, quàm populo vbicumque res exigit, generaliter adeſſe, ſed ſpecialiter Religioſorum Ordini, quo tota Deo auctore eccleſia, & exemplis inſtruitur, & oratione munitur. Cum enim dicat Apoſtolus, Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei: illis potius Chriſti pauperibus tenemur charitatiuè prouidere, qui intuitu diuinæ ſpeculationis ſæculum relinquentes, diuinis, diu, noctuque famulatibus inſiſtunt. Inde eſt, quod Nos attendentes preces tuas Domine Matthæe Venerab. Abbas Florenſis eccleſiæ de communi voluntate, & aſſenſu noſtro, fratrumque noſtrorum Venerabilis Tropæenſis Capituli concedimus vobis, & ſucceſſoribus, & prædictæ eccleſiæ veſtræ Floris tres Eccleſias noſtras, quæ ſunt infra fines terræ Fluminis Frigidi, videlicet eccleſiam ſanctæ Dominicæ, ſancti Petri, & ſanctæ Barbaræ cum iuſtis poſſeſsionibus, tenimentiſque earum in perpetuum omni exactione, aut redditu liberas, & abſolutas, ſaluo tamen cenſu triū librarum ceræ, quas pro earum poſſeſſionibus eccleſiæ noſtræ annis ſingulis perſoluetis. Monaſterium vero, quod annuente Deo fundaturi eſtis in tenimento prædictæ eccleſiæ ſanctæ Dominicæ ſecundum B. Benedicti Regulam, & veſtri Ordinis Inſtituta volumus ab omni noſtra, & ſucceſſorum noſtrorum exactione fore ſemper immune. Abbates tamen ipſius Monaſterij per nos, vel ſucceſſores noſtros canonicè conſtituros ſine omni exactione, aut grauamine prædicti Monaſterij ad preces veſtras, vel ſucceſſorum veſtrorum debeant benedici. De Prælatis, & Monachis in ipſo Monaſterio ſtatuendis, aut amouendis ſecundum volūtatem, & ordinationem veſtram, veſtrique Ordinis Inſtituta procedatis, omni noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum, intromiſſione, aut impeditione remota. Volumus etiam vt tenimentum quod Dominus Simeon de Mammiſtra Dominus Terræ Fluminis Frigidi dilectus in Chriſto filius Venerabili quondam Abbati Ioachim, & eccleſiæ veſtræ Floris, vnà cum vxore ſua pro remedio animæ ſuæ conceſsit, libere, & ſine exactione aliqua pacifice in perpetuum teneatis. Oblationes quoque tam mobilium, quàm ſtabilium, quas homines eiuſdem terræ Fluminis Frigidi eidem Monaſterio veſtro fecerint, vos integre percipere volumus, & ſine noſtra, noſtrorumque ſucceſſorum moleſtia libere poſsidere. Si qui vero de Canonicis, vel Clericis prædictæ eccleſiæ veſtræ Tropæenſis, ad Regulam, & Ordinem veſtrum ſe conferre voluerit, liceat eis cum omnibus rebus mobilibus ſe conferre. Si vero prædictæ eccleſiæ noſtræ Canonici, vel Clerici in vltimo vitæ eorum elogio res ſuas prædicto Monaſterio offerre voluerit vſque ad tertiam partem rerum ſuarum eis ſit licitum elargiri. Vt autem hæc noſtra donatio, & conceſſio vobis, & ſucceſſoribus veſtris firma ſemper & illibata permaneat, præſens ſcriptum inde fieri fecimus ſigilli noſtri, & eccleſiæ noſtræ munitum impreſſione

ſione, necnon & Venerabilium fratrum Canonicorum noſtrorum ſubſcriptionibus roboratum.

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo ſecundo, menſe Iuny quintæ Indictionis, pontificatus vero noſtri anno quarto feliciter. Amen.

Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Anagniæ duodecimo Kalend. Febr. Pontificatus noſtri anno ſexto.

In nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis.

Anno Dominicæ Incarnationis 1204. menſe Maij ſeptimæ Indictionis.

Nos Riccardus Dei gratia Tropæen. Epiſcopus dilectis in Chriſto filijs Fratri Benedicto, priori & alijs Fratribus Fontis Laureati, eorumq; ſucceſſoribus inpetpetuũ. Cum vniuerſa quæ ſub ſole ſunt, tranſeant, & ad ea potiſſimum debeamus intendere, per quæ poſſimus ad manſura gaudia peruenire. Dignum ſatis & vtile ducimus, ſi viris Religioſis; & diuino cultui deditis in noſtra Diœceſi prouidemus, qui commiſſo nobis populo poterunt piæ conuerſationis exemplo, & orationis ſanctæ ſolatio, non ſolùm melioris vitæ formam tradere, ſed diuinam quoque gratiam impetrare. Inde eſt, quod cum dilectus olim filius noſter vir nobilis Simon de Mamiſtra, vna cũ Domina Gattegrima vxore ſua de conſilio, & beneplacito noſtro quaſdam poſſeſſiones in pertinentijs terræ ſuæ Fluminis Frigidi, vbi Monaſterium deberet conſtrui Venerab. quondam Abbati veſtro Dom. Ioachim fideliter obtuliſſet, vos ſecundum B. Benedicti Regulam & veſtri Ordinis inſtituta monaſterium ipſum volentes erigere, petiſtis à nobis vt pro eo, quod infra parochiam noſtram eſt, deberemus vobis noſtræ conceſſionis priuilegium indulgere. Nos autem votis, & petitionibus veſtris grato concurrentes aſſenſu de communi totius Capituli noſtri voluntate atque cõſenſu concedimus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpetuũ facultatem prædictum Monaſterium liberè conſtruendi, & veſtrum ibi Ordinem regulariter omni tempore obſeruandi. Sanè quia infra memoratas poſſeſſiones eccleſia noſtra ſanctæ Dominicæ ſita eſt, vbi Monaſterium congruentius ædificari poteſt, vt ſanctorum veſtrorum operum Coadiutores, & orationum mereamur eſſe participes: concedimus vobis, & ſucceſſoribus veſtris in perpetuum ipſam eccleſiam ſanctæ Dominicæ, & eccleſiam ſancti Petri cum omnibus iuſtis tenimentis, & pertinentijs liberè, ac pacificè perpetuo poſſidendas, exhibentes nobis & ſucceſſoribus noſtris illam reuerentiam, quam Floren. Monaſterium à quo proceſſiſtis Domino Cuſentino, & Eccleſiæ Cuſentin. & exhibuit, & exhibere tenetur. Paci quoque, atque quieti veſtræ benigna ſollicitudine prouidere volentes concedimus vobis vt de Prælatis, ſeu Fratribus in veſtro monaſterio ſtatuendis, ac remouendis ſecundum Inſtituta Ordinis veſtri libere procedatis: nec beneplacita veſtra nobis, vel ſucceſſoribus noſtris aliquatenus liceat, vel aliquando impedire; ſed ſecundum quod Monaſterium Floris, à quo proceſſiſtis Apoſtolico priuilegio indulto ſibi gaudere cognoſcitur, vos etiam nullo mediante abſque alicuius contrarietate, vel moleſtia gaudeatis. Oblationes inſuper tam mobilium, quam ſtabilium, quas Clerici, laici, ſiue fœminæ Parochiæ noſtræ ſaluis rationibus matricis Eccleſiæ Tropæen. Monaſterio veſtro fecerint, vos integrè percipere volumus, & ſine alicuius moleſtia libere, ac pacificè poſſidere. Ad hæc ſi qui de Canonicis, vel Clericis noſtris ad ſanctæ conuerſationis veſtræ habitum, & obſeruãtiam ſe conferre voluerint, licebit viuentibus cum omnibus rebus ſuis mobilibus ad vos de mundo tranſire; ſi vero in extremis egerint, licebit eis vſque ad tertiam partem bonorum ſuorum vobis abſque aliqua cõtradictione legare. Ne autem pro ijs, quæ temporaliter concedimus, videamur remiſſiones ſpiritualium exactores, volumus, quod nobis petentibus promiſiſtis à vobis firmiter obſeruari, videlicet vt anniuerſarium depoſitionis tam noſtræ, quàm ſucceſſorum noſtrorum vos & ſucceſſores veſtri annuatim ſolemniter celebretis. Similiter, & Canonicorum noſtrorum, nihilque aliud temporale à vobis, vel ſequacibus veſtris nobis, vel ſucceſſoribus noſtris exigere occaſione aliqua liceat, qui cupitis æterno Regi pacifice, ac libere ſub ſanctæ profeſſionis propoſito militare. Ad huius autem noſtræ conceſſionis memoriam, & inuiolabile firmamentum præſens ſcriptum fieri fecimus, & ſigillo noſtro, & manu propria, & ſubſcriptione Fratrum noſtrorum roborauimus anno, menſe, & Indictione præſcriptis.

Richardus Epiſcopus Tropeienſis ſubſcripſi.
Guillelmus Cantor.
Andreas Canonicus.
Robertus Canonicus.
Et quinque alij Canonici ſubſcripſerunt.

Honorius III. anno 1216. hanc Richardi voluntatem ſuo diplomate confirmauit cum

vna cum inſertione documenti eiuſdem iam prædefuncti , tenor diplomatis talis eſt .

HONORIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei .

Dilectis filijs Abbati , & Conuentui Fontis Laureati ſalutem & Apoſtolicam benedictionem .

Cum à nobis petitur quod iuſtum eſt , & honeſtum , tam vigor æquitatis , quàm ordo exigit rationis , vt id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes affectu, libertates , ac immunitates à bon. mem. Tropienſi Epiſcopo de Capituli ſui conſenſu vobis & per vos Monaſterio veſtro indultas , & donationem S.Dominicæ iuxta quam dictum Monaſterium ſitum eſt , & ſancti Petri Eccleſiam ab eiſdem Epiſcopo , & Capitulo vobis factam , ſicut piè ac prouidè facta eſt , & in eiuſdem Epiſcopi literis proprio ſigillo munitis, & Canonicorum ſuorũ ſubſcriptionibus roboratis plenius continetur , vobis & per vos eidem Monaſterio veſtro auctoritate Apoſtolica confirmamus , & præſentis ſcripti patrocinio communimus ; ad maiorem autem rei euidentiam tenorem literarum eiuſdem Epiſcopi de verbo ad verbum præſentibus duximus inſerendum , cuius tenor talis eſt . In nomine ſanctæ & Indiuiduæ Trinitatis , anno Dominicæ Incarnationis 1204. menſe Maij 7. Indictionis. Nos Riccardus Dei gratia Tropeienſis Epiſcopus . Dilectis in Chriſto filijs fratri Benedicto Priori , & alijs Fratribus Fontis Laureati , eorumque ſucceſſoribus in perpetuum. Cum vniuerſa, &c. Reliqua Richardi verba ſvt ſupra vſque *præſentis ſcripti , Nulli ergo* (proſequitur Honorij priuilegium) *omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere , vel ei auſu temerario contraire . Si quis autem hoc attentare præſumpſerit , indignationem Omnipotentis Dei , & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum . Datum Lateran. Kal. Nouemb. Pontificatus noſtri anno primo .*

Eodem anno Honorius aliud dedit priuilegium , vbi confirmat Abbati Fontis Laureati , eiuſque Fratribus omnes quaſcunq; poſſeſſiones , quæcunque bona conceſſa ab Epiſcopo Tropeienſi alijs Chriſti fidelibus, &c.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum per manum Raynerij Prioris ſancti Frigidiani Lucen. S.R.E. Vicecancell. Kalen. Decembr. Ind.5. pontif.1. cui ſubſcripſerunt idem Honorius, & Cardinales .

Honorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Nicolaus Tuſculanus Epiſcopus .
Guido Præneſtinus Epiſcopus .
Hugo Hoſtienſis Epiſcopus.
Pelagius Albanenſis Epiſcopus .
Cynthius tit. ſancti Laurentij in Lucina Presbyt.Card.
Leo tit.S.Crucis Presb.Card.
Robertus tit. ſancti Stephani in Celio monte Presb. Card.
Stephanus Baſilicæ Duodecim Apoſtolorum Presb.Card.
Gregorius tituli ſanctæ Anaſtaſiæ Presbyter Card.
Petrus tit. ſancti Laurentij in Damaſo Presbyter Card.
Thomas tit. ſanctæ Sabinæ Presb. Card.
Guido Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano .
Octauianus Diac.Card. ſanctorum Sergij & Bacchi .
Ioannes Diac.Card.ſanctorum Coſmæ & Damiani .
Gregorius Diac.Card.ſancti Theodori .
Raynerius Diac. Card. ſanctæ Mariæ in Coſmedin.
Romanus Diac. Card. ſancti Angeli in Foro Piſcium .
Stephanus Diac. Card.S.Adriani .

Eodem anno 1216. Federicus II. Imper. & Siciliæ Rex conſiderans vitam & honeſtatem Venerabilis Benedicti Abbatis Fontis Laureati,& eius Monachorum, ipſos ſuſcepit ſub regio patrocinio,cõfirmans vniuerſas poſſeſſiones , & libertates vna cum donatione Simeonis de Mamiſtra fundatoris , pluraque alia adiecit pro animæ ſuæ ſalute, quod etiam antea fecerat Innocentius III. anno pontificatus ſui ſexto . Dat. Anagniæ 12.Kalen.Feb.ſub quo Richardus Epiſcopus viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt .

12 IOANNES Tropeienſis Epiſcopus immediate Richardo ſucceſſit circa annum Domini 1215.Hic vna cum Capituli ſui aſſenſu anno 1220. litem pro Decimis , quæ diu inter ipſum ac Rodulphum Fontis Laureati Abbatem exarſerat, per Militenſem Epiſcopum Apoſtolicum delegatum ad fauorem Monaſterij prolatam confirmauit , pluraque adiecit , eundemque exemit ab epiſcopali iuriſdictione . Priuilegio ſubſcripſerunt idem Ioannes Epiſcopus,Lucas Archiepiſcopus Cuſentinus , Philippus Marturanenſis Epiſcopus, Simon Tropeienſis Diaconus, Richardus eiuſdem eccleſiæ Archidiaconus cum alijs quinque Canonicis. Donationem hanc, ac liberam ceſſionem cum cæteris tam ab ipſo Ioanne , quàm ab Richardo anteceſſore eidem Monaſterio benignè aſſertis bonis amplo priuilegio affirmauit Clemens IV. Pontifex anno 1267. ſic ſcripto

†.

Cle-

CLEMENS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs Abbati Monaſterij de Fonte Laureato Floren. Ord. eiuſque Fratribus tam præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Religioſam vitam eligentibus Apoſtolicum conuenit adeſſe præſidium, ne forte cuiuſlibet temeritatis incurſus aut eos à propoſito reuocet, aut robur (quod abſit) ſacræ Religionis infringat. Eapropter dilecti in Domino filij veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum Monaſterium ſanctæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ de Fonte Laureato Tropen. Diœceſis, in quo diuino eſtis mancipati obſequio ad inſtar fel. record. Gregorij Papæ IX. Prædeceſſoris noſtri ſub Beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, vt Ordo Monaſticus, qui ſecundum Deum, & Beati Benedicti Regulam, atque Inſtitutionem Floren. Fratrum in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dignoſcitur perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Præterea quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona idem Monaſterium in præſentiarum iuſtè, ac canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hæc proprijs duximus vocabulis exprimenda. Locum ipſum, in quo præfatum Monaſterium ſitū eſt cum omnibus pertinentijs. Sanctæ Dominicæ & ſancti Petri eccleſias, cum hominibus, vineis, terris & alijs pertinentijs earundem. Eccleſiam ſancti Angeli de Militino Roſſan. Diœc. à fel. record. Alexandro Papa prædeceſſore noſtro vobis pia liberalitate conceſſam. Grangiam de Paula cum Caſali & portu, vineis, terris, ſyluis, & aquis. Et tenimentum quod dicitur Campaniſij infra fines Fuſcaldi. In tenimento Montis Alti Excadentiam, quæ fuit olim Michaelis de Dilecta. Et tenimentum, quod dicitur Gardus planus. Tenimentum, quod habetis in Sila propeſanctum Maurum, cum paſcuis, vſibus, & alijs pertinentijs ſuis. Domum Caſalina, & oliuetum, quæ in ciuitate Cuſentia, & eius finibus poſſidetis. Domos, vineas, & terras in Flumine Frigido. Domos, & caſalia in Amanthea. Pomerium cum vinea in flumana eiuſdem caſtri de Amanthea, quam dicitis Cardinaſſe, cum vineis & poſſeſſionibus, quæ fuerunt fratris Riccardi. Culturas de Faruetis, de Marretis, & de ſancto Ioanne de

A oliua. Terras de Grima, & de Subetellis, cum vineis, terris, & poſſeſſionibus, quas in prædicti caſtri finibus poſſidetis. Grangiam quoque de Cucculati, cum molendino. Tenimenta, quæ habetis in finibus Petræmalæ, & Sabbuti. Culturam de Turbulo in tenimento Nuceriæ cum domibus, vineis, & omnibus alijs pertinentijs eorundem. Poſſeſſiones quas habetis apud Furcam, & apud Reginas, & in pantoſa in tenimento Mendicini, & domum in ſancto Lucido. Tenimentum, quod Falconaria vulgariter appellatur, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, vſuagis, & paſcuis, in boſco, in plano, in aquis, & molendinis, in vijs, & ſemitis, & omnibus alijs

B libertatibus & immunitatibus ſuis. Specialiter libertates, & immunitates à bon. mem. Radulpho, & Ioanne Tropeien. Epiſcopis monaſterio veſtro indultas. Sane laborum veſtrorum de poſſeſſionibus habitis ante Concilium generale, ac etiam noualium, quæ proprijs manibus, aut ſumptibus colitis, de quibus noualibus aliquis hactenus non percepit, ſiue de hortis, virgultis, & piſcationibus veſtris, vel nutrimentis animalium veſtrorum nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat. Liceat quoque vobis Clericos, vel laicos, liberos, & abſolutos è ſæculo fugientes ad conuerſionem

C recipere, ac eos abſque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, vt nulli Fratrum veſtrorum poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem fas ſit ſine Abbatis ſui licentia de eodem loco diſcedere. Diſcedentem verò abſque communium literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere. Quod ſi quis retinere forte præſumpſerit, licitum ſit vobis in ipſos Monachos, vel conuerſos regularem ſententiam promulgare. Illos autem, qui in Monachos, vel Conuerſos veſtros manus violentas iniecerint, tam diu ſecundum generale decretum excommunicationi ſubiacere decernimus, donec vobis ſatisfactione præmiſſa, abſolutionē de mandato Summi

D Pontificis conſequantur. Illud diſtrictius inhibentes, ne terras, ſeu quodlibet beneficium eccleſiæ veſtræ collatum liceat alicui perſonaliter dare, ſiue alio modo alienare abſque conſenſu totius Capituli, vel maioris, aut ſanioris partis ipſius. Si quæ vero donationes aliter, quàm dictum eſt, factæ fuerint, eas irritas eſſe cenſemus. Ad hæc etiam prohibemus, ne aliquis Monachus, ſiue Conuerſus ſub profeſſione domus adſtrictus ſine licentia, & conſenſu Abbatis, & maioris partis Capituli veſtri pro aliquo fideiubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat vltra pretium Capituli veſtri prouidentia conſtitutum, niſi propter manifeſtā domus veſtræ vtilitatem. Quod ſi facere forte præſumpſerit, nō teneatur Conuentus pro ijs aliquatenus reſpondere. Licitum præ-

præterea ſit vobis in cauſis proprijs, ſiue ciuilem, ſiue criminalem contineant quæſtionem Fratrum veſtrorum teſtimonijs vti, ne pro defectu teſtium ius veſtrum valeat in aliquo deperire. Inſuper auctoritate Apoſtolica inhibemus ne vllus Epiſcopus, vel quælibet alia perſona ad Synodus, vel Conuentus Forenſes vos ire, vel iudicio ſæculari de veſtra propria ſubſtantia, vel poſſeſſionibus veſtris ſubiacere compellat. Nec ad domos veſtras cauſa Ordines celebrandi, cauſas tractandi, vel aliquos Conuentus publicos conuocandi venire præſumat, nec Regularem electionem Abbatis veſtri impediat, aut de inſtituendo, vel remouendo eo, qui pro tempore fuerit contra ſtatuta Floren. Ordinis ſe aliquatenus intromittat. Si verò Epiſcopus, in cuius Parochia domus veſtra fundata eſt, cum humilitate, ac deuotione, qua conuenit, requiſitus ſubſtitutum Abbatem benedicere, & alia, quæ ad officium Epiſcopale pertinent, vobis conferre renuerit, licitum ſit eidem Abbati, ſi tamen Sacerdos fuerit, proprios Nouitios benedicere, & alia, quæ ad officium ſuum pertinent exercere, & vobis omnia ab alio Epiſcopo percipere, quæ à veſtro fuerint indebitè denegata. Illud adijcientes vt in recipiendis profeſſionibus, quæ à benedictis, vel benedicendis Abbatibus exhibentur, ea ſint earum forma, & expreſſione contentę, quæ ab origine Ordinis noſcuntur inſtituta, vt ſcilicet Abbates ipſi ſaluo Ordine ſuo profiteri debeant, & contra ſtatuta Ordinis ſui nullam profeſſionem facere compellantur. Pro conſecrationibus verò Altarium, vel Eccleſiarum, ſiue etiam Oleo Sancto, vel quolibet alio Eccleſiaſtico Sacramento nullus à vobis ſub obtentu cõſuetudinis, vel alio modo quicquam valeat extorquere; ſed hæc omnia gratis vobis Epiſcopus Diœceſanus impendat. Alioquin liceat vobis quemcumque malueritis catholicum adire Antiſtitem, gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habentem, qui noſtra fretus auctoritate vobis quod poſtulatur, impendat. Quod ſi ſedes Diœceſani Epiſcopi forte vacauerit, interim omnia Eccleſiaſtica Sacramenta à vicinis Epiſcopis accipere libere, & abſque cõtradictione poſſitis; ſic tamen vt ex hoc in poſterum proprijs Epiſcopis nullum præiudicium generetur. Quia verò interdum propriorum Epiſcoporum copiam non habetis, ſi quem habetis Romanæ Sedis, vt diximus, gratiam, & communionem habentem, & de quo plenam notitiam habeatis per vos tranſire contigerit, ab eo benedictiones vaſorum, & veſtium, conſecrationes Altarium, ordinationes Monachorum auctoritate Apoſtolicæ Sedis recipere valeatis. Porrò ſi Epiſcopi, vel alij Eccleſiarum Rectores in Monaſterium veſtrũ, vel perſonas ibi conſtitutas ſuſpenſionis,

A excommunicationis, vel interdicti ſententias promulgauerint, ſiue etiam in mercenarios veſtros pro eo quod decimas, ſicut dictum eſt, non perſoluitis, ſiue aliqua occaſione eorum, quæ ab Apoſtolica benignitate vobis indulta ſunt, ſeu benefactores veſtros pro eo quod aliqua vobis beneficia, vel obſequia ex charitate præſtiterunt, vel ad laborandum adiuerint in illis diebus, in quibus vos laboratis, & alij feriantur, cãdem ſententiã protulerint, ipſam tanquam contra Sedis Apoſtolicæ indulta prolatam duximus irritandam. Nec literæ vllæ firmitatem habeant, quas tacito nomine Floren. Ordinis, & contra teuorem Apoſtolicorum
B priuilegiorum conſtiterit impetrari. Præterea cum commune interdictum terræ fuerit, liceat vobis nihilominus in veſtro Monaſterio, excluſis excommunicatis, & interdictis, Diuina officia celebrare. Paci quoque, & tranquillitati veſtræ paterna in poſterum ſollicitudine prouidere volentes, auctoritate Apoſtolica prohibemus, vt infra clauſuras locorũ, & grangiarum veſtrarum nullus rapinam, ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere, vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Præterea omnes immunitates, & libertates, & exemptiones ſæcularium exactionum à Regibus, & Principibus, vel alijs fidelibus rationabiliter
C vobis indultas auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatum Monaſterium temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura. Salua Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Diœceſani Epiſcopi canonica inſtitia in ijs, quæ veſtro Monaſterio non conceſſerunt Epiſcopi memorati. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica, ſæcularisue perſona hanc no-
D ſtræ Conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentauerit, ſecundo, tertioue commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe diuino Iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo corpore, & ſanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubiaceat vltioni. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax Dom. noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Clemens Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus N.N. N.N. N. &c.

Datum

Datum Viterbij per manus magiſtri Michaelis S. R. E. Vicecancellarij ſexto Idus Februarij, Indictione decima, Incarnationis Dominicæ 1260. Pontificatus verò Dom. Clementis IV. Anno ſecundo.

Cæterum huius celebris Monaſterij monumenta plura apud nos extant ab exemplaribus exſcripta, quibus aliquot Abbatum nomina obſeruaui, quæ hic libet recenſere. Benedictus fuit primus Abbas anno 1201. Radulphus ſecundus anno 1220. vſque ad annum 1230. Riccardus tertius. Petrus anno 1251. Grimaldus 1258. Franciſcus anno 1328. Guillelmus de Flumine Frigido 1344. Nicolaus vixit ſub Clemente VI. Ioannes ſub Innocentio VI. Pyrrhus anno 1407. Antonius de India de Flumine Frigido 1424. Rudolphus de India de Flumine Frigido vltimus Abbas Regularis anno 1448. Obijt 1496. Agaccius Ioannis Græci de Roſſigliano primus Commendatarius. Sed ad ſeriem noſtram redeamus hiulcam ſatis & ieiunam ſpatio ferè octoginta annorum.

13 I. fortè IOANNES, vel Iacobus florebat Tropeienſis Epiſcopus anno 1296. cuius memoriam ex Regeſt. Vatic. expiſcatus eſt doctiſſimus noſter Lucas Vvadingus, & in 2. Annal. Min. exhibuit ad hunc annum, dum ingreſſum, & progreſſum in hanc vrbem commemorat. *Fratribus*, inquit, *inſtanter vocatis à Plebe Tropeæ, vt inter ſe habitarent, contulit I. Epiſcopus, & Capitulum Tropeienſe Eccleſiam ſancti Petri iuxta ripas maris cum horto contiguo, quæ collata erat antea in beneficium Nicolao Presbytero Troppenſis Eccleſiæ, pro quibus æquipollentes dederunt Epiſcopus, & Capitulares eidem Presbytero redditus ex quadam Capella Troppenſis Eccleſiæ. Ipſe Epiſcopus per ſuum annulum inueſtiuit de dicta Eccleſia, & horto Fratrem Robertum Guardianum tunc Montis-Leonis, & Fratrem Thomam de Morano, recipientem poſſeſſionem vice, & nomine miniſtri Prouinciæ Calabriæ. Conceſſionem hanc confirmauit hoc anno Bonifacius VIII. in Reg. Vatic. epiſt. 392. ann. 2.*

Dilectis filijs Guardiano, & Fratribus Ord. Minorum Troppen.

Cum à nobis petitur, &c. vſque *effectum*. Exhibita ſiquidem nobis veſtra petitio cõtinebat, quod cum in terra Troppen. Fratres veſtri Ordinis locum, vel habitaculum non haberent, plebs Troppen. deuotionis, & charitatis ſpiritu ducta fratres eoſdem ad habitandum in eadem Terra inſtanter inducens, Venerabili fratri noſtro I. Epiſcopo, & dilectis filijs Capitulo Troppen. humiliter ſupplicauit, vt Fratribus memorati Ord. pro eorum manſione, & ha-

A bitaculo parochialem eccleſiam ſancti Petri ſitam iuxta ripas Tropeæ ſpectantem ad collationem ipſorum Epiſcopi & Capituli, quæ tamen collata erat in beneficium Nicolao Presbytero Eccleſiæ Troppen. cum horto ſibi contiguo concedere dignarentur. Ipſe autem Epiſcopus hoc pro ſalute animarum inibi habitantium vtile, ac neceſſarium reputans, de conſilio & conſenſu prædicti Capituli præfato Nicolao pro æquiualenti beneficio quadam Capella eiuſdem eccleſiæ Troppen. collata, præfati Nicolai ad id libero, & expreſſo accedente aſſenſu, prædictam eccleſiam ſancti Petri cum horto ſibi contiguo fratri Roberto tunc Guardiano fratrum loci Montis-Leonis, & fra-
B tri Thomæ de Morano recipientibus vice & nomine Miniſtri Prouinciæ Calabriæ, & fratrum prædicti Ordinis, prout ſpectabat ad eum, duxit canonicè concedendum; eoſque de dicta eccleſia ſancti Petri & horto per ſuum annulum præſentialiter inueſtiuit, adijciens, quod parochiani ipſius eccleſiæ S. Petri ad parochialem dictæ Troppen. eccleſiæ deuoluantur, quodque ſi dictos fratres habitaculo ipſius eccleſiæ derelicto ad alias manſiones ſe transferre contingeret, liceat ſibi, & ſucceſſoribus ſuis eccleſiam ipſam S. Petri, & hortum ad ius, & proprietatem ipſius Troppen. eccleſiæ reuocare, prout de his omnibus per patentes
C literas ipſius Epiſcopi ſigillo munitas plenius continetur. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc per eundem Epiſcopum prouidè actum eſt, ratum & gratum habẽtes id auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo noſtræ confirmationis, &c.

Dat. Anagniæ 15. Kal. Iulij ann. 2.

Iſte bonus Epiſcopus paulò poſt defunctus eſt, neque alia de ipſo mentio extat.

14 ARCHADIVS Tropcienſium Epiſcopus anno 6. Bonifacij VIII. 10. kalendas Iulij anno Domini 1299. omnibus Chriſti fidelibus, qui in ſingulis Beatæ Vir-
D ginis Mariæ, & Reſurrectionis Dominicæ feſtiuitatibus, & per octauas earundem verè pœnitentes, & ſacra confeſſione expurgati deuotè eccleſiã Monaſterij Fontis Laureati viſitauerint, annuatim xl. dies de iniunctis ſibi pœnitentijs liberaliter conceſſit. Dat. Anagniæ.

15 RICHARDVS nobili gente natus Thomæ Archiepiſcopi Rhegini ſanguine iunctus, huic eccleſiæ præerat anno 1315. memoratur idem in Regio Regeſt. Neapol. anno 1322.

16 Fr. FRANCISCVS, ordo & patria ignoratur, erat epiſcopus Tropcienſis anno 1344. die 15. Nouembris, Ind. 13. quo die tranſumptari fecit omnia priuilegia ſupra relata ex mandato Americi tit. Sancti Mar-

tini in Montibus Presbyt. Cardin. in Regno Neapolitano Clementis VI. pontificis de latere Legati per Nicolaum Neocaſtrenſem Epiſcopum ad hæc ſpecialiter delegatum.

In nomine Domini, Amen.

Anno Incarnationis eiuſdem 1344. die 11. menſis Nouembris 13. Ind. apud Tropæam Regnante Excellentiſſima Domina noſtra D. Regina Ioanna inclyta Hieruſalem, & Siciliæ Regina. Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ, Prouinciæ & Forcalquerij, & Pedemontis Comitiſſa, Regnorum ſuorum anno ſecundo feliciter, Amen.

Nos Nicolaus Dei gratia Neocaſtren. Epiſcopus ad iuſraſcripta omnia exercen. & executioni debitæ demandan. Reu. in Chriſto Patris, & Domini D. Americi miſeratione Diuina tit. S. Martini in Montibus Presb. Card. & in Regno Siciliæ Legati per ſanctam Romanam eccleſiam deputati Iudex delegatus, præſentis ſcripti publici ſeriem inſpecturis notum facimus, & teſtamur, quod olim die penultimo menſis Auguſti proximè præteriti 12. Indict. Nos cõſtituti apud locum prædictum comparuit coram nobis nobilis, ſapiens, & diſcretus vir Abbas Gualterius de Guaſto Tropeien. Canonicus, ac Reuerendiſſimi in Chriſto Patris & Domini, D. Fratris Roberti diuina prouidentia Tropeien. Epiſcopi in ſpiritualibus cauſis Vicarius nomine, & pro parte prædicti Domini Tropeien. Epiſcopi, ac dictæ Tropeien. Eccleſiæ prędicti Domini Cardinalis, & Legati nobis ſub teſtimonio publico literas non abraſas, non cancellatas, nec interlineatas, ſeu vitiatas, nec abolitas, nec in aliqua ſui parte diminutas, ſed totas integras, & omni prorſus ſuſpicione carentes, & nitio prædicti Domini Legati pendenti ſigillo ſolito, & integro, cera rubea, & filo albo niſtro ſigillatas præſentauit tenoris, & ſubſequentis continentiæ. *Americus* miſeratione diuina tit. Sancti Martini in Montibus Presb. Cardinalis Apoſtolicæ Sedis Legatus. Venerabili in Chriſto Patri Epiſcopo Neocaſtrenſi ſalutem in Domino. Significauit nobis Venerabilis in Chriſto Pater Dominus Robertus epiſcopus Tropien. quod nonnulla priuilegia fuerunt epiſcopo & eccleſiæ Tropien. per ſedem Apoſtolicam, & quoſdam Reges Siciliæ, qui fuerunt pro tempore, indulta, inter quæ fuit epiſcopo & epiſcopatui Tropien. & vaſſallis, ac hominibus Tropien. & ciuitatis Tropien. certis rationabilibus ex cauſis per eoſdem Reges gratioſè cõceſſum. Quod ipſi homines & vaſſalli eiuſdem Tropien. angarias, & perangarias, ac ſeruitutes temporales aliquas non ſubiaceret, nec ſubire

A quomodolibet tenerentur, excepta generali collecta eis impoſita, & imponenda nomine & pro parte Regum eorundem; ad cuius ſolutionem, & exactionem, niſi per epiſcopum Tropien. vel eius Vicarium compelli, nec pro aliquo exceſſu ad ſeculare iudicium protrahi, & ſi talis exiſteret, qui pœnam mortis induceret, nullo modo deberent, quæ quidem conceſſio fuit per ſedem Apoſtolicam confirmata. Sed nonnulli Iuſtitiarij, Capitanei, & Officiales Regis, & Reginalis prouinciæ Calabriæ & ciuitatis eiuſdem, qui fuerunt hactenus, & qui nunc sũt, eorumque Locumtenentes ſæculares ipſius prouinciæ homines, & vaſſallos epiſcopi &

B eccleſiæ prædictorum in Cuſtodia ciuitatis, commiſſionibus periculoſis, & grauibus, portationibus literarum in partes remotas, ac alijs executionibus oneroſis officiorum ſuorum contra tenorem priuilegiorum pręfatorum adſtrinxerunt, & adſtringunt multipliciter, ac vexarunt, & vexant, eoſque ad ipſorum examen, ac iudicium extraxerunt, & trahunt, & niſi eis pareant, & intendant per captionem, & detẽtionem perſonarum, animalium, & bonorum hominum & vaſſallorum eorundem compulerunt, & compellunt indebitè, & iniuſtè in ipſorum damnum, & grauamen nõ modicum, ac epiſcopi, & eccleſiæ Tropien. prædictorum

C præiudicium, & iacturam ſupplicantis humiliter, & deuotè ſibi ac hominibus & vaſſallis eiuſdem ſuper hoc de opportuno remedio prouideri. Ideoque Paternitati veſtræ auctoritate qua fungimur præſentium tenore committimus, & mandamus, quatenus, ſi ita eſt, & de priuilegijs iſtis tibi conſtiterit, epiſcopum, homines, & vaſſallos prædictos contra tenorem priuilegiorũ ipſorum nõ permittatis quomodolibet aggrauari, vel etiam moleſtari, moleſtatores & aggrauatores eoſdem à moleſtijs, & grauaminibus ſupradictis auctoritate noſtra per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo.

D *Datum Neapoli 7. Id. Iulij, pontificatus Domini noſtri Domini Clementis Papæ ſexto, anno tertio.*

Quas quidem literas adhibito primo pro Nõr, diſcreto & circumſpecto viro Notario Ioanne de Ripa eiuſdem ciuitatis Tropeæ & noſtro Nicoteren. Notario publico ad vniuerſa omnia fideliter conſcribenda, cum deuotione, & reuerentia maxima, honoreq; debito recepimus, & prædictum Notarium apud acta noſtræ Curiæ ad perpetuam rei memoriam recipi, ſcribi & regiſtrari fecimus diligenter, eodemque die ibidem prædictus Vicarius nomine prædicti Dom. Tropien. Epiſcopi & eius Tropien. eccleſiæ, certa priuilegia eidem Tropien. per q. bon. mem. Ducem Rogerium Dei gratia Apulię, Calabriæ, & Siciliæ Ducem, necnon & Re-

gem

gem Gulielmum Siciliæ Regem conceſſa, & quædam alia ipſorum priuilegiorum confirmatoria per ſacroſanctæ eccleſiæ pótifices, prout inferius declarabitur nobis oſtendit, & præſentauit petens humiliter, & deuoté nomine quo ſupra, & iuxta tenorem & continentiam literarum nobis in hac parte, & per ipſum Dominum Cardinalem, & Legatum directarum mandatum ipſum exequutiuum debité mandare deberemus. Nos igitur exequutor, ſiue Iudex delegatus prædictus volentes mandatum prædictum nobis in hac parte directum reuerēter exequi, vt tenemur priuilegia ipſa nobis præſentata recepimus, & apud acta noſtra per prædictum Notarium recipi, & admitti fecimus, per nos poſtea videnda, legenda, inſpicienda, ac legi, & inſpici facienda, quæ priuilegia vidimus, legimus, & diligēter eorum intellectum, & tenorem percepimus, legi, & inſpici diligenter fecimus, omni vitio prorſus, & ſuſpicione carentia, bullis plūbeis, cum cera rubea, & violacea dictorū Ducis & Regis ſubſcriptionibus munita, & ad iur.l oquendi, ſine ſtatuendi, vel diffiniendi ſuper tenore priuilegiorum ipſorum ſecundum nobis in authenticam formam diem prætitulatum prædicti menſis Nouembris ſtatuimus peremptorié, quorum priuilegiorum primi tenor ſic incipit. In nomine &c.

Sequitur priuilegium Ducis Roberti, vt ſupra &c.

Succeſſiué duo alia priuilegia Regis Gulielmi, vt ſupra &c.

Et confirmatio Alexandri III. vt ſupra &c.

Quę quidem priuilegia originalia omnia principalia, & confirmatoria Dominorū Summorum Pontificū cum filis ſericis rubeis, & ſalinis, & veris bullis plūbeis ipſorū Summorum Pontificum bullata, non vitiata, nec cancellata, ſed omni vitio & ſuſpicione carentia vidimus, legimus, & diligenter examinauimus, legi, & inſpici fecimus, & ipſorum diligenter intellecto tenore, veraque deliberatione prohabita cum ſapientium conſilio Dei & auctoritate nobis in hac parte conceſſa conſiſi pro Tribunali ſedentes in his ſtatuendo, excommunicamus omnes Capitaneos, Iuſtitiarios, Magiſtros iuratos, Cuſtodes, Guardiæ, ſiue Præpoſitos, Baiulos, Platearios, & Conde-ſtabulos ciuitatis Tropeæ, & tenimenti ſui, necnon Iudices, ſiue Aſſeſſores, & actorum Notarios, ac Magiſtros Cameræ, & omnes alios Officiales, qui pro tempore fuerint, quocunque nomine nuncupentur, ac priuatas perſonas, quacunque ſint prædita dignitate, vel ſine, qui per ſe, vel per alios homines & vaſſallos dictæ Tropien. Eccleſiæ vexare, turbare, vel quomodolibet moleſtare, verbo, vel facto compellere in perſona, vel in rebus ipſorum, contra dictorum priuilegiorum tenorem in Cuſtodia ciuitatis, commiſſionis exercendæ portationibus litterarum, excubijs facien. ſiue citationibus, & reſponſionibus coram eis, & eorum Officialibus ſubire iudicium, ſiue angariare, vel perangariare, vel laicales redditus ab eiſdem vaſſallis exigere, ſed liberé examini, iuriſdictioni, præceptioni, defenſioni, ac poteſtati ipſius Tropien. Epiſcopi dimittere, necnon prędictos Officiales monemus, quibus pro prima admonitione trium dierum aſſignamus, pro ſecunda, trium, pro tertia, trium aliorū dierum peremptorie aſſignamus, vt prædicta facere non attenteut; ſimiliter & priuatas perſonas monemus, ne in villanos, & vaſſallos Tropien. eccleſiæ, & ipſorum bona, præfata facere, vel attentare procurent, alioquin in ipſos Officiales, & perſonas prædictas ex nunc pro ex tunc, in ipſos, & ipſorum quemlibet, qui per ſe, vel per alios prædictæ Tropien. eccleſiæ vaſſallos in aliquo moleſtarent, ſeu perturbarent, vt ſupra excommunicationis ſententiam in his ſcriptis promulgamus in perpetuum valituram, in quam ipſo facto eos, & ipſorum quemlibet incurrere volumus, ſi cōtrarium in aliquo contra prædictos vaſſallos duxerint faciendum, Mandantes Dom. Cantori, vel Archidiacono Tropien, ambobus, & vnicuique in ſolidum, vel ipſorum Locatenentibus, vt conſtito ſibi ſummarié & de plano quocunque tempore fuerint, quod ſi quis Officialis, qui erit pro tempore, vel priuata perſona vt ſupra contra dictorum priuilegiorum, & noſtram præſentem ſententiam, ſiue ſtatutum prædictæ Tropien. eccleſiæ, homines & vaſſallos, ſiue villanos in aliquo vexare, ſiue turbare præſumpſerit in perſonis, vel rebus eis aliquid mandādo, vel compellendo eorum ſubire Iudicium, vel aliquid faciendo, ſtatim ipſum, vel ipſos Officiales, vel priuatas perſonas excommunicatas in eccl. ipſa Tropien. dum celebrantur Diuina, Clero & Populo aſſiſtēte fideliter faciāt, vel faciat nūciare, ſeu denūciare cādelis accenſis prius, & extinctis, & campanis pulſatis, & tandiu excommunicatos faciant manere, ſeu denunciare, donec á præmiſſis moleſtationibus, turbationibus, & grauaminibus contra prædictos vaſſallos, & villanos ipſius Tropien. eccleſiæ deſiſtant, & de illatis ſatisfaciant competenter. Cæterum ne præfata poſſint in aliquo de ſimulatione, ſiue negligentia prętermitti, prædictis Cantori, & Archidiacono, vel eorum cuilibet, quibus, eó quod nos ſemper ad prædicta exequenda perſonaliter adeſſe nequimus, commiſimus vices noſtras ſub excommunicationis pœna, quam in eos & ipſorum quemlibet ſtatim poſtquam requiſiti fuerint peremptorie, & canonica monitione præmiſſa, pro qua ſex dierum terminum aſſignamus, ferimus in his ſcriptis; ſi ea, quæ eis & ipſorum cuilibet,

bet, vel eorum Locatenentibus in hac parte commiſimus, neglexerint, ſeu neglexerit, vel contumaciter recuſauerit adimplere, diſtictè præcipiendo mandamus; In quorum omuium teſtimonium, perpetuam rei memoriam, & dicti D. Tropien. Epiſcopi, & ipſius Tropien. eccleſiæ, & vaſſallorum ſiue villanorum eius cautelam præſens publicum inſtrumentum, proceſſum, ſtatutum, vel ſententiam per Ioannem Notarium publicum ſupradictum, & in fidem publicam mandauimus, & noſtri pontificalis ſigilli quo vtimur, appoſitione iuſſimus communire. Datum Tropeæ in Epiſcopali Palatio annis Domini, menſe, die, & Indictione prædictis, pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris, & Domini, Dom. Clementis VI. pontificatus eius ann. 3. præſentibus diſcretis viris infraſcriptis, & alijs multis de ciuitate Tropien. & aliarum partium. Quod autem ſuperius in prima linea vbi legitur Nouember, abraſum eſt, & emendatum per me prædictum Notarium, non vitio, ſed errore pro authentico habeatur. Ego Marinus Lutrarius miles teſtor. Ego Presbyter Simeon Tranquitus teſtor. Ego Perutius de Taliene teſtor. Ego Nicolaus Lutrarius teſtor. Ego Nuntius Guarnerius teſtor. Ego Henricus Romano teſtor. Ego Abbas Ioãnes Arniculus teſtor. Ego Matthæus de Squillacio teſtor Tropien. Archidiaconus. Ego Stephanus Giffone Tropien. Canonicus teſtor. Ego Gulielmus Guiconus teſtor. Ego Colutius de Nurgia teſtor. Ego Nicolaus Arculudi teſtor. Ego Robertus Paurus teſtor. Ego Ioannes Sulaca teſtor. Ego Ioannes de Ripa qui ſupra publicus ciuitatis Tropeæ & Nicoteren. Notarius literarum Domini Cardinalis & Legati præſentationi, omnibus & ſingulis ſupradictis per ſupradictum D. Iudicem delegatum factus, prolatis, & habitis præſens interfui, & ideo hic de eius mandato me ſubſcripſi, & ſignum meum appoſui conſuetum in teſtimonium præmiſſorum. Vnde quia idem Dominus Vicarius intendens dictum tranſumptum priuilegiorum prædictorum tranſmittere ad Regiam Cameram ſummariè, & ad diuerſas partes, & loca ad illud extendendum, & præſentandum, prout neceſſe fuerit, & opportunum pro intereſſe prædicti Reuerendiſſimi Domini, D. Epiſcopi Tropien. & eius maioris eccleſiæ Tropien. ac bonorum & vaſſallorum eiuſdem dubitans, ne tranſmittendo dictum originale tranſumptum modo aliquo deperderetur in graue damnum, & præiudicium prædictorum, decreuit tranſumptum ipſum tranſumptari, & in publicam formam redigi, & ſic tranſumptum tranſumpti in formam publicam redactum tranſmittere requiſiuit. Nos propterea Iudicem, Notarium, & Teſtes infraſcriptos, quod prædictum tranſumptum, copiam, exemplare, & tranſumptare deberemus, &

A in publicam formam redigere pro cautela. Nos autem attendentes quia officium noſtrum publicum eſt, & nemini denegãdum, maximéque quia iuſta petentibus non eſt denegandus aſſenſus; ideo ad requiſitionem prædicti Reu. Dom. Vicarij tranſumptum prædictum copiauimus, exemplauimus, tranſumptauimus, & in præſentem publicam formam redegimus fideliter, & legaliter, prout inuenimus nihil addendo, vel minuendo, prout tenemur; & facta diligenti collatione cum dicto originali tranſumpto de verbo ad verbum concordat, vnde ad futuram rei memoriam, & ipſius Reuerendiſs. Dom. Epiſcopi Tropien. dictæque
B ſuæ maioris eccleſiæ bonorum, & vaſſallorum eiuſdem, ac omnium, & ſingulorum, quorum, vel cuius intereſt, & intereſſe poterit quomodolibet in futurum certitudinem, & cautelam de præmiſſis omnibus & ſingulis hoc præſens publicum inſtrumentum, & inde factum eſt per manus mei publici Notarij ſcriptum, & ſubſcriptum, ac ſigno meo ſolito & conſueto ſignatum noſtrum qui ſupra Iudicis, & ſubſcriptorum Teſtium ſignis & ſubſcriptionibus proprijs fideliter roboratum act. anno, menſe, loco regiſtrato, & Iudice præmiſſis.

17 MARINVS.

18 RAYNALDVS.

19 GIORDANVS. Horum trium Epiſcoporum nomenclaturam tãtum habemus
C ſine vlla ab eis rerum, aut quibus temporibus geſtarum notitia. Notantur tamen circa hæc tempora poſt Robertum in ſchedulis ad me miſſis, &c.

20 FRANCISCVS Rolandinus, ſeu Orlandinus Epiſcopus Tropeienſis tranſlatus eſt ad eccleſiam Iuuenacenſem ann. 1390. Ita in lib. Obligat. Bonifacij IX. quando autem hanc Tropeienſem eccleſiam aſſecutus fuerit, me latet.

21 PAVO, vel PAVLVS de Griffis, Pauonem vocatum lego in lib. Obligat. ex Epiſcopo Polinianenſi ad hanc Tropeienſem eccleſiam tranſlatum anno 1390. Hic patria fuit Iuuenacenſis, in eaque vrbe iuxta domum paternam, Eccleſiam conſtruxit
D titulo ſancti Spiritus vnà cũ Collegio vnius Præpoſiti, ac ſex Canonicorum anno Domini 1397. quam inſtitutionẽm & donationem Patronis confirmauit Bonifacius IX. eamque eccleſiam cum Capitulo in gratiam Epiſcopi, Apoſtolicę Sedi immediatè ſubiecit. Innocentius vero VII. Papa anno 1405. à poteſtate epiſcopi & Capituli Iuuenacenſis exemit, vt in documento Apoſtolicarum literarum inſerto habetur in lib. de diuerſis formis anno primo Innocẽtij fol. 107. Exceſſit Pauo circa annum Domini 1410. Hoc enim anno initio menſis Maij vacuam fuiſſe eccleſiam Tropeienſem per obitum bon. mem. Pauonis vltimi illius eccleſiæ epiſcopi extra Romanam Curiam defuncti

docet

A docet Inſtrumentum Iuliani de Alexio Tropeæ Notarij, quo *nobilis mulier Catharina relicta quond. Iacobi Confaloni de Scalis habitatoris Tropeæ, tutrix pupillorum, ac filiorum ſuorum & hæredum quond Nicolai Confaloni renunciauit Vicario Reuerendiſſ. in Chriſto Patris Domini Ioannis tituli S. Sixti Presb. Card. Raguſini Commendatarij maioris Eccleſiæ Tropeien. de qua commendatione conſtare aſſeritur per Breue Dom. Gregorij Papæ XII. anno eius pontificatus quarto, die 16. Maij, Indict. 13. 1410. cum Eccleſia ipſa tunc vacaret per obitum bon. mem. Pauonis vltimi ipſius Eccleſiæ Epiſcopi extra Romanam Curiam defuncti, bona denunciat, quæ ab Eccleſia Tropeienſi locata tenebat.*

B



C

22 Fr. IOANNES DOMINICI Florentinus Ordin. Præd. Card. S. Sixti Raguſinus nuncupatus, aliquando hanc habuit eccleſiam commendatam, inſtitutus à Greg. XII. anno 1410. die 16. Maij, quam deinde liberè ceſſit in eiuſdem Pontificis manibus.

23 NICOLAVS de Acciapocijs Clericus Surrentinus à Gregorio XII. inſtitutus eſt Tropeienſis eccleſiæ Epiſcopus cum facultate accipiendi à quocunque mallet Catholico Epiſcopo munus cõſecrationis. Cæterum cum in Concilio Piſano Gregorius deturbatus eſſet de ſede, corruit & Nicolai D prouiſio, iterumq; Ioannes XXIII. qui Gregorio ſubrogatus fuerat, illum Tropeienſem epiſcopum renunciauit anno 1413. Kalend. Februarij, vt in lib. Prouiſ. eiuſdem Pontificis ſcriptum inueni. Is anno 1421. vt Vvadingus tom. 5. Annal. Minor. ſcribit, conceſſit Minoribus Regularis Obſeruantiæ antiquiſſimum ſuæ Vrbis Conuentum ante annos ſeptingentos à Monachis Græcis ſancti Baſilij cõſtructum, ſancto Sergio ſacrum, ſed ſub hoc tempus derelictum, & ruinæ proximum, domum reſarciuit Frater Auguſtinus de Florentia, tunc in Romana prouincia, ac in Calabria Vicarius. Hunc à conſilijs habuit Ioanna II. Neapolis Regina; erat enim vir potens in opere & ſermone anno 1423. in procerum Conuentu, coram eadem Ioanna Regina, ac Ludouico Andegauenſi ab eadem adoptato, luculenter orauit, ſuamque orationem cœpit ab ijs verbis. *Verè filius Dei erat iſte, &c.* Eius prouidentiam Martinus V. Eugeniuſque IV. Pontifices maximi collaudarunt, & ad maxima eccleſiaſticæ ditionis gubernacula eum admouerunt. Etenim præter cætera, in Campania, & Bononia Rectoris officio, ſeu legatione peregregiè functus eſt, & per hos, alioſque gradus ad Archiepiſcopatum Capuanum aſcendit ann. 1436. eodem tempore Tropeienſem eccleſiam, vacuam reliquit, quam per annos tres, ac viginti ferè, tamen ſemper abſens, conſultè adminiſtrauerat; tandem ab eodem Eugenio, anno 1439. purpuratus Senator adlectus eſt ſub titulo ſancti Marcelli. Cæterum poſt aliquot annos, vt in Capuanis Archiepiſcopis narrauimus, parum viſus eſt gratiſſimo Põtifici gratiam retuliſſe, ob id ingrati animi apud omnes notam ſubijt. Romæ mortuus eſt defuncto Eugenio poſt Nicolai V. creationem ann. 1447. De quo vide etiam noſtras ad Ciacconem annotationes.



24 IOSVE Mormile nobilis Patritius Neapolitanus, epiſcopus S. Agathæ, antea Monopolitanus huc tranſlatus die 6. Febr. 1437. Is cum eſſet in alma Vrbe, Papæ Eugenij Vicarius anno 1445. benedixit in Abbatem ſancti Placidi de Coloneto Siciliæ Cœnobio Benedictini Ordinis, Fratrem Matthæum de Marco einſdem loci Monachum. Ioſue mentio item extat in Regio Regeſt. Neapol. 1449.

*



25 PETRVS Balbus Venetus nobiliſſima gente natus, Pauli II. Pontif.Max.propior affinis, à pueritia tum Græcas, tum Latinas literas peritiſſimè didicit, & in omnibus liberalibus artibus educatus, vir doctus, & eruditus euaſit, ac ſummæ prudentiæ apud omnes exiſtimationem tulit; ſub Paulo varia eccleſiaſtica munia conſultiſſimè adminiſtrauit, ac Tropeienſi Sacerdotio nobilitatus, diù ſuperſtes fuit, Romæ demum defunctus eſt 9. Septemb. anno 1479. ſepultus eſt in Vaticana Baſilica cum epitaphio.

Petro Balbo Epiſcopo Tropeienſi, qui ob ſingularem eruditionem, vtriuſque linguæ multa è Græco in Latinum eleganter tranſtulit, quique ob ſanctitatem vitæ & modeſtiam octogeſimum annum attigit
B. Maraſca Antiſtes Caſtellanus Almæ Vrbis Vicecamerarius Sixti IV. Pontif. Max. iuſſu B.M. faciendum curauit.
Obijt die ix. Septemb.
MCCCCLXXVIIII.


Eius autem ingenij monumenta, & verſiones vnico volumine M.S. reperiuntur in theſauro eccleſiæ Capuanæ, vt nos monuit eruditus vir Camillus Pellegrinus, quarum nomenclatura eſt. *Sanctiſſimi Doctoris Gregorij Nyſſeni Dialogus cum ſorore ſua Beata Macrina de immortalitate animæ, Latinè verſus à Petro Balbo Epiſcopo Tropeienſi ad Pont. Max. Paulum* II. *Vita B. Macrinæ per Gregorium Nyſſenum Fratrem edita, & per eundem Dominum Petrum Balbum Epiſcopum Tropeienſem de Græco in Latinum verſa, ad Reuerendiſſ. & humaniſſimum Præſulem Dominum Cardinalem Vicentinum. Sapientiſſimi, atque eloquentiſſimi Doctoris Gregorij Nazianzeni de amore paupertatis ſermo, per Dominum Petrum Balbum, & in Latinum verſus ad Reuerendiſſ. & humaniſſimum Præſulem Dominum Oliuerium Cardinalem Neapolitanum. Sanctiſſimi, ac eloquentiſſimi Doctoris Ioannis Chryſoſtomi ſermo de eleemoſyna Latinè redditus à Petro Balbo, &c. Ad Reuerendiſſ. atque humaniſſ. Dominum Dom. Franciſcum Card. Senenſem. Sanctiſſimi Patris noſtri Magni Baſilij de Oratione ſermo Latinè verſus, ad Reuerendiſſ. Patrem D. Beſſarionem Abb. Monaſterij S. Seuerini Neapolis. Sanctiſſimi Maximi Confeſſoris ſermo per Dialogum de Græco in Latinum conuerſus per eundem Dom. Petrum Balbum ad Pont. Max. Sixtum IV. Extat in Biblioth. Patrum tom. 5. ſub hoc titulo. Dialogo de Verbi* Incarnatione *quæſtiones interprete Bolebaldo Berkhermero auctore damnato. Eiuſdem S. Confeſſoris Maximi ad Epideum Presbyterum quadringentorum Capitulorum de charitate per eundem Petrum Balbum, &c.* Sed codex deficit à cap. 30. lib. 4. extat in Biblioth. prædicta ſub hoc titulo. *Sententiarum de charitate ex Patribus collectarum ad Epideum, Vincentio Obſepæo interprete auctore damnato.* Memini me vidiſſe in Bibliotheca Aniciana bon. mem. Abbatis Conſtantini Caietani nonnulla alia opuſcula Sanctorum ab eodem Balbo è Græco in Latinum verſa, quæ fortaſſis adhuc ibi reperiuntur.

26 IOANNES Deurus Petro ſtatim ſucceſſit, breuiſque Pontifex fuit, cum vix Epiſcopali infula exornatus, Romæ elatus eſt ad tumulum anno 1480. die 15. Aprilis.

27 IVLIANVS Mirtus Frangipanus Nicolai filius Caiacenſis patriæ Epiſcopus ad hanc Tropeienſem eccleſiam tranſlatus eſt à Sixto IV. die 16. Iunij 1480. Regius Conſiliarius, ac Sacellanus fuit, quo titulo interfuit coronationi Alphonſi II. Regis 2. Iunij 1494. Nouem & decem omnino annos eximiè hanc rexit eccleſiam; exceſſit Tropeæ omnium bonorum mœrore, clarus virtute, pietate & rebus agendis, prudentia omnibus notus ann. 1499. die 26. Septembris, ſepultuſque in communi Epiſcoporum oſſuario Cathedralis, cuius cum laude meminit Scipio Ammiratus de nobilibus familijs Neapolitanis, de quo etiam vide quæ diximus in Epiſcopis Caiacenſibus.

***

SI-



28 SIGISMVNDVM Pappacaudam Neapolitanum, nobilitate generis, ſcientiarum eruditione, ac epiſcopum Venuſinum, virum longe clariſſimum Alexander VI. pōtifex ad hanc Tropeienſem eccleſiam tranſtulit die 8. Aprilis 1499. hac tamen conditione, vt epiſcopus Tropeienſis, & Mantheanus appellaretur, ſic in Actis Conſiſt. ſcriptū egi. *Die lunæ 8. Feb. fuit Conſiſtorium, &c. S.D.N. tranſtulit Dominum Sigiſmundum Pappacaudam Epiſcopum Venuſinum de prædicta Eccleſia ad Eccleſias Tropeienſem, & Mantheanen. inuicem vnitas in Prouincia Calabriæ ſub Archiepiſcopatu Rhegino in Regno Neapolitano vacantes, & cum verbum factum eſſet, an Manthea, ſiue Mantheanus eſſet Epiſcopus appellandus. Dictum fuit mihi Vicecancellario, vt expedirem omnia, vt in cedula Dom. Datarij: Fuit autem ſuperioribus annis ab Rege Neapolitano illis hominibus id conceſſum. cum autem Tropeienſis ſolum appellaretur vtrarumque Eccleſiarum Epiſcopus.* Præfuit Sigiſmundus ijs eccleſijs annis omninò 37. ita laudatiſſimè ob inſignem prudentiam, artiumque ſcientiam Principibus omnibus charus, vt à Clemente VII. Pontifice, cuius erat familiaris ad purpuram deſtinaretur; maluit tamen præclarus Præſul in patria Epiſcopus viuere, quàm Vaticano murice decorari. Neapoli mortem obijt anno 1536. die 3. Nouembr. ſepultuſque eſt in eccleſia ſancti Ioannis de Pappacaudis in maiorū tumulo, vbi ad immortalem ipſius gloriam hoc inciſum eſt cœnotaphium.

Sigiſmundo Pappacaudæ Franc.
F. Viro optimo & Iuri conſul-
to, qui cum in cœtum Cardina-
lium fuiſſet à Clemente VII.
adſcitus, maluit in patria Epi-
ſcopus viuere.
Vixit annis lxxx. m vij. d. x.
Obijt MDXXXVI.

De hoc Præſule vide quæ diximus in noſtris ad Ciacconem annotationibus in Clemente VII. De Pappacauda hac nobili familia lege Ammiratum, & Ælium Marcheſium.

29 IOANNES ANTONIVS Pappacauda ſuperioris fortaſſe nepos ab ipſo in coadiutorem cooptatus, eidem ſucceſſit anno 1536. exceſſit anno 1538. vt ex Actis Conſiſt. liquet.



30 INNOCENTIVS Card. Cibo hanc habuit eccleſiam commendatam die 6. Februar. 1538. quam poſt paucos menſes ceſſit ad fauorem ſequentis.

31 HIERONYMVS Card. Ginuccius Senenſis Tropeienſem eccleſiam in commendam habuit die 19. Iunij 1538. quam adminiſtrauit quouſque in viuis fuit, hoc eſt vſque ad annum 1541. de quo vide primo noſtro tomo in Epiſcopis Aſculanis, vbi de ipſo plura retulimus.

32 IOANNES Poggius Bononienſis, patre Chriſtophoro, matre Franciſca Mantuana natus 7. Kal. Febr. 1493. ab ipſa adoleſcentia inſita erat in eo ad eccleſiaſtica munia propenſio, vnde vxore demortua Romam petijt, Protonotarius Apoſtolicus factus, à Paulo III. Apoſtolicæ Cameræ Theſaurarius, & Tropeienſis Eccleſiæ Epiſcopus adlectus eſt 8. Octob. 1541. mox in Hiſpaniam Apoſtolicus Nuncius, & ſpoliorum Collector miſſus apud Carolum V. Imperatorem diu manſit, & ob egregiam prudentiam charus eidem fuit; inde in Germaniam pro fidei Catolicæ controuerſijs eodem munere functus, cum ibidem eximiè operam ſuam nauaſſet, per hos dignitatis gradus ad purpuram ſibi viam aperuit: quamobrem ſupplicante item Carolo Imperatore Iulius III. in Cardinalium Collegium illum cooptauit anno 1551. Vixit vir prudens & pereruditus ad annum vſque 1556. quo Bononiæ in patria deſijt eſſe prid. Id. Februarij, & ibidem in ſacello, quod ipſe in Templo ſancti Iacobi Ordin.

Eremitarum ſancti Auguſtini condiderant, ſepultus eſt, cum annis plus minus quindecim Tropeieſem eccleſiam abſens adminiſtraſſet, quam ſex diebus antequam ex hac vita migraſſet, ad fauorem Ioannis Matthæi nepotis per procuratorem reſignauerat. Eo verò Præſule anno 1543. Minimi Tropeæ recipiuntur exſtructo Monaſterio apud eccleſiam ſanctæ Mariæ Auxiliatricis, ſeu de Succurſu. Eius meminit cum laude Orlandinus lib. 4. Hiſt. Soeiet. Ieſu.

33 IOANNES MATTHÆVS Luchius Bononienſis, Lucæ filius, Card. Poggij ex ſorore nepos Epiſcopus Anconitanus ad hanc Tropeienſem eccleſiam tranſlatus eſt die 6. Februarij 1556. deceſſit die 22. Iunij 1558.



34 POMPEIVS Piccolomineus de Aragonia Alphonſi Amalphitani Ducis ex vxore Conſtantia de Auolos Marchionis Vaſti filia natus, eum eſſet Lancianenſis Archiepiſcopus electus, Tropeienſis delectus eſt epiſcopus ex Philippi Hiſpaniarum Regis nominatione die 16. Ianuarij 1560. è viuis exemptus eſt in Hiſpania die tertio Maij 1561.

35 FRANCISCVS de Aquitte, ſeu Agherte Epiſcopus Crotonenſis, ad hanc Tropeienſem Eccleſiam tranſlatus eſt die 15. Decembris 1564. vix annum expleuit in hac noua dignitate, & mortuus eſt.

36 FELIX de Rubeis Troianus, vir doctus, regiuſque Conſiliarius Tropeienſis Epiſcopus euaſit die 15. Iulij 1566. iam prius deſignatus Potentiæ Epiſcopus à Philippo Hiſpaniarum Rege. Neapoli fato ceſſit die 18. Martij 1567. ſepulruſque eſt in Metropolitanæ ſacello Rubeorum familiæ, vbi hoc legentibus proſtat epitaphium.

✠

B. M. V.

Felici de Rubeis I. C. Regio Conſiliario, qui vt in gerendis magiſtratibus ſuos maiores, & præcipuè Vgolinum de Rubeis de Parma ſub Carolo II. Andegauenſi Reg. Neapol. Præfectum egregiè imitatus, ita poſt Lucretiæ Gallutiæ vxoris obitum, Iacobi de Rubeis Archiepiſc. Neapol. ex Comitibus S. Secundi magni patrui exemplo ſacris initiatus, Potentiæ prius, Tropeienſium poſtmodum Epiſcopatum eſt conſecutus, & dum ad maiora à Pio V. Pont. Max. vocaretur, morte præuentus occubuit.

A. D. MDLXVII.

Iulius Ceſar I. C. & frater Ioan. Baptiſta de Rubeis Miles Hieroſolymitanus ex Scipione, & Portia Capicia Scondita nepotes auo benemerenti. poſuere.

37 HIERONYMVS de Ruſticis Romanus in demortui Felicis locum electus eſt Epiſcopus die 26. Iunij 1570. ſedit annis 23. ac ſenio poſtulatus libens volens munus dimiſit ann. 1593. die vltima Martij. Romæ vitam cum morte commutauit die prima Ianuarij, anno 1594. ſepultuſque eſt in eccleſia S. Mariæ Super Mineruam in Ruſticorum Familiæ ſacello.

38 THOMAS Caluus Siculus Meſſanenſis, iuris prudentiæ, nobiliumque diſciplinarum ſcientia clarus Tropeienſem epiſcopatum adeptus eſt ex præſeutatione Philippi Hiſpaniarum Regis die vltima enoluentis Iunij 1593. Diuiſſima mora conſultiſſimè, ac piè hanc rexit eccleſiam, adeoque bonis operibus ſemper intentus fuit, vt nulla dies ſine linea eſſet, quæ ad pietatem haud tendere videretur. Hic, cum nulla eſſent in tota ſua Diœceſi mulierum Cœnobia, quatuor ad perennitatem ſui nominis, Deique gloriam munificentiſſimè erexit ſub D. Claræ Inſtituto, vnum in ipſa Tropeienſi vrbe, Ayello, Amalthea, ac Frigido Flumine oppidis cætera, vt Virgines Deo voue-

uouerunt, ac ſarta tecta pietatis vitam traducerent. In ijs etiam ſuæ Diœceſis locis frequentioribus, tum & in vrbe pietatis Montes, ad pauperum ſubleuandam inopiam erigendos curauit, Cathedralem ſacris indumentis nobilitauit. Sacellum ſancti Thomæ Apoſtoli in ea conſtructum exornauit, addito annuo cenſu, vt ibidem quotidie ſacrum perageretur, vbi inſcriptio hæc.

D. O. M.

Thomas Caluus Meſſanenſis V.I.D. Tropeienſis Epiſcopus, inter alia pietatis opera, Sacellum hoc, Ferdinando & Franciſco Bonioanne fratribus patronis annuentibus, viuens ornauit, annuoque cenſu ducatorum octoginta, vt in eo quotidie ſacrum fiat, dotauit. Anno Præſulatus ſui xvj. ætatis verò lxxxj. Anno Domini MDCVIII. Poſtremò ducatos mille Capitulo, & Clero cum onere hic ſemel in die celebrandi publico Inſtrumento mediante dotauit.

Tandem poſt viginti ſuæ adminiſtrationis annos, ætatis ſuæ 86. ſal. noſtræ 1613. die 11. Ianuarij ex hac mortali vita migrauit, tumulatuſque eſt collacrymantibus cunctis in choro Cathedralis, & ſepulchro, quod ſibi viuens, ac ſuis ſucceſſoribus ante parauerat, cum inſcriptione.

D. O. M.

Thomas Caluus Meſſanenſis Epiſcopus Tropeienſis ſibi & ſucceſſoribus ſuis viuens erexit. A. D. MDXCVI. Aetatis ſuæ lxx.



39 FABRITIVS Caracciolus Piſquitius, Neapolitanus gente nobiliſſima, Clementi VIII. Pontifici charus, cuius fuit intimus cubicularius, & in Luſitania ſpoliorum Collector à Philippo III. deſignatur Tropeienſis epiſcopus, & à Paulo V. eligitur die 4. Maij 1615. Hanc eccleſiam cum ſumma prudentiæ laude adminiſtrauit vſq; ad annum 1628. quo deceſſit die 2. Ianuar. Vacauit ſedes annis tribus.

40 Fr. AMBROSIVS Corduba Hiſpanus Ordinis Prædicatorum ſummæ ſcientiæ & exiſtimationis ſucceſſit Fabritio die 20. Iunij 1633. è viuis ſublatus eſt die 9. Auguſti 1638.




41 BENEDICTVS Mandina Iunior Malphitanus Clericus Regularis Theatinus celebris pietatis, & doctrinæ vir Benedicti ſenioris Mandinæ Epiſcopi Caſertani propior affinis, & virtutum hæres Tropeienſis Præſul declaratus eſt ab Vrbano VIII. per aliquot annos eximiè hanc rexit eccleſiam, deceſſit autem die 31. Iunij 1646.

42 Fr. IOANNES Lozani Hiſpanus Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini Prouinciæ Bericæ, ſummus Theologus, Ducis de Archos Proregis Neapolitani à ſacris Confeſſionibus, cuius fauore electus eſt Epiſcopus Tropeienſis die 17. Decembris

Eremitarum ſancti Auguſtini condiderant, ſepultus eſt, cum annis plus minus quindecim Tropeieſem eccleſiam abſens adminiſtraſſet, quam ſex diebus antequam ex hac vita migraſſet, ad fauorem Ioannis Matthæi nepotis per procuratorem reſignauerat. Eo verò Præſule anno 1543. Minimi Tropeæ recipiuntur extructo Monaſterio apud eccleſiam ſanctæ Mariæ Auxiliatricis, ſeu de Succurſu. Eius meminit cum laude Orlandinus lib. 4. Hiſt. Societ. Ieſu.

33 IOANNES MATTHÆVS Luchius Bononienſis, Lucæ filius, Card. Poggij ex ſorore nepos Epiſcopus Anconitanus ad hanc Tropeienſem eccleſiam tranſlatus eſt die 6. Februarij 1556. deceſſit die 22. Iunij 1558.



34 POMPEIVS Piccolomineus de Aragonia Alphonſi Amalphitani Ducis ex vxore Conſtantia de Auolos Marchionis Vaſti filia natus, cum eſſet Lancianenſis Archiepiſcopus electus, Tropeienſis electus eſt epiſcopus ex Philippi Hiſpaniarum Regis nominatione die 16. Ianuarij 1560. è viuis exemptus eſt in Hiſpania die tertio Maij 1562.

35 FRANCISCVS de Aquite, ſeu Agherre Epiſcopus Crotonenſis, ad hanc Tropeienſem Eccleſiam tranſlatus eſt die 15. Decembris 1564. vix annum expleuit in hac noua dignitate, & mortuus eſt.

36 FELIX de Rubeis Troianus, vir doctus, regiuſque Conſiliarius Tropeienſis Epiſcopus euaſit die 15. Iulij 1566. iam prius deſignatus Potentiæ Epiſcopus à Philippo Hiſpaniarum Rege. Neapoli fato ceſſit die 18. Martij 1567. ſepultuſque eſt in Metropolitanæ ſacello Rubeorum familiæ, vbi hoc legentibus proſtat epitaphium.

✠

B. M. V.

Felici de Rubeis I. C. Regio Conſiliario, qui vt in gerendis magiſtratibus ſuos maiores, & præcipuè Vgolinum de Rubeis de Parma ſub Carolo II. Andegauenſi Reg. Neapol. Præfectura egregiè imitatus, ita poſt Lucretiæ Gallucia vxoris obitum, Iacobi de Rubeis Archiepiſc. Neapol. ex Comitibus S. Secundi magni patrui exemplo ſacris initiatus, Potentiæ prius, Tropeienſium poſtmodum Epiſcopatum eſt conſecutus, & dum ad maiora à Pio V. Pont. Max. vocaretur, morte præuentus occubuit.

A. D. MDLXVII.

Iulius Ceſar I. C. & frater Ioan. Baptiſta de Rubeis Miles Hieroſolymitanus ex Scipione, & Portia Cepicia Scondita nepotes auo benemerenti. poſuere.

37 HIERONYMVS de Ruſticis Romanus in demortui Felicis locum electus eſt Epiſcopus die 26. Iunij 1570. ſedit annis 23. ac ſenio pollulatus libens volens munus dimiſit ann. 1593. die vltima Martij Romæ vitam cum morte commutauit die prima Ianuarij, anno 1594. ſepultuſque eſt in eccleſia S. Mariæ Super Mineruam in Ruſticorum Familiæ ſacello.

38 THOMAS Caluus Siculus Meſſanenſis, iuris prudentiæ, nobiliumque diſciplinarum ſcientia clarus Tropeienſem epiſcopatum adeptus eſt ex præſentatione Philippi Hiſpaniarum Regis die vltima euoluentis Iunij 1593. Diutiſſima mora conſultiſſimè, ac piè hanc rexit eccleſiam, adeoque bonis operibus ſemper intentus fuit, vt nulla dies ſine linea eſſet, quæ ad pietatem haud tendere videretur. Hic, cum nulla eſſent in tota ſua Diœceſi mulierum Cœnobia, quatuor ad perennitatem ſui nominis, Deique gloriam munificentiſſimè erexit ſub D. Claræ Inſtituto, vnum in ipſa Tropeienſi vrbe, Aycllo, Amalthea, ac Frigido Flumine oppidis cætera, vt Virgines Deo voue-

A ſvouerunt, ac ſarta tecta pietatis vitam traducerent. In ijs etiam ſuæ Diœceſis locis frequentioribus, tum & in vrbe pietatis Montes, ad pauperum ſubleuandam inopiam erigendos curauit, Cathedralem ſacris indumentis nobilitauit. Sacellum ſancti Thomæ Apoſtoli in ea conſtructum exornauit, addito annuo cenſu, vt ibidem quotidie ſacrum perageretur, vbi inſcriptio hæc.

D. O. M.

Thomas Caluus Meſſanenſis V. I. D. Tropeienſis Epiſcopus, inter alia pietatis opera, Sacellum hoc, Ferdinando & Franciſco Bonioanne fratribus patronis annuentibus, viuens ornauit, annuoque cenſu ducatorum octoginta, vt in eo quotidie ſacrum fiat, dotauit.
Anno Præſulatus ſui xvj.
ætatis verò lxxxj.
Anno Domini MDCVIII.
Poſtremò ducatos mille Capitulo, & Clero cum onere hic ſemel in die celebrandi publico Inſtrumento mediante dotauit.

Tandem poſt viginti ſuæ adminiſtrationis annos, ætatis ſuæ 86. ſal. noſtræ 1613. die 11. Ianuarij ex hac mortali vita migrauit, tumulatuſque eſt collacrymantibus cũctis in choro Cathedralis, & ſepulchro, quod ſibi viuens, ac ſuis ſucceſſoribus ante parauerat, cum inſcriptione.

D. O. M.

Thomas Caluus Meſſanenſis Epiſcopus Tropeienſis ſibi & ſucceſſoribus ſuis viuens erexit.
A. D. MDXCVI.
Aetatis ſuæ lxx.



B

39 FABRITIVS Caracciolus Piſquitius, Neapolitanus gente nobiliſſima, Clementi VIII. Pontifici charus, cuius fuit intimus cubicularius, & in Luſitania ſpoliorum Collector à Philippo III. deſignatur Tropeienſis epiſcopus, & à Paulo V. eligitur die 4. Maij 1615. Hanc eccleſiam cum ſumma prudentiæ laude adminiſtrauit vſq; ad annum 1628. quo deceſſit die 2. Ianuar. Vacauit ſedes annis tribus.

40 Fr. AMBROSIVS Cordoba Hiſpanus Ordinis Prædicatorum ſummæ ſcientiæ & exiſtimationis ſucceſſit Fabritio die 20. Iunij 1633. è viuis ſublatus eſt die 9. Auguſti 1638.

C



D

41 BENEDICTVS Mandina Iunior Malphitanus Clericus Regularis Theatinus celebris pietatis, & doctrinæ vir Benedicti ſenioris Mandinæ Epiſcopi Caſertani propior affinis, & virtutum hæres Tropeienſis Præſul declaratus eſt ab Vrbano VIII. per aliquot annos eximiè hanc rexit eccleſiam, deceſſit autem die 31. Iunij 1646.

42 Fr. IOANNES Lozani Hiſpanus Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini Prouinciæ Beticæ, ſummus Theologus, Ducis de Archos Proregis Neapolitani à ſacris Confeſſionibus, cuius fauore electus eſt Epiſcopus Tropeienſis die 17. Decembris 1646.

1646. tranſlatus deinde eſt ad eccleſiam Mazarienſem in Sicilia die 29. Maij anno 1656.

A

43 CAROLVS Maranta Neapolitanus Epiſcopus Iuuenacenſis hoc anno 1657. Menſe Nouembri tranſlatus eſt ad hanc Tropeienſem eccleſiam ex præſentatione Philippi IV. Hiſpaniarum Regis. De quo vide Iuuenacenſium Epiſcoporum noſtram ſeriem tom. 6.

S.SEVE-

S. SEVERINAE METROPOLIS.

Cuius ſuffraganei ſunt

Epiſcopatus

- Belicaſtrenſis.
- Geruntinenſis, & Cariaten. vniti.
- Inſulanenſis.
- S.Leonis nunc vnitus ſuæ Metropolitanæ.
- Strongylenſis.
- Vmbriaticenſis.



SYBERONA (nunc vulgo *Santa Seuerina*) mediterranea eſt vlterioris Calabriæ ciuitas, fortiſſima loci natura, & arce condita. Hanc imperitum vulgus & oppidani hiſtoriarum, gloriæque ſuæ neſcij Chriſtianis temporibus conditam anili fabula, & ineptiarum plena narrant, cum tamen conſtet ex Stephano eſſe vetuſtiſſimam, & ab Oenotrijs fundatam annis pluſquam MCCL. ante Chriſti aduentum. Eſt autem ſita in loco excelſo, eoq; ſaxeo, ingentibus ſaxeis, cauelſque vndique cincto, atque munito. Abeſt à mari Ionio milliaribus x. à Rocca Bernarda iij. à Crotone xij Hic emporium quotannis celebratur. Fiunt vina præclara, quæ Siueriniana Plinius appellat. Sunt & viridaria citrorum, limonum, & malorum aureorum. Secundo ab vrbe milliari ad Caſtrum Netum ſunt montes natiui ſalis candidiſſimi, quod lapidum modo ſcalpris eximitur, & intus gemmeum ſalis habet. Chriſtianam fidem vrbem hanc

A à Diuo Dionyſio Areopagita ſuſcepiſſe incolæ credunt.

Sedes S.Seuerinæ antiqua eſt, & vt exiſtimo Græcanici quondam ritus, & Conſtantinopolitani Patriarchæ ſuffraganea; tametſi Fritia de ſubfeudis nouam ſedem, & ciuitatem nouam illam deſcribat. Non liquet tamen quo æuo Metropolis nomen Sanctæ Seuerinæ obtigit, certè ex quodam Rogerij Ducis Calabriæ monumento pro Eccleſia Squillacenſi ſcripto Stephanus Sanctæ Seuerinæ epiſcopus in eo recenſetur.

Metropolitana Baſilica titulo ſanctę Ana-
B ſtaſiæ virginis & martyris Romanæ; cuius ſacrũ brachium ex dono Roberti Guiſcardi Comitis ibidem argentea theca à Iulio Sanctorio Archiepiſcopo incluſum cum alijs reliquijs hic honorificè aſſeruatur, huius ciuitatis & eccleſiæ præcipuæ Patronæ.

Eius eccleſiæ Capitulum vigintiquatuor ordinarijs Canonicis coaleſcit, è quibus ſex dignitate eminent, Archidiaconus, qui primam poſt Pontificalẽ ſedem habet, Decanus, Cantor, Theſaurarius, Primicerius,
C & Archipresbyter; ſuntq; in his etiam pœnitẽtiarius, & Theologus: pręterea chorus Muſicorum, & Clerici Seminarij alumni 24.

In

ro In ciuitate præter Metropolitanam, Parochiales eccleſiæ ſeptem, ex multis quæ antea fuerant; virorum Cœnobia duo, Sanctimonialium nullum: laicorum Sodalitia tria.

Diœceſis quinque oppidis, & ſex pagis conſtat. Oppida ſunt, primum Cutrum ſeptem millium animarum ſub Duce Noceriæ, cum duobus Parochis, & Presbyteris vigintiquinque.

In agro autem Cutri fiunt ſina non vulgaria, & opera figulina. Ager ipſe paſcuus eſt, & tritici, aliarumque frugum ferax. Hic ad mare eſt promontorium, & oppidū Caſtella dictum, olim Caſtra Annibalis, quæ à Mela & Plinio in hoc Scyllatico ſinu ponuntur, vbi Annibal claſſem & caſtra habebat. Hic mare corallliferum, ager frugiſer, & pabulis, & vindemijs aptus, & exciditur lapis molaris, frumentarius, & olearius.

Secundum Meſoracha 3500 animarum ſub octo Parochis & Presbyteris viginti. Virorum Cœnobia tria, in quibus vnum Fratrum Minorum de Obſeruantia, quod primum omnium in Calabria reformatum fuit. Meſurgacum olim Reatium dicebatur, nunc Meſurca à cantu, & lætitia incolarum appellatur. Ager frumenti, & aliarum frugum ferax, & aucupijs diues. Ex hoc oppido fuit B. Matthæus Vidius Minor. Ordinis Cœnobita, cuius corpus Tabernæ quieſcit.

Tertium Rocca Bernarda duarum millium animarum cum duobus Parochis, vbi ſal foſſile, mel, oleumque præclarum.

Quartum Policaſtrum Regium oppidum 3000. animarū ſub quatuor Parochis, & Presbyteris viginti cū eccleſia S. Mariæ de ſpina ab vua ex ſpinis coronæ Redemptoris noſtri, quæ magna Populorum deuotione colitur die Aſſumptionis Deiparæ Virginis ad eam viſitandam huc confluentium. Polycaſtrum autem antiquam eſſe Peteliam Barrius exiſtimat, quæ à Philoctete condita bello Punico poſt vndecim menſium obſidionem ab Annibale multo ſuorum ſanguine capta, & expugnata eſt fame potius quā hoſtibus preſſa, vbi & M. Marcellus Conſul, & Dux Romanorum longe fortiſſimus per inſidias à pœnis occiſus eſt. Hic mercatus in annos ſingulos celebratur. In hoc agro ſunt ſyluæ glandiferæ, atque aucupia ferarum, atque auium.


Quintum Roccaneri 800. animarū, & ex pagis duo à Græcis incoluntur, Scandale, in quo Græcorū animæ 500. Latinorū 150. Eccleſiarum altera Græco ſuo cum Sacerdote. Alter pagus Catron appellatus 400. Epirotis, ſeu Albanenſibus habitatur ſub duobus Sacerdotibus, Græco altero, altero Latino, vtriuſque pagi incolæ licet Græcanicæ originis catholicam tamen ſectantur fidem, quod Iulij Antonij Sanctorij vi-

A gilantiæ & charitati acceptum referri debet.

In vniuerſum igitur totius Diœceſis Parochiales eccleſiæ 21. quibus miniſtrant Sacerdotes 106. Virorum Cœnobia nouem, inter quæ Abbatia Calabromariæ, ſeu de Altilia Ord. Ciſtercienſis. hoſpitales domus tres, laicorum ſodalitia ferè viginti, Animæ 20000.

Prouincia ſanctæ Seuerinæ latè per vlteriorem Calabriam patet, ſex nunc epiſcopatus ſuffraganeos complexa. Olim ſeptimus extabat S. Leonis, qui anno Dom. 1571. per Pium V, Pont. Max. ſuppreſſus fuit, ac perpetuó Metropolitanæ ſuæ vnitus, vt ſuo
B loco enarrabimus. Prima igitur ſedes ſuffraganea eſt Geruntina. Secunda Cariaten. vnitæ, illa montana duodecimo à Metropoli milliario: hæc maritima abeſt ab eadem Metropoli milliaribus triginta. Tertia Vmbriaticen. Quarta Strongylen. Quinta Inſulen. Sexta Belcaſtren. Etſi enim in libro Prouinciali decem huius Metropolis ſuffraganei recenſeantur, ijs tamen quatuor hoc æuo deſunt: ſiquidem duo Melitenſis, & ſancti Marci Romanorum Pontificum priuilegio à Metropolitani huius iuriſdictione exempti, hic Cuſentinam, ille veró Rhegium ad Prouincialem Conuentum accedit, Sitomenſis vero, & Florentinen. Epi-
C ſcopatuum nulla, niſi in ipſo Prouinciali libro habetur mentio. Crediderim ego Græcos fuiſſe epiſcopatus, & ob Diœceſis anguſtiam Rom. Pontif. auctoritate deletos, quod id epiſcopali dignitati conſultum videretur.

Menſæ Archiepiſcopalis cenſus ducatorum Regni 1700. Taxatur in lib. Cancellariæ Apoſtolicæ floren. 160. Præſules, qui in Sanſeuerinenſi ſede ius dixere diuinum, quorum memoria ad nos peruenit, nunc proferemus in lucem.

D 

1 IOANNES BAPTISTA Græcus Sanctæ Seuerinæ epiſcopus cuius memoria Græcis characteribus extat in epiſtylio columnæ Parochialis Eccleſiæ S. Ioan. Baptiſtæ prope Cathedralem.

IOAN.

ΙΩΑΝ. ΒΑΠΤ. ΔΑΡΧΗΕΤΤΗCΚΙΤ ΚΑΤΕΚΕΒΑ ΔΙΚ.ΙΓ.

Plures aliæ Græcæ inſcriptiones tum in Cathedrali, tum in alijs eiuſdem ciuitatis ecclesijs ſunt, & Epiſcoporum Græcorum inſcriptiones quæ vetuſtate pene deletæ vix videri non tamen legi poſſunt.

2 STEPHANVS Epiſcopus S.Seuerinæ memoratur in charta Rogerij Comitis anno 1096. pro conſtituendo epiſcopo Latini ritus in ecclesia & ciuitate Squillacenſi. Fortaſſis hoc tempore Sanctæ Seuerinæ eccleſiæ Præſul dignitatem Metropolitanam nondum receperat, cum Epiſcopus Stephanus iſte denominetur.

3 CONSTANTINVS ſuffectus Stephano, anno 1099. aſſenſum dedit, & conſilium prębuit reſtaurationi, ſeu potius exædificationi Monaſterij Calabro Mariæ de Altilia nunc Ord. Ciſtercienſis, quod Polychronius Epiſcopus Geruntinenſis in hac Archidiœceſi reſtaurauit, pluribuſq; bonis ditauit, vt ex priuilegijs confirmationis Rogerij Calabriæ & Siciliæ Comitis, atque Rogerij vtriuſque Siciliæ Regis habetur Græco charactere ſcriptis: Primum datum Tropeiæ anno mundi 6607. Menſe Maij 7. Indictionis, qui Chriſti fuit 1099. ſecundum ſcriptum in ciuitate Sanctæ Seuerinæ prima die Iunij 8. Indictionis anno mundi 6623. Chriſti verò 1115. Tertium autem conceſſum à Rege Rogerio menſe Octobris anno mundi 6653. qui fuit Domini 1149. quæ priuilegia è Græco in Latinum tranſtulere Nicolaus, & Michael Iudices Crotonenſes inſtante Nicolao Abbate eiuſdem Cœnobij anno 1253. & nos hic exhibemus ab exemplari quod in eiuſdem loci tabulario ſanctè aſſeruatur, ſequentis tenoris.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Anno Incarnationis eiuſdem 1253. die menſis Decembris 11. Indictionis . . . regnante Dom. noſtro Corrado, Dei gratia inuictiſſimi Romanorum, eiuſdemque in Sicilia ſemper autem generoſiſſimo Rege anno tertio feliciter. Amen.

Reſidentibus nobis Nicolao à Iudice, & Michaele de S.Mauro Iudicibus ciuitatis Crotoni in conſueto foro cauſarum ciuitatis eiuſdem, prout officij noſtri debita cura requirit; veniens coram nobis Dominus Nicolaus Abbas Calabro Mariæ oſtendit nobis tria inſtrumenta Græca, quæ beatæ recordationis felicium Dominorum Ducis Rogerij Comitis, & Regis Rogerij, & perijt vt per nos ſupradictos Iudices Inſtrumenta ipſa de Græco in Latinum transferrentur, & per aliquem Notarium publicum in publicam formam tranſcriberentur, vt cum neceſſe fuerit eidem Abbati per aliquem Religioſum dicti Monaſterij, ſeu Calabro Mariæ alicui perſonæ inſtrumenta ipſa oſtendere, vel ad locum aliquem mutare, vel deferre, & de facili poſſint immitti, tranſumpta ipſa mittere, deferre, & oſtendere poſſint in autentica forma. Noſque eius petitioni attendentes, vidimus inſtrumenta ipſa non ablata, non abraſa, nec cancellata, non caſſata, ſed in prima ſua conſiſtentia, & ſigillata ſigillis plumbeis pendentibus, & ſigilla integra & ſine aliqua ſuſpicione vidimus, Inſtrumentis ipſis viſis per nos per literam Græcam, nouimus diligenter de verbo ad verbum, & perlectis, ipſa inſtrumenta de Græco tranſtulimus in Latinum, vnde nil minuentes in ea tranſlata in publica forma ipſa ſcribi, & reduci fecimus per manus Ioannis de Petra Paula publici Notarij; quorum inſtrumentorum continentia talis eſt.

Continentia videlicet primi Inſtrumenti.

Hoc eſt ſigillum factum à Rogerio Duce Italiæ, Calabriæ, & Siciliæ datum Polychronio Deo dilectiſſimo Epiſcopo Geruntinenſi fundatori ſanctiſſimæ Dei Genitricis Calabro Mariæ ſeptima Indictionis, vltima menſis Madij.

Cum moram traherem in Calabria, & eſſem intra Tropeæ ciuitatem acceſſit ad me Deo dilectiſſimus Epiſcopus Geruntinenſis Dominus Polychronius pro præſente meæ confirmationis, eaque quæ à beatiſſimo Metropolitano noſtro Conſtantino Præſule Metropoli Sanctæ Seuerinæ facta, & facta fuit ab eo per ſcriptum eius de Monaſterio ſanctiſſimæ Dei Genitricis Calabro Mariæ dare, vbi pro ipſo Monaſterio quoddam ſyluæ tenimentum, quod dicitur Sanduca facere alterum Monaſterium. Monachi, qui in eo ſunt cũ eius bonis liberum ab omni petitione, ex quo vero ſupplicationes eius vidimus propter bonas memorias noſtrorum parentum, & memoriam animæ ſalutis de d. Epiſcopo, pro ipſo Monaſterio Calabro Mariæ apud ſyluam ad vltimum tenimentum deductum per loca cum aquis, & quibuſcunque ipſo tenimento recipi & haberi poteſt, & quod nullus ſine voluntate, & mandato Abbatis ipſius Monaſterij Calabro Mariæ vltimo tenimento faciat aliquid ſeu mutare determinatur, aut tenimentum, ſic incipit à Vallone quod dicitur de Græcis, & vadit ad flumen Ampulini, & aſcendit de ipſo Vallone Taſſiti, & vadit ad locum, quod dicitur Arenoſa, & deinde vadit ad locũ quod dicitur Aqua frigida, & dat ad Vallonem de Miliareti, & deinde deſcendit à Vallone quod dicitur de Nucelletta, & vadit indirectè per colleram,

ram, & eſit ad flumen Ampulini, & deinde de aſcendit de ipſo flumine Ampulini, & concludit faciem eſitus. Ipſum Monaſteriū Monachos qui in eo ſunt omnia bona, quæ tenuit, & tenet iuſta libera non moleſtandi ab aliquibus confirmo, omnia concedo & roboro omnia quæ à Deo dilectiſſimo Metropolitano noſtro Conſtātino facta & conceſſa fuerint de mādato eius prædictis Monachis Calabro Mariæ, & Abbati in ipſo Monaſterio in illo die miniſtranti, & illis Monachis, qui poſt ipſum fuerint in prædicto Monaſterio, & quod non habeant licentiam, ſeu poteſtatem amodo aliquis de Metropolitanis qui in ipſa Metropoli ſunt, ac poſſit de Sancta Seuerina inferre aliquādo contrarium, neque ipſe, neque aliquis de Clericis, ſæcularibuſque illo die in manibus habuerit potentia mea videlicet glorioſiſſimi Baiuli Biſcontis, vel Platoni, vel alius qui illos, qui in ipſo dicto templo ſeruierit in dicto Monaſterio amodo omnes monachi quotidie in illo ſeruierint, & orauerint, & omnia ſupradicti Monaſterij ſine moleſtia ab omni homine reddāt, tam ipſi Metropoli Sanctæ Seuerinæ ſtatutum & confirmatur à beatiſſimo Metropolitano noſtro Conſtantino, & non in aliquo amplius ipſum Monaſterium. Si quis auſus inuentus fuerit præſens noſtrum ſigillum roborationis oſtendere, & inferre contrarium, vel moleſtiam inferre Sanctiſſima Dei Genitrice reædificata à dilectiſſimo Epiſcopo Geruntinenſi Domino Polychronio, vel quæ in ipſo ſunt non minimam indignationem noſtram incurrat, & vt maius robor & firmitatem habeant ſupradictæ donationes bulla mea plumbea ſignata eſt.

Menſe, Indictione prædictis in annis ſex millium ſexcenti ſeptem.

Continentia autem ſecundi inſtrumenti talis eſt.

Hoc noſtrum ſigillum factum à me Rogerio Comite Calabriæ, & Siciliæ citra farum Venerabili & dilectiſſimo Domino Patri noſtro Epiſcopo Geruntinenſi D. Polychronio primo Iunij 8. Indictionis.

Exiſtentibus nobis apud Sanctam Seuerinam, quam dilectorum virorum, & honeſtis perſonis, indignum iudicauimus . . . & ſine perfectione dimittere, & multum decens eſt corroborare quod à Deo dilectiſſimo Epiſcopo Geruntinenſi Domino Polychronio diuino zelo calefacto de cōſilio & mandato beatiſſimi, & in Domino dilectiſſimi Metropolitæ Sanctæ Seuerinæ Domino Conſtantino Monaſterio in nomine Glorioſiſſimæ Dei Genitricis ſemper Virginis Mariæ de Calabro cognomine reædificauit, & congregationem, & vnionem Fratrum inſtituit ad glorificationem & laudem Dei. Ad glorioſiſſimum Ducem & Dominum noſtrum Dominum Rogerium occurrens ſigillum ipſum pro eodem factum libertatis & confirmationis de eccleſiaſticis, & neceſſitatibus, & petitionibus, & ſecularibus ſcandalis, & tribulationibus de tenimento quod dicitur Sanduca, quod eſt in Sila, quod ad me deferri ſupplicauit poteſtati noſtræ. Similiter confirmamus ſigillum de eo Monaſterio, & de d. tenimento, quod Sanduce dicitur, hæc ſtatim ipſi data fuit confirmatio Monaſterio, tam de dicto tenimento Sanduce, & cum omnibus ſpectantibus ſcilicet mobilibus, immobilibus, & per ſe mouentibus extra neceſſaria, & cæterorū libera vt dictum eſt ab omnibus eccleſiaſticis, & fiſcalibus functionibus grauaminum in libello, Metropolitani Dom. Conſtantini in magna eccleſia Metropolitana annuatim reddere debitum, & electa de cera libras tres, & non amplius, & concedimus ipſi Monaſterio Calabro Mariæ de Silia Sleti habere & recipere annuatim reditum vnciarum duodecim, propter quod præcipimus omnibus ad quos præſens noſtrum ſigillum aduenerit poteſtatibus, & eccleſiaſticis perſonis, quod non audeant aliquam moleſtiam damnum, vel læſionem, aut oblationem in ſuis mobilibus facere, ſed ſaluos ipſos ſine moleſtia conſeruēt in pace & trāquillitate in ipſo domo perſeuerantes Fratres, & morantes orent pro omni populo Chriſtianos pacifico ſtatu, & ſalute animarum beatorum genitorum noſtrorum, & noſtræ. Si quis autem fuerit qui illa innouare, aut irritare voluerit, ſit maledictus à Domino Deo Omnipotenti in omnibus nō minimam indignationem incurrat, carebitque amore noſtro. Vnde ad memoriam fidelitatem, & cautelam venturorum præſens ſigillum bullatum ſignatum eſt conſueta bulla noſtra plumbea, & datum prædicto Deo dilecto Epiſcopo Domino Polycronio.

In ſex millibus ſexcentis viginti tribus annis, menſe & Indictione præſcriptis.

Rogerius Comes Calabriæ & Siciliæ.

Continentia verò tertij Inſtrumentis hęc eſt.

Rogerius in Chriſto Deo, Inclytus & fortis Rex Chriſtianorum Auxiliator.

In noſtra prouidētia ſpectat omnes cauſas commutare in melius, & multo magis ſtatuum eccleſiarum alleuationes cum ſollicitudine confirmare, & amplius robore in hac pacifica tranquillitate; Propter quod præcipimus vt omnia ſigilla eccleſiarum, cæterorumque fidelium Regni noſtri renouentur, & oſtendantur in lucem, atque corro-

corroborêtur ab altiſſima Maieſtate noſtra, ideoq; decimo octauo die menſis Octobris in annis 6653. exiſtente me in ciuitate Meſſanæ, & in pace & trãquillitate de particulari Omnipotentis Dei prouidẽtia conſeruatus cum militibus & nobilibus Regni noſtri ad nos SS. Dei Genitricis Calabrorum ſigillũ obtulit Taſimeus Deo dilectiſſimus electus Inſulanus, & vidimus ſigillũ à Rogerio Duce plumbeum in annis 6607. quod ipſe Dux dilecto Domino Polychronio Epiſcopo Geruntinenſi fundatori Sanctiſſimæ Dei Genitricis Calabrorum pro eodem Monaſterio Calabrorum apud Silam tenimentum quod dicitur Sanduca quod conterminatum fuit, incipit à vallone quod dicitur de Taſſia, quod dicitur de Græcis, & vadit ad flumen Ampulini, & aſcendit de Vallone ipſo, & vadit in loco quod dicitur Arenoſa, deinde vadit in loco quod dicitur Aqua frigida, & dat ad vallonẽ Miliareti, & deſcendit inde à vallone quod dicitur de Stacillem, & vadit inde rectè de coſtera, & exit ad flumen Ampulini; deinde aſcendit flumen Ampulini, & concludit, confirmata, & corroborata etiam à Domino Conſtantino Metropolitano S. Seuerinæ facta, & ordinata prædicto Monaſterio Calabro Mariæ. Vidimus etiam aliud ſigillum à Rogerio Comite & ipſum plumbeum in annis 6623. cõtinens quod ipſe Comes confirmauit omnia facta, & conceſſa ab ipſo Duce dicto Monaſterio Calabro Mariæ habere tenimẽtum de Silina Sieti biſaucie duodecim, quæ ſigilla nos confirmamus noſtra auctoritate Maieſtatis noſtræ ipſo Monaſterio Calabro Mariæ licentia, & poteſtate, recipere aquã libere à flumine Sieti pro faciendis molendinis, baſinducis, & caſale Corio cum tenimentis ſuis, & herbarum paſcua libera in tenimento de S. Seuerinæ, & Rocchębernardæ pro animalibus eiuſdem Monaſterij, & pro extraneis qui fuerint cum animalibus prædicti Monaſterij, vel ſemori eſſe ſolum in prædictis tenimentis, verum etiam in toto noſtro tenimento confirmamus, & dictum Monaſterium cum omnibus ſpectãtibus ipſi iuſtè. Volumus inſuper ipſum eſſe liberum ab eccleſiaſticis petitionibus, ſolũmodo ſtatutum à Metropolitano Domino Conſtantino reddere Metropoli S. Seuerinæ ceræ libras tres, eaſque præcipimus ipſum regale, & nemini facere reſponſum niſi Maieſtati noſtræ; & ſtatutum, vt prædiximus ceræ libras tres S. Seuerinæ, hæc præcipimus & concedimus dicto Monaſterio.

Scriptum eſt confirmatum, ſigillatum menſe, anno ſupradictis.

Rogerius in Chriſto Deo Inclytus fortis Rex Chriſtianorum Auxiliator.

Ego Nicolaus à Iudice Iudex Cotroni in præmiſſis, & perlectis authenticis me ſubſcripſi.

Ego Michael de S. Martio Iudex Cotroni in præmiſſis, & perlectis authenticis me ſubſcripſi.

Ego Tomaſius de Cotroni viſis & perlectis authenticis me ſubſcripſi.

Ego Michael de Miſtizza viſis, & perlectis authenticis me ſubſcripſi.

Ego Georgius publicus Cotroni Notarius viſis & perlectis me ſubſcripſi.

Ego Notarius Plato de Cotroni ſubſcripſi viſis & perlectis authenticis.

Ego Petrus de Petra Paula publicus Notarius Cotroni de mandato ſupradictorum Iudicum acta prædicta ſcripſi & proprium ſignum impoſui.

Hocce Monaſterium Calabro Mariæ cui etiam de Altilia nomen fecerunt viuente Ioachimo Abbate Florenſi, eidem Florenſi Abbatiæ vnitum fuit, quo defuncto ſub Curiacenſi Cœnobio Ord. Ciſtercienſis tutelam euaſit, ſed orta inter Florenſes, ac Curiacenſes Monachos diſſenſio, ac lis apud Innocentium III. exagitata, ex eiuſdem Põtificis ſententia ad Florenſes deuenit, ſed poſt aliquot ſæcula cum ipſa Florenſi Abbatia, iterum ad Ciſtercienſem matrem redit ſub quo hucuſque manet. Porrò Innocentij ſententia per ſuum diploma conſcripta iubet hic ad verbum proferre ex tabulario Florenſi extracta, cum in ea alia etiam ad Sanctæ Seuerinæ ſedem ſpectantia legantur.

INNOCENTIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs Abbati & Conuentui de Flore ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Inter vos & Monachos Curacenſes ſuper eccleſia Calabro Mariæ, quam ipſi cum ſuis pertinẽtijs ad ſuum Monaſterium de iure ſpectare dicebant, & à vobis minus licitè detineri, diu eſt quæſtio agitata; ſed tãdem Venerabilibus fratribus noſtris Squillacenſi & Marturanenſi Epiſcopis, & dilecto filio Abbati Sambucinæ de conſenſu partium à nobis ſub hac forma commiſſa, vt partibus conuocatis audirent hinc inde propoſita, & vſque ad calculum diffinitiuæ ſententiæ appellatione poſtpoſita procedentes, ſi de partium exiſteret voluntate, cauſam ipſam ſine debito terminarẽt. Alioquin eandem ſufficienter inſtructam ſub ſigillis ſuis nobis tranſmittere procurarent, præfigentes partibus terminum competentem, quo ſe noſtro conſpectui præſentarent ſententiam recepturæ. Partibus igitur in ipſorum præſentia conſtitutis, propoſuerant Curacenſes Monachi cotã ipſis, quod cum ipſi pro notitia mutua, & charitate frater-

A ſia, quam cum Abbate, & Monachis Calabro Mariæ habuerunt eiſdem Abbati, & Monachis pecunia laborantibus opportuna frequẽter ſubſidia miniſtraſſent: demum eodem Abbate defuncto, Oeconomus eiuſdem, & Monachi tum quia eorum Monaſterium collapſum erat in rebus temporalibus, tum quia ob paupertatem eorum illud per illos regi nõ poterat opportunè, dictum Monaſterium, quantum eiſdem licuit obtulerunt Cellerario Curacenſi, recipientes ab ipſis poſtmodũ per eorum Oeconomum tam indumenta, calciamenta, corrigias, quàm etiam alia neceſſaria præter victum, qui ſuppetebat eiſdem Monachis competẽter.

B Sed quia id ſibi abſque Regis conſenſu, quem aſſerebant patronum ipſius eccleſiæ principalem, ad vindicandam prorſus ipſam eccleſiam ſufficere non credebant, chariſſimi in Chriſto filij noſtri Friderici Siciliæ Regis illuſtris priuilegium per manus Venerabilis fratris noſtri G. de Palearia Regni Siciliæ Cancellarij ſuper eadem eccleſia impetrarunt, confirmatione Capituli Sanctæ Seuerinæ, in cuius Diœceſis dictum Monaſterium eſt conſtitutum ſuper eodem per literas poſt obtentas. Inſuper etiam adiecerunt ipſi Monachi Curiacenſes, quod Metropolitanus eorum, videlicet Archiepiſcopus Sanctæ Seuerinæ ſecundò die poſt

C conſecrationem ſuam, & factum præfati Capituli, & dictum eiuſdem, eccleſiam confirmauit, ipſis exinde priuilegio aſſignato, & cum hæc omnia per teſtes ab eis ſint ſufficienter probata ſuper proprietate eccleſię memoratæ, proponebant ſuam ijs plenius intentionem eſſe fundatam. Præter hæc autem Curacenſes ipſi aduerſus vos etiam intentarunt, quod cum vobis in ijs omnibus ſuum conſilium propalauerint, & vos ſuper narratis fraternis eiſdem auxilium, & conſilium promiſeritis impenſuros, veſtræ poſtmodum promiſſionis obliti, & ad nobilem virum Petrum Guiſcardi qui erat illius terræ Dominus, accedentes, monaſterium illud ab eo concedi vobis cum inſtantia po-

D ſtulatis. Sed cum idem id vobis primitus denegaſſet, interuentu coniugis ſuæ tandem annuit beneuole votis veſtris. Eo itaque ſic obtento, iam dictæ S. Seuerinæ Canonicis pro ipſa vobis eccleſia concedenda precibus poſtulaſtis, ſuper quod licet emiſſæ preces, pro eo quod electus eorum erat apud ſedem Apoſtolicam cõſtitutus à principio, fruſtrarentur, comminationibus tamen eiuſdem nobilis de proprijs eis auferẽdis vxoribus, cum ſint Græci, ſibi acriter intentaſtis, ipſam vobis eccleſiam ijdem confirmauerunt inuiti. Poſt hæc verò prænominato electo à ſede Apoſtolica redeunti extra ſedem propriam occurriſtis, ipſam vobis eccleſiam petituri, ſed cum repulſam pateretur veſtra petitio in hac parte, pro eo quod idem electus nõdum ſedem propriam

A viſitauerat, per impreſſionem tandem, & violentiam nobilis memorati prædictam vobis eccleſiam compulſus eſt confirmare. Ad hæc autem vos in noſtra præſentia reſpondiſtis è contra. Quod licet eccleſia ipſa per Oeconomum, & Monachos ſupradictos conceſſa fuiſſet Monaſterio Curacenſi, prout ipſius Monachi aſtruebant, conceſſionem talem his rationibus dicebatis penitus non tenere. Tum quia per illos eadem facta fuerat, qui perſonæ non extiterant principales, eccleſia tunc vacante. Tum etiam quoniã longe ante per Carolum quondam dicti loci Calabro Mariæ Abbatem de conſenſu & voluntate ſuorum Fratrum tempore

B bonæ memoriæ Ioachimi primi Abbatis veſtri dicta eccleſia vobis conceſſa fuerat, & poſt ipſius Caroli obitum per eiuſdem Monachos ipſius conceſſio extiterat pluries innouata, proceſſu temporis non per impreſſionem, vel violentiam nobilis antedicti, ſed potius mera eorum, & libera voluntate; aſſignando nihilominus rationes, quod priuilegium antedictum Curacenſium non ſuffragaretur in aliquo, quia prædicta conceſſio, quæ facta fuerat minus iuſtè, per illud non intelligitur rationabiliter confirmata, maximè cum notam expreſſam contineat falſitatis, cum legatur in ipſo, quod Panormi per manus iam dicti Cancellarij

C eo tempore datum fuerit, quod idem vtique non Panormi, ſed alibi longe à Panormo manebat, & Rex cuius auctoritate fieri videbatur, tunc temporis non cuſtodiretur ab ipſo, ſed à Guillelmo Capparone temerè teneretur, qui etiam verum ſigillum detinebat ipſius. Ad excuſandum nempe priuilegium ſupradictum præmiſſis pars Monachorum Curacenſium replicando reſpõdit; quod cum dictus Cancellarius à claræ memoriæ Conſtantia Imperatrice ordinarius totius Regni, & Regis adminiſtrator extiterit conſtitutus, id potuit facere ipſius Regis auctoritate licenter, vtpote, qui vices gerebat Regis in hac parte. Inſuper Cura-

D cenſes etiam Monachi addiderunt, quod etſi dictũ priuilegium per manus Cancellarij ob præmiſſa obtinere non poſſet robur debitę firmitatis, cenſeri debet validum, pro eo quod dictus Rex illud ex certa ſcientia poſtmodum confirmauit, cum ratihabitio retro trahatur, & mandato comparetur iuxta legitimas ſanctiones, nihilominus proponentes quod etſi neutrum priuilegiũ deberet legitimum iudicari, vltimus ei debebat ſufficere, quod idem Rex, poſtquam vxorem traduxit ſuper eadem eccleſia conceſſit Monaſterio Curacenſi. Cæterum pars veſtra exaduerſo reſpondit, quod ſi confirmationem aliquã obtinuerunt de priuilegio ſupradicto Curiacenſes, ipſa nullius erat roboris, vel vigoris, quia cum ipſum priuilegium à principio irritum extitiſſet, ratam eſſe non poterat obtenta taliter confirmatio

ſuper

A ſupereo, aſſignantes talem de priuilegio ültimo rationem, quod de ipſo non emolumentum, ſed pœuam deberent ipſi Monachi potius reportare; quia cum iam quæſtio ipſius eccleſiæ ad noſtrum fuerit examen deducta, petierunt ſibi rem litigioſam per poteſtatem ſæcularem concedi, ſeu etiam confirmari. Contra confirmationem autem ſeu conceſſionem Archiepiſcopi allegaſtis, quod rem à vobis poſſeſſam, maximè poſtquam in litem deducta extitit, & ad cenſuram examinis noſtri perlata; vnde conceſſio, vel confirmatio huiuſcemodi nullius debeat cenſeri valoris, propter quæ ſuper eccleſia ſupradicta ſilentium imponi Curacenſibus Monachis; & ab ipſorum impetitione abſolui penitus petebatis. Cum vero dicti Iudices ſuper cauſæ meritis ad inuicem diſcordarent, & partes cauſam ipſam noſtro potius, quàm eorum optarent iudicio terminari, tam ipſam cauſam, quam partes cum rationibus, quæ pertinebant ad eam iuxta mandati noſtri tenorem ad noſtram præſentiam remiſerunt. Demum itaque dilectis filijs Nicolao Curacenſi, & Hugone Priore ſancti Georgij, & Ioſeph, veſtris Monachis noſtro conſpectui præſentatis, & quæ acta fuerant coram Iudicibus ſupradictis, & alias rationes nobis exponere procurantibus; Nos illis diligenter auditis, & perſpicaciter intellectis, vos ab impetitione Caracenſium ſuper eadem eccleſia per diffinitiuam ſententiam prorſus abſoluimus, eiſdem ſuper ipſa perpetuum ſilentium imponentes, præſertim cum illis Regulam, & inſtitutionem Ciſtercienſis Ordinis ab ipſa Monaſterij fundatione profeſſis abſque ſuperioris diſpenſatione licitum non extitit ad obtinendum ſic eccleſiam laborare. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ definitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum apud Cryptam ferratam 2. Kalend. Septemb. pontificatus noſtri anno 14.

D Huius autem ſententiæ idem Innocentius Pontifex Archiepiſcopo, Decano, & Cantori Cuſentini ſuis literis tali ſub forma verborum commiſit.

INNOCENTIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabili fratri . . . Archiepiſcopo . . . Decano & . . . Cantori Cuſentiæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Inter dilectos filios Abbatem & Conuentum de Flore, & Monachos Curiacenſes ſuper Eccleſia Calabro Mariæ, quam ipſi Curacenſes cum ſuis pertinentijs ad ſuum Monaſterium de iure ſpectare dicebant, &c. vt ſupra mutatis mutandis. *Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus quod à nobis eſt ſententialiter definitum, vos per cenſuras Eccleſiaſticas ſublato cuiuſlibet contradictionis, & appellationis obſtaculo, faciatis inuiolabiliter obſeruari. Quod ſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe, tu ex, frater Archiepiſcope, cum eorum altero nihilominus exequaris.*

Datum apud Cryptam Ferratam 2 Kalen. Septembris, Pontificatus noſtri anno quartodecimo.

Cæterum ex ſupra relatis Rogerij Comitis priuilegijs Conſtantinus Archiepiſcopus S.Seuerinæ, cuius auctoritate Polychronius Geruntinus Epiſcopus Cœnobium Calabro Mariæ exædificauerat, in viuis erat anno ſalutis 1115. quo vero deinde anno obierit, & quæ in ea Eccleſia adminiſtranda geſſerit prorſus ignoramus.

4 SEVERVS Archiepiſcopus S.Seuerinæ, ſucceſſor Conſtantini interſuit conſecrationi Gelaſij Papæ II. anno 1119. apud Pandulphum Piſanum, qui Acta Gelaſij ſcripſit.

5 GREGORIVS interfuit conſecrationi eccleſiæ Cathacenſis ann. 1122.

6 IOANNES intereſt coronationi Rogerij Regis Siciliæ apud Panormum celebratę ann. 1129. vt Rocchus Pyrrhus refert in notitia prima Sicilienſium eccleſiarum, ex quadam Moraldi Chronica quæ ſuſpectę fidei aliquibus videtur.

7 ROMANVS hanc Eccleſiam adminiſtrabat ann. 1132. vt in charta Mobiliæ Normandæ filiæ Roberti Ducis, qua illa concedit, & confirmat donationes factas Monaſterio Patiri à Genitore ſuo, & Ioanne tunc Epiſcopo Inſulenſi de eccleſia S. Conſtantij cum ſuis iuribus, & pertinentijs, anno Mundi *6636.* qui erat Chriſti 1132. ſed in membranis Patiri tabularij talis recenſetur è Græco in Latinum conuerſa eodem ferè anno, cum tamen illam transferri feciſſet Tericius Epiſcopus Caſſanenſis, anno 1221. vt ipſemet ſubſcripſit, & ſigillum ſuum in membrana appoſuiſſet.

† Priuilegium factum à me Mabilia filia beatiſſimi Roberti Guiſcardi magni Ducis Calabriæ ſanctiſſimo & Venerabili Abbati magni Monaſterij de Patiro Domino Lucæ menſe Febr. Ind. 10.

Quoniam ego Mabilia de prouidentia, & ſuſceptione magna feliciſſimi, & potentis ſancti noſtri Catholici Regis Rogerij poteſtatem Cotroni, & donationem ab eo accipiens & obtinens ſecundum pertinentiam iuſſionis eius, & magni intellectus ad

hoc acceſſit ad nos, & Dei conſeruationem, A
ac Archiepiſcopatus S. Seuerinæ Dom, Romanus cum Venerabili & ſanctiſſimo Abbate Domino L uca magni, & excellentiſſimi Monaſterij de Patre videlicet, & matris, ideſt nouæ Odigytrea ab omnibus nuncupati oſtendens mihi ſigillum à ſancto noſtro Domino; iubens, & præcipiens, vt ſint animalia ſancti Monaſterij ſupradicti apud Inſulam, & in omnem pertineutiam Cotroni vere, & æſtate, dico autem bubalos, boues, oues & porcos, & cætera animalia, vt ſint & paſcātur iuxta præceptum ſancti noſtri Domini ſine impedimento & ſine offenſione abſque decima, & reliqua omni moleſtia,
& in ptetium noſtrarū animarum, & remiſ- B
ſionem peccatorum ſancti noſtri Domini, & Genitoris Roberti. Ego Mabilia in manibus huiuſmodi ſigillum accipiens reuerenter conceſſi omnia & confirmaui, quæ in ſigillo ipſo continebātur, vt ſint ea ſine impedimēto & moleſtatione in huiuſmodi paſcuis Inſulatum, cōtrarietatem à nullo ſubſtinentibus ſeruientum noſtrorum: Dico autem Cuſtodum Moutaneæ & foraſterlorum dictorum, & ſeruientium, & omnium reliquorum, qui in noſtro ſeruitio, & baiulatione conſtituti ſunt, vt nullam vexationē, vel moleſtiam inducant eis in aliquo, vt pote hæc videntes omnia confirmata, quod nullus ex omnibus quolibet modo in quocunque tempore licentiam habeat, tranſ-
mutare, aut remouere aliquod horum, C
quæ hic ſcripta ſunt, & à Domino non paruam indignationem expectantes à nobis; Ad hæc videns, quod priuilegium Dei amātiſſimi Epiſcopi Domini Johannis Inſularum, iuxta quod & ipſe obtulit in ſancto magno Monaſterio Templum ſancti Conſtantini cum pertinentibus ad illud rationibus cum molendino exiſtente in riuo Ceramide, quæ Monachus fecit. Conceſſi & ego pro ſalute animarum ſancti noſtri Domini, & Genitorum eius, & mei, & offero in præfato ſancto magno Monaſterio terras quarum eſt diuiſio talis; A fine montis de Brucnmen ſicut deſcendit via vſque ad vadum Theodoſij propendentia & manco va-
dum à dextris, & deſcendit à ſiniſtris ad D
Olicham magnam, quæ eſt iuxta vallatum, & aſcendit Serra vallati, & Olichæ & ferit ad riuum, qui deſcendit de campo longo, & pertranſit eundem riuum vſque ad caput eiuſdem Campi longi, & inde deſcendit huiuſmodi Serra, & ferit ad lapides firmos, in terminum terras Epiſcopi Inſularum, & fere rectè inferius in montem, & reflectitur angulariter in ipſum & pertranſit ad extremitatem loci, & aſcendit Rachonus, & extremitas montis, & deſcendit ad riuum Ceramidem, & exinde aſcendit & vadit cōfinis, & ferit vnde incepit . . . & ferit intra terminum ſancti Conſtantini. Offero quoque & dono piſcinam piſcatoriam in eodem Campo longo, eſt diuiſio eius à Coriolan. ſicut aſcendit à ſancto Nicolao à termino terrarum Epiſcopatus Inſularum, & ferit rectè vſque ad terminum terræ Domini Rogetij filij beatiſſimi Domini Boni, & deſcendit extremitas montis Fella, & ferit ad Cacorialem, & concluditur. Has ergo dictas, & ſcriptas ſuperius terras omnes quæcunque ſunt cum reliquis præceptis priuilegij ſancti noſtri Domini confirmaui, & corroboraui per præſens ſcriptum priuilegium, quod ad abundantiorem cautelam, & certitudinem inſpicientium cerea bulla noſtra ſubſignauimus, & datum eſt ad te beatiſſimum Venerab. Dominum Lucam, & ad futuros Abbates in hoc ſancto, & magno Monaſterio de Patire noue Odigytrea menſe, & Indictione præſcriptis, anno Mundi ſexto milleſimo ſexcenteſimo triceſimo ſexto.

† *Ego Mabilia filia Roberti Ducis confirmo iſto ſigillo per crucem, quæ facta eſt manu mea.*

† *Ego Tericius Caſſanen. Epiſcopus authenticum vidi, & de verbo ad verbum de Græco in Latinum transferri feci, & in hoc tranſcripto proprium ſigillum appoſui.*

† *Ego Robertus Caſſan. Decanus authenticum vidi & præſens tranſcriptum manu propria ſubſignaui.*

† *Ego Guillelmus Caſſan. Eccleſ. Theſaur. authenticum vidi, & præſens ſcriptum ſubſignaui.*

† *Ego Iohannes licet indignus Epiſcopus Crotonen. præſens ſcriptum cum authentico conferens, videnſque tranſumptum fideliter ſubſcripſi, & ſigillum impreſſi proprium.*

Loco † ſigilli cerei.

8 DIONYSIVS S. Seuerinæ Archiepiſcopus ille fuit, qui ſub Innocentij III. circa annum Domini 1210. electus memoratur in diplomate ſuprà relato Innocentij ad fauorem Florenſis Monaſterij contra Curiacenſes Monachos de Cœnobio Calabro Mariæ. Hic anno 1220. de conſenſu ſui Capituli donauit territorium de Caſtellari Abbati & Monachis Florēſis Cœnobij ſub perpetuo cenſu libratum ſex ceræ quolibet anno Metropolitanæ Eccleſiæ ſanctæ Seuerinæ perſoluendarum; donationem confirmauit Gregorius IX. Dat. Laterani 3. Kal. Martij, pontif. ann. 7. autographum in tabulario eiuſdem Abbatiæ ſeruatur. Sedente Dionyſio in hac Diœceſi fundatum eſt Cœnobium ſancti Angeli de Frigillo Ord. Florenſis, nunc Ciſtercienſis 1221.

9 BARTHOLOMÆVS Archiepiſcopus S. Seuerinæ electus ſub Gregorij IX. pontificatu, pallium recepit ab eodem, & fidelitatis

litatis iuramentum Romanæ accleſiæ pręſtitit in manibus Obizonis Archiepiſcopi Cuſentini, vti in lib.Cenſij Camerarij de iuribus ecleſiæ legitur,lib.M.S.extat in Bibliotheca Vallicellæ, vbi pag.206. à tergo ſic memoratur. *Iura fidelitatis à Bartholomao Archiepiſcopo S.Seuerinæ,Bartholomæus Archiepiſcopus Sanctæ Seuerinæ, recepto pallio ab Obizone Archiepiſcopo Cuſentino ſecundum mandatum Dom.Papæ, iurauit fidelitatem Eccleſiæ Romanæ, ſicut continetur ſuperius annotatum, adiecto quod vbi dicitur ſingulis trienniis viſitabit ſedem Apoſtolicam, ibi continetur de ſingulis annis. Et hæc conſtiterunt per literas ipſius Archiepiſcopi Cuſentini, & ipſius Archiepiſcopi S.Seuerinæ, cuius patentes literas de verbo ad verbum expreſſerunt in eis.*

10 M. NICOLAVS de S.Germano ab Innocentio IV. præficitur in Archiepiſcopum anno 1254. ab eodem Capitulo Metropolitanæ eccleſiæ commendatur,Datum Neapoli 5.Idus Nouemb.ann.pontif. 12. ex Reg.Vatic.epiſt.376. fol. 191. Idem bonus Antiſtes ann. 1258. dedit Monaſterio Florenſi facultatem ſumendi aquam ex flumine Nethi, & deducendi ad bona eiuſdem Monaſterij.

11 ANGELVS, cuius memoria extat in Regeſt.Regio Neapol. anu.1269. quo ex hac vita diſceſſit.

12 HVGO ex priore S. Sepulchri Hieroſolymitani à Clemente IV electus eſt ſanctæ Seuerinæ Archiepiſcopus, ſucceſſit Angelo anno 1269. 12.Kal. Iulij ab eodem Viterbij conſecratus; ita in Reg. Vatic. ep.36. fol.228. ann.4.eiuſdem Pontificis,defunctus eſt ſub Gregorio X.

13 BERNARDVS ex Canonico euaſit Archiepiſcopus, die prima Iunij 1273. ad hâc dignitatem vocatus à Gregor.X. breuis Pontifex fuit, qui cum vix annum à ſua electione attigiſſet, mortalitatem expleuit.

14 ROGERIVS de Stephanutia ſucceſſit Bernardo anno 1274. quo Monachos Florenſes fauorabili ſententia proſequutus eſt; ad quem etiam literas direxit Gregorius X. Dat.Lugduni Id.Martij ad fauorem Monaſterij de Patirio cõtra detentores bonorum eiuſdem: extant literæ in Monitorio Rogerij, tanquam Apoſtolici Commiſſarij. Dat. apud Sanctam Seuerinam anno 1275. die 5. menſ.Iulij,Ind.3. ſubſcripſit in fine in hæc verba. *Nos Rogerius Deigratia Sanctæ Seuerinæ Archiepiſcopus.* Additis quibuſdam Græcis literis manus eiuſdem, quemadmodum & alij teſtes eodem modo ſe ſubſcripſerunt, vt in exemplari eiuſdem tabularij Patiri obſeruauimus. Memoratur in Regio Reg.an.1278.& 1291. vbi Regius Conſiliarius,& Caroli I. familiaris legitur. Sedit laudabili fama plus minus ann.20.& à Bonifacio VIII.tranſlatus eſt ad Cuſentinam eccleſiam anno 1295.

15 LVCIFER ab eodem Bonifacio euectus eſt ad hanc ſedem poſt Rogerium, ad quem idem ſcribit kal.Martij anno pontif.4. in Reg.Vatic.epiſt.23. fol 6. Hic inter præcipuos Monaſterij Florenſis benefactores recenſetur, multa eidem bona conceſſit, & ea quæ olim ab anteceſſore ſuo Nicolao elargita fuerant, benigno diplomate confirmauit an.1301. conceſſio habetur in chartophylaciis eiuſdem Monaſterij.

16 PAVLVS, cuius tantum nomen habemus in Regeſt.Regio Neapolitano anno 1309.

17 IOANNES electus promiſit ſacro Collegio ſolitum charitatiuum ſubſidium die 2. Iulij anno 1320. cuius meminit & Reg.vatic.Ioannis XXII. epiſt.927. anni 4. cætera ignorantur.

18 PETRVS electus anno 1340. in lib. Oblig. prælatorum,de eo fit mentio die 19. Iulij. Vale dixit momentaneæ iſti ac miſeræ vitæ,anno Chriſti 1349.

19 GVILLELMVS ex Decano infulam ſuſcepit anno 1349. 5. Non. Octobr. à Clemente VI. ex epiſt. eiuſdem in Regeſt. Vatic. exſcripta num,147. fol. 59. lib.3. pontificatus 7.

20 AMICVS hanc regebat eccleſiam anno 1386. quo teſtis fuit donationis Thomaſij Comitis Marſici pro Eccl. S.Thomæ Cantuarienſis Marſicenſis ciuitatis die 20. Iulij,eius item meminit lib.Obligat. Prælatorum.

21 GREGORIVS ſucceſſit Amico, ex eodem libro.

22 MATTHÆVS Immediatè ſucceſſor Gregorij fuit,ex eodem lib. mortuus eſt anno 1399.

23 GERARDVS olim Archiepiſcopus Roſſanenſis, huc tranſlatus per obitum Matthæi 5 Kal. Octob. 1399 breuis & ipſe Pontifex fuit,exceſſit enim anno ſubſequenti, vt in eodem lib.

24 IACOBVS olim Epiſcopus S.Leonis hanc cepit eccleſiam regendam Non. Octob. 1400. tredecim omnino annos laudabili fama virtutum in ea ſedit,ex lib.prouiſ. prælat.

25 ANGELVS iam antea Archiepiſcopus Surrentinus transfertur ad hanc eccleſiam à Ioanne XXIII.die 8.Kalen.Ianuar. an.1413. Obijt extremis diebus anni 1430. ex Actis Conſiſt.

26 ANTONIVS Sanguagalus, aliàs de Moliuo Crotonenſis ex Strongulenſi eccleſia ad hanc Sanctæ Seuerinæ tranſitum fecit 12.kalend. Iunij 1430. Præfuit ann.24. defunctus anno 1454. ex Actis Conſiſtorialibus.

27 Fr. SIMON Blondus Ordinis Prædicatorum eligitur in locum Antonij die 15. Octob.1454. præfuit concionando, ac docendo annis multis, vir ſumma vitæ innocentia, & doctrina præditus, cuius ele-

ctio

ctio notatur in Actis Conſiſtor. Nicolai V. ann.pontif. 7.

28 PETRVS naturæ debitum ſoluit Romæ anno 1483.



29 HENRICVS de lo Moyo de Exopano Calaber Monachus Monaſterij S.Ioãnis de Flore Ord. Ciſterciēſis, ex Abbate Calabro Mariæ, aliàs de Altilia eiuſdem Ord. huius Diœceſis, fauore Ferdinandi I. Regis, cui erat ob eximiam doctrinam, & religioſam pietatem cariſſimus, ab Innocentio VIII. electus eſt Archiepiſcopus die 6.Iunij, ann. 1483. præfuit omnibus charus plus minus annis quinque, emigrauit ex hac mortali vita, ann.ſalutiferi partus 1488. ſacer in Cathedrali. Præter Acta Conſiſtorialia de ipſo mentionem facit Alphonſus I. Rex in ſuo Regeſt.apud me, dum ille ex Monacho, Abbas Altiliæ creatus eſt anno 1451. in literis ad Franciſcum Siſcaram militem, & Calabriæ Viceregem, & ad Archiepiſcopum Sanctæ Seuerinæ in quibus ſummopere commendatur.



30 ALEXANDER della Marra Neapolitanus Patritius, iuris vtriuſque eximius Doctor ſucceſſit Henrico 3.Kal.Iunij 1488. adfuit cum pluribus alijs Regni Præſulibus coronationi Alphonſi II.Regis 1494.Archiepiſcopale Palatium vetuſtate fatiſcens, ferè à fundamentis reſtituit, & Cathedralem exornauit, præfuit piè & laudabiliter ann.10.deceſſit anno 1498.

31 N . . . Cantelmus Neapolitanus nobiliſſima gente natus, conſtituitur Archiepiſcopus poſt mortem Alexandri die 20. Iulij 1498. nomen proprium non exprimitur in Actis Conſiſt. è viuis eximitur 1508.

32 IOANNES MATTHÆVS ex Comitibus Sertorijs Mutinenſis, Iulij II.Papæ à Cubiculo electus eſt Archiepiſcopus Sanctæ Seuerinæ die 28.Maij 1508. Interfuit Lateranenſi Concilio ſub Leone X. Abſens ferè ſemper præfuit ann.23. translatuſque eſt ad eccleſiam Volaterranam in Etruria anno 1531. de quo plura, ac præclara, quæ de ipſo enarrauimus in Volaterranis epiſcopis tom.1.

33 IOANNES Card. Saluiatus Florentinus, relicta Volaterrana eccleſia pro Sertorio, hanc Sanſeuerinatem ſuſcepit regendam die 15. Nouemb. 1531. quam poſt quatuor annos ad fauorem ſequentis reſignauit.

34 IVLIVS Sertorius nepos Ioannis Matthæi ſuperioris, Ioannis Philippi Comitis Iordinariæ, & Antoniæ Pallauicinæ filius, Abbas ſanctæ Mariæ de Traſinate in Etruria, ſancti Vincentij de Vulturno, & Auguſtæ Abbatiæ Nonantulanæ Commendatarius, ex Protonotario Apoſtolico, Sanctę Seuerinæ Archipræſul renũciatus eſt à Paulo III. die 14.Ianuarij 1535. Pro Duce Ferrariæ ad Carolum V. Imperatorem, ad Philippum II. Hiſpaniarum Regem Orator, & inter Conſiliarios eiuſdem aceitus, honoribus cumulatus innumeris, Obijt Compoſtellæ in Hiſpania ætatis ſuæ ann.42.ſalutis 1562.ſepultus ibidem, vir fuit acris ingenij, probitate tamen morum, & eruditione inſignis.

35 IO.BAPTISTA Vrſinus Archiepiſcopus S.Seuerinæ Romæ obijt 1566. die 15. Februarij.



36 IVLIVS ANTONIVS Sanctorius Caſertæ in villa Herculis, vbi vetuſtum, & nobile

bile quondam Herculis templum fuit, naſci- A
tur nobilibus parentibus Leonardo Anto-
nio I.C. & Carmoſina Barattonia Theanenſi
anno 1532. feria quarta, 8. Id. Iunij. Pueri-
tiam Theani apud Benedictum Barattucium
auunculum tranſegit. Adoleſcentulus Nea-
polim acceſſit, audiuitq; in Rectoricis Aloy-
ſium Zampam cognomento Sidicianum,
in Iure Caſerto, Bolognetti, & Marcelli Ber-
lingutij, & M. Antonij Flocci Auditor fuit.
Romam profectus tunc imberbis lauream
deſumit, primum illi laborum, & ingenij
experimentum aduerſus bacchantium hæ-
reticorum furorem extitit, Iulius III. virtu-
te adoleſcentis, & flagrantiſſima charita-
te, & catholicæ ſtudio fidei intellectis, di- B
uali pagina aduerſus Hæreticos acrius ar-
mauit, impulitque, ab illis varijs inſidiarum
generibus appetitus diuino fauore nefarios
illorum conatus perfregit. Neapolim ad re-
primendam Hæreticorum audaciam, refor-
mandoſque ſacratorum mores euocatur ab
Alphonſo Caraſa Card. & Archiepiſcopo
Neapolitano, armaturque Vicarij poteſtate,
nuſquam tranquillior res, & iuriſdictio ec-
cleſiaſtica, aut paratior ſtatus inter duo Im-
peria, cum Paraphandius de Ribera Pro-
rex Iulio Antonio arcana conſcientiæ enu-
daſſet, credidiſſetque, ſpargitur interim
per vrbem rumor Aloyſij Campaniæ Roſſa-
nenſis, Epiſcopi Montis Pelouj, & Iulij An-
tonij conſilijs, atque auctoritate Hiſpanicæ C
Inquiſitionis munus in ciuitatis perniciem,
Archiepiſcopo & Prorege in id præcipuè ac
concorditer incumbentibus, breui ſtatutum
iri. Quamobrem concitata in arma ciuita-
te, Ducibus præcipuis Montebellio, & Vi-
cario Marchionibus ad Cœnobium Oliue-
tanum, Cardinalis, Campania, Sanctorius,
& amici Proregis vltra nouiſſimum diſcri-
men ſtetere, vix euitato periculo, aduentu
& ſubſidio Regiarum cohortium, maior
irarum moles inſtare, Pio IV. in Caraſios
furente, vnus Sanctorius expoſci, cum con-
feciſſe venenum, aut procuraſſe in necem
Principis facta Hæretici Pompeius Montius,
Hortenſius Abbaticchius ex Coriliano, Ioã- D
nes Antonius Verdonius, Iulius de Terro-
cuſio, Blaſius Scampa, quidam Dionyſius
Medicus, Paduanus Guglielmus, Marcus
Antonius Barracchius Calaber, Ioannes Ni-
ger Hieracenſis, Paſchalis Tuttus, Nicode-
mus Senenſis, Cæſar Cucurullus, Bartholo-
mæus Maranta Venuſinus, Ioannes Ange-
lus Cepullius, Ioannes Dominicus de Am-
broſio, & Vergilius Florillius coniuratione
detuliſſent, Abbaticchio ſcelus perbellè cõ-
cinnante. & auctore præcipuo, conſcientiæ
tranquillitate Sanctorius confiſus, cum à
Cardinali, & Prorege retineri non potuiſſet,
venit ad Vrbem, diſcuſſiſque criminibus
innoxius repertus cum paulò poſt inimici
ſcelerum pœnas dediſſent, à Principe va-
rijs pollicitationibus oneratur, vt ab Ca-
raſiorum amicitia diſcederet, adduci non
potuit, cum Beneuentana Præfectura, & Pi-
ceni, atq; Æmiliæ ſublegatio in præmium
oſtentarentur, tamen cùm Deſiderius Guido-
nius, & Cãpania, enudatis Caraſiorum conſi-
lijs, defeciſſent, reuerſus Neapolim, ſub-
ſequuta paulò poſt morte Neapolitani Car-
dinalis, in patriam regreditur, contulitque
ſe ad ſtudia diſciplinarum, in quibus mori
videbatur, niſi ad ſumẽdum cibum, captan-
damque quietem maternis precibus abſtra-
heretur. Scripſit de moribus Hæreticorum,
de calamitate ſuorum temporum, de po-
teſtate Romanorum Pontificum ſupra Frã-
ciæ Regnum, de Monarchia Siciliæ, item
ad Neſtorianos, & Græcos de illorum er-
roribus, de vſuris Iudæorum interdicendis.
Edidit Rituale Romanum, ſcripſit duas pro
ſe aduerſus detractores apologias, & alterã
ad Philippum II. Regem Catholicum pro
Ordine ſancti Baſilij, inchoarat hiſtoriam
Regni Neapolitani, & vitas Sanctorum,
adoleſcens eas perficere non potuit. Multa
in librorum oris præſignauit præclari in-
genij non contemnenda monumenta, cum
in eccleſiaſticis rebus præcipuè labores
eius, induſtria, atque doctrina elucerent.
Memoria in homine fuit admirabilis, ac
penè diuina, cuncta quæ legerat, legit
enim infinita propè volumina, memoria
complectebatur, de otio haudquaquam ra-
tionem redditurus, cum nuſquam otioſus
fuerit, breuiſſimi ſomni, atque quietis, ca-
ſtitatem perperuò coluit, ſolitus pruriente
venere ieiunijs, flagris, cilicio & volutatio-
ne corporis inter ſpinas & vepres retũdere,
ſacrum quotidie celebrabat, niſi acrioribus
febribus, aut morbo vexatus, poſt Miſſæ
celebrationem, centum ferè precum formu-
las recitare ſolitus erat, in eleemoſynas
adeo effuſus, vt, præter ornamenta, & ædi-
ficia Templorum, ſeptuaginta, & amplius
millia aureorũ purpuratus ſit elargitus, in-
de purpuratum villoſum pileum, chirothe-
cas, & ſudariola, cum aliud ad manum
non adeſſet, interdum petentibus dederit;
Pio IV. mortuo, Pius V. eligitur, qui cum
Iulij diſcrimina, pugnas & labores pro Or-
thodoxa fide ſuſceptos religioſè, integrita-
tem, diſciplinas optimè intelligeret, dato ad
illum diuali ſcripto, ad Vrbem accerſiuit,
illumque à cubiculo, deinde Archiepiſco-
pum Sanctæ Seuerinæ die 6. Martij 1566.
mox Cardinalem, vel ſuis contradicenti-
bus, creauit; in Cardinalatu, quæ egit, ſcri-
pſit, & geſſit, ſatis Orbi terrarum patent,
in cauſa Toletana, inter doctiſſimos, ac præ-
ſtantiſſimos collegas, effulſit; nec modo ſa-
piens, ſed quæ offerebantur, munerum
etiam victor extitit, cum continentiam, &
à muneribus abſtinẽtiam in Cardinale par-
tem inſignem, & neceſſariam iudicaret:
ſumma ſemper vſus libertate pro tuenda
eccleſiaſtica dignitate, & iuribus, quorum
acer-

A acerrimus defenſor erat, inter ſancti Officij
Inquiſitores adſcribitur, quo in magiſtratu
idem ſemper fuit diligentiſſimus, & chari-
tate efferuens, indefeſſi laboris, datus Pro-
tector Ordinibus ſancti Magni Baſilij, Ser-
uitarum, Cappuccinorum, Græciæ, Illy-
ricis, totique Orienti. Domus eius miſe-
rorum refugium, & alienigenarum portus
extitit, cum ſinus eius, & liberalitas cun-
ctis pateret. Fuit in Congregatione Epi-
ſcoporum ſub Gregorio & Sixto, & Regu-
larium, itemque Ruthenorum anni, Iu-
bilæi, Indulgentiarum, charitatis in Vrbe,
atque, Neophytorum, Catheeumeno-
rum, & Conuertitarum, maior pœniten-
B tiarius, Franciæ congregationi præfuit eum
ampliſſimis Collegis, tum etiam pro-
pagandæ fidei. In tot Conclauibus mira
illius fuit patientia in perferendis inimico-
rum iniurijs, cum à cunctis Europæ prin-
cipibus expeteretur, ſed in nouiſſimo con-
ſtantia hominis, atque animi magnitudo
vltra humanum captum fuit, orbe mirante,
Vixit in Cardinalatu annos triginta duos.
obijt ſub Clemente VIII. anno 1601. ſepti-
ma Iunij ad horam 23. apoplexia corre-
ptus, cum pridie Signaturam ſacræ Pœni-
tentiariæ, & eo ipſo die quondam natali,
quo ægrotauit, Congregationem S. Officij
domi habuiſſet, ianuis patentibus, & nemi-
C ni aditu prohibiro, adſtantibus diuerſorum
Ordinū Religioſis, Cappucini corpus laue-
re. Funus illi ampliſſimum eſt exhibitum in
Laterano, cum multis in locis priuatæ exe-
quiæ factæ fuerint in Vrbe ad ſanctam Ma-
riam de Montibus, ad ſanctum Hierony-
mum de Charitate, & Illyricorum, in æde
ſancti Athanaſij Collegij Græcorum, & in
æde ſanctæ Mariæ Tranſlyberim, ſancti Mar-
celli, & ſanctæ Mariæ ſupra Mineruam, &
in Italia Florentiæ, Venetijs, Mileti, Aqui-
ni, Caſertæ, alijſque plurimis in locis,
cum funebri oratione ſepultus eſt in Late-
rano ad Sacellum quod ipſe inchoarat;
& Paulus Æmilius Sanctorius vtriuſque
Signaturæ Referendarius, & ſacræ Pœni-
tentiariæ Datarius, ex germano nepos per-
D fecit, hoc vnum tanto viro deſuit in maxi-
mo clariſſimarum virtutum concur-
ſu, boni Aulici, quos, paucis
exceptis, ſui diſſimiles
nactus eſt.



37 FRANCISCVS ANTONIVS San-
ctorius Caſertanus Iulij Antonij Card. ex
fratre nepos Archiepiſcopus Sanctæ Seueri-
næ renunciatus eſt ex ceſſione patrui die
30. Decembris 1572. ſedit omni cum fama
virtutis ann. 14. & ad Acheruntinam, Ma-
theranenſemque eccleſias tranſlatus eſt die
28. Iulij 1586. de quo vide tom. 7. in ſerie
earum eccleſiarum Archipræſulum.



38 ALPHONSVS familia Piſana no-
bile germen & virtute præclarus, Franciſci
Antonij ex ſorore nepos euaſit Archiepi-
ſcopus Sanctæ Seuerinæ die 18. Iulij 1587.
Hic porro Alphonſus, vt Iacobus Græcus
in vita Ioachimi narrat, etſi virtutum cæte-
rarum amabilem, & celeberrimum prædi-
cari ſe facit locupletiſſimum, ea quæ in
Chriſtianis viris extat anteſignana pietas
in Domini egenos non parum inſignem
elucere effecit, nec in cæteris ab auun-
culo ſe degenerem, circa Monaſterium Flo-
renſe (Abbas enim fuit eiuſdem Cœnobij
Commendatarius) & Religioſum ſemper
exhibuit. Præfuit piè omnibus charus ann.
plus minus 27. Vita functus eſt vltimo die
Octobris hora 13. die martis anno Domi-
ni 1623. in complexu ſuæ Sanctæ Seuerinæ
eccleſiæ, cuius oues grauiſſimis diſtrahenti-
bus cauſis, nunquam vel tantiſper deſeruit;
ratus nulla re magis, quam Paſtorum præ-
ſentia ſubditorum vrgeri ſalutem. Tumu-
latus iacet in mutila ſepultura ad dexte-
ram celeberrimi ſacelli Deiparæ Virginis,
cuius

(cuius erat deuotiſſimus) ſub titulo Reginæ Angelorum à ſe iam dicati anno 1611. vt ex epigraphe in eiuſdem ſacelli arcu exiſtenti legitur.

Sacellum hoc Deiparæ Virgini dicatum Alphōſus Piſanus Archiepiſcopus S.Seuerinæ, & Iulius Cæſar fratres pro ſe, ſuiſque hæredibus conſtructione, & dotatione in ius patronatus erexerunt anno Domini MDCXI.



39 FAVSTVS Caſſarellus Romanus Alexandri, & Pantæ Aſtallæ nobilibus parentibus natus maiorum ſuorum laudem generoſa æmulatione cumulatiſſimè conſequutus eſt; ſiquidem iuris ſcientia clarus, in Aduocatorum Conſiſtorialium numerum adlectus à Paulo V. apud ipſum, Vrbanumque VIII.Pontiff.Maxx. gratia valuit, è quo ex vtriuſque Signaturæ Referendario,& Vaticanæ Baſilicæ Vicario, Archiepiſcopatu Sanctæ Seuerinæ condecoratus eſt die 29. Ianuarij 1624. Taurini pro ſancta Sede functus legatione aliquando abſuit à grege. Inde reuerſus ad ecclesiam ſuam, magna cum prudentiæ laude adminiſtrauit ad annum vſque 1651. quo cunctis charus humaniſſimus Præſul è viuis ſublatus eſt menſis Nouembris 17. in Cathedrali humatur. De hoc laudatiſſimo viro elogium ſcripſit more ſuo eruditiſſimè Carolus Cartharius in Aduocatorum Conſiſtorialium Syllabo.

†



40 IOANNES ANTONIVS Parauicinus nobilibus parentibus natus die 17. Ianuarij 1588. in terra Sandrij Valliſtellinæ, patrem habuit Horatium, matrem Catharinam Puſtrellam, fratrē vero Nicolaū, Magnū eiuſdem prouinciæ Cancellarium; Mediolani in Heluetiorum ſancti Caroli Collegio Philoſophiæ, ac Theologiæ operam dedit, laureamque earumdem facultatum tulit in Ticini Academia anno 1611.Statim Parochus conſtitutus eſt in Buſahino in patria ab Philippo Archenio Comenſi epiſcopo, pauloque poſt Sandrij euaſit Archipreſbyter in locum Nicolai Ruſchæ ab Hæreticis pro Catholica fide trucidati, plures exanthlauit labores, ſudauit & alſit pro eadem Orthodoxa fide, pro qua vitam non ſemel obtulit, ac miraculosè ab hæreticis inſidijs alioquin periturus euāſit. Ad Gregoriū XV. Pont. à Catholicis Orator miſſus, poſt bene obitā legationem, ab eodē deſtinatus Epiſcopus, conſtāter dignitatē ſubire renuit, qui etiam anno 1625. ab Vrbano VIII. poſtulantib. populis cum Curię epiſcopo ætatis fatiſcente, coadiutor cum ſpe futuræ ſucceſſionis deſignatus, nullis precibus, vt oblatum munus acciperet adduci potuit. In patriam iterū ſe contulit, multiſq; annis eadem vita populos ſibi cōmiſſos eximiè verbo,& exemplo ad paſcua ſalutis adduxit, iterumque ab Catholicæ fidei oſoribus maximo odio exagitatus, Romam petijt ſub Innocentio X. à quo die 15. Nouembris 1653. renunciatus eſt Sanctæ Seuerinæ Archiepiſcopus, inuitus tamen dignitatem ſuſcepit,& inauguratus ad ſedem ſibi traditam Iunio menſe peruenit. Sex omnino annos, tametſi ſenex & valetudinarius eam ecclesiam bene adminiſtrauit, non tamen ſine animi ſui inquietudine, dum pro eccleſiæ ſuæ libertate, & eccleſiaſtica immunitate, propemodum contra perturbatores eiuſdem varios labores, & incommoda pertulit, quibus fatigatus, dum Romanam Curiam peteret in Catacenſi ciuitate morbo grauatus finem vitæ fecit die 17. Nouembris 1659. in eccleſia ſancti Dominici ſolemni ſuffraganeorum ſuorum Cariatenſis ac Inſulani, cum Catacenſi epiſcopo col-

lecta funebri pompa tumulatus fuit. Ad tumulum hæc ſcripta leguntur in marmore verba,

Joan. Antonius Parauicinus quõdam Horatij de Sandrio ex Valle-Tellina Sanctæ Seuerinæ Archiepiſcopus.

41 FRANCISCVS Falabellus ex oppido Lacus nigri Policaſtrenſis Diœceſis I.V. inſignis Doctor ob eximiam varijs in Italiæ vrbibus Proepiſcopi nauatam operam Archiepiſcopus Sanctæ Seuerinæ renunciatus eſt ab Alexandro VII. Pont.Max. die 2. Martij 1660. Romæ conſecratur, & ad ſibi concreditam ecclesiam bene regendam profectus, pergit perbelle adminiſtrare.

BELLICASTRENSES, SEV GENEOCASTRENSES EPISCOPI.



BELCASTRVM, ſiue Geneocaſtrum (vulgo *Belcaſtro*) me-
D diterranea eſt vlterioris Calabriæ ciuitas à templo Caſtoris & Pollucis nuncupata, Illuſtriſſimæ familiæ Aquinatum, nunc Aragonum, Comitatus titulo ſubiecta. Hanc eruditi antiquam eſſe Conam opinantur: alij Crimiſſam à Philoctete conditam, vt Strabo, & Apollodorus narrant, quam Lycophron Poeta opulentam vocat. Sita autem eſt octauo à mari milliario, loco edito, eamque Naſcarus fluuius, Syrus olim dictus, adlabitur, de quo Lycophron in Alexandria. Et Syrus celer fluuius fluit irrigans fœcundam Coniæ fertilitatem, id quod vrbi huic conuenit; ager enim frumenti hic, & aliarum frugum ferax eſt. Fit in eo vinum, oleum, mel optimum. Non caret vrbs aquarum ſcaturiginibus, extat & fons no-
A bilis Charia dictus, quod gratioſum ſignificat. Extat & fons ſalſam aquam manans, qua fit muria, vt non immeritò Bellum Caſtrum ſit appellatum.

Epiſcopus Bellicaſtren. antiquus inter recentiores à Græcis conſtitutus, tempus autem non conſtat. Cathedralis Baſilica titulo ſancti Michaelis Archangeli, amplæ ſtructuræ, antiquæ & aliquot Sanctorum reliquijs ornata. Collegium Canonicorum, numerum duodecimum explet, è quibus ſex dignitate eminent.

Decanus, ſecundus ab Antiſtite, Archidiaconus, Cantor, Theſaurarius, magnus pœnitentiarius, & Archipresbyter, necnon
B alij tres Presbyteri omnes Sacerdotes; quia penes omnes eſt cura animarum.

In ciuitate Bellicaſtren. præter Cathedralem, Parochialis eccleſia nulla, Capitulum namque totius ciuitatis curam animarum gerit. Conuentus Mendicantium tres, virginum nullus. Beneficia ſimplicia quatuor. Ex hac vrbe Calabri ſcriptores natum volunt D. Thomam Aquinatem Eccleſiæ Doctorem, Aquinas enim dictus eſt, quod Comitis Aquinatis filius eſſet. Cæterum & Belcaſtri dominus idem erat, atq; adhuc Aquina familia Belcaſtrum obtinet, & monumenta quædam natalium & miraculorum ipſius Belcaſtrenſium ciuium tra-
C ditio habet, prætorquamquod Pythagoram Calabrum compatriotam alicubi appellant.

Diœceſis Belcaſtren. perexigua, duobus tantum pagis conſtat, vnum Albanenſium, quod Caſtrum Aragoniæ appellant, habitatum incolis ferè 600. vbi Parochialis vna, Beneficia ſimplicia quatuor. Ciuitatis autem & Diœceſis animæ fidelium ad 1200. Menſæ Epiſcopalis annuus cenſus ducatorum Regni mille; taxatur verò in lib. Cameræ ad florenos 50. Epiſcopi autem qui in ea floruerunt hi tantum à nobis ex varijs monumentis ſunt obſeruati.



1 N. ; ; ; nomen non habemus; & primus eſt Bellicaſtrenſis, ſeu Geneocaſtrenſis Epiſcopus, cuius memoriam ad poſteros

ſacros perennauit Calixtus II. ſuſpecta bulla cōſecrationis Cathacenſis eccleſiæ, vbi ſubſcripſit anno ſalutis 1122. cætera ignorantur, quemadmodum qui ei ſucceſſerunt lōgo annorum ſpatio nobis obſcuri ſunt, cum nulla memoria, nullumque monumentum, nec verbum quidem accepiſſemus ab iјs, ad quos pro dignitate huius eccleſiæ pertinebat; tanta enim huius prouinciæ, ſiue vecordia, ſiue inſcitia, vel proprius terrenarum rerum amor tranſuerſos egit eos, qui cæteris præpoſiti ſunt, vt nec nobis petentibus reſponſum dare dignati ſint, quod nos non ſiue indignatione coacti ſumus hic lectoribus enarrare, cum ieiunas fere huius prouinciæ eccleſiarum præſulum ſeries lectitabunt.

2 BERNARDVS Geneocaſtrenſis epiſcopus, interfuit, vt fertur, conſecrationi eccleſiæ Cuſentinæ anno 1222.

3 GREGORIVS præerat anno 1333. Regius Conſiliarius denominatur in Reg. Regio Neapolitano hoc eodem anno, obijt ſub Clemente VI. anno 1348.

4 NICOLAVS antea Epiſcopus Bituntinus huc tranſlatus anno 1349. Kalen. Ian. ex Reg. Vatic. poſtea fit epiſcopus Argolicenſis ſub Innocentio VI. anno 1346. 4. Id. Decembris.

5 VENTVRINVS ex Argolicenſi eccleſia ad hanc tranſlatus 1356. eodem die 4. Id. Decembris, vt notat Reg. Vat. ep. 65. fol. 10.

6 IOANNES obijt anno 1399.

7 RICHARDVS de Olibano ſucceſſit Ioanni anno 1399. 16. Kalen. April. tranſlatus ad Archiepiſcopalem ſedem Acherontinam anno 1403. ex Actis Conſiſtor. Bonifacij IX.

8 LVCAS Epiſcopus Policaſtri, fit Bellicaſtrenſis anno 1403. 7. Id. Febr. deſijt eſſe anno 1418. ex eiſdem Actis.

9 OPIZO IOANNES de Vicecomitibus de Ficecchia Presbyter Sanctæ Seuerinæ electus eſt Antiſtes in locum Lucæ anno 1418. 13. Kal. Maij ex eod. lib.

10 RAYMVNDVS promotus à Sixto IV. 7. Id. Septemb. 1476. obijt 1512.

11 Fr. INNICVS de Auolos Hiſpanus genere, & virtute nobilis à Iulio II. electus eſt epiſcopus die prima Octob. 1512. ſucceſſit Raymundo ex Actis Conſiſt.

12 RAYMVNDVS de Poerijs epiſcopus huius ſedis die 9. Auguſti 1518. liberè oneri, & honori ſe abſoluit, ex Actis citatis.

13 LEONARDVS de Leucato immediatè eodem die, & anno 1518. ſucceſſit Raymundo, Romæ conſecratur die 2. Martij ſubſequentis anni 1519. vt Blaſius de precibus Ceremoniarum Magiſter in Diarijs: exceſſit anno 1533. ex Actis relatis.

14 Fr. HIERONYMVS Fornarij Ordinis Prædicatorum eligitur die 8. Auguſti 1533. Obijt Romæ 1542. Acta Conſiſtorialia.

15 IACOBVS de Iacomellis Romanus die 5. Maij 1542. euaſit epiſcopus Bellicaſtrenſis. Adfuit Concilio Trident. eiuſdemque Commiſſarius fuit inſtitutus per priuationem Thomæ Sanfelicis epiſcopi Cauenſis, anno 1546. ſedit vſque ad annum 1552. quo die 14. Decemb. epiſcopatu ſe abdicauit. Acta Conſiſt.

16 CÆSAR IACOMELLVS ſuperioris ex fratre nepos ex Canonico ſanctæ Mariæ Maioris delectus eſt epiſcopus eodem die & anno, quo patruus dignitatem reſignauit. Interfuit Conc. Tridentino, mortuuſque eſt anno 1577.

17 IOANNES ANTONIVS de Paula Calaber ad hanc ſedem vocatus die 10. Maij 1577. obijt 1591.

18 HORATIVS Schipanus Tabernenſis Calaber, Innocentij IX. familiaris ab ipſo ad hanc ſedem vocatus die 11. Nouembris 1591. Præfuit omni cum laude annis quinque, apud ſedem ſuam defunctus, in Cathedrali humatus eſt anno 1596. Marius Schipanus nepos Neapoli in Sacello Diui Franciſci Paulani in Eccleſia S. Mariæ de Veritate, eidem digniſſimo præſuli excitauit.

D. O. M.

Horatio Schipano Bellicaſtrēſi
Epiſcopo, Ioanni Antonio Facchinetto Sanctorum Quatuor
Cardinali à ſacris, Viro in amicos officioſiſſimo.
Morum ſuauitate, & in rebus
agendis ſumma dexteritate
conſpicuo; omnibus Romanæ Aulæ Principibus apprimè caro,
& quod magis mirere, ſingulari
animi moderatione, & in aduerſis tolerandis conſtantia.
Quod vel hinc diſces,
Intra ſexaginta dies herum ad
excelſum Pontificatus ſolium
euectum, eundemque veluti
terris oſtenſum, è veſtigio
è viuis.
Raptum ſpectauit, neque vltra
in Aulæ ludibrijs perſiſtendum
ratus, ad Eccleſiam ſibi commiſſam regendam ſeceſſit, ibique

extremum vitæ diem, pacato animo clauſit.
Marius Schipanus Patrueli optimo poſuit.

19 ALEXANDER Iodoci in Epiſcopum aſſumitur die 29. Iulij 1596.


20 IOANNES FRANCISCVS Burgardus epiſcopos Ciuitatis Ducalis ad hanc eccleſiam tranſlatus die 18. Septemb. 1598. obijt anno 1599.

21 ANTONIVS Laurus Tropeienſis ſubrogatur Ioanni Franciſco anno 1599. die 13. Septemb. ſub Paulo V. extrema clauſit 1609.

22 PETRVS Motta de Herro Hiſpanus electus 3. Auguſti 1609. ex epiſcopo Salaminæ, tranſlatus deinde eſt ad Caputaquenſe Sacerdotium 1611.

23 GREGORIVS de Sanctis epiſcopus Salaminæ huc tranſlatus die 24. Octob. 1611. exceſſit vix elapſo anno à ſua promotione.

24 FVLVIVS Theſaurarius Salernitanus ſucceſſit Gregorio 1612. die 3. Decembris euocatus eſt ex hac lachrymarum valle anno 1616.



25 HIERONYMVS Ricciullus de Rogliano Cuſentinæ Diœceſis doctiſſimus Iuris conſultus, cuius meminit cum laude Georgius Gualterius in tabulis Calabriæ, Bellicaſtrenſis epiſcopos eligitur die 5. Decembris 1616. Sedit annis decem, è viuis eximitur Roliani die 7 Auguſti 1636. ibidem humatur maiori in æde cum ea, quæ ſequitur inſcriptione in porphyretico exarata.

Hieronymo Ricciullo Rhegino Patritio Bellicaſtren. Epiſcopo, in Iuris interpretatione per maiorum ſuorum veſtigia gradienti, ad primariam Iuris Pontificij ſedem certamine Romæ euecto, inde ad multas Italiæ Academias dum certatim euocatur, à Paulo V. P. M. ob vitæ non minorem, quam doctrinæ famam, ad Paſtorale munus admoto, eoque decem per annos integrè adminiſtrato, obijt vij. Auguſti MDC. XXVI.
Ætatis ſuæ xlj.
Thomas Ricciullus fratri amantiſſimo mœſtiſſimus P.

26 ANTONIVS Ricciullus de Rogliano ſucceſſit Hieronymo, electus die 26. Nouembris 1626. ceſſit anno 1629. deinde euaſit epiſcopus Vmbraticenſis, poſtea Caſertanus, ac tandem obijt archiepiſcopus Cuſentinus, de quo ibi.

27 PHILIPPVS Curius Meſſanenſis præficitur die 20. Auguſti anno 1629. obijt 1633.

28 BARTHOLOMÆVS Cyprius Beneuentanus vir doctus, qui tractatum ſcripſerat de caſibus reſeruatis, ab Vrbano VIII. vocatus ad hunc epiſcopatum die 10. Ianuarij 1633. præfuit ann. 3. & tranſlatus ad eccleſiam Vulturarienſem anno 1639. Huius meminit Leo Allatius de viris Illuſtribus.

29 FRANCISCVS Clericus Neapolitanus electus die 8. Auguſti 1639.

30 CAROLVS creatur huius eccleſiæ Epiſcopus die 11. Decemb. 1652.

GERVN-

GERVNTINENSES ET CARIATENSES Vniti EPISCOPI.



GERVNTIA, ſiue Cerenthia mediterranea, & montana citerioris Calabriæ Ciuitas Duci Seminariæ immediatè ſubiecta anno præteriti ſæculi 28. ob peſtilentiam fermè in ſolitudinem redacta, nunc habitatur familijs ferè ſexaginta. Cælum hic ferè peſtilens ob flatus noxios. Incolæ inopes. Dicta eſt autem Gerentum, quaſi mellificium, Pumentum olim dicta, hic enim mel fit optimum. Eſt autem condita à Philoctere, vt ait Strabo, edito loco ſuper ſaxum vndiq; ingentibus ſaxeis rupibus cinctũ. abeſt à mari m. p. quatuor & viginti. Hic vinum, oleumq; optimum fit: oliuæ ad amygdalarum magnitudinem ſunt craſſæ, fit ſimilago triticea optima. extant aquæ ſulphureæ multis locis, fit ſulphur: naſcitur ſal foſſile, & alabaſtrites, & lapis, ex quo fit alumen, quo oppidani ob inſcitiam in fabricandis ædibus vtuntur. Proueniunt cappares, ſiliqua ſylueſtris, & glycyrriza, & olera perpulchra. Epiſcopatus Geruntinus erectus fuit ab annis 960. vt eius eccleſiæ monumenta teſtantur. Meminit Geruntini epiſcopatus Ioachimus Abbas, eiuſque diſcipulus Bernardus ſanctæ vitæ fuit epiſcopus Geruntinus.

Cathedralis Baſilica Geruntina ſub titulo ſancti Theodori Martyris, cuius natalis celebratur 9. Nouembris, multis Sanctorum reliquijs ornata, alioquin ſtructura ignobili, quatuor inſignita eſt dignitatibus, Decanatu ſcilicet, Archidiaconatu, Cantoratu, & Theſaurariatu, ſex ibi Canonici cum paucis Clericis, quorum omnium tenuiſſimi ſunt redditus, ibidem diuinum exſoluunt penſum.

In ciuitate Geruntina præter Cathedralem parochialis eccleſia nulla; quia Canonici totius ciuitatis animarum curam per vices ſinguli adminiſtrant. Eccleſiæ ſimplices quatuor, quarum curam gerunt Canonici Cathedralis. Virorum Cœnobia duo, alterum Prædicatorum, alterum Franciſcanorum Conuentualium: laicorum ſodalitia tria, familiæ ciuium ferè ſexaginta morantur.

Diœceſis Geruntina duobus oppidis, & totidem villis conſtat. Oppidorum primum eſt terra Vertinarum, octauo à Geruntia milliario, habitata incolis mille, vbi eccleſia parochialis vna habens Archipresbyterum, nouem Cappellanos, & Clericos fere vigintiquinque, nec non alia eccleſia amplior. Vnum Cœnobium Religioſorum, & duo ſodalitia laicorum. In agro Vertinarum fit caſeus probatiſſimus, & mel optimum. Effodiuntur alabaſtrites albus, & niger, ſulphur, alumen, rubrica fabrilis, chalcanthum, & ſal foſſile, & lapis, ſeu terra ſamia, qua aurum & gemmæ expoliuntur, item ferrum, argentum, proueniunt reuponticum, eupatorium, centaurium maius, & aliæ nobiles herbæ; item cardus maſticen generans: extant & ſyluæ & nemora, in quibus venationes, & aucupia fiunt.

Alterum oppidum eſt Cacurij quarto à ciuitate milliario 200. familijs habitatum, Baroniæ titulo inſignitum, vbi eſt parochialis eccleſia, cui inſeruiunt presbyteri viginti, & duodecim Clerici, & quatuor aliæ eccleſiæ ſimplices. Virorum Cœnobia duo, & ſodalitia laicorum. Pagus villæ Montiſpetelli ſexto à ciuitate milliario 300. habet incolas cum ſua parochiali. Hic etiam Græcorum familiæ incolunt, quibus Græcus Sacerdos ſacra adminiſtrat. Villa Belnedere habitata familijs quindecim Græcanicæ originis, quibus ſacra Græcus pariter adminiſtrat Sacerdos. Ex oppido autem Cacurio fuit Franciſcus Simoneta, qui Sfortiadem ſcripſit, hoc eſt Franciſci Sfortiæ res geſtas libris triginta. Quarto à Cacurio milliario eſt Diui Ioannis à Flore Ciſtercienſium Monaſterium à Ioachimo Abbate conſtructum, in quo multorum Sanctorum reliquiæ aſſeruantur.



CARIATVM verò mediterranea citerioris Calabriæ ciuitas nomen retinens, triginta paſſibus à mari diſtita, à Metropolitica

tica vero vrbe Sanctæ Seuerinæ milliar. xxx. habitata familijs 109. Duci Seminariæ Principatus titulo ſubiecta, bis à Turcis direpta, & propterea deſerta, cum cælo alioqui ſaluberrimo vtatur. Hic mare piſcoſum, & piſces laudatiſſimi capiuntur. Ager Cariatenſis herbidus eſt, ac proinde compaſcuus. Fit in eo xylon, & ſeſama, & pulchra aucupia coturnicum, turturum, turdorum, palumborum, aliorumque minorum alitum. Naſcitur ſeniculus marinus, & effoditur lapis molaris, olearius, & frumentarius; ſed regio ferè deſerta eſt ob metum Turcarum. A

Cariatenſis epiſcopatus antiquus eſt; eius antiquitas conſtat ex Regiſtro S. Gregorij Papæ, qui ad Bonifacium Archiepiſcopum Rheginum ſcribens, Cariatenſem eccleſiam illi & ſucceſſoribus committit. Menecrades epiſcopus Cariaten. interfuit Synodo Romanæ primæ ſub Symmacho Papa. B

Cathedralis Baſilica titulo Principis Apoſtolorum vetuſtæ ſtructuræ eſt. Sacris in ea miniſtrant Canonici nouem, è quibus quinque in dignitate conſtituti, archidiaconus ſecundus ab Antiſtite, Decanus, Archipresbyter, Cantor, & Theſaurarius, inſuper quatuor Presbyteri, & viginti Clerici.


In ciuitate Cariaten. præter Cathedralem, eccleſia Parochialis nulla, ſed animarum cura ad Capitulum pertinet. Laicorum ſodalitia duo, eccleſiæ ſimplices intra & extra mœnia quatuor, Cœnobium vnum Franciſcanorum de Obſeruantia. C

Diœceſis Cariaten. peranguſta eſt, vno oppido, & pagis aliquot. Oppidum eſt Scala ſeptimo à ciuitate Cariaten. milliario Duci Seminariæ in temporalibus ſubiectũ, cuius maior eccleſia habet Archipresbyterum cum quinque alijs presbyteris, & nouem Clericis, Sunt & ibi duo Cœnobia Regularium.

Pagi ſunt Terra Vecchia tertio à ciuitate milliario quinquaginta familijs habitatur, & Duci Seminariæ ſubiectum: & Sanctus Marcellus quatuor à ciuitate milliaribus diſtans habitatur familijs viginti, Duci Montis alti ſubiectum. D

In vniuerſum autem vtriuſque Diœceſis Geruntinæ, & Cariatenſis eccleſiæ non tam opibus, quàm ſupellectili eccleſiaſtica, & miniſtris inſtructæ ſunt ob pietatem populorum, qui Turcarum incurſionibus crebro vexantur.

Menſæ Epiſcopalis vtriuſque eccleſiæ, Geruntinæ ſcilicet, & Cariaten. vnitæ annuus cenſus ducatorum Regni mille, taxãtur verò in lib. Cancell. Apoſt. flor. 60. Domus epiſcopalis nuper inſtaurata non incommoda eſt, vti & Cariati, quæ contigua eſt Cathedrali. Epiſcopi verò Geruntinenſes, & Cariatenſes coniunctim hi tantum fuerunt à nobis obſeruati.



1 POLYCHRONIVS Geruntinus Cœnobium ſanctæ Mariæ de Altilia nunc Ord. Ciſtercienſis ex conſilio & authoritate Conſtantini Archiepiſcopi Sanctæ Seuerinæ in Archidiœceſi eiuſdem Sãctæ Seuerinæ anno 1099. fundauit pluraq; bona contulit, donationes ſuis diplomatibus confirmauit Rogerus Comes Calabrius, & Rogerius Siciliæ Rex, quas ſupra exſcripſimus in Conſtantino Sanctæ Seuerinæ Archiepiſcopo. Poſt Polychronij exceſſum, Geruntinenſium epiſcoporum nomina ſpatio ferè centum annorum deſiderantur.

2 GIBERTVS circa annum ſal. 1198. Geruntinus erat epiſcopus, ac Beati Ioachimi Abbatis Florenſis amicus, cui dono dedit eccleſiam Montis Marci, & perpetua vnione connexuit monaſterio Florenſi, vt in Bulla Honorij III. mox proferenda liquet; cætera eius Acta obſcura ſunt, & anteceſſores eius prorſus ignoti.

3 GVILLELMVS Giberti ſucceſſor, ea quæ prædeceſſor contulerat Abbati Ioachimo in odium Monachorum deſtruxit, obijtque circa annum 1209. memoratur in eodem Honorij diplomate.



4 BERNARDVS in Calabria honeſtis parentibus natus Monachus, & Abbas Sambucinæ Ord. Ciſtercienſis, Beato Ioachimo ob morum coniunctionem carus, & præcipua charitate dilectus, ad Gerentinum epiſcopatum aſſumptus eſt circa annum 1209.

Guil-

Guillelmo immediatè ſucceſſit, eiuſdemq; errata correxit, ablata reſtituit, & duas alias eccleſias ſuæ Diœceſis adiecit perpetuo eidem Florenſi Monaſterio retinendas; ſedit adeo piè, adeoque ſanctè, vt poſt mortem ipſius, quæ incidit in annum Domini 1216. frequenti populorum concurſu veluti ſanctus ſit veneratus, & inter Beatos Calabriæ à pleriſque Calabriæ ſcriptoribus recenſeatur.

5 NICOLAVS ſub Honorio III. eligitur Geruntinus epiſcopus circa ann. 1216. Bernardo viro ſanctiſſimo ſucceſſit, & ipſe omnium virtutum genere ſpectatiſſimus. Is ſtatim ad Infulam aſſumptus non ſolum ea, quæ anteceſſores Florenſi Cœnobio donauerant, rata habuit; ſed ijs etiam adiecit, ac conceſſit monaſterium Cabriæ olim Græcorum Monachorum. Donationem ſuo diplomate confirmauit idem Honorius anno pontif. 11. quam ex Reg. Vat. fol. 215. exſcripſimus, vbi memorantur tres ſupra relati Nicolai prædeceſſores.

Abbati, & Conuentui Monaſterij S. Ioannis de Flore.

CUm à nobis petitur *vſque* perducatur effectum. Cum igitur, ſicut accepimus, quondam Ioachim bonæ memoriæ Abbas Floris Monaſterium Siri ſubditum conſtruxiſset in eccleſia Montis-Marci, quam ad id ei contulerat quondam Gilbertus tunc epiſcopus Geruntinus, & eandem quondam Guillelmus ſucceſſor eius in Religionis odium deſtruxiſſet, ac bonæ memoriæ Bernardus, qui ſucceſſit eidem in recompenſationem huius damni, & vt Monaſterium ibi poſſet commode reparari, duas vobis Eccleſias contulerit conſideratione diuina, & tandem prius quàm hoc fieret, Floren. Monaſterium combuſtum extiterit, & de Apoſtolicæ Sedis auctoritate mutatum in loco ipſi Eccleſiæ tam vicino, quod abſque graui ſcandalo aliud ibidem non potuit Monaſterium ordinari. Poſtmodum vero Nicolaus, qui nuper prædictis ſucceſſit epiſcopis, retentis ſibi memoratis eccleſijs, & præfata eccleſia Montis Marci cum ſuis pertinentijs Monaſterio Floris ſub annuo cenſu abſque aliqua conditione dimiſſa, quoddam Monaſterium, quod dicitur Cabria, olim Græcorum, nunc deſolatum vobis, quod faceretis in eo monaſterium Ordinis veſtri conceſſit, vt ſic ſaltim prædeceſſorum ſuorum pium propoſitum adimpleret. Ea propter dilecti in Domino filij veſtris iuſtis poſtulationibus annuentes, præd. Monaſterium Cabriæ & eandem Montis Marci eccleſiã cum pertinentijs ſuis, ſicut ea iuſtè, ac pacificè poſſidetis, vt in ipſius Epiſcopi authentico plenius continetur, vobis, & per vos eidẽ Monaſterio veſtro de Flore auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo *vſque* noſtræ confirmationis infringere, vel ei &c. *vſque* contraire. Si quis autem *vſque* incurſurum.

Datum Laterani 10. Kalend. Februarij, anno ſecundo.

Donauit verò Nicolaus cum conſenſu ſui Capituli tenimentum prope grangiam de lo Virdo eidem Monaſterio Florẽſi, quod ſuo diplomate confirmat Gregorius IX. 6. Non. Martij, pontif. 7. anno ſal. 1234. vbi Nicolaus recenſetur bon. mem. Epiſcopus. Exceſſit ex hac mortali vita Nicolaus poſtquam bene eccleſiam ſibi commiſſam plus minus rexiſſet ann. 18. circa ſalutis annum 1233.



6 MATTHÆVS natione Calaber Monachus Ciſtercienſis, ac Beati Ioachimi diſcipulus, & in Abbatia Florenſi ſucceſſor anno 1202. quam cum fama virtutis rexiſſet annos 32. ad Geruntinum Epiſcopatum aſſumptus eſt 1234. Piè quidem & laudabili conatu per aliquot annos ſedit, in eaque obijt, cuius nomen inter Beatos Calabriæ prouinciæ annumeratur. Poſt hunc per ſæculum fere integrum deſiderantur huius eccleſiæ epiſcopi.

7 NICOLAVS eligitur Geruntinenſis Epiſcopus 1342. die 13. Auguſti, ſolitum penſum exſoluit ſacro Collegio, ex Actis Romanis, vbi etiam Cariatenſis nominatur Epiſcopus, fortaſſis tunc hæ duæ eccleſiæ vnitæ erant hoc anno; cæteros qui præfuerunt poſt Nicolaum, non habemus, & qui ſequuntur, Geruntinenſes, & Cariatenſes vocantur in actis Conſiſt.

8 GERARDVS huius eccleſiæ Epiſcopus, tranſlatus eſt ad Roſſanenſem eccleſiam anno 1394. ex lib. Prouiſ. Prælat.

9 GVILLELMVS ex Archidiacono fit Epiſcopus à Bonifacio IX. die Id. Feb. 1394. ex eodem lib.

THO-

10 THOMAS Rubeus Canonicus Cuſentinus præficitur anno 1425. 9. Septembri ibidem.

11 GVILLELMVS electus 1429. exceſſit anno 1437.

12 IOANNES de Voltis ex Archidiacono, defuncto Guillelmo ſucceſſit die 27. Aprilis 1437. transfertur ad Crotonenſem eccleſiam anno 1439. ex eodem lib.

13 GALEOTTVS Quatrimanus vir nobilis, & Canonicus Cuſentinus Geruntinam euaſit ad ſedem die 27. Martij 1439. transfertur deinde ad Crotonenſem eccleſiam die 27. Ianuarij 1440.

14 BARTHOLOMÆVS Epiſcopus Argolicenſis, huc tranſlatus eodem die, & anno quo Galeottus ad Crotonienſem tranſitum fecit. Eo Præſule, Cariati extructum eſt Cœnobium Minorum diſtrictioris Obſeruantiæ à Bonacurſio Capiſacci, in quo iacet B.Thomas Rendanus laicus in vita miraculis illuſtris, cuius meminit Vuadingus tom.5.Annal.Minor.

15 IOANNES Epiſcopus Geruntinus, & Cariatenſis obijt anno 1481.

16 PETRVS de Sonnino Archipresbyter ſancti Ioannis de Laconia Neocaſtrenſis Diœceſis eligitur Geruntinus & Cariatenſis epiſcopus die 22. Octob. 1481. transfertur ad Neocaſtrenſem anno 1489.

17 ANTONIVS Presbyter Lucerinus, fit Antiſtes Geruntinus, & Cariatenſis die 27.Ianuarij 1490. vt eadem Acta Conſiſtor. narrant.

18 HIERONYMVS harum eccleſiarum præſul mortem obijt anno 1504.

19 FRANCISCVS Dentici Neapolit. Infulas conſequitur Gerunrinenſem, & Cariatenſem die 7. Martij 1504. breuis is Antiſtes fuit.

20 Fr.MARTINVS de Lignano Bononienſis Ord. Prædicatorum obijt ann.1506. cui ſucceſſit.

21 IOANNES de Serſalis nobilis Cuſentinus electus 21. Auguſti 1506.

22 THOMAS Epiſcopus Geruntinus, & Cariatenſis vltro onere ſe exſoluit anno 1520.

23 ANTONIVS Herculanus Foroliuienſis, vir nobilis, prudentia, & virtute præclarus à Leone X. ex Præpoſito eccleſiæ Foroliuienſis Præſul factus eſt Geruntinus & Cariaten. die 21. Maij 1520. varijs deinde ſub eodem functus muneribus ann.1523. cum eſſet Piceni Prouinciæ pro Franciſco Cardinali Armellino Prolegatus, Maceratæ propugnaculum conſtruxit, vt in ipſo prope portam in marmore exarata inſcriptio legentibus proſtat in hunc modum.

Antonius Herculanus patria Foroliuien. Epiſcopus Cariaten. Pro F. Armellino Medices T. S. Cal. S. R. E. Camerario agri Piceni I.I.I. ſed. Roman. Pont. Prolegatus, propugnaculum hoc ad ciuitatis huius, vniuerſæque Prou. decorem ac tutiſſimum præſidium à fundamentis extruxit.

Anno D. MD.XXIII.

Fratrem habuit Antonius, Philippum epiſcopum Alatrinum virum ſui ſimilem.

24 THOMAS Corteſius Prati in Tuſcia natus, Clementis VII. Papæ Datarius, Epiſcopus autem Veſtanus harum eccleſiarum per aliquod tempus etiam fuit Antiſtes, tranſlatus deinde eſt ad eccleſiam Vaſionenſem in Gallia die 3. Martij 1533. quam dimiſit ann.1536. ad fauorem IoannisCardinalis Saluiati, Cardinalis veró eandem ceſſit pro Iacobo Thomæ legitimo filio, qui electus eſt Vaſionenſis Antiſtes die 25. Maij eiuſdem anni, vt ex Actis Conſiſtorialibus liquet. Thomas Romæ obijt anno 1543. 16. Feb. Iacobus exceſſit Patriarcha Alexādrinus anno 1570. vt in Epiſcopis Veſtanis ſcripſimus to.7.fol.1182. De ijs nōnulla habent Ioannes Columbi, & Sanmarthani eruditiſſimi gemelli fratres in ſerie Vaſionenſium epiſcoporum; ſed in annorum computatione valdè diſcrepant cum Actis Conſiſtorialibus, quibus, in omnibus fides habenda eſt, tanquam irrefragabili veritatis teſtimonio.



25 THADÆVS Pepulus Bononienſis, natalib. & virtute clariſſimus ex Monacho, & Abbate Ord. Montis-Oliueti, eiuſdemque Generali Vicario, Geruntinenſis, & Cariatenſis, per tranſlationem Thomæ Corteſij ad Vaſionenſem, renunciatus eſt epiſcopus die 3. Martij anno 1533. transfertur deinde ad eccleſiamCarinulenſem an.1535. die 15. Ianuarij.

IOAN-

25 IOANNES Carnutus, antea Carinulenſis Præſul huc tranſlatus eſt eadem die 15. Ianuarij 1535. ſedit an. 10. vale dixit huic mortali vitæ anno 1541.

26 M. ANTONIVS de Falconibus Neritonenſis ſubrogatur Ioanni die 17. Aprilis 1545. obijt 1556.

27 FEDERICVS Fantutius nobilis Bononienſis Gaſparis filius, delectus eſt Geruntinenſis, & Cariatenſis epiſcopus ex Romanæ Rotæ Auditore die 5. Iulij anno 1556. Romæ obijt anno 1561.



28 ALEXANDER Cribellus Mediolanenſis, Antonij Lumelij Comitis filius, poſt præclara & multa in bello facinora, vxore mortua, à Pio IV. Romam vocatus, epiſcopus Geruntinus, & Cariatenſis 10. Martij 1561. ac deinde Apoſtolicus in Hiſpaniā Nuncius, & Presb. Cardinalis renunciatus eſt, de Latere Legatus apud eundem Regem conſtitutus. Romam veniens, epiſcopatu volens abiuit anno 1568. Obijt anno ſalutis 1574. die 22. Decembris, ſepultus iacet in eccleſia Aracælana, vbi legitur epitaphium, quod refert Ciacconus in eius elogio.

29 IACOBVS Malumbra Mediolanenſis per ceſſionem Card. Cribelli euaſit harum eccleſiarum præſul die Ianuarij 1568. præfuit annis 5. & vltro nuncium remiſit 1575.

30 SEBASTIANVS Maſſa nobilis Salernitanus Mulumbram excepit die 9. Martij 1573. obijt ann 1576.

31 IOANNES BAPTISTA de Anſaldis Etruſcus è ciuitate ſancti Miniati eligitur in Epiſcopum Geruntinenſem, & Cariatenſem die 24. Octobris 1576. munus conſecrationis accepit 4. Decembris à Card. Sanctæ Seuerinæ in eccleſia ſancti Bartholomæi in Inſula, vnà cum Bernardino Grandopulo Litterenſi electo, aſſiſtentibus Cæſare Iacomello, & Aſaphenſi, alijſque epiſcopis, vix anno elapſo mortalitatem expleuit.

32 TARQVINIVM Priſcum poſt mortem Anſaldi Gregorius XIII. Pontifex renunciauit harum ſimul vnitarum eccleſiarum Epiſcopum die 14. Nouembris 1578 ſedit ann. 7.

33 Fr. NARDVS Fanenſis Ord. Conuentualium ſancti Franciſci Inſignis ſacræ Theologiæ Doctor Sixti V. valde carus ab ipſo electus die 9. Septembris 1585. ſequenti anno defunctus, & in ſua Cathedrali humatus.

34 Fr. OCTAVIANVS de Taliacozzo Ordinis Minorum ſucceſſit die 5. Nouembris 1586.

35 Fr. PROPERTIVS Reſta de Cappellis Fauiani filius Volaterranus Ord. Sancti Franciſci vir doctus, electus & conſecratus Epiſcopus à Sixto V. ann. 1585. ſcripſit de vera ſapientia lib. 4. quos inſcripſit Carolo Cardinali Madrutio anno 1599. Romæ obijt anno 1602. ſepultuſque fuit in eccleſia SS. Apoſtolorum.

36 Fr. PHILIPPVS Geſualdus Ordinis S. Franciſci Conuentualium Generalis, vir doctrina, ac innocentia vitæ, & munere prædicationis preclarus ſubrogatur Propertio die 15. Aprilis 1602. ſedit ſumma nominis ſui fama ann. 17. deceſſit ann. 1619.

37 MAVRITIVS Riccius Terdonenſis epiſcopali honore condecoratus eſt à Paulo V. die 8. Aprilis 1617. obijt an. 1627.

38 LAVRENTIVS Phea ſucceſſit Mauritio die 29. Nouembr. 1627. exceſſit menſe Auguſto 1631.



39 FRANCISCVS Gonzaga, Mantuanus ex Clerico Regulari electus eſt Geruntinenſis, & Cariatenſis epiſc. die 21. Feb. 1633. præfuit annis multis, & ab Alexandro VII. Pont. Max. ad Nolanam Eccleſiam transfertur die 19. Nouembris 1659.

*

INSVLANENSES

EPISCOPI.



INSVLA mediterranea eſt ciuitas Regni Neapolitani in Prouincia Calabriæ vlterioris, Baroni in temporalibus vtili dominio ſubdita. Abeſt à ſua Metropoli Sanctæ Seuerinæ m. p. xviij. ab antiquo Crotone viij. à promontorio Lacinio, quod caput Columnarum vocant ſex. Sita eſt in planitie fertili, ac nemoroſa iv. à mari milliario, bis à Turcis ſpatio annorum octoginta deuaſtata eſt primò à Barbaroſſa, deinde à Dragut Rais piratis: muris enim cincta non erat, ſed per pagos habitabatur. Nunc autem mœnibus munita habitatur familijs ferè 170. incolis 1500.

B

. Epiſcopatus Inſulen. antiquus eſt. Menſæ epiſcopalis annuus cenſus eſt ducatorum Regni ferè trium millium à Rogerio I. Siciliæ Rege huic eccleſiæ attributorum. Taxa in lib. Cameræ Apoſtolicæ floren. 33. cum dimidio.

C

Cathedralis Baſilica titulo Dei Genitricis Virginis Aſſumptæ extra mœnia poſita ab Epiſcopo Annibale Caracciolo, parietibus, choro, ſacrario, veſtibus, vtenſilibus, alijſque ornamentis inſtaurata, atque inſtructa ſacris reliquijs ex vrbe ſancta ſub Gregorio XIII. in eam tranſlatis In ea decem miniſtrant Canonici, è quibus quatuor dignitate eminent, nempè Archidiaconus, ſecundus ab Antiſtite, Decanus, Cantor, & Theſaurarius. Reliquos Canonicos idem Epiſcopus Caracciolus inſtituit, & dotem de ſuo patrimonio attribuit, quibus accedunt Clerici ſex Seminarij alumni ab eodem Præſule inſtituti.

D

In ciuitate Inſulen. præter Cathedralem, parochialis eccleſia nulla; imo nec Oratorium quidem; ſiquidem anguſtiore mœnium ambitu, & firmiore ob metum Turcarum nuper munita Cathedralis ipſa extra mœnia relicta eſt. Canonici autem totius ciuitatis animarum curam gerunt, vbi eſt Cœnobium Tertiariorum S. Franciſci ab Epiſcopo Caracciolo conditum.

Diœceſis Inſulen. exigua eſt, & ob frequentes Turcarum excurſiones pene deſolata

A

Sunt in ea oppidum Caſtellorum Maris, vbi fuere quondam caſtra Annibalis, nec non Tacina ſuo Baroni ſubiecta. Caſale, ſeu pagus ſancti Petri, & Maſſæ nouæ, quæ omnia Turcarum motus in ſolitudinem redegit; quin & tres Eccleſiæ, quæ olim parochiales fuerant, Collegio Cathedralis eccleſiæ propterea fuerunt annexæ. Sunt tamen quædam Oratoria, & Cœnobia Franciſcanorum Obſeruantium Reformatorum. Sunt in hac Diœceſi Abbatiæ ſex, quarum Abbates in die Aſſumptionis Deiparæ Virginis ſacro coram Epiſcopo ſe ſiſtere quotannis ſolebant. Hæ ſunt Abbatia S. Mariæ dello Pitere, Abbatia di Carra, Abbatia di Forgiano, Abbatia ſancti Nicolai delle Magliole. Abbatia ſancti Leonardi. Series

B

præſulum Inſulanorum ſequens eſt ex diuerſis monumentis ſcriptuſque à nobis concinnata.



C

1 LVCAS primus Epiſcopus Inſulanus nobis notus ex priuilegio Rogerij Comitis, qui eccleſiæ Inſulanæ, & Epiſcopis in ea ſubſtituendis plura bona, & iura conceſſit menſe Maij, Ind. 5. anno mundi 6600. qui fuit ſal. 1092. documentum non vidimus; illud tamen vidiſſe fatetur Io. Baptiſta Nolaſ Moliſi in Chronica ciuitatis Crotonenſis lib. 1. pag. 89.

2 IOANNES Inſulanus ciuis Inſulanum pontificatum obtinebat an. 1128. Quo

D

eodem tempore B. Lucæ Abbati Patiri Eccleſiam ſancti Conſtantij ſuæ Diœceſis cum ſuis pertinentijs donauit, quæ omnia Mobilia Heroina nobiliſſima Roberti Ducis filia confirmauit per publicum priuilegium quod ſupra in Archiepiſcopis S. Seuerinæ dedimus ab exemplari.

3 VVRNARVS Inſulanus præſul ſubſcripſit priuilegio Eugenij III. conceſſo Oliberio præpoſito S. Petri ad Oratoriũ de Capiſtrano an. 1149. Abbatia hæc ſancti Petri ſita eſt in Valle Tritana prope oppidum Capiſtrani in Comitatu Valuenſis prouinciæ, in Aprutio condita à Deſiderio Longobardo Rege, cuius hodie Abbas Commendata-

datarius eſt Sereniſs. Princeps Carolus Medices Epiſcopus Card. Oſtien. & Veliternenſis, ſacri Senatus Decanus. Porrò ex hac eadem abbatia prodijt Antonius, qui ex Præpoſito eiuſdem eccleſiæ presb. Cardinalis creatus eſt à Paſchale II. vt ipſemet fatetur in priuilegio eidem Antonio & ſucceſſoribus conceſſo. Dat. Beneuenti per manus Ioannis S.R.E. Diac. Cardinalis, ac Bibliothecarij 12. Kalen. Maij, Ind. 10. Incarnationis Dominicæ 1177 pontif. ann. 18. exemplar extat apud me: vbi *Tibi ergo dilecte in Chriſto fili Antoni Præpoſite, quem præſtante Deo in noſtra ſancta Romana Eccleſia Presbyterum Cardinalem conſecrauimus, tuiſque ſucceſſoribus &c.* Huius Cardinalis non meminit Ciacconius, neque alius, qui-quelquis de Cardinalibus ſcripſit.

4 TASIMIVS eodem anno 1149. die 18. Octob. electus Inſulanus vocatur in charta confirmationis Rogerij in fauorem Monaſterij de Calabro Mariæ conſcripta, ſuperius in Geruntinis epiſcopis relata, de quo nil aliud reperimus.

5 N. Epiſcopus Inſulanus, cuius nomen non exprimitur, vixit Beati Ioachimi temporibus circa annum Domini [illegible] cuius erat familiaris amicus, vt in eius actis legitur.

6 MATTHÆVS, ſiue MATTHIAS Inſulanus erat epiſcopus anno 1239. quo ab omni epiſcopali iure, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus de conſenſu ſui Capituli Monaſterium ſancti Stephani de Inſula patuæ ſuæ Diœceſis Ord. S. Benedicti, quibuſdam [illegible] conditionibus additis exemit [illegible] ſuo diplomate aſſeruit Innocentius IV. anno 1243. vbi ad verbum documentum Matthæi inſeruit, quod ex Regeſt. Vatic. fol. 25. epiſt. 131. an. 1. pontif. hic exhibemus.

Priori & Fratribus Monaſterij ſancti Stephani de Inſula paruæ Venteter. Ordinis ſancti Benedicti Inſulan. Diœc. eſt.

IVſtis petentium, &c. *vſque* complere. Referentibus ſiquidem vobis accepimus quod bon. mem. Matthæus Inſulanus Epiſcopus attendens, quod in Monaſterio veſtro dignus à vobis Deo impenditur [illegible] mulatus, Monaſterio ipſi omnia iura epiſcopalia, quæ ſibi competebant in illo, Capituli ſui accedente conſenſu, pia & prouida liberalitate remiſit, vna libra ceræ annuatim, conſecratione altarium, eccleſiæ dedicatione, ordinatione Monachorum, & eccleſiaſticis Sacramentis in eodem Monaſterio ſibi, & ſuis ſucceſſoribus reſeruatis. Veſtris itaque iuſtis [illegible]ationibus inclinati, quod ab eodem Epiſcopo piè, ac prouidè factum eſt in hac parte, vt in ipſius

A literis continetur, auctoritate Apoſtolica confirmamus, & præſenti ſcripto præcipuè communimus, tenorem ipſarum literarum præſentibus inſeri facientes, qui talis eſt. Anno Dominicæ Incarnationis 1239. Imperante Domino noſtro Federico Dei gratia Secundo, Romanorum magno Imperatore, & ſemper Auguſto anno 20. & Rege Siciliæ anno 43. & donatione ciuitatis Geron. anno 25. & Rege Ieruſalem anno 15. ſed Henrico eius filio anno 20. die 16. menſis, Indict. 13. Inſulæ maioris Matthæus diuina miſeratione humilis Inſulanus Epiſcopus dilectis in Chriſto filijs Priori & Fratribus Monaſterij ſancti Stephani de Inſula

B parua V[illegible] in eo [illegible] omnium vera ſalus [illegible], [illegible] que compleri. Ea propter in Chriſto filij piè, ac humiliter [illegible] pio, ac beneuolo concurrente aſſenſu, [illegible] intuitu de conſenſu, ac ſpontanea voluntate totius Capituli Inſulan. prædictum Monaſterium cum omnibus, quæ nunc habet, & poſſidet, & quæ auxiliante Domino in futurum poterit adipiſci, & perſonas nunc ibidem commorantes, vel quæ illuc in poſterum ſunt venturæ, quæ Beati Benedicti Regulam fuerint profeſſæ, vel eidem Regulæ quocunque modo deuotionis intuitu voluerint adhærere ob reu. diu. & Apoſtolicæ Sedis, cuius vos ſci-

C [illegible]alis, ab omni Epiſcopali iure, [illegible] conditionis obligatione, tam in temporalibus, [illegible] ſpiritualibus eximimus pleno iure, cathedraticum, correctionem, viſitationem, & omnem procurationem nihilominus remittentes, nihil nobis & eccleſiæ Inſulanę aliud in eiſdem niſi vnam libram ceræ nobis, & ſucceſſoribus noſtris in Aſſumptione Beatæ Mariæ annis ſingulis perſoluendam, & dedicationem eccleſiæ, & altarium conſecrationes, ordinationem Monachorum, & cætera eccleſiaſtica Sacramenta pro ſpiritualibus reſeruantes; ſi tamen nos & ſucceſſores noſtri eum à vobis fuerimus requiſiti, ea [illegible]

D & ſine prauitate aliqua vobis, & eis, qui vobis ſucceſſerint, voluerimus exhibere. alioquin liceat vobis recipere hæc eadem à quocunque Catholico epiſcopo gratiam, & eo [illegible] Apoſtolicæ Sedis habente. Remittimus etiam vobis [illegible] mortuorum, ſeu vobis [illegible] ab omnibus, qui noſtræ non ſunt Inſulanæ eccleſiæ iure aliquo obligati in noſtrarum, & noſtrorum ſucceſſorum remedio animarum. Vt autem hæc omnia quæ ſupra diximus obtineant robur in perpetuum pleniſſimæ firmitatis, hoc exemptionis priuilegium vobis & eis qui, vt dictum eſt, vobis ſucceſſerint per manus [illegible] Clerici & publici Notarij eccleſiæ Inſulanæ fieri fecimus in [illegible]ne & ſigillo noſtro, & ſigno eiuſdem Notarij [illegible] ac etiam Canonicorum Capituli Inſulani firmitate vallari

Actum in Camera Palatij Eccleſiæ noſtræ Inſulanæ anno, menſe, die, loco, & Indict. præſcriptis feliciter, Amen.

Nos Matthæus Inſulanus Epiſcopus ſubſcripſimus.
Ego Ioannes Inſulanus Archidiaconus ſubſcripſi.
Ego Bartholomæus Archipresbyter Inſulanus ſubſcripſi.
Ego Brunus Diaconus teſtis ſubſcripſi.
Ego Stephanus Diaconus teſtis ſubſcripſi.
Ego Li ortus presb. ſcripſi
Ego Dellidon presb. ſcripſi.
Ego Magnus Subdiaconus ſcripſi
Ego Bonus & Finus presb. ſcripſi.
Ego Nicolaus presb. ſcripſi
Ego Petrus Diac. ſcripſi.
Ego Petrus Subdiac. ſcripſi.
Ego Ioannes Clericus ſcripſi.
Ego Griſottus Clericus & publicus Notarius Eccleſiæ Inſulanæ mandato prædicti [illegible] *ni Inſulani Epiſcopi, & rog* [illegible] *prædicti omnibus ſupradictis* [illegible] *& hoc exemptionis priuilegium* [illegible]*, in publicam formam redegi & proprio ſigno ſignaui.* Nulli ergo noſtræ confirmationis &c. Si quis autem, &c. Datum Anagni 5. Nonas Octob. anno primo.

Cum Matthæus ab Innocentio bo. mem. recenſeatur, ante annum 1243. illum obijſſe oportet, qui deinceps eidem ſucceſſerit vſque ad annum 1300. non habemus.

7 Fr. PETRVS, ordo, & patria ignoratur, eius mentio fit in Regio Reg. Neapol. anno 1311. & 1322. decimas petijt ſuper iuribus baiulationis dictæ ciuitatis.

8 FRANCISCVS, obijt anno 1349.

9 PETRVS de Corono ex Canonico euaſit epiſcopus Kalen. Octob. 1349. à Clemente VI. creatus, cuius electio extat in Reg. Vat. ep. 201. fol. 87. anno 8.

10 BERNARDVS ex epiſcopo Inſulano transfertur ad epiſcopatum S. Iuſtæ in Sardinia ab Innocentio VI. die 5. Kal. Iulij anno 1354. ex eodem Regeſt. Vatic. [illegible] 53. fol. 51.

11 NICOLAVS ſub Vrbani VI. obedientia die 7. Iannarij 1389. ſoluit ſolitum debitum ſacro Collegio ex lib. Oblig.

12 IOANNES Inſulanus epiſcopus anno 139 . die 16. Maij ſub Bonifacij IX. obedientia erat, ex lib. Oblig.

13 PETRVS electus à Benedicto XIII Pſeudopapa, deturbatus de ſede eſt à Gregorio XII.

14 Fr. GVALTERVS Ordinis Prædicatorum à Gregorio XII. in locum priuati Petri Inſulanam euaſit ad ſedem anno 1410. ſed cum à Piſano Concilio Gregorius ipſe exauctoratus, Gualteri electio vacillauit, donec à Ioanne XXIII. [illegible] anno ponti. 3 [illegible] 1413. iterum huius eccleſiæ præſul renunciatus eſt, vt lib. prouiſ. prælat. refert, Sedit omni laude dignus, doctrina & pietate clarus aliquot annos, in eaque dignitate mortuus eſt, & in Cathedrali ſepultus.

15 PETRVS ſucceſſit Gualtero, tranſlatus deinde eſt ad Catacenſem eccleſiam 6 Id. Aprilis 1421. anno verò ſubſequenti Martinus V eccleſiam iſtam Franciſco [illegible] epiſcopo Squillacenſi ad tempus in commendam conceſſit die 27. [illegible] 14 2. ex eodem citato lib.

16 NICOLAVS ex Canonico præficitur in epiſcopum Inſulanum die 15. Iulij 14 6 [illegible] in Regio Reg. Neapolit. [illegible] 141 obijt 1417.

17 [illegible] CRVCETTVS Calaber de Monte S. Petri Ordin. Minorum alumnus immediate [illegible] Nicolao die 17 Kalen. Febr. 14 [illegible] tonenſem eccleſiam 6. Kal. Fe[illegible] 14[illegible]

18 F. NICOLAVS ANTONIVS Ca[illegible] ob. 1415. paulo [illegible]

19 [illegible] TINVS [illegible] Inſulanus translatus ad Marturanenſem eccleſiam 5. Kal. Iunij 1451.

20 ANTONIVS de Genouiſyo Calaber Roſſanenſis, epiſcopus olim S. Marci, mox Marturanenſis, inde ad hanc Inſulanam eccleſiam tranſitum fecit [illegible] die 5 Kal Iunij 1451. ſed ex [illegible] apparet Antonium hanc eccleſiam [illegible] vix menſes duos, & ex eadem deceſſiſſe, [illegible] poſt aliquot annos euaſit epiſcopus Crotonen.

21 BENEDICTVS [illegible] S. Mariæ de Milocho Rheginenſis Diœceſis ſubſtituitur à Nicolao V. anno gratiæ 1451. 10. Kalen. Auguſti, adhuc electus tranſlatus eſt ad Draconarienſem eccleſiam die 5. Ianuarij 1452. hæc & ſuperiora lata refert Acta Conſiſt.

22 IOANNES ſucceſſit Benedicto, Obijt 145 .



23 MICHAEL Coſal Hiſpanus Monachus, & Abbas S. Mariæ de Rota Ordinis

A nis Ciſter[illegible]enſis Cæſar[illegible]guſtanæ Diœ[illegible], in Aragonia, vir nobili genere natus, virtutibuſque clarus eligit[illegible] Epiſcopum Inſulanum inſtan[illegible]e Al[illegible] Reg[illegible] N[illegible]po[illegible]a[illegible]no, cuius erat à [illegible]onſ[illegible] die 5. kalend. Iu[illegible]j 1453. ob[illegible]t anno Ch[illegible]i 1479. cum laudab[illegible]ter præ[illegible]et [illegible]piſcopatu i 26. p[illegible]c annis. Huius memo[illegible] Acta Conſiſt[illegible]ia[illegible]ia, Antonius Yepes Annal.Benedi[illegible]rd & plures al[illegible]j ex noſt[illegible]is C[illegible]ercien. Ord. h[illegible]

24 BONADI[illegible] e[illegible] Nouis [illegible] 1479. præfuit v[illegible]e ad a[illegible]m 1487 [illegible] eccleſiæ ſuæ [illegible] remiſit.

25 I[illegible]ANNE[illegible] interfuit coronationi Alphonſi II. R[illegible]gis N[illegible]apo[illegible] cel[illegible]brata di[illegible] 2. Iunij 1494.

B 26 ANGE[illegible]VS Caſtaldus huius Eccleſiæ Ep[illegible]ſcop[illegible]s ob[illegible]t an[illegible]o 150[illegible].

27 CÆSAR Lambertin[illegible]s ex Archiepiſcopo Tranenſi die 23. Februar.anno 1509. tranſlatus ad hanc Inſulanam Eccleſiam, & cum diu eam rexiſſet, i[illegible]am ceſſit ad fauorem nepotis die 8. Iunij 1545. deſideratu[illegible] in ſerie Tranenſium Archiepiſcoporum.

28 THOMAS Lambertinus Prior ſancti Nicolai P[illegible]re[illegible]rin[illegible] T[illegible]an[illegible]s, [illegible]es ſancti Pauli, & Pauli III. Pon[illegible]is famil[illegible]aris ex ceſſione C[illegible]ſari[illegible] [illegible]cum e[illegible] annorum 24. hanc Eccleſiam I[illegible]anam [illegible] commendam a[illegible]c[illegible]pit, do[illegible] 7 a[illegible] tigi[illegible]t, tun[illegible] in [illegible] ad[illegible]lam, reſeruata ce[illegible]nti de[illegible]atio[illegible] E[illegible] Inſulan[illegible] ac [illegible] & a[illegible]miniſtratione [illegible]on [illegible] n Eccle- C ſiæ dem[illegible] [illegible] d[illegible] [illegible] pro nepote p[illegible]ui[illegible] qui pa[illegible] uo [illegible] [illegible]ceſſit, & cum ſedi[illegible]et a[illegible] [illegible]a clauſit anno 1551. v[illegible] ci[illegible]a [illegible]o.

29 HONORATVS Fa[illegible]itellus Iſerni[illegible]enſis nob[illegible] famil[illegible]a natus anno 1502 patre Marco vi[illegible] c[illegible]ar[illegible] matre Margar[illegible]a Caracciola, puer anno 17. Mona[illegible]hus Caſſi[illegible]nenſis Cœnobij factus, vir eualit in Græcis, human[illegible], d[illegible] [illegible] verſ[illegible]tiſſimus & P[illegible]a[illegible] cu[illegible] poe[illegible] [illegible]piſſima l[illegible]tur a[illegible]d Iou[illegible] in e[illegible]gi[illegible]s & impreſſa qu[illegible]q[illegible]e in d[illegible]is Poetarum Italiæ, laudatur à Bembo. [illegible] Ca[illegible] Fla- D minio, ab amico noſtro erud[illegible] I[illegible]a Mari Canonico S. Angeli in foro [illegible]m in notis ad librum Petri Diac. Caſſi[illegible]s de viris Illuſtribus Caſſinen[illegible] quem p[illegible]ci iuris fecit Romæ anno 1655. ali[illegible] doctiſſimis viris; cumque ob egregias v[illegible]rutes Iulij III. Pontificis notus, & fam[illegible]liaris eſſet, Inſulana infula condecoratus e[illegible] die 30. Ianuarij 1551. præceptor dat[illegible] I[illegible]nocentio Montino Card. in Pontificis famil[illegible]liam adoptato. Interfuit Concilio Tri[illegible]ntino, Romæ obijt menſe Ma[illegible]io 1564. cum iam antea Epiſcopatu ſe abſ[illegible]uiſſet. Inſigne edidit opus de factis Alphonſi Marchionis Valli heroico verſu con[illegible]natum, cuius cum [illegible] m[illegible] [illegible] Scip[illegible]o Capyce de principijs rerum.

Tum [illegible]ta vnanimem ſocium, comitemque l[illegible]orum
F[illegible]ſitelum, irati rapuit quem numini ira,
Redde meum, nil triſte [illegible] d[illegible]rumque, recepto;
Ipſ[illegible] tuam Cælo dimi[illegible]am Virginis aluo
Progeniem canet ille Duces, magnique triumphos
Aualida, qui nunc vires Orientis [illegible] & acrem
Impia compreſſit reparantem prælia Gallum.



30 ANNIBAL Caracciollus Neapolitan[illegible] Honorati ſuperioris ex ſorore nepos eo cedente præfici[illegible]ur in huius [illegible] Epiſcopum die 4. Maij 1562. ſibi coadiuto[illegible] po[illegible]auit c[illegible]m [illegible]e futuræ [illegible]ſſio[illegible] S[illegible]pionem Montal[illegible]g[illegible]ium a[illegible]o 15[illegible]5 d[illegible] 4 Iu[illegible]j. Is vig[illegible] creditæ ſibi Eccleſiæ Præſul patrimonij Epiſcopalis prædia ab iniuſtis poſſeſſoribus recuperauit. Eccleſiam à T[illegible]r- cis direptam ſacra omni ſupe[illegible] [illegible]nauit Canonicorum numerum, & [illegible]eminarium inſtituit, & dotem de ſuo patrim[illegible] [illegible] P[illegible]fuit annis multis [illegible] [illegible] ſenectute bona collach[illegible]mantibus c[illegible]s.

31 SCIPIO Montalegrius ex coadiutore, demortuo Annibale ſucceſſit, obijt anno 16[illegible]9.

32 HIERONYMVS Palazuolus ſucceſſit die 11. Febr. 1609. ſedit annis quatuor, defunctus anno 1614.

AN-



33 ANDREAS Iuſtinianus patritius Ianuenſis, Leonardi filius, Fabiani Adiacenſis epiſcopi frater, Ordinis Prædicatorum, ſummus Theologus, & omni doctrina ſcientiſſimus, multa compoſuit, inter quæ celebratur cenſura in librum Audreæ Deralij de poteſtate pontificis. A Paulo V. Sancti Officij Commiſſarius adlectus, ab eodem, die 24. Nouembris 1614. Inſulanus Epiſcopus delectus eſt. Vixit in hac dignitate annis duobus, exceſſit verò 27. Nouembris 1617. Iacet in Cathedrali, ſequenti in marmore ſculpto elogio exornatus à Clero.

D. O. M.

Fratri Andreæ Iuſtiniano nobili,
ac Patritiò Ianuæ genere nato,
Prædicatorum familiæ vita &
literis claro, non indigno to-
tius Ordinis moderatori viro, à
Paulo V. Pont. Max. in Com-
miſſarium Sancti Officij, Anti-
ſtitumque examinatorem electo,
ac demum in Epiſcopum Inſu-
lanum euecto.
Cumque in diem ad maiora deſi-
gnaretur, morte immatura
eripitur.
Clerus Inſulanus ob ſingularem
amorem, acceptaque beneficia
grati animi erga poſuit.
Obijt anno Domini MDCVII.
ætatis ſuæ xlvij.



34 IOANNES ANTONIVS de Maximis Romanus Patritius filius Caroli Domini Mõtis Fortini & Claricis Iuſtinianæ Vincentij Card. Iuſtiniani ſororis, vir varia literarũ ſcientia non mediocriter eruditus, poſt multas variaſque præfecturas pro ſancta Sede obitas, ex vtriuſque Signaturæ Referendario Inſulanus Præſul factus eſt die 12. Febr. 1613 præfuit laudatiſſimè annis quinque. Exceſſit anno 1623. Iacet in Cathedrali. ſcripſit ſuæ familiæ hiſtoriam, quæ M.S. extat apud eius nepotem Camillum Hieroſolymitanum patriarcham olim apud Philippum IV. Hiſpaniarum Regem apoſtolicum Nuncium, & Cameræ apoſtolicæ Clericum. Ioannis Antonij meminit cum laude eruditus amicus noſter Michael abbas Iuſtinianus in lib. de viris Illuſt. In ſulæ Chij nondum excuſo.

35 ASCANIVS Caſtanea Taurinenſis Bernardi Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis à ſecretis filius I.V.D. ex Præpoſito Claraſchi & vtriuſq; Signat. Referend. à Paulo V. Inſulanus fuit pronunciatus epiſcopus poſt Ioannem Antonium de Maximis Romæ obijt die 16. Decembris 16[illegible] in Cœnobio S. Petri ad Vincula, ſepultuſque eſt in eccleſia S. Franciſci de Paula ad Montes in communi Frattum oſſuario.



36 ALEXANDER Bichius Senenſis, Bernardini, & Coiæ Bandinellæ filius, nepos Metelli Bichi Cardinalis Suanæ Archiepiſcopi

piſcopi Senenſis, conſtituitur Inſulanus epiſcopus die 5. Maij 1628. & Apoſtolicæ Sedis Nuncius apud proregem Neapolitanum, transfertur ad eccleſiam Carpentoratenſem in Gallia ann. 1630. & ad Ludouicum XIII. Gallorum Regem mittitur. Purpura donatur ab Vrbano VIII. die 28. Nouembris 1633. Romæ deceſſit die 25. Maij hora 22. anno 1657. cadauer eius poſt nobile funus habitum in eccleſia ſanctæ Mariæ ſuper Mineruam 27. die eadem nocte delatum eſt ad eccleſiam ſanctæ Sabinæ in Auentino Monte, terræ mandatum eſt, vbi egregium legitur elogium. A

37 FRANCISCVS Bibilla Catacenſis ex Clerico Beneficiato Baſilicæ S. Mariæ Maioris electus die 8. Ian. 1631. obijt 1634. B

38 MARTINVS Alferius nobilis Mediolanēſis vtriuſque Signaturæ Referend. varijſque muneribus in Romana Curia functus ex Inquiſitore Melitenſis delectus eſt Inſulanus epiſcopus die 21. auguſti 1634. ſedit plus minus annis quinque, & ad Cuſentinum Archiepiſcopatum tranſlatus eſt.

39 IVLIANVS Viuianus piſanæ Cathedralis eccleſiæ olim Decanus, epiſcopus Salonenſis, epiſcopo Cardinali Oſtienſi in illius eccleſiæ Regimine inſeruiens, eligitur Inſulanus epiſcopus die 2. Maij 1639. Præfuit, vti pium epiſcopum decet, optime, ac ſumma cum laude annis duobus. Deceſſit ex hac momentanea ad meliorem vitam anno 1641. Iacet in Cathedrali. Scripſit & euulgauit praxim iuris patronatus, Romæ Typis Bartholomæi Zannetti 1622. erat enim in vtroque iure ſcientiſſimus, ac publicè in Academia piſana docuerat. C

40 Fr. ANTONINVS Cellius Romanus Ordinis Prædicatorum in Academia Romana ſacræ Theologiæ publicus Lector, ab Vrbano VIII. Inſulanenſi Sacerdotio exornatus die 6. Septembris 1641. Exceſſit anno 1645. & apud ſuos prædeceſſores in Cathedrali humatur.

41 DOMINICVS Carnoualis Stili in Calabria natus, Hebræa, Græca, ac Latina lingua peritiſſimus, ſacris literis, ac Theologica facultate clarus ex Abbate ſæculari ab Innocentio X. epiſcopus electus eſt Inſulanus an. 1645. breuis pontifex fuit, quippe qui vix ſponſam ſuam amplexus, cum ad tumulum florente adhuc ætate euocatus menſe Decemb. ſubſequentis anni 1646. in eccleſia S. Dominici de Stilo ſepultus, apud quam ægrotus ſe deportari fecerat, & ſpiritum exhalauerat. D

42 IO. BAPTISTA Morra Dominico ſucceſſit prima Iulij 1646. migrauit ex hoc ſæculo 1649.

43 IO. FRANCISCVS Ferrerius Catacenſis præficitur die 2. Martij 1659. obijt anno 1657.

SANCTI LEONIS

EPISCOPI.



VRBS Sancti Leonis, olim Leonia nuncupata à Saracenis funditus deleta, ſita erat inter vrbes Crotonenſem, & Sanctæ Seuerinæ, cuius nulla mentio apud veteres Auctores; memoratur tamen à Leandro, Barrio, & Marafiotto in Hiſtor. Calabriæ. Viſuntur eius veſtigia, & vbi Cathedralis, erat magna Crux. Antiquitus Græcum habebat epiſcopum, deinde poſterioribus ſæculis Latinum Metropoli S. Seuerinæ ſubiectum. Pius V. Pont. Max. anno 1571. Epiſcopalem dignitatem ſuppreſſit, & redditus vna cum Diœceſi S. Seuerinæ Metropoli perpetuo vniuit, vt ex decreto Conſiſtoriali liquet hiſce verbis conſcripto in Actis. *Sanctiſſ. D. N. Die mercurij 7. Nouembris 1571. Referente Reuerendiſſimo Maffeo, Cathedralem Eccleſiam S. Leonis, quæ eſt ſolo æquata, & nunc Paſtore caret in Regno Neapolitano vnà cum dignitate Epiſcopali, & alijs Epiſcopalibus inſignibus perpetuo ſuppreſſit, & extinxit, illamque Metropolitanæ Eccleſiæ S. Seuerinæ, cum omnimoda illius iuriſdictione ſubiecit, nec non dictæ Eccleſiæ S. Leonis, illiuſque menſæ Epiſcopalis fructus, prædictæ menſæ Archiepiſcopali annexuit, & incorporauit, ita quod liceat nūc & pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo S. Seuerinæ illarum poſſeſſionem, vel quaſi propria auctoritate apprehendere, fructuſque menſæ Epiſcopalis vtilitatem, & vſus conuertere; voluit tamen Sanctitas ſua in loco, vbi Eccleſia S. Leonis prædicta exiſtebat, ſanctiſſimæ Crucis ſignum, ac in Metropolitana Eccleſia huiuſmodi vnum Altare, ſeu Cappellam ſub eadem inuocatione S. Leonis in priſtinæ dignitatis memoriam erigi.* Porrò Epiſcopi huius Eccleſiæ ſequentes tantum fuerunt à nobis obſeruati.

A



1 LVCAS obijt ſub Clemente V. anno 1349.

B

2 ADAM de Cimiliario Monachus ſancti Nicolai de Flagiario Ordinis ſancti Baſilij Neocaſtrenſis Diœceſis ſucceſſit Lucæ ad hanc infulam vocatus à Clemente VI. anno 1349. 4. Id. Octob. pontif. 8. ex Reg. Vatic. ep. 145 fol. 37. p. p. lib.

3 IACOBVS Epiſcopus S. Leonis ſub Vrbano VI. vixit, à quo iuſſus eſt epiſcopatum dimittere; poſt multos verò annos à Bonifacio IX. factus eſt archiepiſcopus S. Seuerinæ anno 1400.

4 IOANNES, cuius obitus memoratur in actis Conſiſtorialibus Bonifacij IX. ſub anno 1391.

C

5 Fr. NICOLAVS Laurentij, Ord. Eremitarum ſancti Auguſtini eligitur in epiſcopum ſancti Leonis per obitum Ioannis, nonis Iunij an. 1391. ex actis Romanis lib. 1. Prouiſ. prælat. obijt anno 1404.

6 Fr. GEMINIANVS Ioannis de Sochelanis eiuſdem Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini factus eſt huius eccleſiæ epiſcopus ab Innocentio VII. die 4. Id. Decembr. 1404. ex eodem prouiſ. præl. lib.

7 NICOLAVS obijt 1439.

8 GOBERTVS de Nicheſola Veronenſis, gente nobili natus ex Veronenſi Canonico olim archipresbyter fuerat, S. Leonis epiſcopus delectus eſt ab Eugenio IV. die 22. Aprilis 1439. Nicolao ſucceſſit, fuitque


D

Vicarius & ſuffraganeus Franciſci Condulmerij Cardinalis & epiſcopi Veronenſis, diu ac laudabiliter hanc ſedem tenuit, in eaque mortalitatem expleuit. In noſtra ſerie Archipresbyterorū Veronenſium to. 5. fol. 1086. ex lapſu memoriæ irrepſit error, vt pro Goberto, Hieronymū ſcripſerimus fuiſſe epiſcopum S. Leonis anno 1440. cum re vera ad hanc infulam vocatus eſt Gobertus a. 1439. Hieronymus verò præterito ſæculo æuo ſit Epiſcopus Theanenſis, & Galeatius ex hac eadem prænobili familia fuit epiſcopus Bellunenſis. Goberti meminit nobilis, eruditusque vir Iulius à Puteo in elogijs aduocatorum Veronenſis Collegij.

9 IOANNES DOMINICVS mortem obijt 1490.

10 IOANNES S. Bonifacij abbas de Squillario ſucceſſor datus eſt Ioanni Dominico die prima Iunij ab Innocentio VIII. anno 1490. ex actis Conſiſtorial. cætera ignorantur.

11 P. MATTHÆVS exceſſit anno 1518.



12 IVLIANVS Datus nobilis Florentinus, Leonardi Dati epiſcopi Maſſæ, & Populonij in Etruria propior affinis, is muſas in iuuentute coluit, pluraque Etruſco, & facili verſu compoſuit, de diluuio, quod Romæ accidit anno 1495. & B. Iulianæ de Signa vitam edidit; Theologiæ deinde operam dedit, & Canonici iuris eximius fuit Doctor, antiquarum rerum petitiſſimus, & in omnibus ſingularis doctrinæ, ſub Iulio II. ac Leone X. Baſilicæ Vaticanæ, ac Lateranenſis Pœnitentiarius, earundem Decanus exiſtens ab eodem Leone pronunciatus eſt Epiſcopus S. Leonis die 26 Feb. an. 1518. Romæ vita deceſſit ann. 1524 & in eccleſia ſanctorum Silueſtri & Dorotheæ propè portam Septimianam, cuius erat paſtor ſepultus fuit hoc epitaphio ad tumulum inſcripto.

D. O. M.

Iuliano Dato Epiſcopo S. Leonis, ac Baſilicæ Lateranenſis & Principis Apoſtolorum de Vrbe Pœnitentiario, & huius Eccleſiæ Paſtori, cuius bonitas, & integritas omnibus gratior ſemper fuit, qui obijt iv. Kal. Ianuarij MD.XXIV.

Iuliani meminit, cum laude Petrus Monaldus in deſcriptione eiuſdem familiæ in lib. M. S. apud me de familijs Florētinis, vbi recenſentur ex hac nobili gente plures viri & toga,

& toga, & armis clariſſimi. Vide quæ de ipſo egimus in noſtro tertio tomo in Leonardum epiſcopum Maſſanum.

13 FRANCISCVS Sphærulus Camerinenſis primum Rectoræ Archipresbyter, dein S.Leonis Epiſcopus ſucceſſit Dato die 18. Ianuarij 1525. ab Incarnatione, duobus annis eam abſens eccleſiam rexit, quam dimiſit ad fauorem ſequentis, vel nepotis, vel ſaltem affinis. Fuit Franciſcus vir omnibus ſcientijs perpolitus, ac ætatis ſuæ poeta clariſſimus, multa opera, ac primitùs elegiarum librum de amore coniugali, tum verſus Lyricos, ac de hominis ab infantia inſtitutione conſcriptam Antropopædiam in lucem edidit; magna eius memoriam veneratione Lilius Gerardus in libris de poetis noſtrorum temporũ Dial.1. his verbis commendat: *Sed nunc quid Franciſcum Sphærulum Camertem prætere im? qui elegiarum libros de amore coniugali, epigrammata, & Lyricos verſus compoſuit, & quæ imperfecta ad hunc diem habet in manu, Cæſaris Borgiæ Valentini geſta, & Alexandri VI. Item hominis inſtitutiones ab infantia, & matris, vt ait Lucilius Bulga, ad ipſum vſque poſt mortem ſtatum, quod opus ille Græca voce Antropographiam, vel andropædiam inſcribit. Sed Diernis hic & ſui iudicij vbique.* Hæc Lilius. In cuius etiam laudem verſus celebrantur.

Hæc qui Borgiada cecinisti tempora Sixti
Sphærule, quique modos Lyricos, elegoſque libellos
Mox hominem inſtitui, quæ vita regula, cuique
Conueniat: ſed nec dum hæc lima extrema poliuit.

Verum longè illuſtrior ea laus eſt, quam ſibi ipſe ingenij acumine, ac elegantia politiſſimis illis verſibus, vt auro inciderentur, digniſſimis, quibus Virginem ſalutat, ſibi comparauit, quorum initium,

O pia Mater Aue, totum veneranda per Orbem
Omni labe carens, ò pia Mater Aue
Salue lux mundi, Genitrix ſanctiſſima ſalue,
O Benedicta Dei, ſanctaque Mater Aue.
O vita, ò ſalus, ò requies, ſpes vnica Mundi,
O Regina Poli, claraque Stella Maris.
O felix Sponſa ſummo copulata Tonanti,
O ſuper Angelicos glorificata Choros
O Dea Cælicolis ſemper memoranda Camœnis,
O ſexus meritò gloria fœminei.
Salue iterum, atque iterum repetens ſanctiſſima ſalue.
Extremique memor finis adeſto mei.

14 Fr.ANSELMVS Sphærulus, alijs Anſelminus, & Antolinus Camertinus, Ord. ſancti Franciſci vir doctus ex ceſſione Franciſci ad hunc epiſcopatum aſſumptus eſt die 19. Ianuarij 1526. Deceſſit anno 1531. cuius meminit Vvadingus tom.8.annal. Minorum, quem ex Spinula familia fuiſſe aſſerit; ſed hic ex Sphærula Camertina gente fuit, vt in Actis Conſiſt. obſeruo.

15 ANASTASIVS ex Canonico Bononienſi Anſelmo datus eſt ſucceſſor die 18. Ianuarij 1532. trium annorum ſpatio in ea dignitate vixit, obijtque 1535.



16 OCTAVIANVS de Caſtello, Bononienſis, cum eſſet eccleſiæ Ferrarienſis Vicarius, in gratiam Ioannis Card.Saluiati Epiſcopi Ferrarienſis, delectus eſt Præſul S.Leonis die 8. Ianuar.1535. Ferrariæ obijt anno 1542. Cadauer Bononiam delatum in Baſilica ſancti Petronij nobili tumulo terræ mandatum, vbi hæc verba in marmore exarata ſpectantur.

Octauiani Caſtelli Epiſcopi,
Ferrariæ mortui hic ſepulti
mors norma vitæ eſt optima,
felix qui ſtatuit bonum quod
vnum eſt.
Octauiano Caſtello Epiſcopo humanique Iuris conſultiſſ qui
vixit ann. lxx. obijt Ferrari
vij. Kal Iulias MDXLII.
Inde Bonon. delatus, vt ipſe
viuens iuſſerat hic ſepultus eſt
Kal. Iulij MD XLIII.

17 Fr.THOMAS Caſtellus Roſſanenſis Ordinis Prædicatorum doctrina & pietate clariſſ. ſubiectus eſt Epiſcopus die 11 Decembris 1542. tranſlatus ad Bertinorienſem

ann. 1544. inde ad Oppidenſem, mox ad Cauenſem eccleſiam, de quo vide in Cauenſium Epiſcoporum ſerie, & alibi in noſtro opere, vbi plura de viro hoc omni laude digniſsimo leges.

18 MARCVM Saluidium Rectorem ſancti Bartholomæi de Biſiniano Paulus III. ad hanc ſedem traduxit die 14. Nouembr. 1544. ſedit plus minus ann. 11. ac mortuus eſt 1555.



19 Fr. IVLIVS Paneſius Ordinis Prædicatorum electus die 23. Auguſti 1555. eodemque anno tranſlatus eſt ad Veſtanam eccleſiam, poſtea euaſit Archiepiſcopus Surrentinus, de quo vide noſtrum 6. tom. in ſerie Archipræſulum eiuſdem eccleſiæ.

20 IVLIVS de Rubeis Canonicus Polinianen. ſucceſsit die 2. Octobris 1555. Interfuit Concilio Tridentino, Romæ extrema clauſit menſe Martio 1564.

21 ALVARVS Magalenes Luſitanus, Imperatricis maior Eleemoſynarius, electus eſt huius eccleſiæ epiſcopus à Pio IV. anno 1565. die 11. Martij. Quo defuncto Pius V. anno 1571. Epiſcopatum hunc, ac dignitatem perpetuo ſuppreſsit, vt ſupra retulimus.

✠

A

STRVNGVLENSES EPISCOPI.



B

STRONGYLIS, vulgo *Strongoli*, mediterranea eſt citerioris Calabriæ ciuitas, edito loco ſita, & rupibus vndique ſepta, abeſt a mari p. m. tribus à S. Seuerina Metropoli xij. à Crotone totidem. Macalla, ſiue Macella olim dicta ab emoliendo, ait Stephanus, quod ibi emolitus ſit Philoctetes, cui incolæ, dicato templo ſacrificabant. Hanc antiquam Peteliam ab ipſo Philoctete Græco poſt Troianum bellum conditam fuiſſe narrant, & vetuſtiſſima inſcriptio à Decurionibus Auguſtalibus, populoque poſita æneo ſimulacro M.
C Megonio in hac ciuitate hactenus ſeruata eius antiquitatis fidem facit, quam modo Strongulenſem vocant, antiquiſsimam eſſe Peteliam Romanorum municipium porro inſcriptio ita proloquitur.

M. MEGONIO M.
F. M. N. M. PROV. COR. LEONI
AC. IV. VIR. LEG. Q. P. P. IV VIR
DECVRIONES AVGVSTALES, PO-
PVLVSQVE EX AERE CONFLATO
OB MERITA EIVS

In alio lapide

M. MEGONIO M.
D F. COR LEONI. AED. IV VIR. LEG.
COR. QVÆST. PEC. P. PATRONO
MVNICIPI
AVGVSTALES OB MERITA EIVS
L. D. D. D.

Viſuntur etiam hoc tempore apud hanc ciuitatem antiquiſsimorum ædificiorum crebræ ruinæ, ac paſſim Romanæ inſcriptiones reperiuntur. Peteliæ meminit Strabo, & Silius Italicus, maximæ fidei laudatur Peteliani à Liuio, Valerioque Maximo; cum pro fide ſeruanda Romanis ſuccenſa prius patria in ignem ſeſe proiecere; vnde vt Valerius ait, *Itaque Annibal, non Peteliam, ſed fidei Petelianæ ſepulchrum capere contigit*. Cæterum quo tempore, quaue occaſione poſt ſuam reſtaurationem accepit, non conſtat,

ſtat, parua nunc ciuitas eſt, aquarum ſcaturiginibus affluit; circum enim vrbem fontes plurimi ſcatent, ager optimi frumenti, & aliarum fru ũ ferax eſt, & armentorum, pecorumq; pabulis accommodatus. Sunt aucupia turturum. & palumbarum, aliorumque minorum alitum. In molendis autem frugibus vtuntur piſtrinis, & molendinis vento agitatis. Vrbis imperium obtinet Princeps Franciſcus Campitellus Comes Meliſſæ, Epiſcopatus Strongylenſis antiquiſſimus eſt, & Archiepiſcopo S. Seuerinæ ſuffraganeus. Cathedralis eccleſia titulo ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſatis amplè ædificata, & aliquot Sanctorum reliquijs ornata, vbi Canonici quindecim, é quibus quinque dignitate eminent, Archidiaconus, Decanus, Archipresbyter, Cantor, & Theſaurarius, & viginti alij Clerici, qui omnes diuina officia peragunt. In ciuitate præter Cathedralem ſunt parochiales eccleſiæ tres, familiæ 390. Diœceſim hæc eccleſia nullam habet. Annuus fructus Epiſcopalis menſæ ad ducatos Regni mille, & amplius; taxatur verò in Cancell. Apoſtolica flor. 33. Præſules autem, qui eidem præfuerunt Eccleſiæ ſequentes nobis noti ſunt pauci.



1 MADIVS vixit, floruitque an. 1178. quo ſubſcripſit documento Confratriæ ſanctæ Mariæ de Latina Meſſanenſis, vbi leges eiuſdem ſtatuſitur à Nicolao primo Archiepiſcopo Meſſanēſi apud Rocchum Pyrrhum notitia prima Sicilienſium eccleſiarum, cætera eius acta obſcura ſunt.

2 GVILLELMVS Epiſcopus Strungulenſis anno 1246. iudex erat compromiſſorius litis, quæ Florienſis Monaſterij Abbatem inter, & Archimandritam Patiri Cœnobij Roſſanenſis Diœceſis vertebatur, quā ad fauorem Archimandritæ compoſuit, vt vetus Patiri charta apud me enarrat, exemplar hic libenter damus, quod nomen & dignitatem Guillelmi ſeruauit in hunc modum.

In nomine Dei æterni, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

Anno Incarnationis eiuſdem 1246. menſe Martij, 4. Ind. Imperante Domino noſtro Dom. Frederico Dei gratia InuictiſſimoRomanorum Imperatore ſemper Auguſto, Ieruſalem, & Siciliæ Rege glorioſiſſimo, Imperij eiuſdem an. 26. Regni Ieruſalem 21. Regni quoque Siciliæ, anno 49. feliciter. Amen.

Rationis ordo requirit, & conſuetudo à prudentibus approbata, vt ea quæ deducuntur in iudicium, vel arbitrium, quod iudicium imitatur, ſiue per iuſtitiam, ſiue per concordiam terminentur, ſcripturæ teſtimonio mandentur notitiæ poſterorum, ne ſemel deciſæ lites, iterum valeant ſuſcitari per rediuiuæ ſcrupulum quæſtionis. Hac ergo conſideratione ducti Nos Guillelmus permiſſione diuina Epiſcopus, & Lucas Archidiaconus Strungulenſes præſenti ſcripto notum facimus, quod Dopnus Mathæus Venerabilis Abbas Floris, & Dopnus Nymphus Venerabilis Archimandrita Patiri pro parte ſua, & Conuentuum ſuorum quoque erant procurationibus muniti, de quibus conſtitit nobis ad nos in Strungulum venientes pro expenſis & laboribus euitandis petierunt inſtanter compromittere, & nobis acquieſcentibus compromiſerunt in arbitrium noſtrum, vt per ſummariam indagationem, & etiam aliàs ad communem inſinuationem partium; bonum pacis; firmaremus inter eoſdem ſuper quæſtione aqueductus molendini, per quem poſitum in prædio Florenſis Monaſterij ſeruitutem ducendi aquam ad molendinum grangiæ ſanctæ Helenæ monaſterij Paterenſis, dictus Archimandrita, & Anteceſſores ſui dicebantur habere. Verum quia arbitrium ſine pœna compromittentes quaſi filum aranei non ligabat, eiſdem venerabilibus Abbatibus conſuluimus, & noſtro conſilio acquieuerunt, ac fideiuſſores dederunt communiter, Dominum Iordanum Ruffum, Iudicem Senatorem, & Dominum Rogerium Buccutum Ciues ciuitatis Strongili ſub pœna centum vnciarum auri, medietatem Imperiali Curiæ, & aliam medietatem parti ſoluendam ab ea parte, quæ à noſtra ſententia duxerit appellandum, vel aliquo modo contra noſtram ſententiam veniendum, & eadem pœna ſoluta, omnia ſint in eodem ſtatu, quo fuerunt ante arbitrium inchoatum. Qua obligatione completa; quia arbitrium iudicium imitatur, auctoritate qua habuimus, iniunximus partibus, vt in medium deducerent omnia iura

ſua, & proponerent, ſi quid quæſtionis ha- A
berent. Formæ autem procurationum Con-
uentus Florenſis monaſterij, & Patiri ſunt
hæ. Dilectis in Chriſto fratribus, & ami-
cis vniuerſis præſentes literas inſpecturis.
Frater Iohannes Pat. & Conuent. Floris ſa-
lutem, & debitam in Domino charitatem.
Vniuerſitati veſtræ cupimus eſſe notum,
quod quamuis Dopni Matthæi Venerabilis
Abbatis Floris, & noſtra negotia minimè
ſint diſcreta, & ipſe in nobis, & nos conti-
neamur in eo, ad cautelam tamen fecimus,
& conſtituimus ipſum ſpecialem procura-
torem, regium Syndicum, & auctorem ſu-
per quæſtione, quam habemus cum Vene-
rabili Archimandrita, & Conuentu Patiri,
& Aquæductu molendini grangiæ ſanctæ B
Helenæ monaſterij Patirenſis ad compro-
mittendum in arbitros, agendum, reſpon-
dendum, contradicendum, & ad omnia,
quę facere debet legitimus procurator, ſyn-
dicus, ſiue auctor, promittentes, & pro pro-
mittente fideiubentes ſub ipotheca rerum
monaſterij noſtri, vt omni tempore ratum
habeamus, & firmum quicquid exinde præ-
dictus Abbas noſter duxerit procurandum,
vt autem de hac voluntate, & commiſſione
noſtra fieri valeat plena fides, præſens pro-
curationis ſcriptum fieri fecimus, impreſ-
ſione ſigilli noſtri, & duodecim noſtrum, &
pro parte omnium ſubſcriptione munitum.
Menſe Martij quartæ Indictionis. C

† *Ego Frat. Iohannes Prior Floris ſub-*
ſcripſi.
† *Ego Frater Robertus Subprior Floris*
ſubſcripſi.
† *Ego Frater Nicolaus de Fillino Mona-*
chus & Sacerdos Floris ſubſcripſi.
† *Ego Frater Petrus de Fillino Mona-*
chus Floris ſubſcripſi.
† *Ego Frater Benedictus de Flore ſub-*
ſcripſi.
† *Ego Frater Orlandus Diaconus Mona-*
chus Floris ſubſcripſi.
† *Ego Frater Iohannes de Gauora Dia-*
conus Monachus Floris ſubſcripſi.
† *Ego Frat. Nicolaus de Animinico Mo-* D
nachus Floris ſubſcripſi.
† *Ego Frater Sanctorus Monachus Flo-*
ris ſubſcripſi.
† *Ego Frater Iohannes de Caccurio Mo-*
nachus Floris ſubſcripſi.
† *Ego Frater Nicolaus de Gerencia Mo-*
nachus Floris ſubſcripſi.
† *Ego Frater Nicolaus de Longobucco*
Diac. Monachus & ſcriptor Floris.

Dilectis in Chriſto Fratribus & Amicis vni-
uerſis præſentes literas inſpecturis Frater
Barlaam Edeſiarcha & Conuentus Patiri
ſal. & debitam in Domino charitatem.

Vniuerſitati veſtræ cupimus eſſe notum,
quod quamuis Dopni Nimphi Vene-
rabilis Archimandritæ Patiri, & noſtra ne-
gocia minimè ſint diſcreta, & ipſe in nobis,
& nos contineamur in eo, ad cautelam
tamen fecimus & conſtituimus ipſum ſpe-
cialem procuratorem noſtrum Syndicum
& auctorem ſuper quæſtione, quam habe-
mus cum venerabili Abbate & Conuentu
Floris de Aquæductu molendini grangiæ
noſtræ ſanctæ Helenæ ad compromittẽdum
in arbitros, agendum, reſpondendum, con-
tradicendum, & ad omnia, quæ facere debet
legitimus procurator Syndicus, ſiue auctor
promittentes, & pro promittente fideiuben-
tes ſub ipotecha rerum monaſterij noſtri,
vt omni tempore ratum habeamus, & fir-
mum quicquid Archimandrita noſter exin-
de duxerit procurandum; vt autem & hac
voluntare & commiſſione noſtra fieri valeat
plena fides, præſens procurationis ſcriptum
fieri fecimus, & cum proprium ſigillum non
habuerimus, duodecim noſtrum ſubſcriptio-
nibus pro parte omnium roborauimus il-
lud Menſe Martij quartæ Indictionis.

† *Ego Frater Barlaam Presbyter Mo-*
nachus & Edeſiarcha Patiri propria
manu ſubſcripſi.
† *Ego Frater Romanus Presbyter Mo-*
nachus Patiri propria manu ſub-
ſcripſi.
† *Ego Frater Nicodemus Monachus, &*
Presbyter Patiri ſubſcripſi.
† *Ego Frater Nilus Monachus Diac. Pa-*
tiri ſubſcripſi.
† *Ego Frat. Miletus Monachus, & Preſ-*
byter Patiri ſubſcripſi.
† *Ego Frater Laurentius Monachus, &*
Presbyter Patiri ſubſcripſi.
† *Ego Frater Germanus Presbyter, &*
Monachus Patiri ſubſcripſi.
† *Ego Frater Sacca Monachus, & Diac.*
Patiri ſubſcripſi.
† *Ego Frater Neoſidus Presbyter Mo-*
nachus Patiri propria manu ſub-
ſcripſi.
† *Ego Frater Nectarius Monachus, &*
Presb. Patiri ſubſcripſi.
† *Ego Frat. Adrianus Monachus Patiri*
ſubſcripſi.
† *Ego Frater Iacobus Monachus Patiri*
ſubſcripſi.

Quibus publicatis, & etiam approbatis,
dictus Archimandrita porrexit libellum in
forma iudicij hoc modo.

☞ Proponit Fr. Nymphus Archimandrita
Patiri pro parte ſua, & nomine Conuẽ-
tus, & eccleſiæ ſuæ contra venerabilem
Abbatem Floris & Conuentum eiuſdem,
quod cum habuerint & habere debeant ſer-
uitutem aquæ ducendæ ad molendinum
grangiæ ſuæ S. Helenæ in territorio S. Seue-
rinæ iuxta flumen Neti ſubtus Roccam
S. Petri,

S.Petri, & Cremaſto, & ipſius molendini aquæductum refici faceret per terram, quæ fuit Dom. Alamanni, & nomine Florenſis monaſterij, venerabilis Abbas Floris prohibet aquam ducere per riuum & alueum conſuetum. Vnde ne ipſum impediat, ſeu moleſtet, poſtulat prohiberi: dictus vero Abbas Floris litem conteſtando, confeſſus eſt ſe prohibuiſſe, & prohibere aquam ducere per ſundum ſuum, & negauit Archimandritam Patiri, & prædeceſſores ſuos habuiſſe ſeruitutem aquæducendi per fundum prædictum, & ſi habuerint, quadraginta anni ſunt elapſi, & amplius, quod vſi non fuerũt, & ideo amiſerunt. Econtra venerabilis Archimandrita Patiri aſſeruit, quod hanc ſeruitutem habuit & vſus fuit infra ſpatium temporis ſupradicti. Facta autem ſuper hoc abrenunciatione ab vtraque parte, habito conſilio diligenti interlocuti ſumus, vt venerabilis Archimandrita Patiri probaret, ſi poſſet, prædeceſſores ſuos, & ſe ipſum ſeruitutem prædictam habuiſſe, & vſos fuiſſe, & venerabilis Abbas Floris probaret, ſi poſſet, quadraginta annos elapſos fore, quod aquæductu prædicto ceſſante fluere, molendinum Patiri molere, & operari ceſſauit. Ad quæ probanda ceperunt terminum competentem, in quo comparentes probationibus abrenunciauerunt, & etiam allegatis, & allegandis, ac omni iuri competenti, & competituro iterum in Iudicio deducen. ac omni legum auxilio, & ſpecialiter beneficio reſtitutionis in integrum, & literis impetratis & impetrandis. Nos autem habito cum viris peritis cõſilio diligenti, quia veſtigium veteris aquæductus molendini monaſterij Patirenſis adhuc durare aliquatenus in terra Florenſis monaſterij videbatur, & tamdiu per rei euidentiam vacauiſſe, quod Ius poſſeſſionis erat Florenſi monaſterio acquiſitum, & de iure ſeruitutis, præſcriptionis, & proprietatis vtriuſque partis propter defectum probationum nobis liquere non potuit, viam mediam eligentes, cum ad officium pertineat iudicantis ſtudere, vt id, de quo agitur magis valeat, quàm pereat, ſicut vtramq; partem ex verbis compromiſſi ſuper firmando bono pacis nouimus velle, ſententialiter arbitrati ſumus, vt venerabilis Archimandrita Patiri, & venerabilis Abbas Floris propter ſua, Conuentuum & monaſteriorum ſuorum communicationem reædificent, & conſtruent quatuor, & quotcunque poterunt molendina & fullas cum expenſis communibus, quodque molendinorum, & fullarum prouentus tãtum communiter diuidentur, ac venerabilis Abbas Floris reſtituat venerab. Archimandritæ Patiri medietatem expenſarum iuramẽto ſuo exprimendarum, quas iam fecit ibidem. Item ſi contigerit facta molendina, vel fullas aliquatenus annullari, reficiantur vbi refici poterunt ſub modo præmiſſo in communibus, vel alterius prædijs Florenſis monaſterij, vel Patiri, & prouentus tantum communiter diuidantur; ſumpta tamen origine aquæductus, vnde modo initium habere videtur. Item ſi aliqua perſona ſuper reficiendis aquæductu, & eiſdem molendinis, & fullis ædificandis in loco conſueto, vel alibi, vt eſt dictum controuerſiam mouerit, vel vim intulerit, dictus Archimandrita, & ſucceſſores ſui in litigando onus ſubeant omnium expenſarum. Similiter venerab. Abbas Floris, & ſucceſſores ſui teneãtur reficere cum proprijs expenſis omnibus quæ ſuper aquæductu quod inde deriuatur per prædium Floris quæſtionem ducerent ſuſcitandam. Item poſtquam facta fuerint molendina qualibet hebdomada vtrique parti liceat ſex cumulos frumenti ſingillatim liberè molere, cui noſtræ ſententiæ vtraque pars aequieſcit expreſsè. Ad inditium autem huius compromiſſionis, & robur perpetuò valiturum duo ſimilia ſcripta fieri fecimus per manus Petri publici Tabellionis Terræ Strunguli, in quem licet non notarium ſuum partes conſenſerunt, tanquam in notarium ſuum ſubſcriptione noſtra, Domini Ogerij de Pſic. Dom. Iordani Ruffi, Dom. Senatoris, Dom. Rogerij Bucculi Iudicis, Nicolai Iudicis Caracuſtæ, Notarij Ioſephi Boni, & Aldeprandini ciuium Strunguli aſſeſſorum noſtrorum, & teſtium à partibus rogatorum atteſtatione munita; quorum Inſtrumentorum vnum vni, & alterum alteri parti duximus aſſignandum, Anno, menſe, & Indictione præmiſſis.

Ego Petrus publicus Tabellio Strongulì prædicta ſcripſi, & proprium ſignum annotaui. Loco † ſigni.

† *Ego Quillelmus permiſſione diuina Strungulenſis Epiſcopus ſubſcripſi.*
† *Ego Lucas Archidiaconus Strongulen. ſubſcripſi.*
† *Ego Iordanus Ruffi de Calabria ſubſcripſi.*
† *Ego Ogerius de Pſic. ſubſcripſi.*
† *Ego Senator de Strongulo ſubſcripſi.*
† *Ego Rogerius Buccutus fideiuſſor qui ſupra, teſtis ſum.*
† *Ego Nicolaus Iudex Strongulì ſubſcripſi.*
† *Ego Caracuſta Iudex Strongulì ſubſcripſi.*
† *Ego Notarius Ioſeph ſubſcripſi.*
† *Ego Bonus teſtis ſum.*
† *Ego Aldiprandinus ſubſcripſi.*

3 PETRVS Monachus ſanctæ Euphemiæ Neocaſtrenſis Diœceſis à Capitulo electus, confirmatur ab Innocentio IV. anno 1254. 3 kal. Febr. ep. 98. fol. 12. Datum Neapoli anno pontif. eius poſtremo, vt in Regeſt. Vatic. Anno 1258. eidem Petro, & Bi-

huia-

ſinianenſi epiſcopo ſcribit Alexander IV. præcipiens vt reſtituant monaſterium ſancti Angeli de Militino Ordinis ſancti Baſilij olim in ſpiritualibus, & temporalibus indigens reformatione Abbati Fontis Laureati reformandum, ſi in dicto Ordine non poſſit reformari, &c. & obtentis literis Manfredi filij Federici Imperatoris, Principis Tarentini, & baiuli generalis executorialibus, dictum monaſterium ſancti Angeli Militini in pertinentijs Campanæ, Abbas Fontis Laureati reſtituit, committendo fratri Angelo Monacho Florenſi in ſcriptis vt totũ negocium redigeret, præſentibus Domino Orlando Abbate Florenſi, & quampluribus habitatoribus Campanæ, & fratre Ioanne Guarino Monacho ſanctæ Euphemiæ, & fratre Dorotheo, qui ſibi vſurpauerat nomen Abbatis, reſignauit. Hæc vetus charta monaſterij Fontis Laureati. Petri obitus diem, & annum non habemus. In Reg. Vat. Martini IV. an. 2. pontif. Chriſti 1282. obſeruaui hanc Strongylenſem Eccleſiam eo anno paſtore deſtitutam eſſe, an per mortem Petri, non conſtat.

4 ROGERVS Epiſcopus Strongylenſis anno 1291. à Nicolao IV. tranſlatus eſt ad Rapollanam Eccleſiam 4. id. Nouemb. pontif. 3. ex Reg. Vat. 528. fol. 106.

5 FRANCISCVS Rogerij ſucceſſor anno 1291. obijt ſub Bonifacio VIII. an. 1297. ex eodem Reg.

6 Fr. VGVCCIONVS de Spoleto Ord. Prædic. Franciſco ſucceſſit 15. Kalen. Aprilis 1293. ab eodem Bonifacio ad hanc infulam vocatus, vt in eius Regeſt. ann. 3. epiſt. 44. fol. 206.

7 ROGERVS ſedem Strongylen ſemregebat anno 1322. memoratur hoc eodem anno in Reg. Caroli II. Regis.

8 PETRVS huius Eccleſiæ præſul à ſolito ſeruitio, quod debebat ſacro Collegio liberatus ob paupertatem die 22. Auguſti 1330. ex lib. ſolut. prælat. ſub Ioanne XXII. papa.

9 Fr. PETRVS Vicedominus Eccleſiæ Caſſinenſis, electus Strongylenſis, electioni de ſe factę liberè ceſſit in manibus Clementis VI. anno 1242.

10 Fr. THOMAM de Roſa Ordinis Minorum, virum doctum, & dignum, idem Clemens ad hanc Cathedralem euexit Id. Nouembris 1442. ex Reg. eiuſdem epiſt. 64. an. 1. ſub eodem mortem obijt an. 1352.

11 ALMANIVS ciuis & Decanus Strongylenſis ſuffectus eſt Thomæ 4. Kalen. Iunij 1352. à Clemente eodem VI. Pontifice in eodem Reg. poſt hunc aliqui deſiderantur Epiſcopi.

12 IACOBVS Epiſcopus Anglonenſis ad hanc Eccleſiam tranſlatus 4. Kal. Maij an. 1400. ex lib. Prouiſ. Præl. Bonifacij IX.

13 PETRVS electus anno 1407. die 23. Iulij à Gregorio XII. obijt anno 1413.

14 ANTONIVS Sanguagalus, alias de Molina ciuis Crotonenſis, & Epiſcopus Boſſonenſis in Sardinia, factus eſt Strongylenſis Epiſcopus à Ioanne XXIII. ann. 1413. Kalen. Februarij, ſedit ann. 17. & tranſlatus eſt ad Archiepiſcopalem ſedem ſanctæ Seuerinæ anno 1430. ex eodem libro ſupra citato.

15 THOMAS Epiſcopus Oppidenſis, transfertur ad hanc Eccleſiam die 17. Kal. Iunij 1430. exceſſit anno 1433.

16 DOMINICVS de Rubeis ex oppido Sublani, cum eſſet Canonicus Cuſentinus, eligitur Strongylenſis Epiſcopus in locum Thomæ 19. Kal. Ianuarij 1433. è viuis exemptus eſt anno 1470.

17 NICOLAVS Baliſtrarij Canonicus Tricaricenſis demortuo Dominico ſuffectus eſt 4. Id. Martij 1470. præfuit ann. 9.

18 IOANNES prouiſus à Sixto IV. anno 1479. 17. Kal. Martij ſeptem annos Strongylenſibus Epiſcopale ius dixit, an. 1486.

19 IOANNES Ioanni ſucceſſit 6. Id. Martij 1486.

20 HIERONYNVS Luſcus obijt anno 1509.

21 GASPAR de Muegijs ciuis Strongylen. electus à Iulio II. die 15. Iunij 1509. Thronum Epiſcopalem conſtrui fecit.

22 BERNARDVS de Sito anno 1513. florebat huius Eccleſiæ Epiſcopus.

23 PETRVS Ranerius eligitur anno 1535. Romæ conſecratur 7. Nouembris in Cappella Palatij Apoſtolici ab Epiſcopo Scordouenſi, ſedit plus minus an. 4.

24 MARCVS Cardinalis Grimanus fuit huius Eccleſiæ Adminiſtrator ann. 1540. quam liberè dimiſit eodem anno ad fauorem ſequentis.

25 HIERONYMVS Zacconus Piſaurenſis deligitur die 13. Maij 1540. hanc rexit Eccleſiam ann. 11. iamque prouectæ ætatis vltro, libenſque abijt munere.

26 MATTHÆVS Zacconus Piſaurenſis per ceſſionem Hieronymi patrui electus eſt Epiſcopus 15. Iulij 1551. fato ceſſit 1567.

27 THOMAS Orſinus Fulginatenſis vir doctrina, conſtantique fama clariſſimus euaſit huius Eccleſiæ Epiſcopus, poſt paucos menſes tranſlatus eſt ad patriæ ſuæ ſedem die 24. Ianuarij, de quo vide primum noſtrum tom. in Epiſcopis Fulginatenſibus, vbi plura de viro omni laude digniſſimo enarrauimus.

Fr. TI-



18 Fr. TIMOTHEVS Iuſtinianus Iacobi filius patritius Ianuenſis ex Condominis Chiæ Inſulæ natus anno 15[illegible]2. adoleſcens Ordinis Prædicatorum habitum induit in S. Mariæ de Caſtro Chienſi Cœnobio, inque eoque literis & pietate eruditus ita profecit, vt ad diuerſa deinde obeunda munia admotus, Vicarius Generalis Congregationis peregrinantium euaſerit; eiuſque fama virtutum permotus Iulius III. illum Arienſem primum anno 1550. die 21. Iulij mox Calamonenſi vnitæ eccleſiæ in Creta Epiſcopum creauit. Sub Pio IV. cum alijs nobilis ſuæ Iuſtinianę familiæ Prę(ſ)ulibus Sancto interfuit Tridentino Concilio, a quo ad patriæ Chienſem ſedem translatus ann. 1564. 15 Aprilis, quam cum eximię pietatis laude adminiſtraret contigit miſerabilis illa eiuſdem Inſulæ per Piali Turcæ claſſis præfectum occupatio anno 1566. Reluxit tunc præſulis Timothei fidei Chriſtianæ ardor, ac pro Chriſto ſubeundi martyrij deſiderium, etenim vt Spondanus in Annal. eccleſ. tradit, cum quidam Turca in maxima D. Petri æde ciborium in quo ſacratiſſima Euchariſtia condita erat, profanis manibus contrectans præſule præſente rogato (erat Inſula cultus Latini) num illic ipſius Deus, & ſuæ fidei myſteria eſſent, illo annuente, ciborium in terram proiecerit: eo viſo præſul incredibili dolore perculſus, ſtatim flexis genibus proiecta colligens, moriar prius, inquit, ora, interfice, quam hæc ſacroſancta myſteria pedibus conculcari videam. Quo [illegible] barbarus vltro ab iniuria temperauit. Iuſſu deinde Solimani Turcarum Tyranni Iuſtinianorum familijs Capham, olim Theodoſiam in Taurica Cherſoneſo deportari, cū vnus, & viginti eorum pueri circiter decennes ex alacrioribus, & magis viuidis Conſtantinopolim adducti inter Solimani ephebos enutriendi retenti fuiſſent, & vi circumciſi, nullus tamen eorum in tenera illa ætate induci potuit ad fidem abnegandam: vnde virgis duriſſimè cęſi, penè omnes interierunt. Quorum vnus ſub mortem aſtrictus, digitum attollere in ſignum abiuratæ fidei, è contra ita digitos ad pugnum ſtrinxit, vt neq; viuo, neque mortuo manus amplius aperiri potuerit. Cæterum Timotheus de ſua deturbatus ſede, Romam ſe contulit, benigna commiſeratione a Pio V. ſanctiſſimo pontifice amplexus ab ipſo ad hanc Strungulenſem eccleſiam die 5. Aprilis 1568. transfertur, ad quam bene regendam ſtatim ſe contulit, præcipuoque pietatis exemplo præfuit annis plus minuſue tribus. Plane pauperum pater fuit, in quorum ſuſtentatione epiſcopalis menſæ cenſus propemodum effudit, epiſcopalem domum ferè à fundamentis extruxit, vbi præclara commodaque cubicula pro ſe ſuiſque ſucceſſoribus, cum & Cathedralem [illegible], Turres quatuor fortiſſimas cōdidit, vt tutius firmiuſque ciuitas ipſa ab Turcarum incurſionibus cuſtodiretur. Apud eccleſiam S. Mariæ de Catholica, [illegible] Græcorum Cœnobium exædificauit pro Fratribus Prædicatorij Ord. Deo ibidē perpetuò famulaturis, eidemq; dotem attribuit non ſpernendam. Scripſit de Inſula Chia breuem relationem ad Cardinalem Io. Baptiſtam Cicadam, quæ M. S. ſeruatur ab amico noſtro Camillo Turino. Tādem ſeptuagenario maior piè vt vixerat, bono fine quieuit anno 1571. ſepultuſque eſt in Cathedrali. Demortui præſulis memoriam illuſtrauit Abbas Michael Iuſtinianus in Strungulenſi eccleſia ad eius tumulum ponendam, quam more ſuo eruditiſſimo Octauius Boldonius Clericus Regul. ſancti Pauli ex Barnabita in hunc modum concinnauit

D. O. M.

Timotheus Iuſtinianus
Patritius Genuenſis ex Condominis Chij
hanc vrnam vix implet
Qui
Prædicatorum Ordinem Alumnus
Orientis plagas Vicarius Generalis Peregrinorum,
Oecumenicum Trident. Concilium Confeſſor

Arien

Arien. Calamonen. Chien. Strungulen deinceps ſedem Epiſcopus,
Turcicum Orbem occupata Chio candidatus
Martyrij pro S. Eucharıſtiæ cultu,
præclara
Religionis, Prudentiæ, Doctrinæ, Charitatis, Fortitudinis
fama compleuit,
Hiſtoricis materiem ſuppeditans,
Chriſtianis exempla,
Profanis admirationem,
Gentilibus gloriam.
Natus anno ſal. MDII.
Denatus MDLXXI.
Michael Iuſtinianus Abbas in coniunctum ſuum obſeruantiſſ.
Poſ. M. DC. LX.

A 29 GREGORIVS Formicinus electus 1572. die 13. Ianuarij, præfuit ann. 7. deceſſit 1579.

30 RAYNALDVS Corſus ex Inſula Melitenſi Gregorio ſucceſſit die 3. Augusti 1579. obijt 1592.

31 DOMINICVS Petruccius Typhernas præficitur die 27. Aprilis 1582. Romæ conſecratur in eccleſia ſancti Blaſij in Monte Citatorio per Cardinalem ſanctæ Seuerinæ die 17. Iunij, aſſiſtentibus Aliſano, Curſolano, & Acerrano epiſcopis, ſedit annis duobus, tranſlatuſque ad Brugnatenſem eccleſiam in Liguria anno 1584.



32 IOANNES Aloyſius de Mareſcottis, Bononienſis, Herculis Senatoris filius, Strongylenſis declaratur epiſcopus die 4. Ianuarij 1585. obijt in patria, tumulatus in eccleſia Corporis Chriſti, vbi magnificum eius ſepulchrum hoc cœnotaphium legitur.

D. O. M.

M. M. M. Ioan. Aloyſio Mareſcotto I. V. D. Epiſcopo Strungulenſi vitæ integritate, doctrina ſingulari, moribus ſuauiſſimo.
Vixit ann. xxxvij. m. v. d. xxj.
obijt vero anno ſalutis
MDLXXXVII.
iij. Non. Ian.
B *E. O. H. SS. V. M. B. P.*

33 CLAVDIVS de Mareſcottis Cyri filius, pari virtute deceſſori inſi[gnis] dignus, ex Monacho Oliuetano, & Abbate S. Michaelis de Boſco Bononiæ, Strongylenſis euaſit epiſcopus die 28. Feb. 1587. Romæ à Cardinale Gabriele Paleotto inauguratur in eccleſia S. Spiritus in Saxia, aſſiſten[tib]u[s] Annibale de Graſſis Fauent[in]o, & Vi[ncen]tio Caſalio Maſſano Epiſcopis, præfuit an. [.]. è viuis exemptus eſt Romæ 24. Febr. 1590. ætatis ſuæ 70.

C 34 CLAVDIVS Vi[..]us Anconitanus Claudio ſucceſſor eſt datus à Sixto V. die 2. Martij 1590. collabens epiſcopale palatium in meliorem formam reſtituit, exceſſit ſub Clemente VIII.

35 MARCELLVS de Laurentijs Neapolitanus ſucceſſit Claudio, obijt anno 1601.



36 SEBASTIANVS Ghiſlerius Alexandrinus protonotarius Apoſtolicæ Sedis, defuncti Marcelli dignitatem conſecutus eſt 1601. die 30.aprilis, Fratres Cappuccinos recepit, eiſque monaſterium condidit, Hoſpitale intra vrbis mœnia vnà cum eccleſia in honorem Beatiſſimæ Virg. Mariæ conſtruxit, vbi hæc inſcriptio,

Sebaſtianus Ghiſlerius Alexandrinus ſanctæ memoriæ Pij V. Pontificis Max. *conſanguineus, Epiſcopus Strongulenſis hanc Eccleſiam erexit, & ædificauit.*

Sedit laudatiſſimè annis multis, iamque pronectæ ætatis Coadiutorem accepit à Gregorio XV. Bernardum Piccolum cum ſpe futuræ ſucceſſionis, pauloque poſt piè obijt.

37 BERNARDVS Piccolus Vmbriaticenſis ciuis electus Archiepiſcopus Nicienſis, & Coadiutor Sebaſtiani, die 15.Decembris 1621.cui demortuo ſucceſſit,præfuitq; ad annum 1636. quo obijt.

38 SALVSTIVS Bartolus Etruſcus de Monte Sancti Sauini huius eccleſiæ Epiſcopus creatus eſt die 10. Nouembris 1636. ſpatio centum dierum in hac ſua eccleſia vixit, & è viuis exemptus eſt, & in Cathedrali ſepultus.

39 IVLIVS Dietaleuius Ariminenſis præficitur epiſcopus 14. Decemb.1637.ſedit menſibus quatuor, defunctus in Cathedrali iacet cum hoc epitaphio,

Iulio Dietaleuio Ariminen. inter proſpera & aduerſa pari animi magnitudine, ab Vrbano VIII. Strungulen. Eccl. inſignito dignitate.
Carolus frater germanus dictæ Eccleſiæ Epiſcopus ſucceſſor. Fratri amantiſſimo, alijſque Prælatis monumentum excidendum curauit.
A. D. MDCXLVIII.


40 CAROLVS Dietaleuius, Iulij frater ex Canonico Ariminēſis eccleſiæ fratri ſucceſſit, oſſa eiuſdem in nouo monumento, quod ſibi & ſucceſſoribus ſtatuit in Cathedrali tranſtulit ante aram maximam, addita inſcriptione.

Deo Saluatori Iulius Dietaleuius, & Carolus fratres germani Epiſcopi Strungulenſes hoc ſepulchrum Epiſcoporum erexere.

41 MARTINVS Denſes Mediolanenſis ex Cōgregatione Clericorum Summa ſcholarum Caroli ſucceſſor, è viuis eximitur anno 1655. iacet in Cathedra communi Epiſcoporum oſſuario, boni paſtoris de ſe apud poſteros relicta fama.

42 Fr.BLASIVS Mazzellus Neapolitanus Ordinis Prædicatorum electus die 25. Octobris 1655.

VMBRIATICENSES EPISCOPI.



VMBRIATICVM (olim *Bryſtacia*) mediterranea eſt ciuitas Calabriæ citerioris, mille à mari paſſibus diſtans, condita ab Oenotrijs, vt ait Stephanus, in rupe quadam, quæ horrendis præcipitijs munita, atque inacceſſa, neque populum propterea, neque Clerum habet valde numeroſum; & quidem in codice fiſci Regij cenſentur vrbanæ familiæ 160. In agro vero Vmbriaticenſi legitur manna, Fit

Fit goſſipium, & ſeſamas prouenit terebinthus, & cappares. Naſcitur alabaſtrites, & gipſum marmoroſum, & lapis molaris: extant & ſyluæ glandiferæ, in quibus venationes, & aucupia fiunt.

Epiſcopatus antiquus inter ſuffraganeos Archiepiſcopo S. Seuerinæ. Sub Sixto Papa III. & Valentiniano Imperatore habita fuit Rhegij Prouincialis Synodus ab Hilario Archiepiſcopo aduerſus Vmbriaticenſem epiſcopum, qui minus legitimè fuerat ordinatus. Vmbriaticenſis epiſcopatus mentionem facit Abbas Ioachimus, licet mendosè legatur Antiblacenſis; fuit autem epiſcopalis ſedes huc tranſlata ex paterno vrbe.

Cathedralis Baſilica titulo S. Donati, in vertice rupis, atque adeo in media ciuitate tres in naues diſtincta viſitur cum ſacra Turri, & Sacrario rebus diuino cultui neceſſarijs inſtructo, ac ſacris Reliquijs ornato, & ſacra ſupellectili pro loci conditione ſufficienter inſtructo. Hic aſſeruantur reliquiæ SS. Gregorij Papæ, Laurentij, Donati, Stephani, Gregorij, & Petronillæ, & fruſtula quædam veſtis Chriſti, & Beatæ Mariæ Virginis.

Sacris in ea miniſtrabant olim Canonici octo, quorum quinque in dignitate conſtituti erant, Archidiaconus ſecundus ab Antiſtite, Decanus, Cantor, Theſaurarius, & Archipresbyter, nunc ad quatuor tantum Sacerdotes reducti ſunt, qui & ipſi inopia laborant.

In ciuitate præter Cathedralem, parochialis eccleſia nulla, nullum virorum Cœnobium, Sanctimonialium ſeptum vnum, fidelium animæ iuxta mœnia degentium ſunt 600.

Diœceſis peranguſta, quatuor oppidis & tribus pagis continetur. Oppidorum maximum eſt Ciro, ſeu Ipſycrò epiſcopalis reſidentiæ, locus habitatur animabus 1800. cum quatuor parochialibus, quarum præcipua titulo S. Mariæ de Plateis. Hic etiam Seminarium eſt Clericorum decem, duo virorum Cœnobia, Xenodochium, & Mons Pietatis.

Secundum eſt Crucullem habitatum fidelibus 1130. cum duabus parochialibus, Cœnobio Auguſtinianorum, & Xenodochio.

Tertium eſt oppidum Caſuboni habitatum fidelibus 600, cum ſua parochiali, Cœnobio Franciſcanorum, & Hoſpitali.


Quartum eſt oppidum Meliſſæ habitatum fidelibus 888, cum tribus parochialibus, Cœnobio Auguſtinianorum, Hoſpitali & tribus laicorum Sodalitijs.

Pagi, ſeu Caſalia ſunt Tinghe habitatum fidelibus 105. Carfitij, quod Albanenſes, ſeu Epirotæ incolunt numero 316. quibus Græcus presbyter coniugatus ſuo ritu ſacra adminiſtrat, Caſale ſancti Nicolai de Alto; quod Albanenſes conſimiliter inhabitant numero 220. ſuo cum Græco Sacerdote.

In vniuerſum autem tota Diœceſis Vmbriaticenſis continet parochiales eccleſias tredecim, quarum decem Latini, tres Græci ritus exiſtunt. Populus Diœceſanus conſtituit animas 7599. quarum 4563. ſunt Latinorum, reliquæ Græcorum.

Clerici autem Latini per totam Diœceſim ſunt ferè ſexaginta.

Menſæ epiſcopalis annuus cenſus ducatorum Regni 2000. Taxa flor. 37 qui partim colliguntur ex feudis antiquiſſimis Maradiæ, ſancti Nicolai de Alto, & ſanctæ Marinæ, in quibus vtrumque gladium Vmbriaticenſis Epiſcopus habet, tametſi Maradiæ, & ſanctæ Marinæ diruta iaceant. Epiſcopi qui in ea floruerunt pauci ſequentes ſunt ex varijs monumentis à nobis collecti.



1 N. Vmbriaticen. Eccleſiæ Epiſcopus haud canonicè ordinatus. contra quem Hilarius Reghinus Archiepiſcopus Synodum ordinauit Sixto III. ſedente, vt Marafiottus antiquit. Calab. lib. 1. cap. 26. Poſt hunc incompertum eſt qui in hac ſede floruerint vſque ad annum 1122.

2 GERVASIVS Vmbriaticenſis epiſcopus, vt volunt, interfuit conſecrationi Catacenſis eccleſiæ, anno 1122.

3 EBRAS vixit temporibus Rogerij I. Regis, memoratur in documento Roperti ſucceſſoris.

4 ROPERTVS florebat in hac ſede Epiſcopus anno Domini 1167. qui hoc ipſo anno confirmauit monaſterium ſancti Stephani conſtructum, & dotatum à Rogero, & Guillelmo Regibus pro Monachis Baſilianis ſanctæ Mariæ de Patirio, Ebras Epiſcopo viuente, hac quippe addita conditione, vt Monachi Patiri quolibet anno offerãt eccleſiæ Cathedrali Vmbriaticen. in feſto ſancti Donati die 7. Auguſti amphoram olei, & candelas tres, epiſcopus autem Oleum ſanctum eodem tempore Monachis tribuat. Actum, ſcriptumque fuit pro hac re publicum documentum iuſſu Roperti

Epi-

Epiſcopi à Filotetto Monacho & Abbate ſanctę Marinæ, anno Mundi 6670. primæ Indict. qui fuit Chriſti 1167. Porrò documentum quod extat apud me, ſcriptum eſt in membrana Græco-barbaro charactere, vt vix intelligi potuerit. In principio hæc latinè ſcripta verba leguntur.

† *Ego Ropertus ſancta Eccleſia Vmbriaticenſis Epiſcopus hanc chartam meo iuſſu ſcribere feci.*

† *Ego Maurus Vmbriaticenſis, vel S. Donati Canonicus hoc totum, quod hec charta continet mea gratuita voluntate concedo & confirmo.*

Sequitur deinde Græcum documentum, & in fine latinè ſubſcribuntur teſtes.

† *Vu. Archidiaconus Vmbriaticenſis teſtis fui.*

† *Ego Bartholomaeus Canonicus hec confirmo.*

† *Ego Paganus Vmbriaticenſis Canonicus, vel ſancti Donati teſtis ſum.*

† *Ego Rogerus Canonicus teſtis ſum.*

† *Ego Paſchalis Canonicus teſtis ſum, & confirmo.*

Subſcripti deinde leguntur ſub his teſtibus, poſteriori tamen tempore, duo alij Vmbriaticenſes epiſcopi Roperti ſucceſſores, qui documentum confirmarunt in hæc verba.

† *Ego Peregrinus Vmbriaticenſis Epiſcopus hoc confirmo.*

† *Ego Raynaldus Vmbriaticenſis Epiſcopus hoc confirmo.*

Hactenus membranaceum documentum.

5 PEREGRINVS Epiſcopus ſucceſſor Roperti fuit, vt ex eius ſupra relata confirmatione habetur.

6 RAYNALDVS poſt Peregrinum immediatè ſedit, ex eodem documento ab ipſo confirmato, cætera eorum acta ſunt nobis ignota. Poſt hunc aliqui deſiderantur Epiſcopi.

7 CAPVANVS conſtituitur Vmbriaticenſis eccleſiæ epiſcopus à Gregorio IX. die 17. Kalen. Auguſti 1235. ex Reg. Vat. ep. 153. fol. 52. an. 9.

8 DIONYSIVS electus Vmbriaticenſis, confirmatur ab Alexandro IV. & commendatur Capitulo die 13. Kalen. Decembr. 1258. ita in Reg. Vat. ep. 292. fol. 164. an. 4. pontif. eiuſdem, & poſt hunc etiam plures deſiderantur epiſcopi.

9 N. Epiſcopus Vmbriaticenſis à Carolo II. Rege ſequens ſcriptum fauorabile pro ſua Eccleſia accepit anno 1306. quod extat in Regio Neapol. Reg.

Scriptum eſt Iuſtitiarijs, Secretis, cæteriſq; Officialibus per partes Calabriæ cōſtitutis tam præſentibus quàm futuris fidelibus ſuis &c. Venerabilis in Chriſto pater Vmbriaticen. Epiſcopus fidelis noſter noſtræ nuper expoſuit Maieſtati quod Caſalia ſanctæ Marinæ, ſancti Nicolai de Alto, & Marathiæ, quæ ſunt Vmbriaticenſis eccleſiæ propter præteritæ guerræ diſcrimina ſunt deſtructa. Cumque ſicut exponens aſſeruit antedictus caſalia ipſa rehabitari poſſint ſi homines illuc ad habitandum accedentes ſuper iuribus lignaminum galearum à quibus hi qui conſueuerunt ab hactenus habitare caſalia ſupradicta erant immunes, vt ponitur, & ab alijs oneribus quæ fidelibus noſtris alijs Regni Siciliæ per Curiam imponuntur per Officiales Curiæ mandaremus indebitè non grauari; Supplicauit humiliter, vt mandare benigniùs dignaremur homines accedere volētes ad habitationem caſalium eorundem ſuper iuribus lignaminum galearum, & oneribus alijs antedictis per vos contra conſuetum, & libitum non grauari. Cuius in hac parte ſupplicationem iuſtam vtpote admittentes fidelitati veſtræ præcipimus quatenus tam homines illos ſi qui ſunt, qui caſalia ipſa ad præſens inhabitant, quā eos, qui in antea illuc ad habitandum accedere ſponte voluerint, dummodo de demanio ipſo non exiſtant ſuper præſtatione iurium dictorum lignaminum galearum, & aliorum onerum prædictorum; nec vos cōpellatis aut grauetis contra conſuetum, & debitum, nec compelli, aut grauari de cætero permittatis. Præſentes autem literas poſt cōuenientem inſpectionem earum reſtitui volumus præſentanti efficaciter in antea valituras per Bartholomæum de Capua militem, &c.

Datum Neapoli anno Domini 1306. *die primo menſis Iunij* 4. *Indict.*

10 CHRISTOPHORVS electus Vmbriaticenſis epiſcopus à Ioanne XXII. ſolitum ſubſidium ſoluit ſacro Collegio die 20. Decembris 1333. præfuit ann. 14. & ad eccleſiam Biſinianenſem tranſlatus eſt anno 1346.

11 GVILLELMVS ex Archidiacono Catacenſi ſucceſſit Chriſtophoro ad hanc infulam euocatus à Clemente VI. anno ſalutis 1346. die 11. Kalend. Martij, ex Regeſt. Vatic.

12 MICHAEL Periſta ex Canonico electus per obitum deceſſoris die 4. Nouembris 1420. ex lib. Prouiſ. Præl. ſedit ann. 15. obijt verò anno 1435.

13 NICOLAVS de Martino Subdiaconus, & Duciſſæ Sueſſæ Conſiliarius immediatè ſucceſſit Michaeli, Non. Octob. tranſlatus deinde eſt ad Roſſanen. eccleſiam 1442. ex eodem lib.

A

14 TITVS, vulgo dictus Cicchus præficitur in locum tranſlati Nicolai 15. Kalen. aprilis ann. 1442. ex eodem lib. præfuit annis tribus, exceſſit anno 1447.

15 NICOLAVS ex Archipresbytero de Gurullo creatus 16. Febr. 1447.


16 FRANCISCVS electus à Sixto IV. 5. Id. Ian. 1475.

17 ANTONIVS Guerra Vmbriaticenſis epiſcopus vir doctus, & Squillacenſis principis Borgiæ Magiſter Romæ obijt adhuc florente ætate die 4. Augusti 1500. ſepultus in Sacrario Baſilicæ Vaticanæ cum hoc epitaphio pene exceſo, quod vix legi poteſt.

B

Antonio Guerræ Vmbriaticenſi
Epiſcopo I. V. conſultiſſimo,
qui vixit annis xlv. Scillacen.
Princeps alumnus conſummati
Doctoris memoriæ, grato affectu proſpiciens hoc monumentum benemerenti poſuit.
Anno ſal. MD. iv. Aug ſti.

C



D

18 MATTHÆVS Senenſis electus eſt poſt deceſſum Antonij ab Alexandro VI. anno 1500. vita functus eſt Romæ 1507. Iacet in eccleſia S Thomæ in Parione cum hoc epitaphio in marmore exarato.

D. O. M.

Matthæo Epiſcopo Vmbriaticenſi, patria Senenſi, diuini, humaniq iuris perito qui vixit ann probe lxx. MDVII.
Nicolaus Presb. Card. de Fliſco.
ob familiaritatem diu ſibi præſtitam
B. M. P.

19 MARCVS poſt Matthæum Epiſcopus huius eccleſiæ renunciatus eſt, & poſt aliquor annos eo munere ſe exſoluit die 15. Septembris 1516.



20 NICOLAVS de Fliſco huius eccleſiæ Adminiſtrator factus eſt die 10. Septembris 1516. poſt paucos dies illam cum regreſſu dimiſit ad fauorem ſequentis.

21 DESIDERIVS Canonicus Regularis Lateranenſis ex ſupradicti Cardinalis ceſſione Vmbriaticenſem pontificatum obtinuit die 17. Septembris 1516 præfuit annis quatuor, inde id onus depoſuit an. 1520. die 20. Martij.

22 ANDREAS Card. de Valle, cedente regreſſum, quem ad hanc eccleſiam habebat Card. de Fliſco, Commendatarius Vmbriaticenſis factus eſt eadem die 20. Martij 1520.

23 IO. MATTHÆVS Luciferus Crotonienſis Andreæ Card. ſuperioris familiaris obque ſuas animi dotes, Cardin. cedente, creatus eſt huius eccleſiæ Epiſcopus anno 1523. munus conſecrationis vnà cum Hieronymo Nicoterenſi accepit ab eodem Card. in eccleſia ſanctæ Mariæ Maioris die 17. Ianuarij 1524 ſedit menſes 11. ad Crotonienſem epiſcopatum tranſlatus eſt 14. Nouemb. 1524.

†



24 IOANNES Cardinalis Piccolomineus delectus eſt Vmbriaticenſis eccleſiæ Commendatarius 14. Nouembris 1524. quam deinde reſignauit anno 1530.

25 IOANNES IACOBVS Luciferus Archidiaconus Crotonienſis ad hanc ſedem promotus eſt à Clemente VII. die 20. Martij 1530. ſedit cum laude prudentiæ an. 17. Deceſſit anno 1547.

26 IOANNES CÆSAR Foggia archidiaconus Roſſanenſis demortuo Lucifero ſucceſſit die 3. Martij 1547. Interfuit Concilio Tridentino, & in ſenectute bona quieuit.

27 PETRVS Bordonus die 10. Martij 1567. obijt 1578.

28 VINCENTIVS Ferrerius Biſinianenſis, antea Epiſcopus Montis-Piloſi die 2. Iunij 1578. huc tranſlatus eſt per obitum Petri, poſt annum elapſum à poſſeſſione mortalitatem expleuit.

29 ÆMILIVS Bonuinus Coſentinus ſucceſſit die 18 Maij 1579. præfuit laudatiſſimè annis plus minus 13. obijtque anno 1592.

30 ALEXANDER Filarettus Iuriſconſultus celebris Aquilanus à Clemente VIII. fuit Æmilio ſubrogatus 1592. die 26. Febr. Deceſſit anno 1610.

31 PETRVS Baſtonus Alexandrinus vtriuſque Signaturæ Referendarius à Paulo V. ad hanc ſedem eſt euectus die 26. Ianuarij 1611 obijt 1622.

32 BENEDICTVS Vaez Hiſpanus hanc eandem ſedem obtinuit à Gregorio XV. die 7. Maij 1622. quam cum per vndecim ferè annos conſultè adminiſtraſſet, fato ceſſit anno 1632.



33 ANTONIVS Ricciullus Calaber ex oppido Rogliani Epiſcopus Bellicaſtrenſis huc tranſlatus 14. Kalen. Martij 1632. ſedit in hac eccleſia ann. 7. iterumque tranſlatus eſt ad Caſertanam eccleſiam, mox ad Cuſentinum Sacerdotium. Supra fores Sacrarij Cathedralis Canonici Vmbriaticenſes amoris ergò optimi Præſulis memoriam perennarunt.

D. O. M.

Antonio Ricciullo iam Vmbriaticen. Epiſcopo. nunc archipræſuli, & totius Regni Neapol. Apoſtol. Inquiſitori eximio, & multipliciter benemerito.
Capitulum Vmbriaticenſe grati animi monumentum P.
Anno Domini MDCXLII.



34 BARTHOLOMÆVS Chriſconus nobilis Neapolitanus ex vtriuſque Signar. Referend. delectus eſt Vmbriaticenſis Epiſcopus die 28. Martij 1639. egregia fama virtutis per octo omnino annos illam rexit, tranſlatuſque eſt ad eccleſiam Caſertanam anno 1647.

OCTA-



35 OCTAVIVS Podericus Neapolitanus Patritius, electus die 27. Maij 1647. vix triennium in hac ſede exegit, & mortuus eſt anno 1650.

36 DOMINICVS Blanditius Neapolitanus Octauio ſucceſſit die 27. Iunij 1650. obijt 1651.

37 Fr. THOMAS Thomaſonus Romanus Ord. Præd. S. Theologiæ Magiſter ſubſtituitur die 8. Ianuarij 1652. Exceſſit non ſine ſuſpicione propinati veneni ann. 1655. Iacet in Cathedrali in communi prædeceſſorum ſepulchro.

38 Fr. IOSEPH Rubeus Neapolitanus Ord. Conuentualium S. Franciſci S. Theologiæ inſignis Doctor, in Polonia olim Commiſſarius, varijſque in Ordine functus muneribus, tunc Card. Philamarini Theologus, ad hanc Infulam aſcendit die 5. Iulij 1655. defunctus eſt ann. 1658. die 5. Nouembr. ſepultus in Cathedrali.



39 ANTONIVS Ricciullus Antonij prædeceſſoris nepos electus Vmbriaticenſis epiſcopus ab Alexandro VII. Pont. Max. anno 1659. ſequenti, defunctus eſt menſe Iulij in oppido Caſæbonæ.

40 VITELIANVS Mareſcanus Catacenſis, Gaſpari & Hippolytæ Bibliæ nobilis Cuſentinæ filius, Franciſci Bibliæ Epiſcopi Inſulenſis nepos ex maiori Cappellano, ac Pœnitentiario Cathedralis Catacenſis electus eſt Vmbriaticenſis epiſcopus ab eodem Alexandro VII. Pont. Max. die 15. Februarij 1661. Romæ conſecratus ad gregem ſibi commiſſum bene moderandum ſtatim profectus, pergit optimi Paſtoris exemplo oues ſuas ad paſcua ſalutis traducere.

FINIS.

ANO-

ANONYMVS

De rebus Frederici Imperatoris, Conradi, & Manfredi Regum eius filiorum.

Ex peruetuſto M.S. exemplari olim bonæ memoriæ Pirrhi Aloyſij Caſtellomatæ Epiſcopi Aſculani apud me in domeſticis monumentis ſeruatum nunc primum editum publicæ donatur curioſitati.

DE FREDERICO IMPERATORE:

INTER eos, quos memoria hominum habet, ac antiqua ſcripta commemorant Romano præfuiſſe Imperio, Fredericus Imperator ex patre aliquando Imperatore clariſſimam ducens originem, ipſius Imperij dignitatem ſapientia, & generoſitate ſua cæteris amplius decorauit, vt maiorem decorem ipſe Imperio, quàm ſibi Imperium contuliſſe probetur. In pupillari quidem ætate ſuæ, poſt vtriuſque parentis mortem, inter tyrannos ſe, ſuamque ſubſtantiam lacerantes, quaſi agnus inter lupos, diuina tantum eum dextera protegente remanſit, donec ad puberes annos perueniens. Innocentio Papa III. Romanæ Eccleſiæ præſidente, Oddonem Imperatorem qui poſt acceptum Imperium ad Regnum Siciliæ pretioſam pupilli hæreditatem manus extenderat, cæleſti magis quàm terrena virtute ſuperauit, & vindictam, ſubſequendo tyrannos, accepit: adeptuſque eſt coronam Imperij tam electione Principum, quam auita, & materna ſucceſſione.

Honorio Papa III. Sedem Apoſtolicam gubernante. compoſitaque Alamania ſub præſidiatu Henrici filij ſui primogeniti, quẽ ex conſorte ſua Imperatrice Conſtantia Hiſpana ſuſceperat, ipſe Siciliam aggreſſus Saracenos qui tempore pupillaris ætatis eius rebellantes, ſe in excelſis montibus collocauerant, potentiæ ac ſapientiæ ſuæ armis de montibus in plano deiecit, & magnam tunc eorum partem; proceſſu vero tẽporis omnes penitus Saracenos ipſos in Apuliam ad habitandum ſub debita ſeruitute in locum qui dicitur Luceria miſit.

Deiectis autem Saracenis, totoque Regno in pace ſtabilito, transfretauit ad Regnum ſuum Hieroſolymitanum, in quo Saraceni Vltramarini, nominis in ſui præiudicium, quoniam in ſepulchro Domini, in Chriſtianæ fidei cõtumeliam ſuperſtitionis ſuæ turpitudines operabantur: cumque ſtatum ipſius Regni reformare intenderet, intellecto quod Gregorius Papa, qui Honorio ſucceſſerat, immiſſo in Siciliæ Regnum exercitu iam vſque Apuliæ confinia, ipſum in abſentia Imperatoris recepiſſet, prout temporis breuitas patiebatur, Regni Hieroſolymitani ſtatu compoſito in Regnum Siciliæ ingreſſus eſt, propulſatoque externo exercitu extra Regni fines, & regnicolarum ſuorum turbatione ſedata, ad partes Italiæ & Alamaniæ, quas eadem cauſa turbauerat, potenter acceſſit: indeque remouens Henricum primogenitum ſuũ, quem prius æmulorum ſuggeſtionibus contra ſe mutatum inuenit, quaſi viſcera ſua extra ſe videns ipſum in Calabriam miſit, ordinatoque Conrado ſecũdo filio ſuo in Alamania loco ſui quem Imperatrix Iſabella Hieroſolymitana ſibi genuerat, in Lombardiam venit, vbi primo ciuitatem Vicentiæ, & Imperio rebellantem potenter expugnauit: deinde Mediolanenſes, & complices rebelles imperij campeſtri conflictu, capto ipſorum exercitu debellauit, pluresque Lombardiæ magnates in ipſa expugnatione captos carceri ſuo in Regnum miſit adactos. Brixiam quoque circumquaque vaſtauit; Fauentiam mirabili obſidione circumdatam ad deditionem coegit: pluresque alias ciuitates in Lombardia & Tuſcia, quæ contra Imperium rebellauerant potentiæ ſuę viribus ad ſubiectionem debitam acclinauit.

Quaſdam quoq; ciuitates in Regno fundauit & conſtruxit, videlicet Auguſtam, & Heracleam in Sicilia, Montis-Leonis & Alitheam in Calabria, Dordinam & Luceriam in Apulia, Flagellam in Terra Laboris contra Ceperanum.

Deſtruxit autem quaſdam ciuitates alias tempore minoritatis ſuæ, alias quę poſt ſibi rebellauerant, videlicet in Sicilia Centorbium

A Bijum, Capizium & Traianam in prouincia Beneuentana Beneuentum, in Apulia ſanctum Seuerum.

Vir quidem fuit magni cordis, ſed magnanimitatem ſuam multa quæ in eó fuit, ſapientia temperauit, vt nequaquam impetus eum ad aliquid faciendum impelleret, ſed ad omnia eum rationis maturitate procederet, multoque ſane feciſſe maiora quoniam fecit ſe cordis ſui motibus poſſe abſq; freno philoſophico moderamini obtemperaſſe, vtpote qui philoſophiæ ſtudioſus erat, & quam & ipſe in ſe coluit, & in Regno ſuo propagari ordinauit.

Tunc quidem ipſius felici tempore in Regno Siciliæ erant literati pauci, vel nulli, B ipſe vero Imperator liberalium artium, & omnis approbatæ ſciẽtiæ ſcholas in Regno ipſo conſtituit, Doctoribus ex diuerſis mũdi partibus per præmiorum liberalitatem accitis, conſtitutoque tam eis ſalario, quam pauperibus auditoribus ſumptum de ſui ærarij largitate, vt omnis conditionis & fortunæ homines nullius occaſione indigentiæ à philoſophiæ ſtudio retraherentur.

Ipſe quoque Imperator de ingenij ſui perſpicacitate, quæ præcipuè circa ſcientiam naturalem vigebat, librum compoſuit de Natura, & Cura Auium: in quo manifeſtè patet in quantum ipſe Imperator ſtudioſus fuerit philoſophiæ. Iuſtitiam quoque C ſic dilexit & coluit, vt nemini vetitum eſſet etiam cum ipſo Imperatore de ſuo iure cõtendere, nec ſuffragaretur ſibi fauoris Imperialis eminentia quominus ei eam concederet, & iuſtitia eſſet æqualis. Nullus aduocatus contra ſe alicuius quantumcunque pauperis aſſumere patrocinium dubitaret, cum & ipſe etiam Imperator hoc licitum fore ſtatuerit, gratius reputans ſeruari etiam contra ſe iuſtitiam, quam habere de lite victoriam.

Iuſtitiam autem ſic coluit, vt tamen rigorem ipſius nonnunquam clementia temperaret: nam cum prædictus Papa Gregorio concilium contra eum in Vrbe congregare vellet, ad quod omnes ferè Prælati D Vltramontani vocati per mare cum ſtolio Ianuenſium præmunitiſſimè veniebant, Admiraus Imperatoris qui deputatus erat ad cuſtodiendos tranſitus maris nauali bello Ianuenſium expugnauit, omneſque Prælatos cum duobus Cardinalibus Legatis Apoſtolicæ Sedis qui prælatos ipſos ad Concilium euocauerant, cepit, & vinculatos in Regnum duxit. Sed Imperator * . . . . magis Deo quàm ſibi ſatisfaciens, liberatos abire permiſit: Proinde ipſum varijs hinc inde aduerſitatibus ex æmulorum ſuorum ſtudio concuſſum, ſed nullo modo deiectum, ſola virtus ſagacitatis protexit: & licet eum quandoque aliquorum domeſticorum ſuorum ſtudio concuſſum perfidia inſurrexiſſet, eorum conſpiratione iam publicata, etiam in ipſius necem familiaris ſe gladius exemiſſet; licet etiam in ipſius necem ex fortium Lombardorum coadunatum magnitudini cordis eius incomparabili improuiſum obiceiſſet victoriæ ſuæ caſum, ipſe tamen vſque ad vltimum fati ſui diem glorioſus, & per totum orbem terrarum admirabiliter vixit, & qui omnibus fuerat inſuperabilis, ſolius mortis legi ſuccubuit.

Mortuus eſt autem ipſe Imperator apud Florentinum in Capitanata Apuliæ . . die menſis Decembris 9. Indictionis ſuperſtitibus ſibi Conrado, quem ex Hieroſolimitana, Manfredo quem ex Italica, & Henrico minore quem ex Anglien. conſorte ſuſceperat; conſtituitque ſibi hæredem memoratum Conradum Romanorum in Regem electum, qui præmortuo Henrico maiore in Calabria primogenitus remanſerat inter fratres; ipſi autem Conrado hæredi inſtituto tam in Imperio, quam in Regno, minores fratres videlicet Manfredum & Henricum ſubſtituit.

Cum autem idem Conradus eſſet in Alamania, dictus Manfredus quem Imperator præ cæteris filijs dilectiſſimum, & in aula ſua nutritum ſuiſq; documentis inſtructum Principem Tarenti conſtituerat conceſſit ſibi Comitatus Grauinæ, Tricariei, & Montis Caneoſi, necnon & Honorem Montis Sancti Angeli, quem Imperator ipſius Principis matri, quam ſummè dilexerat, donatione fuerat elargitus, generalis Balius ipſius Regni Siciliæ agerer, & illi qui ab Imperatore remuneratione aliquam obtinuerat de ſuo arbitrio prouideret: poſtquam autem Rex veniret in Regnum, ipſe Princeps Principatum Tarenti, & totam terram ſibi prælegatam teneret in capite, & merũ imperium, in ea tanquam Dominus eſſet; vtpote in cuius indole præcognouerat pater quis qualiſque Princeps futurus eſſet. Formauit enim ipſum natura gratiarum omnium receptabilem, & ſic omnes corporis ſui partes conformi ſpecioſitate compoſuit vt nihil in eo eſſet quo melius eſſe poſſet: à pueritia enim paternæ philoſophiæ inhærens oſtendebat per certa ingenitæ diſcretionis inditia, quantum in maiori ætate prudentiæ eſſet habiturus, & qualiter ipſe erat per quem domus Auguſta gubernari poterit, & in ſtatu gloriæ conſeruari; & non ſine cauſa Manfredus vocatus fuerit; quaſi manẽs Frederico, in quo quidem viuit pater, iam mortuus, dũ paterna virtus in ipſo manere cõſpicitur. Vel Manfredus, id eſt Manus Frederici vtpote ſceptrum tenere dignus eſt, quod manus paterna tenuerat. Vel Manfredus id eſt Mens Frederici, ſiue Memoria Frederici, quaſi in eo mens; vel per eum memoria Frederici perduret. Vel Manfredus

fredus ideſt minor Frederico, maiori oblato ſubereſcens. Vel Manfredus, ideſt Mons Frederici, ſiue Munitio Frederici, in quo videlicet Frederici nomen & gloria vltro vſq; in monte, ſiue munitione excelſa quaſi ad ſepulchrum poſterorum ſeruata conſiſtunt, vt per quamcũque vocalem etymologiam ipſius nominis varietur, paterna ibi res, & nomen inueniatur. Nec immerito ad tam prælati nominis etymologiam cunctæ vocales literæ pro ſua qualibet diuerſitate cõueniunt, vt liquido demonſtretur talem eſſe perſonam hoc nomine denotatam, quæ ad regimen vniuerſale conueniat, vt ſicut cæteræ literæ, nullum quidem per ſe ſonum efficiunt niſi vocalibus adiungantur, vocales autem per ſe ad ſoni perfectionem ſecundum aliarum literarum adiectionem ſufficiunt, ſic perſona Principis rem nomenque paternum in ſe per omnium vocalium varietatem concludens, ea eſſe videatur ſecundum quam vniuerſale regimen per ſe ſubſiſtere nequeat, & quæ ad idem regimen adminiculo alieno nõ indigens ſola perfectè ſufficiant: & ſic nihil eſt quod ſiue vocabulo aliquo exprimi poſſit, aut ſcribi, ita nihil eorum ſit quæ in patre Auguſto ad vniuerſale regimen conuenerunt, quod filio tam ex paterni nominis ſpecie, quàm ex ſuæ ſapientiæ mutatione non congruat. Cum igitur ipſe Imperator plures genuerit filios prudentes quidem atque magnificens paternaſque virtutes particulariter imitantes, iſte tamen Princeps Manfredus paternarum gratiarum atque virtutum hæres fuit vniuerſaliſque ſucceſſor, vt ius primogenituræ quod ſecundum carnem apud aliquos ex fratribus ſuis erat, ex præfiguratione aliqua in filijs Iſaac atque David, in eum eſſet diuinæ prouiſionis conſilio transferendum.

Erat autem idem princeps annorum xviij. cum defuncto Imperatore balium fratris ſui Conradi Regis in Italia, & Regno Siciliæ paterna ſibi commiſſum diſpoſitione gerere cœpit, miſitque Henricum fratrem ſuum minorem ad gubernãdam Siciliam, & Calabriam vice ſui, vt homines regionum illarum in ipſius pueri facie Imperialem aſpicientes memoriam ſpeciemque Regiam conſiderantes quietem ſperarent, & conſolationem acciperent de turbatione quam eis mors Imperatoris ingeſſerat; ipſe vero Princeps in Terra Laboris proceſſit.

Cum autem Imperatore mox mortuo crederetur maximam turbationem in toto Regno eſſe futuram, ſicut ſæpe ſolet contingere in obitu Dominorum: tale tamen regiminis ipſius principis fuit ex Dei nutu principiũ, quod ex morte Imperatoris nulla quodammodo viſa fuit interruptio facta paternæ tranquillitatis & pacis, ſed continuatio dominij patris ad filium idem videbatur eſſe regimen principis, quod fuerat Imperatoris: Curiam enim paternam om-

A nibus officijs integram, ſtipendijs quoque, præſtationibus & libertatibus conſuetis in nullo diminutam reſeruauit, vt de priori ſtatu, vel iuriſdictione iuſtitiæ, vel in alijs nihil penitus videri poſſit immutatum. Habebat quoque ſecum conſiliarios patris ſui circumſpectus adoleſcens, & ætatis ſuæ facilem, ſed non irrationabilem ſenſum illorum maturitate cõponebat, vt in hoc etiam ſapientiſſimus perpenderetur, quod lubricum licentia iuuenilis ætatis, ad cuius moderamen innata ſibi prudentia ſufficere poſſet alienæ etiam ſapientiæ neceſſitate tractaret: non quidem imitans ſuperbum & ignarum filium Salomonis, qui dum ſe-

B niorum conſilia ſpreuit, & iuuenilium, vel coætaneorum ſuorum ſuaſionibus adhæſit paterni Regni diuiſionem in diebus ſuis vidit, & ſeruum patris ſui paſſus eſt in Regno conſortem. Ille quidem imprudens imprudentium vtens conſilijs, factus eſt imprudentior: iſte vero princeps philoſophiæ filius & alumnus ex ingenita ſibi habuit ſapientia, vt ſapientum conſilia, quamquam neceſſaria ſibi non eſſent, veneraretur, ne vel in hoc argueretur minus habere ſapientiæ ſi forte aliorum conſilio vti dedignans ſuæ tantum prudentiæ inniti videretur; & ideo dum ſibi, & gloriæ ſuæ quodammodo in hoc ipſe diminuit, quod plenitudinem

C gratiæ, quæ in ſe erat, adiectione quoque alienæ ſapientiæ indigere ex virtute reputauit, diuina ſibi gratia, quæ humilibus præſto eſt ſemper affuit, vt ſuper humanum modum, & omnem credulitatem in cunctis ſuis proceſſibus proſperaretur.

Poſt modicum enim tempus à morte Imperatoris ex qua, etſi non in aperto, in occulto tamen multorum ſunt corda concuſſa, cœpit in Terra Laboris & Apulia quædam occulta fieri coniuratio, non abſq; aliquorum inſtigatione, qui olim honoris & nominis Imperialis æmuli fuerant, quæ quidem coniuratio in Apulia, in Andrenſibus, Fogitanis & Barolitanis. Apud Terram La-

D boris in Capuanis & Neapolitanis primò viſa eſt manifeſtari. Rebellantibus autem Neapolitanis & Capuanis, factaque ab eis confœderatione, cum quibuſdam ipſarum partium magnatibus, qui propter odium & inimicitias Bertholdi Marchionis de Honebruch à principis latere diſceſſerunt. Princeps autem à prędictis Magnatibus precum ſpe dimiſſus, imò eos ſibi eſſe aduerſarios cognoſcens, cum non haberet tunc tantas armatorum hominum vires, vt prædictas ciuitates & magnates oppugnare poſſet, venit in Apuliam. & exercitu ibi congregato ad expugnationem prædictarum ciuitatum & magnatum potentior interea teneretur.

Cum autem in Apuliam veniſſet nec adhuc coniuratio eſſet in Apulia publicata, conſtituit ſtipendiarios ſuos Theutonicos

A manere in Troia ſub quodam Capitaneo eorum nomine Hegano, qui tempore Imperatoris Capitaneus fuerat Theutonicorum in Marchia Anconitana, vbi multum prudenter & ſtrenuè ſe geſſerat. Dimiſſis igitur Theutonicis ipſis in Troiam, ipſe Princeps cum familia ſua Fogiam proceſſit: cumque poſt paucos dies Theutonici prædicti armati omnibus armis quaſi ad pugnam veniſſent de Troia ad Fogiam, & ſe exclaraſſent in aciem ante ciuitatem, miſerunt ad Principem quem ſciebant tunc pecuniam non habere, vt Princeps eis ſtipendia daret. Huc enim dare videbatur eorum intentio, vt Principe non valente eis dare ſtipendia propter defectum pecuniæ quem **B** tunc patiebatur ipſi contra eum in ciuitatem Fogiæ venirent, vt eos diſrobarent. Princeps autem magnanimus nullo modo fecit armari ſuam familiam, & Fogitanos, ſed prædictis Theutonicis ſic animosè per ſuos nuncios reſponderi fecit. Vos numquid contra me armari veniſtis? ſed ſi me amplius cogitis ſic cōtra vos muuitus exibo, & me eſſe Imperatoris filium cognoſcetis: ſi ergo ſtipendia petitis, mittite quatuor ex vobis inermes, vt decet, & vobis reſpondebitur, vt decebit. Audientes itaq; Theutonici huiuſmodi alta Principis verba, & videntes quod non erat Princeps homo vel corde, vel genere cui vis aut metus potuiſſet inferri, pœnitentes de eo quod ſic im- **C** prouidè fecerant, miſerunt quatuor ex eis inermes ad Principem, qui de ſtipendijs reſpondit, vt decuit, & de ipſorum præſtatione prout potuit in illa temporis neceſſitate prouidit.

Poſt paucos vero dies Princeps quemdam apud Andrenſem ciuitatem enormia contra ſtatum pacis, & fidei Regiæ de nouo audiens commiſiſſe, illuc cum exercitu ſuo proceſſit, ſcire volens an vera eſſent ea quorum clamor ad ipſum de illa ciuitate peruenerat. Ante autem quam ad ciuitatem appropinquaſſet exercitus, cuncti penè Andrenſes ciues tanquam ſibi conſcij, dimiſſa ciuitate, mulieribus tantum, paruuliſque **D** relictis à ciuitate fugerunt. Terruerat enim eos Principis famoſa potentia, conſcientiaque læſa pupugerat. Cum autem ante Principis faciem ſtare non poſſent: Princeps autem aduertens in multorum ſtrage, non peccantium ſecuritati eſſe detrahendum, ciues ad ciuitatem ipſā reuerti iuſſit, & prout magnificentiam ſuam decuit eis remiſit pœnam quam iuſtè meruerant, & alia pœna quæ correctionem potius quàm perniciem ipſis induceret eos mulctauit, & deinde apud Luceriam profectus eſt, vbi audiuit quod iam Fogitani aggeribus circumcirca vallare ſe cœperant, & præter ſolitum ad pulſationem campanæ populo conuocato conſilia quædam non ſine certa ſuſpicione tractabant.

Princeps autem orientis morbi materiam antequam inualeſceret præcedere ſatagens cum exercitu ſuo de nocte procedēs ante Fogiam ſummo diluculo repente diſpoſitis hinc inde aciebus apparuit: cumq; Fogitani mane ſummo Principis exercitum, de quo quidem nihil in nocte præcogitauerant, ante ciuitatem vidiſſent, ſubito tremore concuſſi, quaſi in erroris ſui primordijs deprehenſi, & Principis ſagacitate præoccupati antequam munire ſe poſſent, miſſis ad Principem eorum nuntijs veniam ſuppliciter poſtulantes egreſſæ mulieres ciuitatis ipſius crinibus reſolutis ad pedes Principis implorantes cum lachrymis eius miſericordiam. Princeps vero lachrymoſa ciuium ſupplicatione permotus licet rigorem in eos iuſtitiæ ratinoabiliter exercere potuiſſet, & eorum pœna, terror & correctio foret aliorum in exemplum, tamen ſic erga eos pietate vti voluit, vt nec veniam eis negaret, nec delictum eorum penitus impune dimitteret; facienſque vnum ex iuſtitia, & miſericordia temperatum, ne videretur in iuſtitia rigidus, nec in manſuetudine diſſolutus. Pœnam etenim corporalem quā ex delicto incurrerant in pecuniariam pœnam benignè conuertens, aggeres, quibus ſe circumquaque vallauerant explanari mandauit. Delictum quidem Fogitanorum adeo fuerat pernicioſum exēplo, quod quæcunque eorum citra ſanguinem pœna fuit, magnæ lenitatis ipſis apparuit. Princeps enim qui non ad deſolationem, ſed ad correctionem & regimē populi natus erat, hoc agebat in pœnis delinquentium, ne eſſent quos peccare pœniteret, niſi peccantibus vitam adimeret, quid emendaret correctio non haberet: in plectendo quidem, & cōgnoſcendo hæc erat eius intentio, vt vita hominum corrigeretur, non vt per pœnam penitus tolleretur: quæ ſuſpicione carere non ſolent. Conſtituerant enim ſibi conſiliarios in ciuitate præſidentes, & formam iudiciorum ſolitam tranſmutantes, non iam apud Præſidem à Principe conſtitutum, vel apud loci Baiulum ex more ordinatum criminales aut ciuiles querimonias cauſaſque tractabant, ſed apud prædictos Conſiliarios nouiter creatos petendam ſibi exequēdamque iuſtitiam decernebant, prætendentes alias fidem, & obedientiam Regiam, & ſe ad nouitatem illam proceſſiſſe ſalua fidelitate Regis aſſerebant. Quod vbi Princeps audiuit, volens an ea quæ dicebant vera eſſent experimento cognoſcere, ciuitatis ipſius vniuerſitati mandauit, vt eorum aliquos pro parte omnium ciuium ad ſuam præſentiam mitterent: cumque nuntij ciuitatis ad ipſius præſentiam iuxta ſuum mandatum acceſſiſſent, alloquutus eſt eis Princeps, vt decuit, reducens inter alia ipſis ad mentem iuramentum fidelitatis, quod ſibi tam ipſi, quam alij Regnicolæ tem-

tempore aſſumptionis prædicti Balij pro Regis parte præſtiterant, ex cuius forma iuramenti tenebantur ſibi ad terram Regis tuendam præſtare ſubſidium. Licet enim potentia & induſtria eiuſdem Principis magna eſſet, tamen ipſa, & virtus in actum prodire non poterât ſine operatione ſubſidioque fidelium. Quantum enim ad vires corporis attinet, nullus quidem eſt qui per ſe quantumcumque fortiſſimus ſit, ad regimen vniuerſale ſufficiat, ſed ea eſt potentia, ea virtus in mundi rectoribus, vt habeât cum quibus, & per quos animi ſui virtutes exerceant; vt in hoc maximè rectorum induſtria, virtuſque probetur, quod rudes animos aliorum, & vires, quæ ſine exercitio in aliquibus habentur inutiles conſilio & moderamine ſuo ad laudabilia vtilium operum experimenta ratificant, atq; diſponũt: ſicque in rectore potentia creſcit, & gloria dum ſubiectorum ſibi ſubſidia, & vires aſſiſtunt: decreſcit autem & deperit ſi ea ſuo præſidio ſubtrahuntur. Quemadmodum inutiliter bonus eſt artifex ſi neceſſaria ſibi ad artificium inſtrumenta deficiant: ſit autem eius peritia ex opere luculentior ſi inſtrumenta habeat quibus operetur.

Hac itaque ratione Princeps cum per id tempus neceſſariũ ſibi eſſet ſubſidium tam illorum quàm aliorum Regni fidelium contra Neapolitanos & Capuanos, qui rebellionem ſuam iam probauerant, requiſiuit eos ex debito fidelitatis, & præſtiti ſacramenti, vt ſubſidium ſibi hominum armatorum præſtarent, quam requiſitionem taliter fieri alia quoque cauſa ſuggeſſerat, vt videlicet ex reſponſionis eorum qualitate comprehenderetur qualis eorum animus eſſet. Nuntij vero recepta Principis requiſitione reuerſi Barolum inſinuauerunt hoc populo ciuitatis. Quo audito populus quidem concitatus eſt, ſed interiores motus explicare non volentes in publicum remiſerunt ad Principem nuntios vacua ſibi verba referentes: metiebantur enim eius ex ætate prudentiam, fruſtra cogitantes expectationem eius inanibus promiſſis obedire, & ſe melius interim præmunire. Princeps autem cuius induſtria prauos eorum motus diſſimulare nouerat, ſed neſcire non poterat interea proceſſerat ad oppidum Cannarum, quod à Barolo ſex fere millibus diſtat, ibiq; nuntius Barolitarum remiſſos ſecunda vice recepit, auditiſque ipſorum verbis, ſenſuq; verborum medulliter intellecto remiſit eos, vt certum ſibi reſponſum non ſuſpenſiuum, ac dubium à ciuitate referrent, quibus redeuntibus Barolum nec aliquo deinde reſponſo à Barolitanis Principi facto, ſolertiſſimus Princeps manifeſtam agnoſcens eorum fraudulentiam quam iam diſſimulare amplius dedecebat; conſiderans etiam quod diſſimulatio manifeſta eorum ſceleris amplioris poſſet eſſe cauſa victoriæ: cum fere omnes maiores ciuitates Apuliæ coniurationis illius conſciæ, vel participes eſſent propter quod ſi exorienti ſcandalo à principio non occurreret maiorem ſibi laborem inantea generaret: cum exercitu ſuo ante ciuitatem Baroli profectus eſt, videnſque viros in propugnaculis ſtantes armatos, portaſque ciuitatis obſeratas, primò quidem verbis pacificis ingreſſum ſibi ad ciuitatem Regiam dari popoſcit, cumque illa non verbis, ſed ſagittis reſponſum ſibi dediſſet; imperauit magnificus adoleſcens circumſtantibus viris portas ciuitatis violenter aperire: cum autem illi propter ſagittas ab intus venientes propius dubitarent accedere: Princeps moræ impatiens, talemque pati reſiſtentiam alto corde dedignans; puſillanimitatem ipſorum ſuorum increpans, qui inſtantis victoriæ gloriam degeneri timore calcabant, ipſemet mœnibus ciuitatis appropinquare non dubitans deſcendit de equo ſuo, & ad aperiendas portas animoſum fecit initium, ex quo quidem omnes animati ſunt, & accenſi quod vitæ iacturam honori & gloriæ poſtponentes non iam tela paueſcant, ſed vincendi cupidine cuiuſcumque caſus diſcrimina terroreſue ſuperarent. Vno itaq; omnium impetu facto remotis lignaminum diuerſimode oppoſitionibus, portiſque violenter effractis ipſe Princeps de primis introeuntibus vnus fuit, multique de exercitu ſuo, qui de ingreſſu deſperauerant vexillo Principis intus in ciuitatẽ profecto, eamdem ingreſſi, Principem iam intus eſſe admirabantur. Quis enim tantam ſibi ineſſe crederet in illis adoleſcentiæ annis audaciam? cuius ætas ne dum ad armorũ exercitia, ſed etiam ad experienda ipſorum præludia vix reputabatur idonea. Quis vnquam corde conciperet puerum in delicijs Imperialis aulæ nutritum, cuius artus teneros adoleſcentis paternus amor ſine armorum compreſſione gaudebat, in tantam ſubito poſt patris mortem mutaſſe duritiem, vt armorum vſui eius ætas immatura ſufficeret, & ea iam nunc experientia exerceret! Stupebant quidem omnes qui audiebant adoleſcentulum Principem, cuius tunc adhuc lanugo tenera replere genas incœperat taliter expugnaſſe ciuitatem, vereque dicebant; Manum Domini eſſe cum illo, proceſſus alto inſcrutabilique conſilio dirigentem.

In eiſdem quoque diebus miſerat idem Princeps Bertholdum Marchionem de Honebruch, cum quadam gente ſui exercitus in terra Beneuentana propter quaſdam terras, quæ in partibus illis ad rebellionem tendere videbantur: cumque ciuitas Auellini prædicto Marchioni miſſo à Principe parere nollet per fortunatam Principis ab eodem Marchione potentiam expugnata & capta eſt eo ipſo die, quo in Apulia ciuitas Baroli capta fuit, vt non ſine Diuino

nuto talis viſa ſit proceſſiſſe victoria quod duæ ciuitates in diuerſis Regni partibus ſitę magnifici Principis potentiam vbicumque præpollentem ſimul in ſuæ rebellionis conculcatione ſentirent.

Capta autem ciuitate Baroli, muriſque eius in ſignum rebellionis depoſitis, & dirutis, omnes aliæ ciuitates Apuliæ quæ coniurationis conſciæ fuerant, & Barolum reſpiciebant, in ſuo propoſito fruſtratæ ſunt, totumque fere Regnum cũ tam glorioſi Principis victoria in magna pace & tranquillitate firmatum eſt. Remanſerãt tamen in Terra Laboris Neapolitanorũ Capuanorumque ciuitates rebellatæ. Ciuitas quoq; Auerſana, quæ inter Capuam & Neapolim media in fidelitate manebat, & prædictis duabus ciuitatibus rebellibus vehementer obſtabat, tractatu quorumdam infidelium ad partem contrariam trahebatur. Iamq; ad id deuentum erat, quod pars contraria in ciuitate ipſa ſe publicare præſumpſerat, & manifeſtis iam armis cum fidelium parte pugnabat. Quod audiens Princeps, prudenterque conſiderans, quod ſi ciuitas Auerſana in partem aliam declinaret, pars contraria plurimum vigoris aſſumeret, & ipſius ciuitatis aduerſatio totius fere Regni eſſe poſſet amiſſio; confeſtim de Apulia in Terra Laboris acceſſit, collectoque in vnum toto exercitu tam ea parte, quæ cum Marchione prædicto fuerat, quam ea, quæ ſecum venerat de Apulia, ciuitatem Auerſanam potenter ingreſſus eſt, parteque contraria viriliter expugnata atque deiecta ciuitatem ipſam in ſtatu fidelitatis & pacis, vt decuit reformauit. Deinde proceſſit verſus Capuam, & eam obſidens vſque ad muros circumquaque vaſtauit. Ciuitatem quoque Nolam, quæ in partem rebellium lapſa erat cum ad mandatum Principis venire nollet potenter expugnauit & cępit.

Procedens deinde verſus ciuitatem Neapolitanam, ciuitatem ipſam ex eá parte, quá Veſuuium montem habet, obſedit, & faciens depopulationem circumcirca vſque ad mœnia, Neapolitanos ad bellum exercitus prouocabat, qui cum portis ciuitatis obſeratis depopulationem potius fieri malo eorum velle paterentur, quã ad pugnandum exire tentarent, Princeps qui caſtrenſes labores prius toirrate cœpit quâm experiri, bellorumque vias, & aſtutias ex quadam ſibi innata virtute ſciebat, eos ad bellum per aliam viam prouocare decreuit, eoq; loco obſidionem mutare conſtituit in quo Neapolitani quaſi ad certam habendam de ipſo victoriam exire ad bellandum allicerentur. Erat enim quidam locus ex Septentrionali ciuitati propinquans verſus Neapolim, videlicet Putheolũm, mari, montibuſque inacceſſibilibus circumquaque concluſum, vbi quidem de prope rupes ſulphureas continuò quædam euaporatione fumigare conſpicitur; ex aliaque parte eſt antrum vetuſta murorum compagine fabricatum, in quod ingredientes nihil quidem aquę inueniunt, ſed ſudare prę calore inuiti quaſi in fornace compelluntur, vnde & Sudatorium vulgo appellatur. In medio verò maris, & montium planitie eſt locus continens, qui vocatur Anglanum, cuius nemorum lacus aquæ non piſces, imò ſerpentes, aliaque nociua animantia nutrit; In locum ergò iſtũ per aſperas, & anguſtas vias cum toto exercitu Princeps intrauit, obſidioneque in illa planitie conſtituta, depopulationem ex illa ciuitatis parte fieri mandauit. In hunc autem diſcriminoſum locum aquæ, aliorumque bonorum penuria, ipſoque ſitu, formaque horribilem, ideo Princeps cum exercitu ingreſſus eſt, vt vel Neapolitani ad pugnandum ibi cum eo, ſic vndique circumcluſo ſub ſpe certæ victoriæ, vt dictum eſt, confidenter exirent, vel ſi exeundi audaciam non haberent, tam ipſi, quâm alij cognoſcerent, quod non ita ſicut ex ætate videbatur, dedicatus erat, vt Caſtrenſes labores, quicquid durum, aut aſperum in bello contingeret, tolerare non poſſet, alijque robuſtæ ætatis viri, qui eius vexilla ſequebantur, ea quę idem Princeps ſufferre poterat in tenera adhuc ætate conſtitutus ad capeſſendam dulcis victoriæ gloriam magnanimi adoleſcentes exemplo ſufferrent. Dicebat enim non fugiendum, ſed appetendum eſſe laborem, per quem peruenitur ad gloriam, nec gratum eſſe ſolarium, quod non præcederent experimenta laborum. Si autem ad locum illum Neapolitani cum Principe bellaturi exiſſent, oportuiſſet Principem, & ſuos bellum de neceſſitate recipere, cum nullus pateret fugę locus abſque diſcrimine: quin imò ipſa loci periculoſi neceſſitas bellandi deſideriũ Principi, & ſuis eo magis accẽderet, quo magis diſpẽdioſũ fugæ dedecus, caſumq; declararet: licet autẽ magis diſpendioſũ hæc omnia principis induſtria pręcogitaſſet, & id præcipuè, quod per illam viã exiſtimauit Neapolitanos poſſe ad bellũ allicere, quia tamen gratius Neapolitanis fuit timere nè vincerẽtur, quam haud quod vincerent, exire noluerunt ad pugnam cum Princeps ibi eos per triduũ expectaſſet.

Facta autem depopulatione ibidem in quãtum placuit ſibi, & æſtiui tẽporis intemperies paſſa eſt, receſſit de loco illo Princeps ad alias partes Terræ Laboris in ſtatu pacifico, & fide Regia reformandas incedens: proceſſuque temporis intelligens Regem Conradum fratrem ſuum de Alamania in Regnum per mare eſſe venturum, reuerſus eſt in Apuliam, ibique moram trahens, & pro aduentu Regis opportuna quæque diſponens, dictum Regem cum magna Theutonicorum comitiua per mare venientem apud Sypõtum debita reuerentia, & deuotione recepit ſub anno Dom. 1252.

Re-

A Regnumque cuius pro ipſo Baiulum geſſerat in pace totalitcr ferè conſtieutum ſibi aſſignauit.

Rex autem valdè Principi gratificatus eſt, recognoſcens Regnnm ipſum in abſentia ſua, poſt Imperatoris patris ſui mortem per eiuſdem Principis induſtriam ſapiēter, atquc vitiliter fuiſſe gubernatum, cum vix credidiſſe potuetit ſe ſic quietum, & pacatum Regnum inuenturum eſſe, ſicut inuenit, propter quod ipſum Principem in magna beneuolentia eſt amplexatus. Itaque præordinato ſolemni palleo, ſub cuius vmbraculo Rex à maris litore, vbi deſcenderat in terram vſque ad ciuitatem proceſſurus erat ex conſuetudine Regiæ dignitatis, B Rex ſub eodem palleo Principem ſecum ſimul procedere turbis circumquaque ſpectātibus voluit, oſtendens eum quodammodo in illa pallei communicatione participem, quem inuenerat negotij fideliſſimum exequutorem; fecitque eum ſibi in Regno ſecundum, vt vicem ſuam in omnibus gereret propter magnam ſapientiam, quam in ipſo eſſe conſiderabat.

Parum autem durauit hæc affectio Regis ad Principem, nam proceſſu dierum videns Rex ipſius Principis ſolertiam, ſuſpicionem de ipſo in certo recipiens, quod ratione magnæ ſapientiæ, quæ in ipſo erat, homo eſſet magis dominandi, quā obſequēdi conditio- C ne dignus, mutari cœpit aduerſus eū, ipſumque deprimere quomodocunq; poſſet intendebat. Vt autem animi ſui motum ſub quadam generalitatis ſpecie occultaret, vt eum quidem læderet, lædere tamen nolle videretur, fecit eidem Principi notum, ſe omnes donationes poſt Imperatoris obitum factas reuocare velle, Principique ſuggeſſit, vt quo magis alijs Regni Maioribus daret exemplum, reuocationem factarum ſibi donationum æquanimiter patiendi. Ipſe Princeps primus, atque ſpontaneus honorem Montis ſancti Angeli, & ciuitatem Brunduſij, quam ratione Principatus Tarenti poſſidebat Regi reſignaret, ſicque factum eſt, quod Princeps Regis voto ſatisfaciens, ani- D mique motum plenè cognoſcens honorem Montis ſancti Angeli, & ciuitatem prædictam Regi obtulit, atq; dimiſit.

Rex autem generalem prædictarum conceſſionum reuocationem faciens cœpit prędicto Principi paulatim fauorem ſubtrahere, Terramque illam, quam Princeps tenebat ex conceſſione paterna, non quidem ſimul, ſed ſucceſſiuè, quibus poterat occaſionibus ab eius dominio, & poſſeſſione reuocauit: ſolum quæ principatum Tarenti mutilatum Comitatibus Grauinæ, Tricarici, Montis-Caueoſi, & prædicta Brunduſina ciuitatē ſibi dimiſit; & ne Princeps de ipſa quoq; Terra, quæ ſibi remanſerat ſubſidium habere poſſet, hominibus ipſius principatus collectam generalem grauiſſimam imponi, & exigi mandauit Regio ærario applicandam. Inſtitiarium quoq; in Principatu ipſo à principe ordinatum remouit, & Iuſtitiarium ſuum, ſicut in alijs Regni partibus in ipſo conſtituit, ſubtracta ſibi in eodem Principatu mera Imperij poteſtate, quam ex cōceſſione patris Imperatoris habuerat, vt Princeps non niſi in ciuilibus tantum Iuriſdictionem in Principatu ipſo retineret; Princeps vero prudentiſſimus in tali quidem aduerſitate fortunæ minimè frangebatur, virtutumque ſuarum auxilio, cum magis neceſſarium ſibi erat, vtens, propter ea quæ Rex ſibi faciebat.

Nec quidem tantis malis in fratrem Rex exſaturatus eſt, ſed ad maiorē, extremamq; ipſius Principis depreſſionem Gualuanum Lanceam, qui Imperatori diù ſeruiuerat, quem propter magnam eius fidem, atque prudentiam Imperator Vicarium ſuum in Tuſcia per multum temporis ſpatium habuit, Fredericum quoque Lanceam fratrem eius, & Bonifacium de Anglono ipſius Principis auunculum, omneſque ipſius conſanguineos, & affines ex parte materna conficta in eos occaſione cum vxoribus, matribus, ſororibus, ac filijs, & filiabus, magnis, & paruis Regnum exire mandauit, qui omnes exeuntes Regnum cum ſe ad Imperatricem Romaniæ ſororem ipſius Principis contuliſſent, miſit Rex poſtmodnm Bertholdnm Marchionem de Konebruch in Romaniam, qui prædictos Gualuanum, & fratres ab Imperatore Romaniæ fecit de Imperio ſuo licentiari, multum diſplicuiſſe Regi aſſerens, ſi Imperator eos circa ſe retineret.

Licet autem Rex ita grauiter cōtra principem moueretur, Princeps tamen libenter omnia patiens, Regi cum omni deuotione obſequebatur, & cum ipſo Rege procedente in Terra Laboris contra rebelles illarum partium cum toto ſuo exercitu profectus eſt. In proceſſu autem illius in Terra Laboris Rex ciuitates Aquini, Sueſſæ, S.Germani, pluraque vicina Caſtra, quæ per Regis aduentum rebellauerant vicit. Ciuitatem quoque Capuanam, & quodammodo Neapolitanorum obſidionibus terra, marique ordinatis, machinis quoque circum circa diſpoſitis, cauis etiam ſubterraneis ad murorum obuerſionem, & foſſis ad deditionem coegit, magnaque victoria ex illarum ciuitatum deditione Rex illuſtratus eſt.

Reuerſus autem in Apuliam in hyeme ſequenti, mortuoque Henrico minore fratre ſuo diſponebat Rex verſus partes Imperij procedere, & cum circa veris initium ordinato exercitu proceſſurus caſtrametari cœpiſſet, in campis prope Lauellum infirmitate correptus cum eſſet circa annos ætatis 26. in triumphorum ſuorum primordijs acerbo mortis fato ſuccubuit.

Mor-

Mortuus eſt autem idem Rex 21. menſis Madij anno Domini 1254. 12. Indictionis ſuperſtite ſibi filio nomine Conradino duorum iam annorum ex Eliſabeth Regina ſuſcepto, cuius pueri Balium prænominatus Bertholdus de Honebruch per magnam ſui aſtutiam procurauit ſibi à Rege committi propter fauorem Theutonicorũ, quos omnes ratione communis nationis munerum allectione adeo ſibi deuinxerat, quod de eis omne ſuum beneplacitum facere poterat. In ipſa enim Regis infirmitate, cum ipſe Rex de filio, & Regno ſuo diſpoſiturus eſſet, requiſiuerat Marchio Principem an ipſe Princeps balium ipſum vellet aſſumere cum eſſet balium ipſum, cuicumque vellet, committendum. Princeps autem eiuſdem Marchionis aſtutias prudenter aduertens, ſciensq; quod prædicta requiſitio Marchionis nõ fiebat ad aliud niſi vt de aſſumptione prædicti Balij animum Principis inueſtigaret, reſpondit ei ſe non velle balium ipſũ aſſumere, ſed ipſum Marchionem propter magnam ſapientiam, & rerum experientiam, quæ in eo eſſet eiuſdem Baliatus officio fore dignum: ne ſi aliter idem Princeps reſponderet, Marchio contra eum Theutonicos, quod facile ſibi erat ad eius prouinciæ partes conduceret. Licet enim idem baliatus officium ad eundem Principem, tam iure agnationis legitimè (cum patruus pueri eſſet) quam paterna voluntate deferretur. Sciebat enim Rex, quod negotium filij ſui in Regno per nullum alium quam per Principem fratrem ſuum poſt Imperatoris mortem fuerat vtiliter geſtum: permiſit tamen Princeps cautiſſimus ſatiſque ſibi placere monſtrauit, quod ipſum officium Marchioni committeretur, vt & ſuæ ambitioni ſuper hoc ſatisfaceret, & ipſe periculum ex furore Theutonicorum, quem contra ſe concitare poterat, declinaret.

Aſſumpto itaque Baliatus officio à Marchione Bertholdo tota Camera, cunctaque Regis gaza in auro, argento, lapidibus pretioſis, & alijs quæ in ipſa Camera continebantur ad ipſius Marchionis manus, & dominium peruenerunt, cumque inter alia, quæ dictus Rex Conradus de filio, & Regno ſuo in vltima volũtate diſpoſuit, filium ſuum manibus, & gratiæ Sedis Apoſtolicæ ſubmittendum eſſe mandaſſet, Papa Innocentius IV. qui Sedi tũc Apoſtolicæ præerat, ex Regis diſpoſitione quandam ſumens occaſionem, aſſerens Regnum Siciliæ ad eccleſiam Romanam ſpectare, Regnum ipſum vendicare intendebat. Cumque prædictus Marchio Regni Balium gerens miſiſſet Legatos ad Papam ſuper petẽda Regi pupillo Sedis Apoſtolicæ gratia, prout pater ſuus in vltima voluntate ſtatuiſſe videbatur, Summus Pontifex illam Legatorum miſſionem, & Apoſtolicæ gratiæ poſtulationem magis debilitati partis Regiæ, quàm deuotioni

A aſcribens reſpondit præciſè ſe habere velle Regni poſſeſſionem, atque dominium, promittens Regi pupillo, cum ad pubertatem veniret de iure, ſi quod haberet in Regno gratiam eſſe faciendam: cœpitque ex parte Summi Pontificis cautè tractari cum aliquibus Regni Magnatibus qualiter Regni poſſeſſionem adipiſci eccleſia poſſet.

Cum autem iam aliqui de Regni maioribus ad partem eccleſiæ inclinare cœpiſſent, & prædicti Marchionis non erat tanta potentia, quod tam graui diſſidio vrgenti poſſet obſtare, videns Marchio ſe in tanta difficultate perplexum, cum Summus Pontifex **B** exercitum iam congregare cœpiſſet ad occupandum Regnum, pluresque Magnates quos ipſe Marchio habere ſperabat, auxilium alij eccleſiæ, alij manifeſtè ad partem Eccleſiæ declinarent, Baliatus officium ſe aſſumpſiſſe pœnituit, & ex tunc onus quidem incautè ſuſceptum, non ſine pudore deponendum exiſtimauit. Multos quidem hoc modo fallit ambitio, qui onera, quæ inſunt honoribus à principio non attendunt quoniam ambitione cœcati videre ſingula, quæ ſunt videnda non poſſunt: Vident quidem, & apperunt quod delectat, nec inſpiciunt illa alia delectationis qualitate quæ grauant, & dum improuidè honorem ſine contemplatione honoris amplectuntur, de honore ſub onere turpiter cadunt. Sic nimirum Marchio Bertholdus prædicti honoris **C** Baliatus delectatione allectus, ſed mox ab oneris grauitate compreſſus, honorem improbe affectatum, onusq; incautè ſuſceptum ſapientiùs depoſuit quàm aſſumpſit.

Marchione itaque dimittente Baliatus officium Comites, Barones, & alij Magnates Regni in Regis fidelitate manentes, ipſe etiam Marchio vnanimiter conuenerunt rogantes Principem Manfredum, vt balium nepotis Regis pupilli à Marchione dimiſſum, quod eidem Principi iure agnationis legitimè offerebatur aſſumeret, publicè proteſtantes, quod ſi ipſe Princeps **D** balium ipſum non reciperet, negotium pupilli Regis in Regno Siciliæ penitus periclitabatur, quod eidem Principi præcipuè poſſet imputari ad culpam, quod ipſe qui ſingulariter Regnum ipſum defendere poterat, ipſum in præiudicium Regis pupilli nepotis ſui, & ſuum relinqueret indefenſum. Princeps autem balium ipſum recipere hac ratione recuſabat, quia ipſum balium teſtamẽto Regis commiſſum fuerat Marchioni, ad quẽ de cætero pertinebat omne periculum, quod poſſet pupillo Regi de ipſius Marchionis adminiſtratione accidere, quod nõ debebat princeps ad ſe baliũ ipſũ ſubeũdo transferre: cum ex quo Marchio ſemel baliatus officium gerere cœperat ſe ab eo exonerare non poſſet, quia etiam Regni negotium ad id erat ſub Marchionis adminiſtratione deductum, quod nulla poterat humana

A mana ope reuelari, propter quod ſi ipſe Princeps illud aſſumeret, & in manibus ſuis pupilli iura deperirent, materiam ſibi pudoris potius quàm honoris generaret. Contra vero ea quæ Princeps ad eacuſationem tanti oneris allegabat ex parte alia Comitum, Baronum, Regnique Magnatum fidelium proponebatur, quod licet in teſtamento Regis balium ipſum commiſſum videbatur fuiſſe Marchioni, tamen voluntas Regis fuerat ipſum ſibi fratri ſuo principi committere, ſi princeps ipſum aſſumere vellet, quod non ob aliud prętermiſit, niſi quod de ipſius Principis voluntate dubitauit, propter quaſdam offenſionis cauſas, quæ ab eo contra B principem proceſſiſſe videbantur: ipſeque Marchio teſtabatur ſe ante mortem requiſiuiſſe principem ſi balius eſſe vellet, quod quia tunc princeps renuit, vt ſupra memoratum eſt, Rex Marchioni ipſum officium baliatus conceſſit, & ea quidem contemplatione commiſit, vt princeps ſibi in eo exercendo auxilio, & cura præſideret; intendens autem eſſe videbatur, principem ſibi cooperatorem eſſe in exercitio balij, qui ſolus omnia, quæ huic officio competebant, ſufficiens erat operari. Propter quod ſi princeps balium ipſum principaliter gerendum acciperet, eo magis teſtantis Regis voto ſa-C tisfaciebat, qui ipſum cõtemplatione auxilij, & curæ principis Marchioni commiſerat, quo magis vtilitas filij ſui procurabatur ſi curam, & auxilium principis ſibi in baliatus officio exercẽdo acceſſoria parer eſſe decreuerit per quos res de qua agitur magis valeat, quam per eum, & præcipuè vbi pupillorum verſatur vtilitas, circa quos rigorem ſuum non ſeruant, ſed ad id quod magis eis expediat ſe inclinant. Ea quoque occaſione, quod ex quo teſtamentarius balius ſemel officium baliatus gerere cœperat, ſe ab eo excuſare non poſſet, princeps baliatus officium, quod ſibi in defectu teſtamentarij iura decernebant recuſare non poterat, quia ex quo Marchio Bertholdus, D qui teſtamentarius fuerat, ipſum officium dimiſerat iam tempore balius erat, ſe balium legitimè fecerat: & licet ipſe Marchio balium ſemel receptum dimittendo deliquiſſe, & contra ius feciſſe videretur, princeps tamen ipſum aſſumendo non contra ius venire, ſed iuri potius fauere probaretur. Deliquiſſe quippe Marchio videbatur balium contra iura deſerendo, maius tamen delictũ erat ipſum in pupilli damnum retinere. Iuſtum quoque videbatur teſtamentarium baiulum cœptam ſemel adminiſtrationem non deſerere, ſed cogi perficere magis, tamen iuſtũ, piumq; erat pupilli iura perire non ſinere, & damna eius quocunq; modo releuare. Delictum ſane Marchionis in deſertione baiulatus ſuperior corrigere, vel punire non poterat, & ſine vltione pupilli miſerabilis læſura tranſibat: Iuſtitia tamen principis, in ipſius officij recuſatione videbatur delicto illo deterior, quæ & damnum generat pupillo indefenſo perpetuum, & principi recuſanti culpam, & infamiam ſeruaret in poſterum; ſed qualis eſſet illa iuſtitia, tutelã pupilli legitimam teſtamentario balio, ac tutore ceſſante recuſare, cum ne dum tutelam deſeruit, verum etiam quia inutilis tutor erat, non videbatur eſſe tutor, cum etiam verba intentioni deſeruiant, & effectus attendatur potius in his, quæ verbis ſunt declaranda quam ſonus. Quis enim qualiſue tutor eſt, qui vel non tuetur, vel inutiliter, aut damnosè tuetur? Ceſſat ergo teſtamentarius tutor, aut balius, vt legitimo fiat locus, cum teſtamentarius, vel tutelam animo non ſuſcipit, vel ſuſceptam inutiliter gerit, aut deſerit; cum nec in hoc caſu tutori quidem inutili adijciendus videatur eſſe contutor, aut tutelã deſetẽs ea præſumere ſit cogẽdus. Cum ille, qui vel contutorẽ adijcere, vel deſertorẽ ad reſumendũ cogere poſſet, aut deſit, aut ille quidẽ ſit, qui pupillo Regi aduerſus ideò ſit, atq; contrarius, vt ipſius ſubſtantiã vendicare ſibi potius, quàm gubernare cenſeatur. Videri namque poterit ad Summum pertinere pontificem, vel compellere balium teſtamentarium, tutelam pupilli reſumere, vel ei tamquam inutili alium adhibere, ſed ipſius ad hoc erat ſpecialis intentio, vt pupilli Regnum Eccleſiæ vindicaretur potius indefenſum, quod defenſum pupillum eſſe deſiderabat, vt votum ſuum de prædicto Regno contra eum liberius, & efficacius proſequeretur. Ea quoque ratione, quod pupilli negotium ſub Marchionis adminiſtratione periclitatum erat eius baliũ, & curam non quidem recuſare, ſed magis debebat princeps aſſumere, quia ſi negotium ipſum releuare forte non poſſet, non ſibi pudor, ſed ei qui cauſa periclitationis fuerat remanebat, ſi autem poſſet, honor ſibi creſcebat, & gloria, cum virtus circa difficiliora probetur, nec ex eo laus debeatur quando facit, quæ alij faciunt, ſed quod id etiam tentare audet, quod alij perhorreſcunt. Alia quoque potiſſima ratione princeps Regni gubernaculum recuſare non poterat, nec debebat, quidam enim eo tempore à maleuolis rumor exiuerat, quod Rex Conradus Secundus paruulus nepos principis in fata conceſſerat, ex quo Sũmus pontifex maiorem ſibi habendi Regni rationem adaptabat, pluresque Regnicolę iuſtiorem quodammodo ſibi cauſam declinandi ad partem Eccleſiæ extimabant, non quidem attendentes, quod ſi prædictus paruulus defeciſſet, qui ratione primogenituræ patris ſui Regis Conradi Primi principem Manfredum in Regni ſucceſſione præcedebat, mors ipſius pueri locum principi in eadem Regni ſucceſſione feciſſet: quamobrem princeps ad huiuſmodi quidem æmu-

A æmulorum intentionem repellẽdam Regni
gubernaculum, tam ad vtilitatem pupilli
nepotis ſui, ſi viueret, quam ad ſuam ſi
forte de facto aliud contigiſſet aſſumere de
iure debebat. Ad magnam quoque prædi-
ctorum Comitum, Baronum, & aliorum
Regni fidelium, ipſiuſque etiam Marchionis
inſtantiam, quàm ipſius pupilli, ac ſuam
in defectu eius vtilitatem attendens, Regni
balium, & gubernaculum in Marchionis
defectum, tanquam cauſam penitus deſpe-
ratam aſſumpſit, promittente ſibi firmi-
ter Marchione prædicto in Apuliam ire, &
eidem Principi mittere aurum, argentum,
totaſque Gazas Regiæ Cameræ, quæ ad ip-
B ſum Marchionem tempore mortis Regis
peruenerant, cum magno quoque exfortio
armatorum ad ipſum Principem ſine mora
redire; ſtatimque tam ipſe Marhio, quàm
Comites, Barones, alijque Regni fideles,
eidem Principi iurauerunt fidelitatem Re-
gis, & ſuam, ita videlicet vt ſi Rex paruulus
viueret eidem Principi, tamquam Generali
balio eius intendere, & parere, ſin autem
ipſe puer vel iam defeciſſet, vel poſt, libe-
ris non ſuſceptis, deficeret, ipſum Princi-
pem Manfredum ex tunc in Regem, & Re-
gni Dominum haberent.

Princeps itaque aſſumpto Regni guber-
naculo cœpit ordinare exercitum, negotia-
C que Regni diſponere prout rei, temporiſq;
qualitas patiebatur. Marchione autem
profecto in Apuliã, & de promiſſione facta
Principi parum curante, quia milites Theu-
tonici quos Princeps habebat ſine ſtipen-
diorum præſtatione ſub expectatione me-
lioris euentus vltra retineri non poterant,
cùm prædictus Marchio haberet totam Ca-
meram Regis Conradi, cunctaſque gazas,
nec Principi aliquid de eis mitteret, Prin-
ceps ad ipſorum militum ſtipendia ærarij
gazas expoſuit, vſquequo argentea, quæ ad
familiare miniſterium erat ad vſus, & ſti-
pendia militum erogari mandauit, ſciens
cum Salomone tempus eſſe ſpargendi, &
tempus eſſe retinendi, nihilque pretioſius
reputans quàm honorem. Conſtituit ergo
D quandam Theutonicorum, & aliorum equi-
tum, ac peditum comitiuam ad ſanctum
Germanum. Itemque in Capuana ciuitate,
ſeu quadam alia Comitiua firmauit. vt tam
ipſam quàm alias vicinas terras, quæ iam
in fide Regia, & ſua vacillare cœperant,
ſua præſentia coerceret. Interea Summus
Pontifex in Siciliã Nuntios miſerat ad Pe-
trum Ruffum de Calabria, qui Siciliæ, &
Calabriæ baiulus fuerat ordinatus ſub Mar-
chione Bertholdo, quorum Nuntiorum tra-
ctatu ad id deuentum erat, quod dictus Pe-
trus Ruffus Fulconem nepotem ſuum, &
alios ſolemnes Nuntios pro parte ſua in ci-
uitate Meſſana miſit ad Papam, cum duo-
bus galeis per mare vſque Terracinam ve-
nientes, famaque erat, quod tam Sicilia

A quàm Calabria ad conuertendum ſe in
partem Eccleſiæ diſponebantur. Richardus
enim de Monte Nigro, qui propter odium,
& inimicitias, quas habuerat cum Mar-
chione Bertholdo in partem contrariam
declinauerat, qui in Regni finibus Terras,
& Caſtra tenebat, confœderationem iam fe-
cerat cum campanis, & exercitui Papali
tranſitum in Regnum dare promiſit. Alij
etiam per occultos Nuntios ſuos donatio-
nes ſibi à Sede Apoſtolica impetrauerant,
ſicque totum Regnum per diuerſas partes
perfidiæ, & ambitionis erat vitio violatum,
quod impoſſibile videbatur ruinæ illius hu-
mana ſubuentione ſuccurri; ni Deus ali-
B ter de ſuæ infinitæ potentiæ auxilio proui-
deret.

Coniuratio quoq; facta erat à quibuſdam
in Capua, vt ſtatim quod Papalis exercitus
Regno appropinquaſſet, ipſi vno impetu in
Principem latenter inſurgerent, & ipſum
aut caperent, aut interficerent. Prædictus
quoq; Marchio Bertholdus in promiſſione,
quam Principi fecerat de mittenda ſibi pe-
cunia, & de veniendo ad eum cum exfortio
de Apulia ſibi defecerat: imò per Apuliam
diſcurrendo negotia ſua, commodaque
tractabat, & requiſitus etiam per Gualua-
num Lanceam ex parte Principis ad eum
miſſum de periculis in quibus Principem
C dimiſerat, non curabat; Princeps autem
qui poſt aſſumptum Regni gubernaculum
fuerat pluries per Nuntios à Summo Pon-
tifice requiſitus, vt ipſum Regni guberna-
culum in manu Eccleſiæ dimitteret, tam
graue periculum prudenter aduertens ex
circumſtantibus vndique malis minus ma-
lum decreuit eligere, vt exteriores hoſtes,
quos habebat in ianuis ex cautela declina-
ret, interiores inimicos, quibus iã erat cir-
cumdatus ex diſſimulatione circumſpectus
euaderet. Cogitauit enim minus eſſe peri-
culum ſi Papam intrare Regnum ſponte
ipſe permitteret, quàm ſi Papa violenter
intraret, quod ipſe Princeps deficientibus,
imo obficientibus ſibi ſuis prohibere non
poſſet: cum efficacius, & cautius ipſe
D Princeps poſſet ſibi ſic ingreſſo poſt iurium,
& proceſſuum ſuorum experientiam reſiſte-
re; quàm improuiſis, & inexpertis eius ſe
viribus obiectare; maioris eſſe honoris &
gloriæ reputans ex prudentia vincere, quàm
ex audacia vinci. Certus enim erat; quod
ſi Regnum Papa violenter intraret, hi qui
contra Principem conſpirauerant efficacius
ſibi nocituri erant, & quãuis eos ipſe forſan
euadere, nullo modo tamen modò vires ad
reſiſtendum reſumere poſſet. Si autem vo-
luntariè Papam in Regno reciperet, conſpi-
rationis periculum declinaret, & quicquid
in antea facturus eſſet ex ipſius Papæ, ac
ſuorum proceſſibus quos quales futuri erant
ex magna ſua ſapientia præpoſcebat, viam
& materiam inueniret.

His

His ergo alijſque rationibus circumſcriptis, Nuntijs, qui ad ſe à Summo Pontifice miſſi erant Princeps reſpondit, & talem per eum, & ſuos Nuntios miſſos ad Papam deprecationem, cum ea deuotione, qua decuit fecit, vt videlicet Sanctus Pater Apoſtolicus, ad quem cauſa, & præcipuè pupillorum defenſio Dei vice defertur ipſum Principem, qui cauſam pupilli Regis nepotis ſui gerendam ex ſola ætatis imbecillis miſeratione ſuſcepit, in ipſius adminiſtratione contra debitum pietatis Apoſtolicæ non turbaret; imo ſibi ſuper hoc auxilium tribuens, prædictum pupillum Regem in Matris Eccleſiæ ſinu reciperet, vt pater ſuus Conradus in vltima decreuerat voluntate; & ſi eidem Summo Pontifici prorſus placebat Terram pupilli regere, paratum ſe obtulit idem Princeps eundem Sanctiſſimum Patrem in Regnum recipere ſine præiudicio Regis, & ſuo, & tam ipſius Regis, quàm ſuo in omnibus iure ſaluo, ſub cuius auctoritate petitionis expoſitæ finibus tractatum eſt, quod Papa ſine præiudicio pupilli Regis & Principis, cum iuris vtriuſque proteſtatione ex permiſſione Principis ingrederetur Regnum. Ad maiorem autem ſui deuotionem ad Sacroſanctam Eccleſiam oſtendendam Princeps Summo Pontifici obuiam proceſſit vſque ad Ceperanum; & Papa Regnum intrãte Princeps ſtratoris ei officium exhibens frenum tenuit, quouſque ad pontem Gariglianì tranſiret.

In ipſo autem ingreſſu Papæ in Regnum res mira contigit, nam Crux, quæ ante Summum Pontificem de conſuetudine dignitatis Apoſtolicæ ferebatur Capitulo funis Crucem circumplectente conſciſſo de manu illius, qui ipſam portabat ſtatim poſt tranſitum pontis in terram cecidit. Sic ergo Summus Pontifex ingreſſus eſt Regnum præmiſſo Legato Sedis Apoſtolicæ G. S. Euſtachij Diacono Cardinali viro quidem iuuene, & ipſius Papæ conſanguineo.

Cœpit autem ſtatim idem Legatus non tanquam Rector, aut Gubernator in Regno agere, ſed tanquam Regni Dominus pupilli Regis, & Principis iura ſubuertere, & à Comitibus, Baronibus, & alijs tanquam Rex iuramenta fidelitatis exigere, nullo iure Regis, & Principis ſaluo, ſibiq; tanquam Regi Siciliæ iurandi ab omnibus faciebat, ipſumque etiam Principem requirebat, vt ſibi ſimile iuramentum præſtaret, Princeps autem ſibi reſpondit, quod cũ ex pactionibus habitis inter Summum Pontificem, & ipſum de Regni negotio cautum eſſet nepotis, & ſua iura ſaluari, nec vſque ad tempora pubertatis ipſius pupilli aliquid de Regni ſtatu immutari debere, cum extimandum eſſet de iure pueri. & quod Eccleſia in Regno habere contendit iuramentum ipſum ab eo exigi non debebat. Licet autem ad iuramentum tale præſtandum nullatenus Princeps induci potuerit, cœpit tamen apud eundem Principem reuerentia hominum conſueta diminui, cum dictus Legatus ipſum Principem, ſicut & alios Regni Magnates nulla contemplatione habita Cæſareæ nobilitatis, qua ipſe alijs excellebat, ſuo intenderet ſuppeditare dominio.

Cum autem hoc modo ipſe Legatus potentiam ſuam magnificaret in Regno, & cuncti penè Regni maiores ſibi tanquam Domino reuerentiam exhibebãt, itaq; Princeps iam non ſuperior, ſed aliorum videretur æqualis, accidit quod quidam de Dominis Angloni BVRRELLVS nomine, cui Princeps ipſe dudum Imperatore defuncto balium Regni gerens quandam terram, qua iuſtè fuerat per Imperatorem priuatus, gratiosè reſtituit, & quem etiam quondam Rex Conradus honore militiæ decorauerat, Comitatum Aleſinæ, ac honorem Montis ſancti Angeli, qui erat eiuſdem Principis pertinentiæ à Summo Põtifice ante ingreſſum eius in Regnum, vt in partem Eccleſiæ declinaret obtinuerat ſibi concedi, cumque Princeps Comitatum ipſum iuris ſui eſſe iuſtè contendens, ipſum Burrellum pacifico modo requireret, vt ſe de Comitatu ipſo nullatenus intromitteret: Imo de quadam alia terra quam tenebat de prædicto honore Montis S. Angeli, ſi eam teneret, ſibi Principem in Dominũ recognoſceret, & aſſecurationis ſibi iuramentum ex Regni more præſtaret, alioquin terram ipſam dimitteret; idem Burrellus in ſuperbiam elatus, nedum dimittere Comitatum ipſum, vel terram ipſam à Principe recognoſcere, ac iuramentũ aſſecurationis ei præſtare negauit verũ etiam de pari incœpit cũ ipſo contendere, indignumque reputare ipſum Principem tenere in dominum, quem ei cui ipſe idẽ ſubiectus erat aſſerebat nõ debere eſſe ſubiectum. Princeps autem acuto cordi ſuo frenum rationis apponens procacitate verborum illius non dedignabatur, & cum inferiore contendere ſordidum reputabat.

Intellexit interea Princeps, quod quædam gens à Burrello tranſmiſſa Comitatum Aleſinæ inuaſerat, & duas Terras Comitatus ipſius iam occupauerat, Princeps autem ipſe ne iuris ſui videretur eſſe neglector, nihil de contingentibus volens obmittere, Summum Pontificem adijt, ſibique expoſuit qualiter Comitatus Aleſinæ, quem dictus Burrellus ſibi aſſerebat ab ipſo Papa fore conceſſum, & iam ipſum occupare incœperat ratione honoris Montis S. Angeli ſui iuris erat; propter quod ipſe Summus Pontifex ſic ſuper hoc prouideret, quod inconueniens inde aliquod euenire non poſſet. Summus autem Pontifex reſpondit ſe præfato Burrello nihil de iuribus Principis conceſſiſſe: quæ quidem Pontificis reſponſio duplicitatem in ſe continere videbatur, magiſque ad implicationem quam ad ex-

plicationem negotij faciebat, adeout poſt multas huiuſmodi reſponſiones implicitas viſum fuerat Papam dixiſſe, quod prædictus Comitatus ad honorem Montis S. Angeli non ſpectaret, ſicut fuerat à prædicto Burrello ſuggeſtum, voluntatis tamen ſuæ eſſe poſtquam eſſet in Capua de ipſo negotio ſecundum iuſtitiam prouidere. Mirabantur autem omnes Principis prudentiam, quod contra dicti Burrelli inſtantiam non viribus, ſed iuribus vij contentus erat, dixitque quidam de Romana Curia Magnus, quod ſic deceret facere Principem, vt non ipſe de alio, ſed de eo alius quæreretur.

Inter hæc Summus Pontifex, cum eſſet apud Theanum quadam corporis infirmitate deductus, & diceretur quod Bertholdus Marchio de Honebruch de Apulia, veniebat ad Curiam Summi Pontificis, Princeps nolens in occurſum eidem Marchioni procedere, petita eundi à Papa ex curialitate licentia, proceſſit: cumque per modicum viæ à ciuitate proceſſiſſet, viſa eſt quædam acies equitum in quodam loco eminenti exclarata conſiſtere ſuper quendam anguſtum viæ tranſitum quo Princeps cũ ſua comitiua tunc tranſiturus erat, de quibus cum neſciretur in primo aſpectu qui eſſent, fuit qui diceret Burrellum eſſe cum comitiua ſua, qui pluries inter alia, quæ de Principe fuerat obloquutus ipſam etiam Principis perſonam offendere conatus erat. Certa ergo habita comitiua ex his, qui præceſſerant, quod ex loci inæqualitate, in quo erat idem Burrellus ad offenſionem principis in loco illo anguſto eius tranſitum expectaret, dictum fuit ab aliquo de comitiua Principis quomodo videbatur locus idoneus requirendi Burrellum ſi ſe vaſſallum Principis recognoſcerat de terra quam de honore Montis S. Angeli teneret, cum præſertim ipſe videretur ad offenſionem principis, quam ſæpè minatus fuerat, præparatus. Princeps autem ne per dictum locum anguſtum incautè tranſiret, & poſſet ſibi forſan ex incautela euenire periculum, cum eſſet inermis, galeam ſibi ad munimen capitis tantum dari fecit, & capiti ſuo ſuperimpoſuit. Aliqui quoque de comitiua ſua quos inſolentia prædicti Burrelli multoties in principalis nominis, & honoris obtrectationem turbauerat, & ad tantæ vltionem iniuriæ latum ſibi videbant, & tempus oblatum, deſcenderant de roncenis quos equitabant, & dextrerios aſcenderunt, quod cum aſpexiſſet Burrellus, & ſui in fugam protinus ſe proruperunt, quidam de comitiua Principis, qui non ex eius mandato, ſed ex zelo vltionis iniuriæ tantum nimis animosè proceſſerat, prædictum Burrellum & ſuos euaginatis enſibus inſequuti ſunt Princeps verò qui honori ſuo ſe ſatisfactum fore de fuga tantum ipſius Burrelli contentus erat, & propter reuerentiam tantum Sum-
A mi Pontificis tunc ab ipſius interfectione temperatum eſſe voluiſſet, milites & domicellos ſuos prædictum Burrellum inſequentes voluit quidem reuocare, nec potuit, imo cum Burrellus verſus Theanum fugeret, & iam ictum lanceæ fugiendo recepiſſet in dorſo propter inſolentiam ſuam quam omnes nouerant, credebantque quod ipſe Burrellus perſonam principis offendiſſet, & ideo fugeret, ſubito ſurrexit clamor in populo, rumorque increbuit, quod principem percuſſiſſet, ſicque factum eſt in fuga illa quod Burrellus in ciuitate Theanenſi ab inſequentibus eum, qui de principis iniuria dolebant vulneratus fuit atque peremptus.

B Erat autem in comitiua principis tunc quidam miles ſummi Pontificis nepos nomine Thitius, qui animoſitatem ſociorum, & Principis videns in inſequutione Burrelli, & de illius interfectione propter Summi pontificis reuerentiam timens, Principem rogabat ne ille nobilis interficeretur, cumq; ſuper huiuſmodi materia confabulatio inter eum, & principem familiariter eſſet, cum de interfectione Burrelli princeps nihil ſciret, aut crederet, venerunt aliqui de ſocietate illius, qui in fuga illa equos amiſerant principi ſupplicantes, vt equos ipſos eis reſtitui face ret ab illis de comitiua ſua, qui eos ipſis abſtulerant: princeps autem equos
C eis reſtitui mandans, Redite (inquit) ad dominum veſtrum, & dicite ſibi ne ſit ita ſtultus ſicut hactenus fuit; nos enim de ſtultitia, & inſolentia eius propter reuerentiam Domini Papæ, & noſtrum honorem non curamus. Inter hæc autem quidam qui ad aurem principis erat dixit Burrellum eſſe interfectum. Princeps autem interea qui cum prædicto Thitio de inſequutione ſuorum, & ne idem Burrellus interficeretur, confabulabatur, de ipſius interfectione certificatus, eidem Thitio, Tu quidem, inquit, ne Burrellus interficiatur conatus es, ſcias autem ipſum interfectum eſſe, ſicut nunc ſecreta nobis relatione patefactum eſt: de
D cuius quidem morte propter Summi Pontificis reuerentiam dolemus, propter ipſius vero inſolentiam non dolemus, cui etiam propter noſtrum propoſitum ſecundum ſtultitiam ſuam reſponſum eſt. Taliter autem contingente huiuſmodi caſu, cum princeps ad Summum Pontificem quoſdam familiares ſuos videlicet Geruaſium de Martina & Goffredum de Cuſentia remittere vellet ad excuſandum dictum principem, & exponendum qualiter propter principis voluntatem atque propoſitum caſus ille contigerat, ne Summus Pontifex aliquid in caſu illo contra ſuam reuerentiam crederet proceſſiſſe, Memoratus Thitius, ſi aliquis, inquit, de veſtra princeps familia pro huiuſmodi faciendi excuſatione perrexerit contingere poterit, quod illi de ſocietate Burrelli in-

fami-

familiares veſtros mortem ſui domini vendicabunt, propter quod conſultius eſſe videtur vos bono omine ad occurrendum Marchioni, ſicut propoſuiſtis, cum veſtra comitiua procedere, ego autem qui præſens veſtram innocentiam in caſu iſto vidi, excuſationem veſtram ante præſentiam Summi Pontificis, vt decuerit propoſiturus accedam.

Redeunte autem Titio ad Summum Pontificem in Theanum pro excuſatione principis, vt propoſitũ fuerat, princeps cum ſuis collegis iniuit conſilium in quantum illa temporis breuitas patiebatur, & inuentum eſt de conſilio, quod princeps nullo modo ſe in Capua figeret, ſed occaſione eũdi cũ celeritate in Marchionis occurſum, continuato equitatu vſque Acerras procederet ad Comitem Acerrarum cognatum ſuum. Licet autem princeps ſtatim caſu illo contingente præordinari cuſtodiam trãſitus fecerit, ne quis præcedere poſſet, & caſum illum Cardinalibus, qui cum papali exercitu erant Capuæ, manifeſtaret, tamen iam in Capuam caſus illius fama peruenerat, nõ tamen de morte ipſius Burrelli ſama certa erat, ſed de quadam rixa habita inter Burrellum, & aliquos de familia principis, & de vulneratione ipſius Burrelli inter homines diuerſus quidem rumor, incertuſque vagabatur, alijs aſſerentibus Burrellum fuiſſe tantummodo vulneratum, alijs verò ipſum fuiſſe peremptum, ita quod princeps cum comitiua ſua procedens, ciuitati cum appropinquaſſet Cardinales, qui in occurſum papæ, qui tunc Capuam credebatur vẽturus ciuitate exeuntes, principis vexillum videntes parumper à via ſeceſſerunt. Principis quodãmodo vitantes occurſum, quem ei exhibere conſueuerant. Audito enim eo quod dicebatur de caſu dicto decreuerunt Cardinales venientẽ Principem eſſe capiendum, ſed ſicut poſtea compertum eſt cogitãtes, quod hoc fieri ſine multa hominum ſtrage non poſſet, præſertim cum animoſitas ipſius Principis, & ſuorum nota eſſet, magiſque propter euentum prædicti caſus ex deſperationis periculo timenda eſſet, captionem ipſius Principis differendam tunc eſſe melius exiſtimarunt, ne ſtrages aliqua hominum ſanguinis eis præſentibus fieret: quod eorum ordinem, & ſuæ dignitatis eminentiam lædere viderentur.

Cardinalibus autem, vt dictum eſt, diuertentibus, quia equites, & alij populares in occurſum Principis recta via procedebant, Princeps autem diuerſionem Cardinalium, qui ſemper ſibi occurrere læta facie conſueuerant, cœpit habere certa ratione ſuſpectam; videnſque Cardinalibus à via ſecedentibus equites alios, & populum verſus ſe recta via procedere, firmiter credidit contra ſe tunc aliquid eſſe tentandum, cogitauitque tunc ſuam quomodocunque melius poſſet

A experiri fortunam. Factum eſt autem quod equites illi, & populus eum læta facie receperunt, & procedens cum eis ſimul verſus ciuitatem cum tubis, & alio genere muſicorum, cum perueniſſet ad rectitudinem loci ad quem Cardinales prædicti à via diuerterant, verſus Cardinales ipſe procedẽs eos in ea qua decuit deuotione ſalutauit, expoſitoque eis ſe omnino Marchioni Bertholdo obuiam procedere, & ideo cum feſtinantia equitare, ab eis licentia petita, non iuxta ſolitam affectionem recepit.

Cum autem Princeps perueniſſet ad pontem Vulturni, quo intratur ad ciuitatem, volebat quidem cum feſtinatione tranſire, B ſed tibicines quos in illa frequentia populi declinare, & præire ſatagebat, contra eum ſemper in ſuæ feſtinantiæ impedimentum inueniebantur. & ſic vſque ad hoſpitium quo conſueuerat hoſpitari inter honorem, timoremque deductus regratiatus, vt decuit eis quod ſic honorificè ſibi occurrerant, dicenſque eum magna feſtinantia ire obuiam Marchioni Bertholdo, proceſſit, & verſus Acerras iter direxit.

Cum autem quatuor fere millibus à Capuana ciuitate eſſet elongatus, venit poſt eum qui diceret magnam partem arneſiorum Principis, & ſuorum apud Capuam eſſe captam, magnamq; comitiuam equitum poſt Principem cum magna præparatione C venire. Princeps vero his auditis, nec faciem quidem, nec animum mutans, viginti Theutonicos equites poſt ſe remanere, & ſub vno vexillo venire conſtituit, & ipſe cum reliqua ſua comitiua paſſu quidem parumper concitato, non tamen diſſoluto proceſſit, & cum per aliquantulum viæ paſſu ita incitato pergerent, cum via eius loci arcta eſſet, & ſæpibus foſſiſque hinc inde limitata, Princepſque ſuos omnes attenderet, ſuorum diſſolutionem ne in turpem fugam prorumperẽt modeſto retinens greſſu; cum peruentum fuiſſet ad locum quendam ſpatioſum, vbi diuerti à via poterat, Princeps à via parumper in campum declinans D in retrorſum aſpiciens, videre, inquit, volo, ſi aliqui nos inſequuntur, ne videamur fugere nullo proſequente, tunc autem venit vnus de ſuis qui retro ſe remanſerat dicens, Theutonicos omnes qui retrorſum, vt dictum eſt pro guardia remanſerant fuiſſe captos ab illis, qui contra Principem à Capua miſſi fuerant, Princeps autem; Quomodo, inquit, hoc eſſe poteſt, vt illi omnes capti eſſent, & tu euaderes? Inter hæc verba G. de Ocra Cancellarius, & I. . . . Principi ſe adiunxerũt dicentes properandum eſſe, quia maior tunc non erat. Princeps autem cum ſuis in illa planitie ſe recolligẽs cœpit cum eis adeo compoſito paſſu procedere, vt vnus de familia ſua, qui cum feſtinantia de loco illo proceſſerat Acerras ad denunciandum Comiti Acerrarum Principis ad-

ꝑentum non prius ad Principem reuerſus A
fuerat, quam Princeps perueniſſet ad aquam
difficilis, & periculoſi trãſitus, quæ ab Acer-
ris duobus ferè millibus diſtat. Cumq; per-
uentum eſſet ad locum ipſius aquæ, in quo
gurges profundus, & periculoſus erat, cuius
tranſitum pons eminens anguſtus, & fragi-
lis dabat, ita quod vnum poſt vnum tranſire
non ſine periculi timore oportebat, dubitãs
Princeps ne propter feſtinantiam tranſeun-
di aliquis ſuorum in illo gurgite periclita-
retur, remanſit ipſe in ipſo pontis ingreſſu,
vt concurſum aliorum ad tranſitum feſti-
nantium cohiberet, & ſingulos vnum poſt
vnum, ſicut anguſtia fragilitaſque pontis
patiebatur tranſire faceret, poſtremuſque
omnium ipſe tranſiuit, ſicque ipſi, & ſui ad B
oppidum Acerrarum ſalubriter peruene-
runt. Iſti autem ſunt qui in aduerſitate hac
principem non deſeruerunt, & iuncti ſunt
cum eo apud Acerras.

Interea Bertholdus Marchio de Hone-
bruch de Apulia veniens, perueniens ad ca-
ſtrum Argentij, quod ab Acerris ſex milli-
bus ferè diſtat, qui caſum quidem accidiſ-
ſe, caſumque intelligens, Modo, inquit, fecit
Princeps, vt filium Imperatoris feciſſe de-
cuit, quod ſtulti illius inſolentiam & Impe-
ratoris filió pacificare nolentis contra ſe
din inualeſcens victus inde eſt. Erant autem
cum Marchione ipſo quidam nobiles, qui C
cum eo venerant de Apulia, qui caſu præ-
dicto audito conſiderantes Principi Man-
fredo tunc neceſſarium eſſe auxilium, atque
conſilium, ſuaſerunt Marchioni Bertholdo,
vt antequam ad Summum Pontificem acce-
deret, ad Principem apud Acerras declina-
ret, cum tunc magis ſuum neceſſarium eſſe
ſibi conſilium, & auxilium, quam aliquo
tempore fuiſſe probaretur; cumque Mar-
chio ad id per eoſdem nobiles nullo modo
induci potuiſſet dicens, quod ſi tunc Princi-
pi loqueretur, Principem apud Papam iu-
uare non poſſet, dicti tamen nobiles ad
Principem apud Acerras acceſſerunt, expo-
ſitoque principi inter alia qualiter Marchio
Bertholdus rectà via ire diſponebat ad Pa- D
pam, nec per eos induci potuit, vt prius ad
principem declinaret, quidam ipſius princi-
pis familiaris nomine Goffridus de Cuſen-
tia, & quidam miles Comitis Acerrarum
nomine Giroldus ad Marchionem ipſum,
cum iam ſero eſſet tranſmiſſi ſunt, qui ad
Marchionem de nocte peruenientes, totum-
que prædictum negotium ſeriatim exponen-
tes deprecati ſunt ipſum cum omni affectu
inducere, quod ad Principem in illa ſua
neceſſitate diuerteret, cumque Marchio ſe
de hoc alicuius licet friuolæ pallio rationis
excuſaret, & ad exaggerationem excuſa-
tionis ſuæ diceret ſe indebitè in Papæ, &
Principis compoſitione fuiſſe contemptum,
aliquorumcunque Collateralium Principis
vtilitatem fore tractatam, ſuam verò penitus
fuiſſe prætermiſſam ab ijs qui cõpoſitionem
huiuſmodi tractauerant, & in hac obiurga-
tione Gualuanum Lanceam compoſitionis
ipſius tractatorem ſpecialiter tãgeret, & ſe
inde ab eo reputaret offenſum, vt prædictus
Goffridus apud ipſum Marchionem fidu-
cialiter inſtans ſemper, inquit, ò Marchio,
auxilium, conſiliumque tuum neceſſarium
Principi fuit, ſed nunquam ita vtile, ſicut
modo. Imperator enim decedens ipſum
Principem in brachijs tuis, vt noſti dimi-
ſit, vt tu qui conſanguinitate ex parte pa-
tris, & affinitate ex parte matris ei es pro-
ximitate coniunctus, erga Principem in
tenera tibi ætate commiſſum patris, matriſ-
que vicem expleres. Ad tuam ergo gloriam
honor eius, ad tuum pudorem eius confu-
ſio pertinet, tuumque honorem ipſius prin-
cipis honorem defendendo procuras, tuæq;
ſatis gloriæ detrahis, ſi nunc præſertim cum
eum tuum implorare auxilium fortuna
compellit, confuſioni eius, dum potes non
reſiſtis: etſi tum quidem in præſenti articu-
lo derelinquis, non profectò ipſe ſolus, ſed
tota domus Auguſta, ex qua tota gloria
tua pendet, periclitatur, breue eſt, & mo-
dicum, quod à te petitur, vnius videlicet
horæ colloquium, magnum autem ſurget
inde periculum, ſi negatur; ex hoc enim
colloquio inter te, & principem ad horam
habendo magnum inuenietur inſtantis rui-
næ remedium, magnuſque habebitur com-
munis honoris, gloriæque tractatus, quod
quidem nulla occaſione deberes renuere,
etiam ſi oporteret te ad hoc per multas die-
tas, ne dum per ſex ferè milliaria quibus
nunc elongaris à principe laborare. Nec
certè alicuius offenſam, quam tibi factam
reputas in principis debes retorquere peri-
culum, nec tu in tantum offenſæ illius vlti-
mo debes attendere, vt ne dum principi, ſed
tibi quoque ſiut manifeſtæ cauſæ iacturæ
expertiſſimæ; ſed prudentia tua ex hoc im-
prudentiam generare conſpicitur, ſi dum
vlciſci credis in alium vltionem moliris, ne
dum in alium, ſed in te ipſum. His ergo
alijſque rationibus conuictus quodammo-
do cum facultas ſibi excuſationis præmiſſę
deficeret memoratis Nuntijs reſpondens,
Cras, inquit, Mareſcallus Summi Pontificis,
ſicut ex eius notificatione accepi, mihi è Ca-
pua vſque ad nemus, quod eſt contra Mag-
dalenã in loco, vbi dicitur ſanctus Petrus de
Cancellis debet occurrere, ibique cum eo
loqui debeo antequam Summo Pontifici
me præſentem: redeatis ergo ad Principem,
ſibique ex parte mea dicatis, vt cras ante
horam tertiam ad prædictum nemus iner-
mis cum paucis veniat, vt quaſi ex alia
cauſa equitans ad locum ipſum caſualiter
venire videatur, & ſecundum aduentum ſuſi
prædictus Papæ Mareſcallus anticip et, & ſic
cum eodem Principe potero ibi ſine aliqua
ſuſpicione habere colloquium.

Acce-

Accepta ergo hac reſponſione à Marchione, eadem nocte ante diluculū ad Principem apud Acerras reuerſi ſunt, ipſaque reſponſione Principi patefacta ſummo diluculo iuxta Marchionis dictum ad deſignatum locum iturus Princeps, cum paucis de ſuis equitauit: cum autem ad locum deſtinatum perueniſſet, per quem quidem locum recta via erat eundi Capuam, ibique Marchionem tranſiturum expectaret, venit ad eum in loco ipſo Nuntius à Marchione deſtinatus ſignificans Marchionem recepto Summi Pontificis expreſso mandato, vt ad ſuam acceleraret præſentiam in magna feſtinantia equitaſse, & per aliam viam ad Sũmum pontificem iniſse, ideoque Principem expectare in loco ipſo hac de cauſa non potuiſse. Suggeſſit autem idem Nuntius Principi ex parte Marchionis, vt Nuntios ſuos Capuam mitteret proceſsuros de conſilio, & inſtructione Marchionis ipſius ad cauſam Principis coram Summo Pontifice proponendam. Princeps autem hoc audiēs ex illo eodem loco, vbi per dictum Nuntium Marchionis verba recepit Nuntios ſuos videlicet Gualuanum Lanceam, & Riccardum Filangerium Capuam miſit, iuxta conſilium Marchionis, ipſeque Acerras reuerſus eſt.

Euntes autem Principis Nuntij Capuam, primo quidem præſentauerunt ſe Marchioni, quem nimis elarum, alteratumque ab eo, quod ipſi crediderant, inuenerunt, cœpitque idem Marchio Gualuanum Lanceam ex prædictis Nuntijs vehementer obiurgare, qu⸗ ipſe qui tractator compoſitionis inter Papam & Principem fuerat ad compoſitionem ipſam ſine præſentia ſua procedere præſumpſiſset, ſuamque tantum vtilitatem tractaſſet, & de ipſo Marchione, qui plura caſtra tenebat, propter quæ ſua vtilitas in ipſa compoſitione potius procurari potuiſſet aliquatenus non curaſset. Dictus tamen Gualuanus Lancea vir quidem corde purus & ore moderatus ipſius Marchionis obiurgationi ſuæ cauſam non ſubeſse legitimam, nihilque in prædictæ compoſitionis tractatu ad contemptum, vel incommodum ipſius Marchionis interueniſse, quinimo ipſius Marchionis factum, quod propter ſui abſentiam dignè, vt decebat tractare non poterat Princeps, ſecundum ipſius Marchionis, vt credebatur, votum eſse reſeruatum, nec debere propter hanc, quam ipſe ſibi factam reputabat offenſam, vel quamcunq; aliam, auxilium ſuum Principi in articulo maxime præfato ſubtrahere, ſed cum viribus ſuis ad ipſius reuelationem aſtare, eū quæcunque ad id ab eodem Marchione proponeretur excuſatio quominus Principem in tanta neceſſitate iuuaret potius quidem ſui accuſatio, quam excuſatio videretur. Finita autem allocutione huiuſmodi, & Marchione promittente cauſam Princi-**A** pis iuuare pro poſse, perrexerunt ipſe Marchio & Nuntij Principis ad Summum Pontificem, qui antequam ſibi ſe præſentaſſet, ingreſſus eſt ad eum Marchio, & quid ſibi clanculo ſuggeſſerit ex qualitate reſpōſionis factæ poſtmodum Nunrijs à Summo Pontifice comperrum eſt. Cum enim Nuntij poſt id attendentes excuſationes Principis coram Papa proponere, oſtendentes qualiter mors Burtelli ſine aliqua Principis culpa contigerat, & legitimam ſuper hoc purgationem pro parte Principis faciendam offerrent, aſſerenteſque Principem libenter ad ſuam velle remeare præſentiam pro cōplenda iuſtitia, dummodo ſibi perſonæ ſecuritas aut literis promitteretur, aut verbo **B** iudiciumque procederet ſecundum Romanas leges, vel conſtitutiones Imperiales, aut ſecundum approbatas Regni conſtitutiones, vbi lex, aut conſtitutio ſcripta deficeret, Summus Pontifex à Marchione ſicut præſumitur informatus iuſtitiam quidem ſeruandam Principi eſſe reſpondit, perſonæ tamen ſecuritatem, nec literis, nec ſimplicī etiam verbo promiſit. Et licet ex parte Nuntiorum Principis ſuper ſecuritate tantum habenda diutius fuiſſet allegatum, nullo modo alia ſuper hoc potuit haberi reſpōſio: nec mirum ſi tantæ tunc inerant animis cæleſtibus iræ, & tantum rigorem mentis Apoſtolicæ manſuetudo diruerat, ante qui-**C** dem Marchionis aduentum Summus Pontifex caſum prædictæ mortis Burrelli non ita grauem acceperat, ſed cordi ſibi fuerat ſi etiā Princeps ex eo facto culpabilis probaretur, per diſpenſationem, quam perſonæ, ac temporis qualitas inducebat ipſum quātumcunque graue eſſet, lenigare delictum: ſed prædictum Marchionem ſuggeſſiſſe, dictum eſt ſibi, quod ſi rigorem in delicto illo puniendo non ſeruaret, multum ſibi ad acquiſitionem Regni proficeret, vel quia capta perſona Principis non eſſet, qui ſibi in Regni acquiſitione reſiſteret, vel quia ſi Princeps in ipſius rigoris formidine ad ſuam præſentiam non ueoiret maximam contra eum procedendi materiam haberet: illa **D** ergo de cauſa Summus Pōtifex contra Principem taliter obriguerat, vt quantumcunq; Princeps in omni humilitate, & deuotione ſe iuſtitiæ pariturum offerret, dūmodò perſonæ ſibi ſecuritas promitteretur, nunquam tamen ad id Papa inclinari potuit, vt aliud ſibi quam ſibi reſponderat, reſpōderet. Suadebatur ergo Principi ab alijs, vt abſtineret, ab alijs vero, vt Summo Pontifici ſe præſentaret. Sciebatur enim ab aliquibus, quod ſi Princeps non veniret ad Papam mitti debebatur contra ipſum exercitus ad inſequendum eum quocunque iret, donec caperetur, vel de toto Regno fugaretur, ſi autem veniret ad Papam, propoſitum erat quod vel traderetur ſtatim in carcerem, vel extra Regnum omnibus bonis deſtitu-

tus

A tus cijceretur, vel vltimo ſupplicio puniretur.

Nuntij ergo principis vna cum Marchione ſuper his diutius cogitantes, & diſſerentes ad inuicem, quod eſſet minus periculoſum, vel venire ad Papam, vel recedere, tandem remiſerunt ad Principem vnum ex ipſis, videlicet Goffridum de Cuſentia hæc omnia ſibi ſignificantes per eum, & aſſerentes, quod ſi ipſi eſſent in ea conditione qua Princeps erat, de his duobus periculis hoc eligerent, ſcilicet venire ad Papam, dicentes non eſſe iuſtitiæ, nec Apoſtolicæ manſuetudinis iuris proſequutionem incipere á captione, vel punitione perſonæ, præſertim vbi ea perſona conuenitur, quæ ſine magno
B ſcandalo in ſuo iure non læditur, nec eſſe veriſimile Papam circa perſonam Principis ab æquitate diuertere, cuius eſt proprium æquitatis viam omnibus eſſe.

Pertexit ergo dictus Goffridus ad Principem, quem omnibus ſibi ſeriatim expoſitis remiſit Princeps ad Papam, qui tunc iturus Auerſam ſequenti die dicebatur, vt ſibi ex parte Principis ſignificaret, quod cum ciuitas Capuana eſſet Principi manifeſtè ſuſpecta propter conſpirationem, quæ iam ibi facta fuerat contra eum, & quod arneſia ſua ibi capta fuerant, quæ etiam ad mandatum Papæ ſibi reſtitui non poterant, & quod etiã quamplures de Imperio ibi erant, quos Im-
C perator pater ſuus offenderat, qui in vltionem offenſionis ipſius iniuriam ſibi de leui inferre præſumerent, propter huiuſmodi ſuſpicionem dubitauit Princeps, & dubitat ire Capuam ad præſentiam ſuã; ex quo autem ipſe Summus Pontifex iturus erat Auerſam, illuc princeps ad eum ire volebat. Prædicto ergo Goffrido eunte Capuam, & hoc totum papæ ex parte principis exponente, & ſupplicante, vt id admittere dignaretur. Papa reſpondit ſe nolle quod princeps ad ſuam præſentiam veniret, ſed ad præſentiam Legati. Goffridus ergo reſponſionem huiuſmodi ſibi factam á papa Gualuano Lanceæ ſignificauit; ipſe autem Gualuanus, qui papæ voluntatem erga Principem cautè præſenſerat, miratus quod Princeps adhuc erat
D Acertis, monuit quod recedat, & in Apuliam vadat, laboretque habere ſecum Ioannem Morum, vt per ipſum habeat Luceriam quam ſi habuerit bene faciet facta ſua, Ego autem, inquit, hic morabor, quia ſi modo recederem, ex receſſu meo receſſus principis argueretur, & ſic de leui impediretur, donec vero hic ego ſum, nihil de receſſu principis præſumetur, & prius erit princeps in loco ſecuro quam de receſſu eius aliquid hic ſciatur. Remanſit ergo Gualuanus Papali Camera, ſeu Curia ex cauſa prædicta remanente, magis aduentum principis reputante, quam receſſum.

Prædictus autem Goffridus ad principem reuerſus eſt, & cum expoſuiſſet ei reſponſionem papæ, & ſanum prædicti Gualuani conſilium, princeps ei dixit priuſquam tu venires ad nos, Id idem cogitauimus, & in hoc nos firmauimus, vt recedamus. Vt autem princeps omnia cum cautela faceret, ne forte poſſet ſibi ſiniſtrum ex incautela venire, fecit publicè dici, quod ipſe Auerſam iturus eſſet ad papam, miſſique ſunt alij ex more de familia ſua pro recipiendis ſibi hoſpitijs, vt ex hoc Princeps illuc crederetur iturus, ſicque factum eſt, quod hac ſapienter ſimulatione interpoſita princeps fortunã ſequens, & Diuinæ tantum ſe prouiſioni relinquens de oppido Acerrarum verſus Apuliæ partes, cum ſua ſecurus modica comitiua recederet.

Fuerat autem prædictus Ioannes Morus quidam ſeruus Niger de domo Imperatoris qui pro eo quod á pueritia ſua viſus fuit homo induſtrioſus, & in omni obſequio ſedulus in aula Imperatoris creuit, & in oculis ſuis ſatis acceptus fuit, adeo quod ipſe Imperator qui non tam conditionem originis in omnibus, quàm virtutes, moreſque conſiderabat, cum illa ſibi clarior videretur eſſe nobilitas, quæ ex moribus, quam illa, quæ ex ſanguine procedebat, prædictum Ioannem licet aſpectu deformem, & ex ancilla natum Cameræ ſuæ cuſtodem, & ſecretorum aulæ participem & . . . . ſuorum præpoſitum fecerat. Mortuoque Imperatore princeps Manfredus dum baliatum fratris ſui geſſerat ipſe Ioannes Morus in eodem officio inuitus Magiſter, & Præpoſitus Regiæ Cameræ factus fuit, adeoque magnificatus á Rege, quod etiam ciuitati Luceriæ ipſum præpoſuit, & præpoſitum ipſius ciuitatis vocari fecit. In ciuitate vero ipſa viuente Rege ipſe Ioannes magis quam ipſe Rex dominabatur, nec plus ipſe de Saracenis ipſius ciuitatis faceret, quam ipſe Ioannes Morus, qui Rector & tanquam Dominus ipſius ciuitatis remãſit. Contingente ergo prædicto caſu mortis Burrelli Princeps, dum apud Acerras eſſet ad prædictum Ioannem, de quo tanquam de nutritura Cameræ patris ſui confidebat ſuos Nuntios miſit, per quos ei caſum prædictum expoſuit, auxiliumque eius in ea qua erat neceſſitate confidenter poſtulauit, prudentiamque principis in caſu prædicto commendans, auxilium ſibi cum omni affectione promiſit: aliud tamen in corde, quam in ore habebat, ſicut ex poſt facto aperuit: quanta enim Princeps ipſe de Acerris recedendo mala pertulit, & qualiter dictus Ioannes Morus ſibi defecerit dicendum eſt.

Receſſit enim Princeps de Acerris ante mediam noctem concitante eum Comite Acerrarum cognato ſuo vſque ad quoddam caſtrum, quod Maglianum vocatur, erantq; in comitiua ipſius principis duo iuuenes fratres nobiles Neapolitani, quorum alter

Mari-

Marinus Capece, alter vero Conradus vocatur: ij quia caſtrum quoddam, & vicos patrimoniali iure habebant, ſciebant ex aſſuetudine locorum illorum qualitates, & tranſitus per quos princeps ſalubriter eſſet tranſiturus: ducatu ergo illorum duorum iuuenum princeps cum comitiua ſua proficiſcebatur, cumq; peruentum eſſet ad caſtrũ Montisfortis, quod tenebat Ludouicus frater Bertholdi Marchionis de Honebruch ex dono Regis Conradi, per quod quidem caſtrum viæ publicæ tranſitus erat, cum locus ipſe non immerito principi ſuſpectus eſſet propter prædictum Marchionem, qui principem, ſicut dictum eſt, manifeſtè deſeruerat, & publicè in partem contrariam conuerſus erat, ex inſtructione prædictorum Marini, & Conradi declinatum eſt à tranſitu illius caſtri Montisfortis, & arreptum eſt iter per montes excelſos, & inuios, ne dum equitum ſed peditum tranſitui difficillimos, cum enim nox eſſet, Luna tamen lucente apparebant declinia montis, per quæ tranſitus erat, longe terribiliora, & profundiora, quam erant, & ad id loci quandoq; perueniebatur in quo vel propter imminentis ruinæ formidinem, vel propter aeris opacitatem ſplẽdore lunæ per oppoſitionem aliquando deficiente nulla ſpes ei inde exeundi remaneret, & certum quiſque ibi ſuum periculum expectaret. Leuigabatur ſane eis in illa tenebroſa periclitatione quodãmodo timor, ſi ab equis deſcenderent, & eundo pedites timorem pro labore commutarent, magis proprijs quam equorum ſuorum pedibus credebant viæ illius, imo ac dubitabilis peregrinationis leuiorem quidem exiſtimantes eſſe ruinam, ſi ex propriorum pedum lapſu forſitan caderent, quam ſi ſedentes in equis cum equorum ipſorum præcipitatione corruerent.

In hac ergo difficultate, & multo diſcrimine princeps, cum ſua comitiua tranſiuit, & circa diluculum peruentum eſt ad quoddam caſtrum, quod Manglianum vocatur, per cuius Caſtri medium princeps, & ſui tranſituri erant; quærentibus autem illius caſtri incolis de comitiua illa quæ eſſet, dictum eſt ab aliquibus comitiuam eſſe Marchionis Bertholdi: verumtamen cum fama caſus mortis Burrelli, & diſceſſus principis ibi iam ſparſa eſſet, cœpit apud aliquos de caſtro illo eſſe credulitas, quod illa comitiua principis eſſet, dicebantque aliqui conueniens eſſe ſcire qui eſſent illi, quo ſic tranſeunt, & non permitti eos ſine requiſitione, & diſcuſſione tranſire. Erat autem tranſitus illius loci difficilis, ita quod oportebat eos vnum ire poſt alium, municipes quoque illi portas clauſerant de municipij captione dubitantes, viamque tranſeuntibus dederant ſatis anguſtam, & difficilem pro exteriori municipij parte iuxta ipſos municipij muros, itaque cum onerata ani-

A malia, quæ cum arneſijs præcedebant propter tranſitus illius anguſtiam ſe fixiſſent, aliqui de comitiua principis, qui ſequebantur, crediderunt animalia illa cum arneſijs per municipes eſſe retenta, & tranſitum eis impediti, cœperuntque de fortuna quiſque ſua experienda cogitare. Factum eſt autem quod locum illum difficilem non ſine magna dubitatione tranſierunt princeps, & ſui diuertentes à ciuitate Auellini, in qua prædictus Marchio de Honebruch poteſtatem, & vires habebat, ad caſtrum Atripaldæ, quod eſt prædictorũ Marini, & Conradi quaſi ante horam tertiam ſalubriter peruenerunt.

Fuit autem princeps in caſtro ipſo cum B magna reuerentia, & honore receptus, prãſuſq; eſt ibi princeps aliquantulum, vxoribus prædictorum fratrum nobilibus quidem & ſpecioſis mulieribus ad vtriuſque principis latus in menſa ſedentibus, viris ſuis honeſtam earum cum Principe refectionem gratam ſatis habentibus, & ad honorem ſibi maximum reputantibus, quod cum eis Imperatoris filius prãdium participare dignatus eſſet, in quo quidem Princeps nihil de ſuæ ſibi magnitudinis honore diminuit, cum in hoc quædam videatur eſſe prærogatiua dominarum, vt plura circa eas ad honorificentiam veniant, quæ circa viros, quantumcunq; magnos fortaſſis dedecere viderentur. Prandio autem illo à Principe, C & ſuis breuiter, & ſummariè celebrato diſceſſum eſt. illoq; die ad quoddam caſtrum Comitis Acerrarum, quod dicitur Nuſcum, Princeps cum ſua comitiua peruenit, fuitq; ei & magnus honor exhibitus ex parte prædicti Comitis cognati ſui per ipſius loci municipes, taliter quod tunc eum dubitare non oportebat, niſi quatenus dubitari poſſet, ne de Papali exercitu aliqui poſt eum mitterentur. Pernoctauit ergo Princeps in ea ſecuritate, quam loci tantum illius conditio dabat: ſummo ſequenti mane inde recedens verſus Guardiam Lombardorum iter direxit.

Erat autem terra ipſa Guardiæ de perti- D nentijs Comitatus Andrenſis, quem poſſidebat Marchio Bertholdus, vnde Princeps ad ipſam Guardiam quanquam ad terram ipſam perueniſſet, non acceſſit, quia quidam rumor factus eſt, quem etiam ſuſpicio ipſa formabat, quod quædam gens armata dicta fuiſset in principis occurſum venire, Princeps autem conſpiciens in mente quicquid pro incautela ſibi poſset euenire, contrarium ex improuiſo commiſso quendam de familia ſua nomine Abbantinum ad explorandum, ſi de eo quod dicebatur aliquid eſset, ipſe Princeps ſe, cum ſuis in aciem ordinatam exclarauit, & licet prædictus Abbantinus, qui ad explorandum prædicta miſsus fuerat rediens diceret nullam gentem ſe alicubi videre potuiſse, Princeps tamen cum ſua comitiua ſtipatus quaſi ad

bellum

A bellum recipiendum compoſita, & accincta proceſſit, & cum appropinquaſſet ad Guardiam Lombardam, præmiſit ad terram ipſam nuncios ſuum, ſignificans aduentum, & qualis eſſet ipſius terræ ſtatus agnoſceret antequam ad ipſam veniret.

Nuntijs autem reuerſis, & ſtatum ipſius terræ non mutatum in aliquo ſignificãtibus princeps ad terram ipſam proceſſit, non tamen terrã intrauit, ſed ad burgum ipſius populo conuocato confortare cœpit, & monere eos vt decuit quod in ſolitæ fidei conſtantia manerent. Populus autem ipſi principi expoſuit qualiter quidã Legatus Apoſtolicæ Sedis, qui apud Arianum cum magno B exercitu Eccleſiæ erat, requiſiuit eos, vt ſe, & terram Eccleſiæ darent, & de voluntate ſua quid ſuper hoc facturi eſſent, ad certum terminum reſponderent, quem quidem terminum in diem craſtinum prorogari dicebant, quod ſi in eodem termino ſe reddere nolle reſpõderent, exercitum ipſum conſequenter ad ſui oppugnationem, & deſtructionem expectarent. Princeps autem, Non decet, inquit, de huiuſmodi comminationibus timere, dummodo fides veſtra non vacillet, ecce enim nos in Apuliam deſcendimus ad diſponenda ſic negotia Dom. Regis nepotis noſtri, & noſtra, quod vos, & fideles alios contra omnium aduerſariorum machinamenta tuebimur, gratia nobis aſſi- C ſtente diuina, propter quod vobis diſtrictẽ præcipimus, vt nihil de ſtatu veſtro timeatis, nec aliquid vel ad Legati, vel ad alicuius perſonę requiſitionẽ ſine noſtro ſpeciali mãdato facere præſumatis. Nos enim pro vobis, & alijs fidelibus ſtabimus, & prædicto Legato, ac quibuſcunque alijs aduerſarijs volentibus, ſicut reſpondendum fuerit reſpondebimus. Veſtrum ergo & aliorum ſubiectorum eſt ſtare vt ſtatis, noſtrum vero de ſtatu veſtro, & aliorum curam gerere ne ſtatus veſter aliquorum turbetur infeſtatione.

Facta igitur tali ad incolas Guardiæ proloquutione Princeps proceſſit inde, & ipſo eodem die peruenit ad oppidum, quod Bi- D ſaccia vocatur, ibique per incertos præmiſit de eodem loco ad caſtrum Bimium nuntium ſuum pro aduentu ſuo incolis ipſius caſtri notificando, quod quidem caſtrum ad ipſum principem ratione prædicti Comitatus Adriæ pertinebat. Audito autem ſalubri aduentu principis incolæ, ipſi valde lætati ſunt, & lætitiam ſuam luminaribus, alijſque quibus potuerunt modis demonſtrauerunt: ſicque Princeps quendam militem de familia ſua nomine Arduinum miſit illuc ad caſtrum ipſum pro parte ſua fideliter cuſtodiendum. Miſerat quoq; prædictus princeps Melphiam nuntios ſuos ſcilicet Gualterium de Ocra Regni Siciliæ Cãcellarium, & Geruaſium de Martina. qui euntes, & ſignificantes ipſius terræ ciuibus aduentum Principis, facto eis colloquio ſicut decuit, voluntatem eorum exquiſierunt, ſi ipſum Principem, & ſuos in ciuitate recipere vellent. Melphienſes autem reſponderunt ſe Nuntio Papæ fidelitatem, & homagium iurauiſſe, & ideo non debere, nec velle contra ipſum iuramentum venire, velle autem ſe recipere principem in ciuitate, dummodo cum modica comitiua ciuitatem intraret, & ſine Theutonicis, ac Saracenis. Redeuntibus ergo prædictis Nuntijs ad Principem, & reſponſionem Melphienſium ſibi ſignificantibus, aſſerentibus etiam quod Melphienſes ciuitatem munire iam cœperant, ipſe princeps ad ciuitatem Exculanam procedere diſpoſuit: prius autem quam ad ciuitatem ipſam procederet præmiſit ad eam nuntium ſuum cum literis ad notificãdum ibi aduentum ſuum, & præuidendum ſtatum, & voluntatem ipſius ciuitatis incolarum. Pergẽs autem ipſe Nuntius in ciuitatem ingreſſus inuenit ſeditionem ibi tunc nuper exortam, & Comeſtabulum ciuitatis ipſius fuiſſe in illa ſeditione peremptum, tantamque in ipſa ciuitate turbationem, quod ipſe nuntius literas Principis quas habebat ad ciuitatem, nec dare, nec oſtendere auſus eſt; imo de aliquorum conſilio, qui principi beneuoli videbantur ipſum latere oportuit, & de nocte poſtmodum ciuitate exire.

Interea Princeps ſequenti die de oppido Biſacciarum mouerat verſus Exculum proceſſurus, cum autem procederet occurrit ſibi in via prædictus nuntius de Exculo rediens, & quidam iuuenis nepos Comeſtabuli qui pridem apud Exculũ fuerat in ſeditione interfectus; & expoſita Principi ciuitatis illius conditione ſuggerebatur ei tam ab illo iuuene, qui vltionem mortis patrui ſui deſiderabat, quã ab alijs de comitiua ſua qui magnum habebant bellandi deſiderium vt verſus ciuitatem ipſam recta via procederet, vtileque eſſe ſuis geribus, vt ciuitatẽ ipſam antequam melius munire ſe poſſet, ſubito intraret. Poſitum ergo & firmatum eſt à Principe, & ſuis recta via procedere in ciuitatem, & iam ſinguli de comitiua ſua certam victoriæ ſpem amplectentes magiſq; deſiderantes inuenire reſiſtentiam, vt vires ſuas, & animos experiri poſſent, quam tranquillum, & pacificum habere ad ciuitatem ingreſſum, iam de ipſa rebellium ſtrage futura, & de ſpoliorum direptione quandam exultationis ſibi materiam anticipabant. Dum autem ſic animosè procederent prædictus iuuenis nepos Comeſtabuli interfecti comitiuam principis cœpit præcedere, vt qui requiſitionis illius erat, viæ qualitatem inueſtigaret quatenus ſecurior Principis comitiua procederet. Cumque per aliquantulum viæ proceſſiſſet, dixit ſe pro certo accepiſſe per viam, quod Marchio Oddo frater Marchionis Bertholdi cum quingẽtis militibus Cornetum venerat, quod quidem ab Exculo ſex millibus diſtat.

Tali

Tali autem rumore in comitiua principis
exorto, & prædicto iuuene id eſſe verum te-
nacitee affirmante, licet mendacium eſſet,
quod vel ipſa conditio temporis ſuſpecta
veriſimile ſuggerebat, vel ipſe iuuenis de-
ſtructionis Terræ ſuæ timore confixus, atq;
damno mortis patrui ſui, quod incurrerat
damnum patriæ nollet inferre, Princeps ta-
men conſiderauit ſapienter, quod id quod
de aduentu prædicti Marchionis Oddonis
dicebatur, vel verum iam eſſet, vel adhuc
contingere poſſet, ſciebat enim poſt receſ-
ſum ſuum de Acerris: quod gens procul du-
bio ventura erat: magis etiam de prædicto
Oddone credebat propter Marchionem Ber-
tholdum fratrem ſuum, qui iam cor ſuum
contra Principem, vt ſupra memoratum eſt,
manifeſtauerat. Arbitratus eſt ergo Prin-
ceps circumſpectus, quod ſi ciuitatem tunc
Exculanam inuaderet, & capere forte non
poſſet pro eo quod non tantas vires arma-
torũ tunc habebat quantas haberi ad vnius
ciuitatis oppugnationem oporteret multũ
de ſuo ſibi honore decreſceret, & dum vi-
res magis ſuorum ex illa prima ſiniſtra
fortuna tepeſcerent aduerſarij, ſui multum
inde vigoris aſſumerent, ſi autem ciuitatem
illam violentee forſitan caperet, contingere
poſſet quod dum ſui ſe in ſpoliorum dire-
ptione occuparent prout manifeſtè iam in-
nuebant, poſſet aliquod ſibi, & ſuis interue-
nire periculum, vel etiam ſi hoc non con-
tingeret, licet ipſe princeps ibi ſine aliquo
periculo ſe recceptaret prædicto Marchione
Oddone apud Cornetum exiſtente, & exer-
citu illo Eccleſiæ, qui erat apud Arianum
ex parte alia veniẽte ipſe Princeps, & ſui in
ipſa ciuitate Exculi viderentur incluſi, &
prius cõtra eum aduerſarij ſui circumqua-
que inſurgerent, quam ipſe princeps poten-
tiam, & vires ſuas collectas hinc inde præ-
ſidijs augere, & firmare poſſet, illiuſque
modicæ gloriæ fauor, qui tunc obuenire po-
terat, ſi ciuitatem Exculi caperet, gloriæ
maioris emolumentum, quod in antea erat
habiturus impediret. Ratus eſt ergo Prin-
ceps in illis dubijs reuelationis ſuæ primor-
dijs, ſuam quodammodo per ingenitam
ſapientiam viare fortunam, & more ſapien-
tis opificis qui primò apparatum facit, &
tunc demum deſtinatum opus aggreditur,
cum neceſſariorum, quæ iam parata ſunt
defectus aliquis non timetur, ſapienter de-
creuit ſe prius pro illius temporis qualitate
componere, vt debile principium melior
fortuna ſequatur.

Mutato ergo ex prædictis rationibus pro-
poſito Princeps ab incœpto itinere Exculi
diuertens ad quoddam caſtrum, quod dici-
tur Lauellum perrexit, quod à ciuitate Ve-
nuſij octo ferè millibus diſtat, ibique fuit
ſatis reuerenter, & honorificè receptus cum
ibi per vnam noctem manſiſſet. Sequenti
manè nuntij Venuſinorum venerunt illuc

A ad principem, ſupplicantes ei ex parte ſuo-
rum conciuium, vt Princeps ad regiam, &
ſuam ciuitatem Venuſij venire dignaretur,
aſſerentes qualiter de ſalubri aduentu Prin-
cipis valde ciuitas illius vniuerſitatis lætata
eſt, magiſque ac magis lætarentur, ſi per-
ſonam eius in ipſa ciuitate videre mere-
rentur.

Ad ſupplicationem ergo, & deuotionem
Venuſinorum Princeps cum ſua comitiua
ad ciuitatem ipſam profectus eſt, cunctiq;
ipſius terræ ciues contra ciuitatem ſibi de-
uotè occurrentes, ipſum, & ſuos in magno
gaudio, & tripudio receperunt, & omnes
ſibi expenſas pro ſe, & tota eius comitiua
B de communi omnium ciuium largitione hi-
lariter tribuerunt.

Interea Ioannes Morus qui ſicut ſuperius
dictum eſt, ſignificauerat ſe præſtiturum
omne auxilium & conſilium Principi ſtatu-
to loco ſui in cuſtodia ciuitatis Luceriæ
quodam de familia ſua nomine Marchiſio
adhibitis ſibi mille Saracenis armigeris in-
ter equites, & pedites, & trecentis Theuto-
nicis equitibus locatis contra Luceriam in
domibus Regijs, quæ ſunt ibi; qui Theuto-
nici poſt mortem Imperatoris locati fuerãt
in ciuitate Troiana: poſt mortem vero Re-
gis de ciuitate ipſa per ipſius Terræ ciues
eiecti fuerant, receptoque ab ipſo Marchiſio
C iuramento, & facto ſibi diſtricto mandato,
vt neminem, ſiue Principem, ſiue quamcũ-
que aliam perſonam ciuitatem Luceriæ in-
trare permitteret, ad Summum Pontificem
profectus eſt, ſignificans Principi, quod ip-
ſe ad hoc ibat, vt apud Summum Pontificem
negotium, & vtilitatem Principis tractaret.
Licet illius eſſet intentio, vt ſe & ciuitatem
Luceriæ in manibus Eccleſiæ poneret, &
quantum poſſet confuſionem principis pro-
curaret. Princeps vero audito Ioannis Mori
diſceſſu à Luceria miſerat diuerſos iam nũ-
tios ad ciuitatem ipſam humilis quidem
conditionis ad contractandum, & qui fa-
miliaritatem, & vſum cum Saracenis ipſius
D ciuitatis habebant, qui ſine ſuſpicione in-
troire poterant, & exire ciuitate ad ex-
plorandum ibidem quæ & qualis voluntas
ciuitatis ipſius recipiendi Principem eſſet,
per quos nuntios ad ſe redeuntes intellexit
princeps qualiter voluntas ipſorum homi-
num ſatis bona eſſet, & quod mirabantur
quare princeps recta via Luceriam non ve-
niſſet cum ipſi omnes ſe ad defenſionem, &
honorem Principis, & bona eorum omnia
diſponerent, & parata eſſent.

Cum autem Princeps apud Venuſium
morans, & talia noua de Luceria recepiſſet,
tractare cœpit cum ſecretarijs ſuis quali-
ter ad terram ipſam Luceriæ conferre ſe
poſſet, alijs aſſerentibus melius eſſe Princi-
pem ſolum cum vno, aut duobus tantum
in ſpecie priuatæ perſonæ ire, & ciuitatem
intrare, alijs vero dicentibus ipſum debere

cum tota ſua comitiua procedere, cum
oporteret ipſum tranſire inter ciuitatem
Eſculanam, quæ rebellauerat, & ciuitatem
Fogiæ ad quam Oddo Marchio de Hone-
bruch, cum Papali magna militia certiſſi-
mè venerat. Reſedit tamen in hoc conſi-
lium; vt Princeps iret in ſpecie priuatæ per-
ſonæ, quia nullo modo per medium prædi-
ctarum duarum ciuitatum rebellium cau-
tius tranſire poſſet, quam ſi totam ſuam co-
mitiuam non duceret ſecum, quæ propter
multitudinem, cum illa multitudo pauca
eſſet, non poſſet forſitan ita tranſire, quia ad
aliquam prædictarum ciuitatum ſorte inde
notitia perueniret.

Interim autem dum hoc tractaretur ve-
nerunt ciues Venuſini ad Principem dicen-
tes ſe à Melphienſibus eſſe requiſitos ad cõ-
fœderationem ad inuicem faciendam, aſſerē-
tes ſe confœderationem ipſam eis negare
non poſſe propter Melphienſium potentiam,
quæ eis ex vicinitate quæ inter eos eſt plu-
rimum nocere poſſet, ſi cum eis confœdera-
tionem non haberent. Verumtamen volun-
tati eorum cõfœderationem ipſam eſſe cum
Melphiēſibus facere, ſaluo in omnibus Prin-
cipis honore & ſalute. Princeps autem
audiens Venuſinorum verba voluntatem
eorum de facienda ipſa cum Melphienſibus
confœderatione, monſtrauit quaſi parum
curare.

Diſpoſitu ergo Princeps, cum prædictis
tantum ſecretarijs ſuis de itinere ſuo ne ad
alios forte huius rei notitia perueniret, fecit
publicè dici quod ipſe iturus erat verſus
Eccleſiam ſancti Nicolai de Aufido loqu-
turus cum Frederico de Antiochia fratre
ſuo, quem illuc ipſe Princeps veniſſe confi-
xit, & deinde proceſſurus erat Spinaczo-
lam: mandauit ergo illis de familia ſua,
qui remanſuri erant, vt ſequenti mane Spi-
naczolam cum camera ſua proficiſcerentur;
ſecretarijs autem dixit, qui cum reliqua fa-
milia & camera remanere debebant, vt de
Spinaczola cum camera ipſa non recederet
donec rei futuræ qualitas quicquid facien-
dum eſſet indicaret.

Erat autem primus dies Nouembris ho-
ra quaſi veſpertina cum hoc tractaretur, vix-
que ad hoc completo ſuper materia iſta
colloquio cuidam de hominibus longe aſtā-
tibus ſuper mutationem gratiā fecit, quod
Princeps ſignum bonum ingens id eſſe au-
ſpicatus ſubito enſem ſibi dari poſtulauit, &
cum enſis tunc nullo modo inueniri potuiſ-
ſet, quod aliqui non bono euenire auſpicio
ſuſpicati ſunt, ipſe nihilominus Princeps
quodam alio enſe cuiuſdam ſocij ſui militis
qui ſibi oblatus eſt ſe accinxit, & armis alijs
competenter munitus equitauit, tres tan-
tum ſeruientes ſecum ducens: cumque in illa
modica ſocietate ciuitatem exiuiſſet, quoſ-
dam de familia ſua iter ignorantes equitā-
tes poſt Principem inuenit cum ſe, ſeque

A ſibi in via iunxerunt, quos Princeps reuo-
care noluit, ne ipſis reuocatis aliquid de
ſuo forſan propoſito perpendi poſſet. Inu-
entæ ſunt autem omnes illius comitiuæ,
cum principis perſona, quibus procedenti-
bus ſuperuenit nox, & cum nocte pluuia;
quæ adeo grandis erat, & tenebras noctis
augebat, quod euntes non poterant ſe ad
inuicem videre, ſed ſe ſolo verbo, vel mu-
tuo contactu ſentiebant, nec ſcire poterant
verſus quam partem incederent, cum nec
ipſos certa via duceret, quam ipſi ſtudiosè
diuerterant, & per inuios ire campos dum
adhuc lux eſſet, elegerant, ne ad aliquam
prædictarum ciuitatum caſualiter declina-
B rent. Ibant ergo non ex arbitrio, ſed ſola
eos ducente fortuna, cùm ſtellæ quas ad iti-
neris nocturni demonſtrationem nox ipſa
parare curauerat, aer tūc pluuioſus abſcon-
diſſet, & omne illis in ipſa tempeſtate re-
medium ſubtraxiſſet. Erat autem inter eos
quidam miles Adenulphus Pardus, qui fue-
rat magiſter venationum Imperatoris Fre-
derici, qui ex nimia venationum aſſuetudi-
ne magnam illarum partium notitiam ha-
bebat, & inter illas tenebras, quantum de
induſtria ſua poterat principi ducatum præ-
ſtabat itaut inter illas fortunæ aduerſitates
in ducatu ipſius Adenulphi magnam par-
tem fiduciæ ſuæ princeps poſuiſſe videretur,
C magnumque ſpei remedium ſibi in illo er-
rore faciebat notitia Regionis, quam ipſum
Adenulphum ex nimia venationum Impe-
rialium aſſuetudine habere ſciebat. Licet
autem ſicut eis tunc fortuna ſæuiens minari
videretur, vt in incertum ſe tūc eorum quiſ-
que crederet, non periculum, ſed quam
vt forſitan non errarent, ipſi tamen potius
ſe errare præſumerent, tamen circa noctis
medium ad quemdam locum eos error ille
perduxit, qui vocatur ſanctus Agapitus, qui
medius eſt inter Fogiam & Lucceriam. Erat
enim ibi quædam domus, quam Imperator
Fredericus pro venationis ſolatio conſtrui
fecerat, quæ quidem domus in illa noctis te-
nebroſitate albeſcens aliquantulum appa-
ruit, nec tamen Princeps ad domum illam
D prius diuertere voluit, quam loci illius qua-
litate circumquæſita, quantum poterat in il-
la noctis opacitate comprehendi de loco ip-
ſo quod eſſet ſanctus Agapitus certificatus
eſſet alteri prædictarum rebellium proxi-
mus, ad quem diuertere ſibi periculoſum
eſſe potuiſſet, præſertim cum ſimiles domus
per ſimiles Apuliæ partes, & maximè in
Capitanata per prædictum Imperatorem
conſtructæ fuerant in venationum ſolatijs,
quarum aliqua ciuitati Fogiæ, in qua præ-
dictus Oddo Marchio cum Papali exercitu
erat, nimis vicinabatur.

Rigente ergo illa tempeſtate pluuiali
princeps cum ſuis illis pauciſſimis ſocijs ad
domum illam declinauit, vt homines, &
equi qui pluuiam indeſinentem illa in tene-
broſi-

broſitate vagantes pertulerant, per modi-
cam in illo pauſationem, aliquam tanti la-
boris refocillationem acciperent, adeoque
gratulãter loci illius quietem amplexi sũt,
quod quodammodo præteriti paulo ante
diſcriminis obliuiſcentes in tantum ſe ſola-
tij luxum in illa requie, locique anguſtia
laxauerunt, vt ignem maximum, lignorum
ſibi oblata copia facerent, qualiter ſibi ma-
gni Reges, & Principes in illis ſolatijs ſuis
facere fieri conſueuerunt, quod licet repre-
henſibile quodammodo viſum fuerit, cum
ex ignis illius fulgore, qui vſque Fogiam,
vel Troiam præ ſui magnitudine peruenire
poterat, aliquid de ipſo principis tranſitu
per locum illum ab aduerſarijs ſuis perpen-
di potuiſſet, tamen ſic factum eſt, & pro
infecto haberi non poteſt. Per totum noctis
reſiduũ moratus eſt in illo loco Princeps, &
ſui, & tam ipſi quam equi magnam ibi de
labore, quem habuerãt refocillationem ac-
ceperunt. Pauló autem ante diluculum
equitauerunt, & cum ad tria milliaria ci-
uitati Luceriæ appropinquaſſent, cogitauit
princeps, quod ſi omnes ſimul ad ciuitatem
accederent, contingere poſſet quod homi-
nes ciuitatis multitudinem illam, licet pau-
cam, ſuſpectam haberent, & forſitan ingreſ-
ſum ſibi negarent, ſi autem cũ duobus, aut
tribus tantummodo iret, ingreſſum ſibi da-
re non dubitarẽt, & poſito quod ingreſſum
non darent facilius, & ſalubrius cum pau-
cis, quam cum multis deinde ſaluare ſe poſ-
ſet: cogitabat enim Princeps, quod ſi in Lu-
ceria forte non reciperetur, ad caſtrum Bi-
biani quod pro eo tenebat, pergeret, &
ibi ſe receptaret.

Miſſis ergo in loco illo omnibus illis, qui
ſecum ibant Princeps ipſe cum tribus tan-
tum, quorum vnum idioma Saracenorum
bene nouerat ad portam appropinquabat,
quò ex interiori parte plures homines, qui
ad noctis cuſtodiam deputati ad portam
cuſtodiendam aſſerentes, equites ciuitatem
verſus venire, conuenerant propter magnã
ſollicitudinem cuſtodiendi ciuitatem, quam
eis illius temporis qualitas ingerebat. Cum
ergo Princeps eſſet extra ante portam, &
homines ciuitatis ex interiori parte in ip-
ſius portæ propugnaculis ſtarent, vnus ex fa-
mulis Principis linguam Saracenicam ſciẽs
prius acceſſit, & hominibus qui portam
cuſtodiebãt dixit. En Dominus veſter Prin-
ceps filius Imperatoris iuxta deſiderium
veſtrum ad vos venit, aperite ergo ſibi por-
tas, & ipſum recipite in ciuitate, ſicut iam
pridem cum magna bona veſtra liberalita-
te promiſiſtis. Cum autem illi dubitarent
an ibi Princeps eſſet, prout ille dicebat, &
ſuſpicarentur ab ipſo illudi, princeps vt ſe
illis cognitum faceret appropinquauit ma-
gis ad portam, & cognitus eſt ab eis: ſta-
tim autem quod cognouerunt, quod Prin-
ceps eſſet, anxiabantur ad portam ſibi ape-

A riendam, volebantque prius mittere ad
Marchiſium ſtatutum per Ioãnem Morum,
vt ſupra dictum eſt, in ciuitate Luceriæ, qui
claues prædictæ ciuitatis habebat, tunc ve-
ro vnus ex illis qui intus erant, fidem ſuam
vlterius erga Principem oſtendens ſic in-
quit. Pro claue ad Marchiſium mittimus!
Ipſe Marchiſius qui mandatum habuit à
Ioanne Moro, quod nec Principem, nec ali-
quem alium ingredi ciuitatem permitteret
clauem ipſam non dabit, ſed principis in-
greſſum, quantumcunque poterit impediet.
Bonum ergo eſt, vt quomodocunque me-
lius fieri poteſt Princeps intret: ipſo enim
ingreſſo omnia poſtmodum plana erunt:
B Erat autem cliuus quidam à ciuitate pro-
ductus, per ipſam portam ad labem aquæ
pluuialis extra ciuitatem educendam, qui
cliuus limen portæ per medium ſecabat,
ita quod clauſa porta tantum foraminis ex
illo cliuo remanebat, quod homo proſtra-
tus ingredi inde poterat ciuitatem: ille er-
go qui ſic fuerat proloquutus, Ingrediatur,
inquit, Princeps per foramen quod ſub por-
ta eſt, & ſic in ciuitate quomodocunq; ipſum
habere poſſumus, habeamus. Tunc Prin-
ceps, nec aduertens ingreſſus illius turpitu-
dinem, ſed magnæ fructum gloriæ, quæ ex
illa turpitudine reſultabat, cogitans per la-
bores, & anguſtias tranſeundum eſſe ad
C gloriam, & ex illa contumelioſa quidem,
ſed vtili proſtratione ſurrecturum ſe ad ma-
gnæ ſolium exultationis aſpirans, cum iam
ad id cum fortuna duxiſſet, vt non tanquam
homo directus, ſed tanquam reptile incur-
uatus, terræque proſtratus gradi deberet,
animaduertit ſapientiſſimè quod proceſſus
forte qui iam ad illius depreſſionis vltimum
venerat ad ſuæ releuationis tendebat ini-
tium, deſcenditque de equo ſuo, & ſe in
terram proſternere ad ingrediendum per
foramen parabat, quod Saraceni videntes,
magnaque ex illa Principis miranda qui-
dem, ſed neceſſaria humilitate permoti.
Numquid, inquiunt, ferendum eſt, vt Do-
minus noſter, ita viliter ciuitatẽ intret? Ef-
D fringamus igitur portas, vt ingrediatur ſicut
principem decet. Vno ergo impetu facto ir-
ruerunt ad portas, ipſaſque fregerunt, & in-
tus Principem, cum magno gaudio recipiẽ-
tes ipſum vſque ad medium ciuitatis in bra-
chijs ſuis releuatum à terra portauerunt.
Itaque circumcinctus Princeps, innumera
multitudine populi cõfluentis ad aſpectum
ipſius in illa honorifica delatione ſui, ma-
gnam perſonæ defatigationem ſuſtinebat,
dum homines magis ſuo communi gaudio,
quam ipſius Principis habilitati ſatisfacien-
tes, in tantum exhibitionem illam honoris
extenderent erga principis perſonam, vt de
labore & compreſſione, quam tũc Princeps
patiebatur, parum cogitarent, quod cum
oblato ſibi in illa frequentia populi, cum
maxima difficultate equo equitaſſet, ſenſit

 de

A
de perſona grauiori tunc periculo, quam id quidem habuerit, reſpiraſſe.

Cum autem hoc fieret, & de aduentu Principis ciuitas tota ferueret, peruenit hoc ad notitiam Marchiſij ſtatuti per Ioannem Morum in ciuitate, qui Marchiſius in Regio palatio erat, qui cum audiſſet Principem fore in ciuitate, admirans qualiter id eſſe potuiſſet, cum ipſe portarum omnium claues haberet, fecit confeſtim armari Saracenos deputatos per Ioannē Morum ſub ſe ad cuſtodiam ciuitatis, ipſeque armis munitus egreſſus eſt de palatio, & ſimul cum prædictis armatis cōtra principem venire cœpit. Principe autem procedente ad palatium, cum maxima populi multitudine, ipſo quoque
B
Marchiſio cum armatis ſuis contra Principem ab ipſo palatio veniente, cum ventum eſſet ad id loci quo dictus Marchiſius Principem euntem aſpiceret, factus eſt illico clamor, & concurſus populi ad ipſum Marchiſium, vt incontinenti deſcenderet, & ad pedes Principis iret, ille obſtupefactus, & de neceſſitate virtutem faciens, ſtatim deſcendit, armiſq; depoſitis ante principem ſe proſtrauit, & pedes Principis oſculatus eſt, ſicque Princeps cum magno honore, & gaudio ad palatium Regium populo comitante perductus eſt.

Inter hæc illi de familia Principis qui ipſo, vt dictum eſt, cum tribus tantum ad ciuitatem
C
accedente retro remanſerāt, cum è veſtigio venientes ad ciuitatem appropinquaſſent, audientes Principem eſſe intus, acceſſerunt ad portas ciuitatis, cum autem Principe mox ingreſſo portas, quæ apertæ fuerant, clauſæ interim, & obfirmatæ fuiſſent, illi autem ante portas ipſas ſtabant, & intrare non poterant, cuſtodes enim portarum neſciebant, nec credebant eos de familia Principis eſſe: dum autem illi ſic ſtarent ante portas ciuitatis collecti ecce Marchio Oddo cum quadam comitiua ſua veniebat de Fogia ad Luceriam, cumque ciuitati appropinquans, equites illos ante portam ciuitatis ſtantes videret quæſiuit à quodam ruſtico, quem ſecus viā fodientē
D
inuenit, qui eſſent illi qui ante portam ciuitatis equites ſtabant, illo autem ruſtico reſpondente ſibi, illos eſſe de familia principis & eundem Principem ciuitatem aſſerente ingreſſum, ſtatim ipſe Oddo miratus nimis, atque turbatus de roncino, quem equitabat deſcendit, & ad dextrerium ſuum, qui ſibi à dextris iam ducebatur aſcendit, & verſus Fogiam retrocedebat.

Cum autem illi de familia Principis ſtātes ante portas vidiſſent, & agnoſcentes ex vexillo, quod ille erat Marchio Oddo, poſt eum ſe protipuerunt, ipſum viriliter inſequentes, cumque vero equi eorum eſſent valde fatigati ex labore noctis præteritæ, videntes quod eum attingere non poterant, ab ipſius inſecutione temperauerunt, & reuerſi ad portas ciuitatis poſtquam ſcitum eſt eos de Principis comitiua eſſe, apertis ianuis ciuitatem intrarunt, & ad principem, qui in palatio regio erat acceſſerunt, principi ſignificantes qualiter Marchio Oddo venerat atque receſſerat.

Congregato ergo vniuerſo populo ciuitatis ante palatium Regium Princeps in ipſo palatio reſidens ad feneſtram, quæ proſpicit inter Meridiem, & Occaſum, de qua ipſe populum reſpiciebat, totuſque populus ipſum videbat, proloquutus eſt ad populum ſicut negotij qualitas requirebat, exponens cauſam propter quam à Summo Pontifice receſſerat, & qualiter voluntatis ſuæ erat iura Regis nepotis ſui, & ſua, & libertatem, bonumque ſtatum Regni, & ciuitatis ipſius viriliter manutenere, atque defendere: ſtatimque omnes ſe in perſonis, & rebus ad ſeruitium, & beneplacitum Regis & principis obtulerunt, & iuramenta fidelitatis, & homagij ſibi pro parte Regis, & ſua ſecundum eorum ritum corporaliter præſtiterunt.

Interea ſecretarij principis, & alij de comitiua ſua, qui cum camera ſua remanſerant apud Venuſium, & iuxta ipſius principis mandatum Spinaczolam proceſſerant, ibique manebant nihil penitus ſciebant de his quæ Principi feliciter obtigerant. Princeps autem id eis ſignificans, mandauit eis vt non per viam, quæ eſt inter Exculum, & Fogiam, ſed per caſtrum Biuini, vel per Sypontum Luceriam venirent, illi autem tutius elegerunt per Sypontum venire, ſi enim per Biuinum veniſſent, ſiniſtrum eis procul dubio contigiſſet, nam eo ipſo die, videlicet ſecūdo Nouembris, quo Princeps Luceriam ingreſſus eſt, Bertholdus Marchio de Honebruch G. Cardinali Apoſtolicæ Sedis Legato in Apulia cum magno exercitu venienti per vnam dietam obuiam procedens Fogiam venerat, qui Marchio veniens cum ſibi ſignificatum fuiſſet in via, Principem eſſe Luceriæ, conturbatus eſt nimis, nūtiumque ad Legatum ad id ſibi ſignificandum celeriter miſit, tantuſque terror ad comitiuam Marchionis ex illo rumore factus eſt, ſicut aliqui poſtmodum de comitiua illa dixerunt, vt quamplures de Apulia qui cum Marchione veniebant, cum ipſe Marchio venerit Fogiam ſe ibi non fixerunt, ſed ipſo eodem die vſq; Barolum nuntius Marchionis adeo feſtinauit, quod ipſo eodem die, videlicet ſecundo Nouēbris, fuit apud Troiam, propter quorum Legati, & Marchionis aduentum, tam prædictum caſtrum Biuini, quam aliæ ciuitates & caſtra per Apuliam in partem ipſius Legati, & Marchionis declinauerant.

Inuentæ ſunt autem in prædicto palatio Regio Luceriæ Camera Imperatoris Frederici, & Camera Regis Conradi, Camera quoque Marchionis Oddonis, & Camera Ioan-

Ioannis Mori in quibus Cameris inuentum
eſt aurum, argentum, veſtes, lapides pre-
tioſi & ;arma quamplurima. Cœpit ergo
Princeps de Gazis, & bonis quæ in Came-
ris ipſis inuenta ſunt inter milites diſtribue-
re, & tam eis, quam illis, qui ſecum de
partibus Terræ Laboris venerāt, quam alijs
quos vndecunque habere poterat ſtipendia
præſtare: dicti enim Theutonici equites quos
Ioannes Morus, vt dictum eſt, in prædictis
domibus extra Luceriam conſtituerat, ſta-
tim Principe veniente Luceriam ſe ſibi ad
ſuum ſeruitium præſentauerunt, Princeps
eos libenter recepit, & ſtipendia eis conceſ-
ſit. Plures etiam Theutonici, qui poſt mor-
tem Regis per diuerſas Regni partes, &
præcipuè per Apuliam diſperſi erant audito
Principis aduentu in Luceriam ad ipſum
venerunt, & ad ſtipendia recepti ſunt, & li-
cet aliqui eorum equos, vel arma non habe-
rent Princeps eis equos, & arma prout vnū-
quemque indigere videbat, præſtabat multi
enim de exercitu Legati & Marchionis au-
dita liberalitate Principis de exercitu ipſo
recedentes venire ad Principem, & Prin-
ceps eis ſtipendia tribuebat, ita quod per
modicum temporis ſpatium exercitus Prin-
cipis adeo eſt augmentatus, quod terror
eius totam Apuliam concutiebat: ſtatim
enim quod Princeps Luceriam intrauit, &
exercitum ſuum ſic augmentare cœpit, per
ſingulas vicinas Terras miſit literas ſuas, vt
Luceriam ſoderum rerum victualium neceſ-
ſariarū pro ſuo exercitu mitterent: miſit &
literas Fogiam, vbi erat Marchio Berthol-
dus, quæ literæ receptæ ab vniuerſitate ci-
uitatis præſentatæ fuerunt Marchioni præ-
dicto, quas literas cum legiſſet Marchio, val-
de miratus eſt quod Princeps qui paulo an-
te in tanta depreſſione, & humiliatione
fuerat, quod eum ſupplicare alijs oporte-
bat, ſic ſubito ex depreſſione illa in excel-
lentem ſtatum erectus eſſet, vt de fodero
ſibi mittendo, ita imperioſè mandaret, ac
ſi totius iam Regni Dominus eſſet; turbatus
ergo valde ex hoc Marchio conuertit ſe ad
conſuetas verſutias, & quaſi amicabiliter
motus, & de honore ac ſalute Principis zelū
habens, magiſque ſe intimum, & familiarem
Principi oſtendere volens, miſit ei quaſdam
veſtes lineas & laneas, vt Princeps qui pro
diuturnis armis fatigatus erat, & qui in
ſolis armis ſuis Luceriam venerat, cum non-
dum camera ſua cum veſtibus, & alijs per-
ſonæ ſuæ neceſſarijs perueniſſet ad eum,
veſtibus illis à Marchione miſſis indueretur
miſitque ſibi conſilium, vt Princeps de
gratia Eccleſiæ non deſperaret, nec tanquā
deſperans eam, faceret quæ ad maiorem
aggregationem odij & diſcordiæ redunda-
rent: confidere enim ſe dicebat, quod ad-
huc poterat factum ſuum ſic cum Summo
Pontifice componi, quod honor ſibi & com-
modum increſcere potuiſſet. Princeps au-

A tem Marchionis ipſius veſtes tanquam ne-
ceſſarias recepit, verba vero tanquam ſu-
perflua & doloſa contempſit, vireſque, &
potentiam ſuam quod magis ſibi neceſſa-
rium, & vtile erat augumentare quotidie
ſatagebat. Principe autem ſic ſuas quoti-
die vires augente cœpit de concordia inter
ipſum & Legatum tractatus haberi, tracta-
tumque eſt quod Princeps, vſque ad ripam
fluminis, quod eſt inter Luceriam, & Tro-
iā veniret, Nuntijq; Legati vſque ad ripam
eiuſdem fluminis ex parte alia venirent à
Troia, vt ibi ad inuicem de negotio concor-
diæ loquerentur. Præfixo ergo ad hoc die
Princeps cum equitum, & peditum comi-
tiua Luceria exiuit, & vſque ad ripam
B prædicti fluminis comitiua ſua parum retro
dimiſſa cum paucis acceſſit. Illi vero de
parte Legati, cum magna ſimiliter comiti-
ua Troiā exeuntes Principis videntes exer-
citum longe citra ripam fluminis conſiſte-
re, nec ad ripam fluminis aliquatenus ap-
propinquare volebant. Princeps vero hoc
videns cum illis ſuis paucis ſocijs qui ſecum
erant ad ripam fluminis tranſiuit, & comi-
tiua, quæ retro remanſerat ad ripam, vbi
prius ipſe ſteterat venire fecit. Cumque
Principe flumen tranſeunte illi de parte
Legati adhuc ad ipſum appropinquare nol-
lent, Princeps verſus eos magis appropin-
C quauit, & per tantum loci ſpatium eundo
verſus illos ſe iam à ſua comitiua elonga-
uerat, quod aliquibus temerarium quodā-
modo viſum fuit ſic hoſtili parti ſe credere,
vbi pars hoſtilis de eo ſic dubitaret. Cum
antè illi nullo modo ſe vellent de prima ſta-
tione mouere, & iungere ſe ad colloquium,
Princeps vel puſillanimitatem illorum ſper-
nens, vel fraudem conijciens retroceſſit,
& Luceriam cum ſua comitiua reuerſus
eſt.

Poſt paucos autem dies, cū videret Mar-
chio Bertholdus, quod Principis potentia
nimis augumentabatur, miſit ad Principem
quendam ſuum ſecretum nuntium religio-
ſum, de domo videlicet ſanctæ Mariæ Theu-
D tonicorum ſibi ſignificans, quod ipſe Mar-
chio ad gratiam Principis redire volebat, ſi
Princeps vellet ipſum recipere, & certa ſibi
pacta, & conditiones, quas Marchio pete-
bat adimplere: inter ipſa autem pacta con-
tinebatur, vt Princeps filiam ſuam Ganarro
nepoti Marchionis nuptui traderet, petijt-
que Marchio quod Princeps Gualterium de
Ocra Regni Siciliæ Cancellarium ſecreta-
rium ſuum ad eundem Marchionem pro
huiuſmodi tractatu habendo deſtinaret
apud Troiam, ſub eo quidē prætextu quod
idem Cancellarius ad Legatum pro tractatu
concordiæ mitti videretur. Princeps autem
ſapienter conſiderans, quod ſi Marchionem
ex parte ſua, quocunque modo habere poſ-
ſet partis aduerſæ vires multum decreſce-
rent, ſua vero potentia nimis augmentare-
tur,

tur. Tali petitioni Marchionis acquieuit, & prædictum Cãcellarium ad Marchionem prędicto modo mittere diſpoſuit. Cumq; prędictus Cancellarius ſolus nollet ipſius negotij onus aſſumere, tum quia Marchionis aſtutias habebat ſuſpectas, tum quia ad palliandum cauſam profectionis ipſius ad tractandum cum Legato concordiam, vnam tantum perſonam tranſmitti inconueniens quodammodo eſſe videbatur, adhibitus eſt ad ipſum negotium exequendum Goffridus de Cuſentia ipſius Principis ſecretarius, factaque eſt vnicuique eorum à Principe commiſſio eundi ad prædictum Legatum Troiam de concordia cum ipſo tractanda, dataque eis à Principe plena poteſtate, & au-
B ctoritate tractandi cum Marchione qualiter ad partem Principis reuerteretur, & offerendi, ac firmandi ſibi pro parte Principis omnia pacta, & conditiones quas ipſe Marchio poſtulauerat.

Profecti ergo prædicti Nuntij Principis Troiam ad Legatum Sedis Apoſtolicæ ibi exiſtentem, vt de concordia cum ipſo tractaretur, Legatus autem potentiam ſuam quodammodo ex dedignatione magnificare volens nuntios ipſos admittere nolebat, ſed quoſdam eis auditores dedit, videlicet Archiepiſcopum Rauennatenſem, Epiſcopum Fauentinum, & Albertum de Fliſco conſanguineum ſuum, coram quibus audi-
C toribus nuntij Principis cauſam tractandæ concordiæ pro qua venerant expoſuerunt, Principem minus ipſius concordiæ eſſe nociuum, ſed nihil cum ipſis facere potuerunt, ſicque nuntij ipſi ad Marchionem ſe contulerunt, & licet non poſſent cum ipſo tractare aliquid ita ſicut volebant, quia in verbis eius, quæ dolo, & aſtutia plena erant ſe aliquatenus firmare non poterant, quamuis enim pactis, & conditionibus ſibi oblatis acquieſcere videbatur, tamen dicebat ſe expectare Marchionis Oddonis fratris ſui voluntatem, & conſilium, quod magis in dilationem concluſionis afferre videbatur; tamen ne ipſorum nuntiorum acceſſus illuc penitus inutilis eſſet, per illud modicum
D temporis quo in Troia fuerunt, ab eis ſapienter, & cautè tractatum eſt, quod vna conestabulia Theutonicorum, quæ in exercitu Legati erat ab exercitu ipſo diſcederet, & ad partem Principis veniret, cum ſe ad id commode faciẽdum loci, & temporis opportunitas daret. Sicque prædicti nuntij negotio pro quo venerant infecto ad Principem redierunt.

Princeps ad hoc cum magnum iam exercitum congregatum haberet, animuſque eius ad potentiæ ſuæ vires experiendas eſſet accenſus, præſertim cum exercitus Papalis qui erat in Fogia multum ſe quotidie roboraret vallando ſe circumcirca in foſſatis intendendo etiam ſuccidere nemus Palmulæ ciuitati Fogiæ propinquum ad conſtruen-
A dum palatia circumcirca in foſſatis ad maius ſui munimen, cogitauit quod melius erat hoſtes ſuos impugnare antequam ipſi ſe ſic præmunire poſſent, & laborem ſibi poſtea maiorem darent. Præfixit ergo in corde ſuo certum diem, videlicet in quo exiturus eſſet in campum, iuſſitque omnes de exercitu ſuo ſe interim præparare, vt ad aliud mandatum ſinguli ſe ad belli expeditionem præparatos decenter inuenirent.

Interea vero Comes Gualterius de Manupello de partibus Comitatus ſui veniebat ad Legatũ ab ipſo vocatus, qui ad quoddam caſtrum quod dicitur Serra Capriola dicebatur iam perueniſſe. Princeps autem ſcripſit ei, vt antequam ad Legatum iret, ad ipſius Principis veniret præſentiam; cumq; prædictus Comes reſpondiſſet ſe dubitare hoc facere ſine voluntate Legati, miſit interim Princeps ad eundem Comitem nuntios ſpeciales, videlicet Riccardum Filangerium militem, & præfatum Goffridum de Cuſentia, vt ipſum Comitem inducerent, vt iturus ad Legatum per Luceriam tranſiret, & Principi loqueretur, quod quidem ſibi conuenire volebat per eum ſuper facto concordiæ Legato ex parte Principis exponendo.

Cum autem hæc fierent venit dies, quem ad exeũdum in campum Princeps ſibi præfixerat, ipſoque die tanta pluuia inundatio à præcedenti nocte incipiens facta eſt, quod difficile erat hominibus, ne dum in cãpum procedere, ſed etiam extra domos exire, ſicque in diem tertium, videlicet proceſſus in campum neceſſario dilatus eſt; quo die veniente Princeps ſummo diluculo Comitem Henricum de Spernaria, virum ſtrenuum, & bellici diſcriminis expertum ad ſe venire iubens. En hodie, inquit, dies eſt in quo ſub ſpe certa victoriæ contra noſtros hoſtes noſtra poſſumus explicare vexilla: accipe ergo tecum aciem vnam equitum armatorum, & felici animo exeas procedens vſque ad locum inter Troiam & Fogiam, & Luceriam medium, & quacunque ex parte de Troia, ſiue de Fogia aliqui de hoſtili parte prodierint præuideri poſſint, conſtituaſque duos viros cum duobus vexillis in colliculo illo, quod aliquantulum exeuntibus huic ciuitati apparet oppoſitum, & de quo vſque ad vicinitatem Fogiæ & Troiæ poteſt vterque haberi proſpectus, quos viros informes, & inſtruas, vt de loco illo verſus vtramque partem intentè reſpicientes, ſi gentem aliquam ex aliqua prædictarum partium prodire viderint primo vnus illorum, & deinde alius vexilla in circuitu ventilent, nos enim inſpectores alios hic in palatij ſummitate conſtituemus, qui ad vexilla prædicta proſpectum certiſſimum habeant, vt ſi prædicta ſigna vexillorum viderint, per quæ ſignificetur, vt poſitum eſt, aliquam gentem de aliqua prædictarum par-

par-

partium exire nobis ſtatim hæc dicant, noſque ad ſignum ipſum cum exſortio confeſtim exhibimus ad eius ſubſidium: ſi autem antequam hoc fiat, vel etiam poſt, ante noſtrum occurſum aliqua gens de hoſtili parte tibi occurrerit, viriliter ipſam aggrediaris, quia procul dubio victoriam obtinebimus.

Egreſſus eſt ergo iuxta mandatum Principis Comes Henricus, cum quadam equitum comitiua, peruenitque ad locum, quem ſibi deſignauerat Princeps, ordinauit quoque Princeps duos viros cum vexillis in loco eminenti, iuxta Principis deſignationem ad proſpiciendum, & notificandum, ſi qua gens partis aduerſæ exiuiſſet à Fogia, vel à Troia, ipſe vero Comes cum comitiua ſua repoſuit ſe in quadam valle depreſſa, vt à longe videri non poſſet: princeps autem conſtituerat proſpectores in ſummitate palatij Luceriæ, vt ſigna vexillorum, quæ facienda erãt ad oſtendendum exitum gentis de Fogia, vel Troia, ſicut fuerat præordinatum, viderent, & Principi ſignificarent, cumque aliquantulum tranſiſſet ſpatium, ecce proſpectores in ſummitate palatij conſtituti dixerunt Principi ſe ſigna vexillorum vidiſſe, quæ inter Principem & Comitem poſita fuerant, vt dictum eſt; princeps autem tanquam leo diu paſſus exuuiem ad aliquod præcedentis indicij ſubito concitatus exurgens, proſpectu ſignorum ſibi ſignificato animoſius exhibuit, & cum comitiua equitum & peditum, quam decenter ordinauerat ſtatim ciuitatem exiuit, & Comiti Henrico iam in Luceriam redire incipienti ſe iunxit; cumq; Comes miraretur quia princeps exiuerat, cum nulla ſigna vexillorum facta fuiſſent, affirmatum eſt ab inſpectoribus in ſummitate palatij conſtitutis, quod ipſi ſigna vexillorum certiſſimè viderant, & ea Principi ſignificauerant, cui quidem illudere fas non erat, vt ſibi aliud pro alio diceretur.

Licet autem in veritate ſigna aliqua facta non fuerant, tamen procul dubio facta fuiſſe apparuerunt propter victoriam, quæ diſpoſita erat à Deo per Principem ipſa die habenda de aduerſarijs ſuis. Cum enim Princeps & Comes ſuper huiuſmodi materia colloquerentur, & ſe ad reuertendum in Luceriam direxiſſent. Ecce quędam equitum caterua longe retro apparuit, & cum dubitaretur qui eſſent prima facie creditum eſt quod eſſet illa coneſtabulia Theutonicorum de qua per nuntios principis ad Marchionem tranſmiſſis, vt dictum eſt tractatum cautè fuerat, vt de exercitu Legati recederent, & ad partem Principis venirent. Dixit ergo princeps, tu cum comitiua tua illis in occurſum eas, qui ſi pacifici veniunt, ipſos pacificè recipias, & eos ad nos honorificè ducas, ſi autem aduerſarij ſunt non dubites eos viriliter aggredi, nos enim viſo congreſſu ad te confeſtim cum toto illo exſortio veniemus. Principe ergo ibi remanente cum illis, qui ſecum de ciuitate venerãt, Comes Henricus cum illis quos primò ſecum duxerat verſus cateruam equitum venientem proceſſit. Cumque interim appropinquaſſet, quod per vexilla poterat, quæ gens eſſet illa diſcerni, cognouit Comes quod illa caterua eſſet Marchionis Oddonis, quæ de Fogia exierat ad deprędationem aliquam faciendam, ſtatimque contra eum cœpit animoſius ire, quo viſo prędictus Oddo Marchio quia non erat cum eo tanta gens, & talis quod bellum recipere poſſet, cœpit retrocedere. Comes autem ipſum inſequens animoſum contra eum fecit inſultum, in quo inſultu aliqui de parte Marchionis in terram fuerunt proſtrati. Princeps autem viſo illo inſultu præmiſit Fredericum de Acerris militem ſuum cum quadam acie armatorum in ſuccurſum Comitis, quò Frederico accelerãte Marchio Oddo ſe verſus Fogiam quantum poterat retrahebat, commiſſoque inter eos conflictu Marchione prædicto ſe viriliter defendendo quo vſque vidit principem à longè cum certa comitiua venientem: ipſius ergo Comitis & Principis exercitus animoſior factus contra Marchionem potentius dimicare cœpit. Marchio comitiuam principis venientem videns, & de ſua comitiua diffidens in fugam ſe verſus Fogiam proripuit, paululumque moratus ante ciuitatem, & bellum ibi recipere volens, cum vidiſſet quod illi de ciuitate ad eius ſubſidium non exirent, ſed in ciuitatem deſcendere præpararent, Comes autem Henricus viriliter inſectabatur eum, & magnam iam ſtragem de ſuis facere cœperat, cum etiam iam comitiua equitum Principis Comiti Henrico ſe adiunxiſset, videns ipſe Marchio deterius eſſe ſtare quam fugere, ſe ad fugam diſſolutè conuertit, & vſque ad caſtrum Canutij fugit, ibique ſe receptauit.

Principi autem cum ſuis vſque ad introitum ciuitatis Fogiæ appropinquanti nimis vehementer in ipſo ingreſſu à parte contraria reſiſtebatur, cœpitque baliſtis, & arcubus ex vtraque parte pugnari, cumque per duarum fere horarum ſpatium ſic bellaretur ante ciuitatem, nec poſſet princeps cum ſuis hoſtiliter illam catenam irrumpere, & ciuitatem intrare, ecce pedites accerij, qui principem ſequuti ſunt à Luceria, nec poterant cum equitibus ſimul venire ad ciuitatem appropinquauerunt, qui non ea parte in qua Princeps, cum ſuis equitibus erat, ſed ex alia parte ciuitatis, quæ reſpicit Septentrionem de ordinatione Principis acceſſerunt, in qua videlicet parte reſiſtentia aliqua non habebatur, quam princeps appropinquabat. Cum ergo foſſata, quæ Fogitani, & illi de Papali exercitu fecerant circumcirca non eſſent multum eleuata ex

illa

illa parte quam prædicti pedites petierunt, ingreſſi ſunt ipſi pedites ex illa parte,&fuerunt in burgo ciuitatis ipſius, quod erat ex illa parte: cum autem illi qui erant in ſpeculis ciuitatis conſtituti pedites ipſos vidiſſent ingreſſos, & iam ipſi pedites ſagittis eos hinc inde laceſſerent, factus eſt ſubito clamor quod ciuitas ex parte alia capta eſſet, quod cum peruenisset ad illos qui ciuitatem ex parte alia contra principem defendebant, ſtatim dimiſſa defenſione ſe verterunt in fugam verſus palatium Regium ciuitatis ipſius: quibus ſic fugientibus princeps, & ſui poſt eos ciuitatem ingreſſi sũt, alioſque eorum contrucidauerunt, alios vero ceperunt præter illos qui ſe in prædicto palatio receptare potuerunt.

Poſita autem ciuitate ipſa in direptionem,& prędam potuiſſet quidem Princeps, ſi voluiſſet contra illos, qui ſe receptauerãt in palatio bellum inferre,& eorum per violentiam perſonas habere, ſed cum iam ſero eſſet factum, cogitauit princeps, quod ſi per inſtantem noctem ad obſidionem illorum in ciuitate ipſa remaneret, Legatus Apoſtolicæ Sedis, qui cum magno exercitu erat apud Troiam, hoc audito poſſet contra illum cum exercitu illò venire, & forte illum offendere, præſertim cum milites,& pedites ſui propter laborem illius diei valde fatigati eſſent: cogitauit enim poſt hæc quod cum aliqui viri Eccleſiaſtici, qui cum exercitu Papali Fogiam venerant,in prædicto palatio cum alijs ſe receptaſſent, poſſet ſibi ad magnam ſtultitiam imputari, ſi ſe ad obſidionem illorum incluſorum perſeuerãre,& palatio ipſo per violentiam capto prędicti viri Eccleſiaſtici cum alijs caperentur. Hac ergo potiſſimum cauſa, & ne etiam ex ſui præſentia ciuitas per ſuorum deprædationem magis damnificaretur, vidit Princeps melius eſſe recedere,quam ibi in nocte ipſa remanere, & illi qui in palatio ſe receptauerant, capta principis abſentia fugerent, & votum ſuum princeps de eis fine aliqua nota crudelitatis haberet.

Reuerſus eſt ergo princeps illò ſero cum toto exercitu ſuo Luceriam, & ad mediam fere noctem peruenit ad ciuitatem; Sequenti vero mane in ipſo diluculo venerunt ad Principem duo ciues Troiani miſſi ab vniuerſitate ciuitatis Troiæ dicentes, quod Legatus Apoſtolicæ Sedis qui in Troia fuerat, audita victoria,quam princeps habuerat in Fogia cum exercitu, quam ibi habebat,de ciuitate Troiana nocte receſſerat tantaque fuerat in fuga illius, & exercitus ſui diſſolutio quod aliqui relictis penitus arneſijs ſuis perſonas tantum onerare, & portare tentantes ipſa ad terrorem etiam muliercularum onerata in animalibus ſuis dimittebant, & ſe ad fugam, ſicut melius poterant expediebãt: ita etiam quod mulieres ciuitatis ipſius animalia fugientia arneſijs onerata trahebant, aliqui etiam armis induti, cuiuſcunque ſeu viri, ſeu mulieris timentes occurſum,arma ipſa libentius deponebant, & viro, ſeu etiam mulieri, vt ſecurè abire ſinerentur dimittebant. Aliqui etiam non curantes equis ſellas aptare, equos ad nudum equitabant, & ciuitatem exibant. Aliqui quoque vix tantum ſibi ſpatium in illa fugiendi occupatione laxabant, ne equos ſuos de præſepe reſoluerent, & equitarent, ſed dummodo ſaluare quocunque modo ſe poſſent dimiſſis equis pedites fugiebant. Prædicti ergo nuntij Troianæ ciuitatis hoc Principi exponentes ipſum ex parte vniuerſitatis ipſius ſuppliciter deputabantur,vt ad ciuitatem Troianam venire dignaretur, nec eis imputaret ad culpam quod Legatum prædictum, & Marchionem cum Papali exercitu receperunt, cum eorum violentiæ nullo modo reſiſtere potuiſſent.Simili quoque modo Rogerius de Pariſio, qui cum prædicto papali exercitu Troiam venerat ſignificauit principi, quod fugiente Legato ipſe caſtrum ciuitatis ipſius ad honorem Regis & Principis cepit, ipſumque ad fidelitatem Regis & Principis cuſtodiebat.

His auditis totus exercitus principis valde lætatus eſt, inſtabantque omnes apud principem, & præcipuè illi Theutonici, qui pridem de ciuitate Troiana poſt mortem Regis Conradi fuerant, vt dictum eſt à Troianis expulſi, vt princeps cum exercitu proficiſceretur Troiam. Princeps autem ſapienter corde conſiderauit, quod ſi tunc Troiam accederet magna deſtructio ciuitati eidem poſſet accidere cum ex cupidine ſpoliorum,qua fere omnes ad eundem illuc accendebantur, tum ex vltione iniuriæ qua prædicti milites Theutonici miro modo videbantur accenſi, præſertim, cum data eis materia debaccandi ad quælibet enormia committenda impune proſilirent belli præcipuè tempore,quo licitè committuntur illicita, & quæ pacis tempore iniuſta ſunt. Ex hac ergo prouida conſideratione Princeps exercitus ſui motum contra ciuitatem Troianam à direptione in ipſo ſui primordio reuocauit, grauius ſibi futurum exiſtimans eorum impetum ſemel in ſui voti proſequutione permiſſum ab illius poſtea ciuitatis deſtructione compeſcere, quam à principio reuocare. Dixit itaque princeps non eſſe neceſſarium Troiam appetere, quæ iam Legato, & exercitu papali inde fugientibus ad mandatum Regis, & ſuum conuerſa erat, neceſſarium autem eſſe, & magis vtile repetere Fogiam propter illos, qui pridie in palatio ſe receptauerant, ne ſi ſic ſine impugnatione aliqua dimitterentur, poſſent forſitan, & ipſi animum vireſque reſumere, & alij de ſecta ipſorum, qui per vicina fortaſſis loca collecti erant aliquid reſiſtentiæ in corde concipere, & nocumentum aliquod fidelibus irrogare.

Habi-

Habitum eſt ergo pro meliori redire Fogiam, quam ire Troiam, ſicut princeps edixerat, arreptoque itinere princeps, & ſui verſus Fogiam vexillis explicatis procedebant. Cum autem eſſent ad quatuor ferè millia prope ciuitatem, occurrit exercitui principis in via quidam Nuntius de Fogia veniens qui dixit, quod omnes illi qui die præterita ſe in palatio Fogiæ receptauerant de nocte recedentes fugerunt. Cum autem rumor huiuſmodi in exercitu principis de fuga illorum inſonuiſſet, omnes vno impetu, & præcipuè Theutonici per càporum inuia verſus illam partem, quam illos fugientes ire extimabant animosè currere cœperunt, vt eis ex tranſuerſo poſſent occurrere, qui quidem ex magna proſequẽdi animoſitate, quam hoſtium fuga nimis augebat videbantur in equis non quidem incedere, ſed volare: non quippe vt fieri ſolet ante poſitas hoſtium acies illi greſſibus modeſtè procedebant quaſi cõgreſſuri, vt in càpo ſtantibus hoſtibus ſapienter bellũ inferrent, ſed cum hoſtes qui non apparebant ex animo quærerent, moderamen eis ſola videbatur effrenitas, qua ipſos inuenire poſſent. Inſequuti ſunt ergo eos hoc modo per viæ plurimum, nec vllo modo eos attingere potuerunt, quia illi tempeſtiuè nimis de nocte fugam arripuerant, & timor eis ad fugiendum alas adiunxerat, in tantam enim diſſolutionem fugiebant, quod eorum aliqui viam ignorantes, vel potius pro cautela ipſam deſerentes, & per deuia montium diuertentes, cum perueniſſent ad loca quorum exitus niues, vndique clauſerant, poſt dies aliquot mortui reperti ſunt, per plura etiam loca bonettæ pannis, & rebus alijs plenæ inuentæ ſunt, quas vt fugerent expeditè in via dimiſerant.

His itaque taliter geſtis, & talem quippe principe apud Fogiam aſſequuto victoriam, prædictus Legatus Apoſtolicæ Sedis de Troia recedens cum papali exercitu verſus Neapolim ad Summum Pontificem properabat, qui cum tanta feſtinantia ibat, quod Marchioni Bertholdo, qui pridie ab ipſo fuerat miſſus ad papã in via ſe adiūxit, & deinde ambo ſimul Neapolim peruenietes inuenerunt quod ipſis diebus, videlicet Idibus Decembris papa defunctus erat. Tantus autem Cardinalibus, & alijs de Romana Curia ex illa victoria principis timor acceſſit, quod viſo Legato & Marchione omnes voluere de Neapoli recedere, & in Campaniam redire. Ad magnam autem inſtantiam, & reconfortationem Marchionis ipſius ſteterunt, & in vnum collecti ad electionem noui Summi Pontificis Cardinales de manc procedentes elegerunt Dominum Raynaldum, alijs Raymundum, Epiſcopum Oſtienſem, vocatuſque eſt Papa Alexander.

Princeps autem poſt habitam prædictam

A victoriam morabatur in partibus Capitanatæ, clamabantque tam Theutonici quam Saraceni Barolum, Barolum, Barolum. Ergo cum tota alia Terra Bari partem Eccleſiæ adhuc teneret, audita victoria, quam princeps habuerat, & qualiter Theutonici, & Saraceni verſus eos incurſionis ſuæ vota direxerant, memores deſtructionis quam iam pridem fecerant ex alia ſua rebellione perpeſſi, Nuntios miſerunt ad principem, ſe & ciuitatem ad mandatum Regis & principis exponentes. Ipſis ergo Barolitanis venientibus ad mandatum Regis & Principis, tota alia Terra Bari adhuc in rebellione durabat: Princeps autem non
B ipſam Terram Bari, ſed ſuperiores Apuliæ partes, quæ magis parti aduerſæ vicinabantur repetere decreuit, proceſſitque verſus Barolum diſponens antequam obſidionem contra caſtrum ipſum firmaret, vt ipſum violenter caperet, ſed hyeme aduerſante noluit ibi fruſtra laborare.

Proceſſit ergo Venuſium, & ex inſperato ciuitatem ipſam adhuc in rebellione perſeuerantem intrauit, ipſamque ad mandatum ſuum habuit: petierunt enim ipſius ciuitatis incolæ humiliter à principe veniam, proponentes qualiter contra Melphienſes, & alios qui eos in rebellione præceſſerãt, quod deſtructionem cis ex vicinitate comminabantur, ſtare in propoſita fide non potuerant,
C propter quod de neceſſitate in partem eorum declinarunt, fidem autem ſuam non deſeruerant in eodem, ſed quando potuerãt in aduentu Principis ipſam declarauerunt, talibuſque verbis & alijs huiuſmodi coram Principe propoſitis veniam promeruerunt. Memoratus eſt enim princeps qualiter pridem ipſum à Terra Laboris procedentem & in Apuliam venientem omnique ſpe fruſtratum Venuſini deuotè receperunt, & honorem, quem poſſent ſibi concumulati fuerunt, ex qua potiſſimum cauſa princeps ad præſtandum eis veniam inclinatus eſt.

D Interea vero Ioannes Morus erat in Acheruntia, & eodem tempore quo Princeps Luceriam, vt ſupradictum eſt, intrauit, ipſe Ioannes Morus à Papali Curia rediens cum audiſſet in via Principem eſſe Luceriæ valde turbatus eſt admirans quomodo ciuitatẽ ipſam introire potuerat, cum ipſe ante receſſum ſuum valde diligenter eam ordinaſſet cuſtodiri, miſitque ad Principem Nũtios, ſupplicans quod & literas ſuas de ſecuritate mitteret, cum ipſe ad pedes ſuos venire vellet. Princeps autem infidelitatem, & proditionem ipſius Ioannis Mori diſſimulate contemnens literas ſuas ei denegauit, dixit tamen quod ſi venire vellet ſecundum quod merita ſua exigebant recipiendus erat, quod ipſe Ioannes audiens non Luceriam venit ad Principem vtpote læſam conſcientiam habens, ſed recta via profectus eſt in Acheruntiam, ibique, vt dictum

eſt morabatur. Saraceni vero ibi cum ipſo morantes ipſius proditione cognita ſetino potius, quam humano inſtinctu eundem Ioannem Morum in eis plurimum confidentem interfecerunt, & corpore eius ab eis membratim diuiſo caput eius in Luceriam delatum eſt, & ad portam Fogitanam ipſius ciuitatis ſpectaculum ſuæ nefandæ proditionis appēſum eſt. Saraceni ipſi miſerunt nuntium ad Gualuanum Lanceam auunculum Principis de Romana Curia redeuntem (erat in caſtro ſuo quod Tulle vocatur) ſibi hoc ſignificantes & petentes vt veniret in Acheruntiam, & terram ipſam pro parte Principis reciperet. Dictus enim Gualuanus, qui, vt ſupra dictum eſt, Principe recedente de Acerris apud Romanam Curiam ex vtili quidem & neceſſaria cauſa remanſerat, donec in prædicta Curia fuit tanquam homo aſtutus, & diſcretiſſimus oſtendebat ſe non pro ſe, ſed contra Principem eſſe, vt cautè ſibi de ipſius principis vtilitate tractaret: capta vero temporis opportunitate de Curia ipſa receſſit, & ad caſtrum ſuum prædictum quod dicitur Tulle interfecto prædicto Ioanne Moro ad petitionem Saracenorum Acheruntiam intrauit, terramque ipſam pro Principis parte recepit, & cum Princeps, vt prædictum eſt, apud Venuſium eſſet, idem Gualuanus ad Principem illuc venit, lætatuſque eſt nimis Princeps de aduentu ſuo, tum quia ipſum de manibus aduerſariorum ſuorum recepit incolumem, tum quia conſilium, & auxilium eius circa illa ardua negotia, quæ Principi incumbebant ſibi neceſſarium & vtiliſſimum erat. Ipſo enim Gualuano ad Principem veniente multis cogitationibus ſe Princeps exonerauit, cum ipſe Gualuanus tantæ quidem prudentiæ ac ſtrenuitatis eſſet quod de toto guerræ negotio Princeps ſibi ſecurè poſſet incumbere, & ipſe tanquam Dominus ſine cogitatione aliqua remanere.

Interim autem ciuitas Rapollæ, quæ ipſius Gualuani erat, in rebellione durabat: mittitur ergo illuc prædictus Gualuanus, cum multitudine equitum, & peditum armatorum, cumque ciues ipſius oratione requiſiti pacificè ad mandatum venire nollent, datus eſt viriliter in ciuitatem inſultus, & licet incolæ loci ſe nimis audaciter in primo congreſſu defenderent, cum ſitus loci ipſius defenſioni eorum magnam audaciam daret, inde animis & viribus principalis exercitus ex illorum magis reſiſtentia, & defenſione creſcentibus, cum reſiſtentiam illorum ſolatium reputarent, & defenſionem, quam illius loci homines faciebant ſuarum eſſe ſentirent incitamenta virtutum; violenter tamen ciuitas capitur, pluresque de ciuitate ipſa propter rebellionem ipſam in qua pertinaciter deuenerāt neci traduntur, & ad extremam quodammodo deſolationem ciuitas ipſa non minus ex incolarum ſuorum ſtultitia, quàm ex principalis exercitus triumphali victione perducta eſt.

Capta autem tali modo ciuitate Rapollæ Melphienſes qui eidem ciuitati ad quinque fere millia vicinantur timentes ne ipſi in rebellione perſiſtentes ſimul paterentur, ſtatim miſſis ad principem nuntijs ad mandatum ipſius redeunt. Tranenſes quoque & Barenſes, & alij de Iuſtitiariatu Terræ Bari audita captione Rapollæ, & quod alia etiā ſuperior pars Apuliæ ad mandatum Principis veneras, ſatis temerarium eſſe putantes in rebellione vltra perſeuerare, ad mādatum principis reuertuntur; totaq; iam fere Apulia, præter quaſdam ciuitates Terræ Idrunti, mandato, & iuriſdictioni principis ſe ſponte ſuppoſuit.

Interea poſt aſſumptionem Summi Pontificis Alexandri, dum ſic princeps in Apulia proſperaretur Thomas Comes Acerræ cognatus Principis, & Riczardus Filangerius venerunt ad principem à quibuſdam, vt credebatur, Cardinalibus miſſi, admirantes quare cum mos eſſet, vt aſſumpto nouo Papa Nuntij à mundi principibus mitterentur ad ipſum, nec ipſe Princeps Nuntios aliquos ad nouum Papam miſerit, ſuadebant ſibi quod Nuntios ad nouum Papam delegaret. Princeps vero ad mittendos nūtios induci non potuit, ne Papa, vel alij de Romana Curia ex huiuſmodi nuntiorum miſſione aliquam debilitatem, vel puſillaminitatem eſſe in Principe cogitarent, dixitque Princeps, ad Papam non ad aliam pacem tractandam eos mitteret, niſi vt Regnū in dominio, & poſſeſſione Regis Conradi Secundi nepotis ſui, ſub baliatu principis remaneret. Compoſitio autem ſuper eo tantum eſſet, vt cenſus pro ipſo Regno Romanæ Eccleſiæ augeretur. Cum autem Princeps per prædictum Comitem, & Riczardum Filangerium ad mittēdos nuntios non potuiſſet induci, venit ad eum quidam Epiſcopus à Sede Apoſtolica miſſus, citauitque ipſum ex parte Summi Pontificis, vt in feſto Purificationis Beatæ MARIAE proximè futuro ad Curiam Romanam accederet, reſponſurus de interfectione BVRRELLI DE ANGLONE, & de iniuria quam Apoſtolicæ Sedi intulerat expellendo Legatum, & exercitum Eccleſiæ de Apulia. Princeps vero ad citationem huiuſmodi ſibi factam reſpondit per literas ſuas Summo Pontifici, excuſans ſe rationabiliter, de his quæ ſibi obijciebantur, & qualiter nullam iniuriam Romanæ Eccleſiæ fecerat nepotis ſui, & ſuam iuſtitiam defendendo. Principe autem ſic perdurante in propoſito non mittendi aliquos nuntios ad Summum Pontificem, venit ad eum de Apulia Magiſter Iordanus de Terracena Apoſtolicæ Sedis Notarius, qui eiuſdem Principis beneuolus videbatur, & qui etiam in Romana Curia magnum locum

cum habebat, conſulitque Principi quod nuntios ſuos ad Papam mitteret, quod ex illa nuntiorum miſſione non aliud quam honor, & commodum ſibi poterat prouenire.

De conſilio ergo Magiſtri Iordani Apoſtolicæ Sedis Notarij Princeps motus eſt ad Nuntios ad Summum Pontificem deſtinandos, miſitque Geruaſium de Martina, & Goffridum de Cuſentia ſecretarios ſuos, & ſuæ voluntatis plenè conſcios, dans eis poteſtatem de concordia cum Summo Pontifice tractanda in certa forma, quæ commodum regium & honorem Principis ſapiebat. Profectis itaque prædictis nuntijs ad Romanam Curiam, quæ tunc Neapoli erat, cœpit de concordia tractatus haberi, & cum non poſſet tractatus ipſe per eoſdem nuntios ad finem perduci, propter aliqua dubia quæ non poterát, niſi per præſentiam Principis declarari, petebant nuntij non ex mandato Principis, ſed ex nutu ſuo, & certitudine quam habebant de Principis voluntate, vt aliquis Cardinalium pro declaratione prædictorum dubiorum, & agnoſcenda perſonaliter Principis voluntate ad Principem mitteretur: dicebantque Nuntij ipſi Summo Pontifici, quod ſi Cardinalis ipſe mitteretur ad Principem pax nullo modo poterat infecta remanere, cum ad multa Princeps deſcenderet propter præſentiam, et reuerentiam Cardinalium, ad quæ aliàs induci non poſſet. Dicebant autem aliqui de Cardinalibus id non conuenire Sedis honori, vt Cardinales hoc modo mittantur, verumtamen ſi Princeps hoc peteret, vel ſi nuntij ipſi hoc de mandato Principis eis facto eſſe teſtarentur, quod Cardinalis mitteretur, & quod negotium pacis conſiderationem debitam ex Cardinalium miſſione reciperet, bene poſſet Apoſtolica Sedes induci ad Cardinalem mittendum. Super huiuſmodi autem articulo ſatis viſum eſt, ſed quia nuntij ipſi dicebant petitionem ipſam non fieri de mandato Principis, ſed ex ſuo motu procedere, ſperantibus ipſis, imo pro firmo gerentibus quod pax fieret penitus, ſi Cardinalis ad Principem mitteretur, Papa & Cardinales ſuper hoc articulo ſimpliciter prædictorum nuntiorum verbis ſtare nolentes ad mittendum Cardinalem non potuerunt induci.

Licet autem Princeps Nuntios vt dictum eſt ad Romanam Curiam pro tractanda pace miſiſſet, nihilominus ipſe ad conquirendum terram ad ſuum ſpecialiter Principatum pertinentem, quæ propter turbationem præteritam à ſuo ſe dominio ſubduxerat intendebat, perrexitque cum ſuo exercitu ad Guardiam Lombardorum, quæ ſibi ratione Comitatus Andrenſis, vt ſupra memoratum eſt, ſpectat: quamuis autem terræ ipſius incolas prima facie reſiſtentes inuenerit, tamen diſpoſita circa eam obſidione,

A cepit eam, & ad ſuum dominium reuocauit, quod cum ad notitiam Papæ perueniſſet, id graue tulit aſſerens quod Princeps Eccleſiæ Romanæ videbatur illudere, dum ex vna parte concordiam peteret, ex alia vero terram, quæ erat in manu Eccleſiæ occuparet, cumque id dictum fuiſſet nuntijs Principis, qui in Romana Curia erant pro pace tractanda. Nuntij reſponderunt dicentes, quod Princeps non ad illuſionem Eccleſiæ, nec ad contrarium tractandæ pacis hoc faciebat, quia Terra illa Guardiæ erat de ſpeciali iure ipſius Principis, ſuper quo Curia Romana nullam Principi controuerſiam facere intendebat, propter quod non debebat Summo Pontifici graue videri, ſi Princeps faciebat quod licitè facere poterat, licet autem hac de cauſa Summus Pontifex

B grauatum ſe diceret, quod Princeps Terram quæ erat in manu Eccleſiæ occupare videbatur, tamen alia cauſa erat potiſſima ex qua aduentum Principis ad Guardiam Lombardorum, & ipſius Terræ captionem moleſtè tulit, dubitabant enim tam ipſe, quam Cardinales, ne Princeps contra eos Neapolim cum exercitu veniret, & cum de hoc in magna dubitatione eſſent, adeoquod ſi Princeps vltra venire tentaſſet, Summus Pontifex & tota Romana Curia de Neapoli receſſiſſent, cum omnes hoc audito vaſa iam ſibi parare cœperunt, vt per mare recederent. Dictum eſt ergo Nuntijs quod ſi

C Princeps Eccleſiæ pacem volebat. ſic nuntij ipſi inſtarent quod Princeps de Guardia Lombardorum recederet, & in Apuliam rediret.

Nuntij ergo Principis totum hoc Principi ſignificauerunt, ſignificantes ei quod à Guardia Lombardorum diſcederet, occultè tamen ſibi exponentes qualiter Summus Pontifex, & alij de Romana Curia dubitabant de aduentu eius Neapolim contra eos, & qualiter ſi ipſe Princeps tunc in Terram Laboris veniſſet de leui poſſet totam terram quam Eccleſia occupauerat recuperare. Quo intellecto Princeps dum cogitaret quid eſſet melius faciendum, & in propoſito eſſet quodammodo procedendi verſus Ter-

D ram Laboris, licet via eſſet valde niuibus impedita, ſubito recepit quendam nuntium de partibus Terræ Idrunti exponentem ſibi qualiter Manfredus Lancea conſanguineus ſuus quem Princeps Capitaneum conſtituerat in Terra Idrunti cum Brunduſienſibus, qui contra Terram Nerito iuerant ad conflictum, & in conflictu ipſo fuerat expugnatus, & qualiter terra ipſa Nerito à Brunduſienſibus capta fuerat, & deſtructa, multis de comitiua ipſius Capitanei, & de ipſius terræ Nerito interfectis hominibus. Quo Princeps intellecto reuocauit propoſitum ſuum quod de procedendo in Terram Laboris conceperat, conſultius reputans in terram Idrunti propter caſum qui ibi acci-

derat feſtinare, ne Brunduſienſes, & eorum complices ex illa victoria, quam tūc habuerant animoſiores effecti contra fideles inſurgerent, & in abſentia Principis impunè illos offendere poſſent. Ex eodem enim facto, & prædicto periculo prudenter occurrere, & voluntati Summi Pontificis, quæ erat, vt ipſe de Guardia Lombardorum recederet, & in Apuliam rediret ſtudioſè ſatisfacere videbatur.

Receſſit ergo Princeps de Guardia Lombardorum, & iter arripuit eundo ad partes Terræ Ydrunti pro cauſa prædicta. Nuntij autem eius, qui in Romana Curia pro tractatu pacis erant, nihil de pace facere poterant, cùm Papa iam Legatum alium ordinaſſet in Regno, videlicet Octauianum ſanctæ Mariæ in Via-Lata Diaconum Cardinalem, & Legatus ipſe cum tractare cœpiſſet de congregando exercitum contra Principem, quod Nuntij ipſi videntes de Romana Curia receſſerunt, & venerunt ad Principem apud Guardiam Alguadianam, vbi Princeps cum exercitu ſuo erat in proceſſu eundi verſus Terram Ydrunti.

Ab inde ergo Princeps recta via proceſſit eundo verſus Terram Ydrunti, & peruenit cū exercitu ante Brunduſium, quæ ciuitas erat caput rebellionis, & factionis terrarū aliarū terræ Idrunti, Oriæ, videlicet ciuitas Ydrunti Liciæ, & Miſagniæ, quę principi rebelles erāt. Obſedit itaque Princeps ciuitatem Brunduſij, & cum ciuitas ipſa mœnibus, & populo valde munita eſſet, nec poſſet per inſultum eam de facili capete, fecit fieri depopulationem arborum circumcirca ciuitatem ipſam vſque ad mœnia Miſagniæ, quæ erat Gualterij de Ocra Regni Siciliæ Cancellarij cum ad mandatum principis venire nollet, nec eidem Cancellario parere vt domino, per violentiam capta eſt, & ad inſtantiam ipſius Cancellarij qui rebellionem ipſius moleſtiſſimè tulerat deſtructa eſt. Ibi ergo Princeps morabatur cum exercitu ſuo propter abundantiam rerum victui neceſſariarum, quæ ibi erant, de quo loco quotidie ibat exercitus vſq; ad mœnia ciuitatis Brūduſij cum prope ipſam eſſet ad octo fere millia, & magnam depopulationem ibi faciebat.

Licienſes autem audita Principis potentia conſiderantes ſtultum eſſe ſibi reſiſtere, & deſtructionem timentes ad mandatum Principis ſponte venerunt. Facta autem ingenti depopulatione circumcirca ciuitatem Oriæ, & ante eam obſidione diſpoſita cum ciues terræ ipſius requiſiti ad mandatum venire nollent, mandatum eſt fieri depopulationem circumcirca. Fiebat autem quotidie depopulatio; nec tamen illa aliquatenus ad mandatum venire volebat; dabatur quoque inſultus quandoque ad mœnia, ſed in tantum populus ciuitatis ſe ſatis animoſè, & viriliter defendebat. Factæ ſunt quoque caueę ſubterraneę ad dirutionem mœnium, & cum quædam pars ipſorum mœnium pro huiuſmodi caueis cecidiſſet, apparuit ſtatim alius murus ex interiore parte ſabricatus, quem ciues Oriæ contra illā partē qua cauea fiebat exterius, interius erexerunt, & cum muro exteriori cadente propter caueam, exercitus ſe ad ciuitatis ingreſſum pararet inuento alio muro nouiter facto intrare non potuit. Fecit etiam fieri Princeps machinam eleuatam, cuius ſummitas ciuitatis mœnibus ſupereminerer, & cum eam prope ad mœnia duci artificioſè feciſſet, vt ex ea ciuitas opportunius oppugnari poſſet, illi de ciuitate iniecto ab intus igne, ipſam machinam combuſſerunt.

Dum itaque ſic Princeps in obſidione ipſius ciuitatis exiſteret, intellexit per tertium nuntium, & literas ſibi miſſas quod Petrus Ruffus de Calabria Comes Catanzarij qui baliatus officium in Sicilia, & Calabria gerebat à Meſſanenſibus fuerat de Meſſana expulſus, quod qualiter proceſſit enarrandum eſt.

Fuit quidem prædictus Petrus Ruffus de familia Imperatoris Frederici, qui Curiam ipſius Imperatoris Frederici pauper ingreſſus adeo per ſucceſſiua incrementa in Imperiali Curia erat, quod Magiſter Imperialis Mareſcallus, & ipſius Imperatoris Conſiliarius imo omnium conſiliorum ſuorum intimus factus eſt, ac tandem in vltimis Imperatoris totius Regni Siciliæ Mareſcallus conſtitutus fuit. Principe autem Manfredo Balio totius Regni & Italiæ ab Imperatore ordinato ipſe Petrus cum Rege Hērico iuniore filio Imperatoris in Siciliam & Calabriam miſſus eſt, vt ipſum Regem in annis pupillaribus conſtitutum, & ipſas prouincias Siciliæ & Calabriæ gubernaret: licet autem in partibus illis ad gerendam ibi vicem Principis ordinatus fuiſſet, & per omnia mandatis, & ordinationibus Principis obedire teneretur, ipſe tamen Petrus de mandatis, quæ ſibi Princeps faciebat non niſi ea tantum, quæ ipſe volebat exequebatur: videbaturque ſibi quod non ſubeſſet Principi in prædictis prouincijs gubernandis, ſed ipſe in capite in ipſarum gubernatione præpoſitus eſſet. Princeps enim qui ex diſpoſitione paterna benemeritis quibus prouiſum condignè non fuerat prouidere tenebatur Gualuano Lanceæ qui diu in Lōbardia, & Tuſcia Imperatori ſatis ſtrenuè prudenterque ſeruiuerat, & retributionem ab ipſo morte præuento habuiſſe non poterat, cuius etiam præſentia, & auxilium valde neceſſaria Principi erant in exercendo balio ſibi commiſſo, de Comitatu Buteræ decreuerat prouidendum, reſtituerat etiam ſibi Terras Paternionis & ſancti Philippi de Argiro, quas eidem G. materno iure ſpectātes Imperator ab ipſo reuocauerat, dato tantum ſibi minus competenti excambio in Cala-

Calabria, cuius valor excambij vix ad tertiam partem valoris terrarum ab ipſo reuocatarum perueniebat. Cumque Princeps mandaſſet prædicto Petro vt Comitatum Buteræ, & prædictas Terras Paternionis, & ſancti Philippi nuntio ipſius G. aſſignari, & de ipſius Comitatus, terrarumque prouentibus faceret ſibi reſponderi, præfatus Petrus nullo modo mandatum Principis exequi voluit. Quin imo hominibus Comitatus ipſius, & prædictarum Terrarum Eccleſijs fecit indictiones fieri, vt contradicerent, & reclamarent ſe prædictum Gualuanum Lanceam nolle aliquatenus habere in dominum. Prouiderat etiam Princeps Fredericum Lanceam fratrem prædicti Gualuani auunculi ſui de Comitatu Squillacij propter multa, & immenſa ſeruitia, quæ Imperatori contulerat, & nullam inde retributionem habuerat, cuius ſimiliter Frederici conſilium, & auxilium Principi ad exercitium balij ſibi commiſſi ſatis vtile, & neceſſarium erat. Et cum de aſſignatione ipſius Comitatus facienda nuntio ipſius Frederici præſato Petro Princeps mandatum feciſſet, ipſe Petrus nihil inde penitus facere voluit, imo manifeſtè ipſi contradixit. De prouiſione quoque plurium aliorum qui diu Imperatori ſeruierant ſimili modo mandauit, ſed ipſe Petrus nihil inde complebat. Mandauit etiam ſibi quandoque Princeps, vt de equis Mareſcalliæ Calabriæ ſibi mitteret, quia ſibi neceſſarij erant pro impugnatione rebellium qui in Apulia, & Terra Laboris vt ſupra memoratum eſt, inſurrexerant, de quo nihil omnino ipſe Petrus facere voluit, adeoque dominium & poteſtatem prouinciarum ipſarum Siciliæ, & Calabriæ ſibi ipſe Petrus adduxerat quod ſi interdum Princeps ad officiales ipſarum prouinciarum literas, vel pro negotijs Curiæ, vel pro negotijs priuatorum deſtinaret, officiales ipſi literas Principis niſi prædicto prius Petro conſulto exequi dubitabant. Quæ omnia Princeps attenderat in quantum poſſibile erat ad maiorem turbationem partium Regni vitandam, quæ ex ipſo facto poſſet accidere, proceſſus ipſius Petri diſſimulare nitebatur, vt omnia poſſet cum prudentia, & meditatione peragere, miſit prædictum Gualuanum in Siciliam cum literis ad dictum Petrum, vt ipſe Petrus ad Principem pro quibuſdam arduis ſeruitijs quibus præſentia eius neceſſaria erat veniret, ipſe vero Gualuanus in Sicilia remaneret; quod ipſe Petrus præſentiens procurauit ita quod prædicto Gualuano, perueniente Meſſanam factus eſt ſubito rumor & clamor, populus miratus eſt, & in tantum commotus quod in prædictū Gualuanum, quaſi ipſe Meſſanam in Proregis oſtenſionē veniſſet, inſurrexerat, niſi ipſe ſapienter, & caute iniuriā in perſonam paſſus fuiſſet. Poſt aduentum Regis Conradi in Regnum dictus Petrus factus eſt ab eodem Rege Comes Catanzarij, remiſſuſque eſt in Siciliam & Calabriam ad Regis vicem in prouincijs ipſis gerendam. Mortuo vero Rege Conrado, & dicto Petro in Sicilia permanente, commiſſoque ſibi balio prouinciarum ipſarum ſub Marchione Bertholdo, qui, vt ſupra dictum eſt, totius Regni balius fuerat conſtitutus, Summus Pontifex nuntios ad eum miſit cum certis capitulis, vt ipſe Petrus Siciliam & Calabriam in manu Eccleſiæ poneret, ipſe Petrus Fulconem nepotem ſuum cum Siracuſano Epiſcopo, & nuntijs ciuitatis Meſſanenſis in duabus galeis ad Summum Pontificem miſit, quibus euntibus, & poſt certum cum Summo Pontifice tractatum habitum redeuntibus, cum ad ea quæ nuntij ipſi ab Apoſtolica Sede retulerant dictus Petrus, & ciuitas Meſſana, aliæque Siciliæ partes inclinari, & acquieſcere nollēt, nūtios alios quatuor duos Fratres Prædicatores, & duos Fratres Minores ipſe Petrus ad Apoſtolicam Sedem remiſit, per quos ſuam, & Meſſanenſium, aliorumque Siculorum voluntatem ſuper Capitulis, quæ priores nuntij ab Apoſtolica Sede retulerant Summo Pontifici declarauit.

Inter hæc autem dum Princeps Manfredus, vt ſuperius memoratum eſt, intereſset Luceriæ, & vndecumque poterat auxilium ſibi, & conſilium in illa magna neceſſitate quærere cogeretur, miſit nūtios ſuos ſcilicet Geruaſium de Martina, & Ioannem de Terraca ad prædictū Petrum petens ab eodem vt quia ipſe Princeps cauſam Regis Conradi pupilli nepotis ſui reſumere, & viriliter defendere intendebat ipſe Petrus ad hoc ſibi auxilium & conſilium præſtaret, & ſecum eo in iure prædicti pupilli defendendo tenderet. Nuntijs ergo Principis ad prædictum Petrum Meſſanam euntibus, licet intentio nuntiorum ipſorum fuiſset id cum ipſo Petro tractare, vt Principe Balium Regni gerente ipſe Petrus tanquam eidem Principi ſubiectus prouincias Siciliæ & Calabriæ vice Principis regeret, & ſibi tanquā generali balio Regni in omnibus obediret, non tamen aliud tractare cum ipſo prædicti nuntij potuerunt, niſi confœderationem quandam inter ipſum, & Principem pactionibus confirmatam, licet indignum eſset ſic inter Principem, & ipſum Petrum fuiſſe tractatum, tamen propter magnam neceſſitatem in qua Princeps tunc erat dicti ſui nuntij tractari eam expedire viderunt, & eam Principi retulerunt.

Huiuſmodi autem confœderatione ſic facta, Princeps cum in Apuliæ partibus, vt ſupra memoratum eſt proſperaretur, dictus Petrus aſſenſu Principis generalis Balij Regni nec requiſito, nec habito, monetam nouam cudi fecit, in Meſſana ſub nomine Regis Conradi Secundi, ad quam mone-

[illegible] cam

A tam nouam faciendam proceſſit de conſilio quorundam qui ſibi adulabantur, magiſque proprium lucrum, quàm vtilitatem Regiam de ipſa moneta captabant, & cõtra aliquorũ iudicium ſanius ſentientiũ qui totũ periculum quod de ipſa moneta Panormitani primò, & deinde ex ſuggeſtione Philippi Pactenſis Epiſcopi Pactenſes rebellare cœperunt. Quod audiens dictus Petrus cum exfortio Meſſanenſium, in quibus plurimum confidebat, ad ciuitatem Pactarum proceſſit, & tam Epiſcopum, quam ciuitatis ipſius ciues à rebellione tunc reuocauit. Reuerſus autem Meſſanã miſit nuntios ſuos Panormum, qui quidem ibi recepti non fuerunt, & ipſe cum Meſſanenſibus verſus B Calatagironem, cuius iam ciues ſe cum Panormitanis ad rebellandum confœderare parabant, ire diſpoſuit. Erat autem in medio palatio ciuitatis Meſſanæ columna marmorea perforata ad aquam ex ſui ſummitate artificioſè fundendam, cui columnæ cum dictus Petrus ſuum vexillum imponi feciſſet, vt ad ſignum vexilli ij qui cum eo ituri erant in palatio conuenirent, ſtatim quod vexillum fuit ipſi columnæ ſuper impoſitum, columna ipſa fracta eſt, & vexillum in terram columna ipſa deiectum, repoſitumque eſt dictum velum in reliqua parte columnæ, quæ poſt fracturam erecta remanſit: præmiſſis quibuſdam equitibus in Panormum C ipſe poſt duos dies cum Meſſanenſibus, in quibus totam ſuam ſpem poſuerat, de Meſſana proceſſit. cumque perueniſſet Leuconium, & ſequenti die pararet ſe ire Leutinum, & iuiſſet vſque ad flumen, inuenit pontem à Leuconenſibus fractum, intellexitque quod Leuconium & Argiro manifeſtè rebellauerant. Reuerſus ergo in ciuitatem Cathaniæ, moratuſque ibi per aliquot dies, recepit tam à Meſſanenſibus, quam ab alijs Siciliæ partibus in fidelitate manentibus equitum, peditumque præſidium cum iam Calatagironum, Heraclea, Biczanum, Aydona, Placia, Miſtretta, Policxium, & Cephaludum aperte rebellaſſent, cũ perplexus eſſet, & neſciret cui parti prius occurrere D deberet, recepit à Caſtellano caſtri Ioannis nuntium nomine Guaimarium qui ſignificauit ei quod ciuitas Caſtri Ioannis parata erat ad rebellandum, ſi tamen ipſe properanter iret illuc, poſſet ciuitas ipſa de leui à rebellione cohiberi. Proceſſit itaque prædictus Petrus, cum multitudine armatorum equitum, & peditum verſus Caſtrum Ioannis, cumq; fuiſſet apud ſanctum Philippum de Argiro intellexit ibi quod oppidum Ciſari quod eſt inter ſanctum Philippum, & Caſtrum Ioannis, & ipſa etiam ciuitas Caſtri Ioannis publicè rebellauerant. Perrexit ergo ad oppidum ipſum, cumque locus difficilis eſſet, nec poſſet de leui per inſultum haberi, tractatu pacifico ad oppidum ipſum receptus eſt, moratuſque ibi per vnam noA ctem tantum, ſequenti mane fuit ante Caſtrum Ioannis.

Eſt autem ciuitas ipſa Caſtri Ioannis in medio Siciliæ poſita cunctis alijs Siciliæ locis ſitu eminentior, ſolo Monte Gibello ſuperexcelſa, qui ſibi ex parte orientali oppoſitus eſt. Lapidibus etiam circumquaque deciſa, & rupibus anguſtiſſimis, & decliuibus vijs ex tribus tantum partibus acceſſibilis aquę abundantiã in ipſa etiam ſummitate montis habens. Cum ergo prædictus Petrus cum exercitu ante ipſam ciuitatem ad duo fere millia perueniſſet, inuenit magnam multitudinem hominum ciuitatis ipſius hoſtiliter egreſſam ad defendendum ciuitatis ingreſſum, quæ ad duo fere millia longè à B ciuitate poterat ex loci montuoſitate, & paſſuũ anguſtia, & decliuioſitate defendi, qui cum eſſent homines ruſtici, & bellicæ exercitationis ignari, & viſo prædicto exercitu territi in fugam ad montis altiora ſe receperunt. Exercitus autem ex illorum puſillanimitate, fugaque animatus verſus ciuitatem procedebat, quantoque ipſe magis exercitus ciuitati vicinabatur, tanto illi magis fugiendo ſuperius ſe retrahebant. Cepit itaque exercitus viam ex parte caſtri ciuitatis, in quo caſtro prædictus Caſtellanus, cum caſtri ſeruientibus, & qui fideles ipſius Terræ ciues qui ſe ibi in ciuitatis turbatione receperant, morabantur, qui ſtantes in C caſtri mœnibus venienti exercitui animoſitatem augebant; via equidem illa qua tendebat exercitus poterat tantum à caſtro defendi, & nullo modo poterat à ciuibus impediri, licet ciues ante aduentum exercitus quaſdam ſibi macerias lapidum, per diuerſa ipſius viæ loca feciſſent. Quibus maceriis delatis ab ipſo exercitu remotis peruentum eſſet ad caſtri auxilium, & confortationem ad planitiem, quæ eſt inter caſtrũ & ciuitatem, viſo autem exercitu ante caſtrum, remotiſque quibuſdam lignorum oppoſitionibus planatis ad impediendum ex parte caſtri ciuitatis ingreſſum omnes ipſius Terræ homines in fugam conuerſi ſunt, & ſic ciuitas capta eſt depredationi D exercitus derelicta.

Capta autem hoc modo ciuitate Caſtri Ioannis magnus terror vicinis ciuitatibus quæ rebellauerant incuſſus eſt, eo quod ciuitas illa inuictiſſima erat, & præ cæteris Siciliæ ciuitatibus tam ſitu, quàm populo minus expugnabilis, credebaturque apud omnes quod ſicut ciuitas illa ita de leui expugnata fuit, ita & aliæ ciuitates, quæ minus illa difficiles erant facilius eſſent expugnandæ, atque vincendæ. Licet autem tunc in ipſius ciuitatis captione dicto Petro de Calabria fortunæ quodammodo vultus arriſerit, & in magnam exultationem de tam inſperata victoria cor eius exaltabatur, tamen eodem ipſo die, ipſoq; fere momento ab illa ſummitate proſperitatis in qua

ſic

ſic cũ fortuna poſuiſſe videbatur, degradari pedetentim quodammodo cœpit,& dum ad proceſſus eius attingunt, quo altius aſcendere non poterant,in deſcenſu iam de neceſſitate reuoluerentur; ipſa etenim die quà prædicta ciuitas Caſtri Ioannis contra credulitatem omnium capta eſt, ciuitas Nicoſiæ, quæ ab ea viginti fere milliaribus diſtat, captionis adhuc illius ignara rebellauit, ita quod famam, quæ per Siciliæ diuerſas partes de Caſtri Ioannis captione proceſſerat, & ijs qui iam rebellauerant timorem incuſſerat, famam illico de Nicoſiæ rebellione ſuperueniente opprimebat, & ſecuritatem ijs qui rebellauerant excuſſo terrore ſubminiſtrabat. Ex rebellione ergo Nicoſiæ cœperunt plura alia loca circumadiacentia rebellare. Meſſanenſes quoque qui cum prædicto Petro fuerant in Caſtri Ioannis captione,indignè ferebant,& iã id quod in corde gerebant contra præd.Petrũ de illa ciuitate dolẽdo quodam modo propalabant poſt captionem ipſius ciuitatis.

Tertio die proceſſit dictus Petrus cum exercitu ad oppidum Hundronis ab Aydona, & Placia per ſex fere millia diſtans, & cum Placienſes quendam nuntium ipſius Petri ad eos pridie miſſum,pro eis, ſi fieri poſſet à rebellione reuocandis, nomine Fratrem Fortem de Ordine domus Altipaſſus interfeciſſent, & nimis tenaciter in rebellione perduraſſent, idem Petrus ad ſuggeſtionem quorundam Aydonenſium ſibi adhærentium, & aſſerentium quod ipſorum ſtudio qui introitus, & exitus ciuitatis Aydonæ ſciebant ciuitas Aydonæ poterat leuiter capi,præmiſſis cum eis de nocte quibuſdam baliſtatijs ad iudicium luminis ſibi factum ab eis proceſſit de nocte ipſa cum exercitu verſus Aydonam, & cum præmiſſis baliſtarijs & alij de ſuperuenienti exercitu perueniſſent ad locum in quo erat quædam ſpecula ab Aydonenſibus erecta pro cuſtodia ciuitatis, & ſpeculam ipſam partim occiſis, partim fugatis inde cuſtodibus cepiſſent, potuiſſent quidem ipſa nocte ingredi ciuitatem, & obtinuiſſe eam, niſi quia ex puſillaminitate quadam diem fieri expectabant: donec vero ipſe exercitus ita ſtaret, & diem expectaret, venerunt ad ciuitatem ipſam plures armati de Placia, quæ ciuitati Aydonæ ad quatuor fere millia vicinatur, venerunt etiam alij de Calatagirone,qui præcedenti die fuerant ab Aydonenſibus in auxilium vocati, ita quod in illo diluculo dum prædictus exercitus facto inſultu ciuitatem ingredi vellet, apparuit magna multitudo armatorum ciuitatem defendentium & longe maior,quàm credi potuiſſet.

Cum autem Fulco nepos prædicti Petri, iuuenis quidem animoſus nimis prope ciuitatem acceſſiſſet,paucis ipſum ſequutis; cum exercitus paulo inferius remanſiſſet, cœperunt illi de exercitu viſa multitudine

A armatorum ciuitatis vnus poſt vnum paulatim retrocedere,quod cum vidiſſent illi de ciuitate, animum ſumpſerunt, cœperuntq; procedere verſus exercitum, & niſi prædictus Fulco, qui alijs retrocedentibus cum paucis comitibus ſuis in ſuperioribus mõtibus remanſerat exeuntibus à ciuitate prudenter reſtitiſſet, & greſſu modeſto non diſſoluto deſcendens, venientes quadam ſolerti defenſione cohibuiſſet, Aydonenſes illo die magnam ſtragem de exercitu prædicto feciſſent; locus enim erat valde decliuis, minuſque condecenter equites, quam pedites poterant inde deſcendere. Illi quidem de ciuitate deſuper incumbebant,magiſque lapidibus, quam armis alijs hoſtes B infra ſe poſitos oppugnabant,pluresque tũc de exercitu præcipitio màgis quam ex percuſſione aliqua perierunt, qui cum non eſſent decenter armati ad recipiendos ictus lapidum deſuper miſſorum, ſe ſuper decliuia montis diſſolutè præcipitantes in fugam, dum immitens eis periculum fugere ſatagebant,curſu ſuo inordinato, & ſtolido ſe altius præcipitantes in mortis ſe periculum iniecerunt. Aliqui etiam equites frena laxantes, vt vnum quidem vitarent periculum, aliud incautè ſubibant; nam reſpuentibus equis, & parum ſe in illis decliuibus præ fugiendi celeritate regentibus in terram turpiter equis ruentibus corruebãt, C & in ipſa ruina ſe cum equis per terrã alternatim volutantes fugæ ſuæ aliquid in illa etiam neceſſitate addebant; dum ruina illa eos inferius ex cliuoſi loci natura traheret, & ſic in illo præcipitationis incommodo commodum aliquod ſibi ineſſe, ſentirent. Nam quidam erant ibi nobiles Meſſanenſes fugientium aliorum poſtremi his qui poſt eos forte clamabant, ne ſic diſſolutè procederent,reſpondentes indignum fore,ſi lapis ex alicuius ruſtici manu miſſus alicuius nobilis Meſſanenſis tergum percuſſiſſet. Sic ergo deſcenſum eſt, alijs quocunque poterant ſe proripientibus,alijs vero modeſto, & ordinato paſſu modò inferiora D petentibus,modò ſe verſus hoſtes repugnãdo voluentibus, quouſque in planitie ad pedem montis totus colligeretur exercitus. Aydonenſibus autem ab inſequutione ſe retrahentibus, & ad ciuitatem reuerſis dictus Petrus, cum exercitu ipſo ad ſanctum Philippum de Argiro reuerſus eſt. Ad magnam quoque inſtantiam Meſſanenſium regreſſus eſt Meſſanam. Antequam autem ad ciuitatem perueniſſet, & eſſet in quodam Monaſterio quod dicitur ſancta Maria de Rocca Amatoris, quod à Meſſana minus quatuor millibus diſtat, occurrerunt ei ibi omnes fere Meſſanenſes conſuetam honorificentiam ſibi exhibentes.

Præſentiens autem ibidem Petrus, quod in craſtinum in hora tertia quando ipſe ingreſſurum ciuitatem eſſe ſe dixerat, aliqui Meſſa-

Meſſaneuſes, qui occultam conſpirationem
contra ſe feciſſe videbantur, ſubito in eum
inſultum facturi eſsent, retinuit ibi ad co-
mitiuam ſuam Leonardum de Aldigerio, &
qubſdam alius de maioribus Meſſanæ ciui-
bus, qui eum ſimiliter in Sicilia aſſociaue-
rant. Subito autem de media nocte ſurgẽs
ſimul cum alijs, & alijs de ſamilia ſua pro-
ceſſit ad ciuitatem, & palatiũ Regiũ ciuita-
tis ingreſſus eſt. Mane autem facto ortus eſt
clamor in ciuitate quod pręfatus Leonardus,
& alij ciues Meſſaneuſes in palatio detinen-
tur: ille quidem Leonardus valde à pupulo
diligebatur, propter quod ad clamorem ip-
ſum totus populus concitatus, & contra
prædictum Petrum commotus. Quæ res
cum ad ciuſdem Petri notitiam peruenisſet,
permiſit prædictum Leopardum, cum alijs
de palatio exire. Statim illi qui factionis
huiuſmodi caput erant, cum aliquibus de
populo ciuitatis qui eos ſequebantur di-
ctum Leonardum circumdederunt, & eum
ducentes ad Archiepiſcopalem Eccleſiam
vniuerſo populo ad campanæ ſonitum con-
uocato ipſum in Capiraneum ciuitatis aſ-
ſumpſerunt, factumque eſt ſtatim in Eccle-
ſia ipſa colloquium in quo multa fuerunt
contra prædictum Petrum poſita ad conci-
tandum populum contra eum, & ad aufe-
rendum ab eorum cordibus multorum bo-
norum memoriam, quæ eis fuerant ab ipſo
Petro collata. Cum autem dictus Petrus,
hoc audiens Carneleuarium de Papia, qui
ſecum in palatio erat, pluresque alios con-
ſanguineos, & affines ſuos miſiſſet ad po-
pulum ad ſedandam commotionem ipſius,
quæ ſic ſine cauſa orta eſſe videbatur, præ-
dictus Carneleuarius, & alij à populo re-
tenti ſunt, nec ad dictum Petrum redire
permiſſi. Prouocatus eſt itaque adeo to-
tus populus contra eum, vt niſi in continen-
ti ipſe Petrus Caſtrum ciuitatis Meſſanæ,
Caſtra quoque Milatij, Montisfortis Ramet-
tæ, Scalettæ, Taurimenij, Calatabiani, Fran-
cauillæ, & Caſtiglionis in Sicilia, Caſtra
quoque Regij, & Calanæ in Calabria pro-
pe Meſſanam poſita redderet, ipſi ſtatim in
palatium irruerent, & ipſum ac ſuos om-
nes qui ſecum ibi erant neci traderent. Sic
itaq; poſt multas altercationes miſſis hinc
inde tractatoribus tractatum eſt, & iuramẽ-
to hinc inde firmatum, quod dictus Petrus
prædicta Caſtra eis aſſignari faceret ad ho-
norem & fidelitatem Regis cuſtodienda
per eos, & ipſi eum, ac ſuos eum ſamilia
& bonis ſuis ſaluos in Calabriam tranſire
permitterent.

Reſignato ergo eis Caſtro Meſsanæ, fa-
ctiſque ab ipſo Petro mandatis ad Caſtel-
lanus aliorũ de aſſignatione ipſorũ eis fa-
cienda, dimiſſis etiam ad abundantiorem
cautelam quibuſdam conſanguineis, & af-
finibus ſuis obſidibus, vſque ad Caſtorum
aſſignationem retinendis, ipſe Petrus cum

A ſuis, & cum parte bonorum ſuorum quam
ſecum portare potuit in Calabriam tranſi-
uit, dimiſſis quibuſdam ſeruitoribus ſuis cũ
parte rerum, quæ in palatio remanſerant,
vt poſt eum res ipſas in Calabriam tranſ-
ferrent; ipſo autem Petro tranſeunte pha-
rum, ſtatim poſt exitum ſuum à palatio,
Meſsanenſes in palatium irruerunt, & om-
nes res ipſius Perri, quas dimiſerat ibi poſt
ſe portandas, diripuerunt. Quod cum di-
ctus petrus in Calabria exiſtens intellexiſset,
attendens quod cum Meſsaneuſes fidem
ſibi promiſsam de rerum ſuarum ſaluatio-
ne non ſeruaſsent, ipſe etiam fidem eis pro-
miſsam licitè frangere puſset, cogitauit ſe
B in caſtrum Calanæ recipere, quod quidem
Caſtrum eis reſignare promiſerat, vt ſupra-
dictum eſt, nondum tamen nuntio Meſsa-
nenſium ad ipſum recipiendum tranſmiſso
aſſignauerat. Miſso ergo ſtatim poſt tran-
ſitum ſuum Iordano Ruffo nepote ſuo ad
partes Vallisgratæ, cum quibuſdam armatis
vt ibi vicem eiuſdem Petri gereret, ipſe in
Caſtrum Calaiti ire feſtinauit, antequam
prædicto nuntio Meſsanenſium, qui iam
pro dicto Caſtro recipiendo proceſserat,
aſſignaretur: cumque perueniſset ad Ca-
ſtrum illud, inueniens nuntium Meſsanen-
ſium circa ambitum Caſtri nondum ſibi
caſtri aſſignatione facta, cœpit ipſum de
C perſona, & in caſtro ipſo poſuit detinen-
dum quandiu Meſsanenſes obſides quos
ipſe Petrus dimiſerat in Meſsana ſibi redde-
rent; fecit quoque capi quemdam filium
Leunardi de Aldigerio tunc in Calabria
caſu inuentum.

Circa id quoque temporis quo dictus
Petrus de Meſsana in Calabriam tranſiuit
combuſtum fuit palatium Regium Catuhæ,
quod ab eodem Petro procuratum fuiſse
creditum eſt, ne Meſsanenſes contra eum
in Calabriam tranſeuntes ſe in eo recepta-
te poſsent, fecit quoque ipſe Petrus muniri
præſidium Caſtri Calanæ Monaſterium Xil-
læ, & Monaſterium Badulariæ poſita in Ca-
labria ſupra pharum; quendam etiam lo-
D cum qui dicitur ſanctus Nicolaus de Latro-
nibus prope ciuitatem Regij ad ipſam im-
pugnandam pro eo quod in partem Meſsa-
nenſium contra ipſum petrum declinaue-
rat; ipſe autem Terram . . . à pharo
per tria fere millia diſtantem, & prædicto
caſtro Calanæ proximam muniri foſsatis
fecerat faciens fieri circumcirca eam per
mœnia ſpeculas ligneas, & ſe in ea Terra
quæ ſitu quidem difficillima incolis quaſi
vacua videbatur, fortificare ſatagebat con-
tra Meſsaneuſes, qui ad occupandam ma-
gnam Calabriæ partem ad opus ſuum, tran-
ſituri dicebantur.

Venerat autem diebus illis quidam fami-
liaris, & nuntius principis nomine Riccar-
dus de Froſina ad dictum petrum, quando
videlicet ipſe petrus de Sicilia rediens Meſ-
ſanam

ſanam venit, qui ipſo Petro à Meſſanenſibus expulſo in Calabriam tranſiens vſque ad Neocaſtrum proceſſerat, & procurauerat cum ſuis poſt tranſitum Petri in Calabriam, quod Caſtellanus caſtri Neocaſtri nomine Fulcomerus Theutonicus, qui Principi ſuſpectus videbatur, de caſtro ipſo eiectus ſit, quo eiecto Rogerius de Froſina eiuſdem Riczardi pater caſtrum ipſum ad honorem Regis & Principis cuſtodiendum accepit. Cum autem dictus Iordanus Ruffus à prædicto Petro, vt dictum eſt, miſſus perueniſſet Neocaſtrum cum multitudine armatorum, qui ipſum Petrum partim ſine ſtipendijs de diuerſis Calabriæ partibus ſequebantur, dictum Rogerium compulit caſtrum prædictum ſibi reſignari, in quo ipſe Inrdanus quendam conſanguineum ſuum poſuit Caſtellanum, & prædictum Riczardum familiarem, & nuntium Principis, ipſum quoque Rogerium patrem ſuum, & Guillelmum Decanum Neocaſtrenſem ipſius Caſtellani germanum de perſonis cepit, & prædictum Ricxardum in caſtro Tropeæ, Rogerium vero patrem eius in caſtro Meſiani, Decanum autem in caſtro Mntis Lennis cuſtodiendos iniunxit. Idem Iordanus monitus quia præfatus Riccardus quendã nuntiũ ſuum vſque Cuſentiam, & partes alias Valliſgratæ præmiſiſſe dicebatur, qui Petrũ Ruffum à Meſſanenſibus interfectum aſſerebat, ex quo facto Cuſentini nomen Principis quod vſque tunc in Calabria terebatur, prius inuocare, & exaltare cœperunt. Caſtellanum quoque caſtri Cuſentiæ eiecerunt, in quo quidem facto Cuſentini conſtãter perſeueraſſent, niſi quia ex inſperato caſus ille ſuperuenerat, & ſe repente firmare, vt deceret non potuerant, vt quod ex fide cœperant, ex debita conſtantia ſeruare poſſent, prædictus enim Inrdanus habito caſtro Neocaſtri, & prædicto Rogerio, & filijs captiuatis, vt ſupra dictum eſt, cum multitudine prædictorum armatorum proceſſit Cuſentiam nomine quidem Regis procedens, nomen vero Principis nec ſupprimens nec exprimens, quin potius etiam nuntiũ ſuum miſit ad Principem cum literis excuſatorijs de captione prędicti Riczardi, & ſuorum, aſſerens ſe ipſos cepiſſe ex cauſa ſeditionis quam in Sicilia & Calabria contra fidelitatem Regiam & ſtatum pacificum regionis mouiſſent.

Erat ergo prædictus Iordanus in Cuſentia cum magna ſocietate equitum, peditumque armatorum, totamque prouinciam Vallisgratæ, & terræ Iordanæ ita ſua poteſtate cohibebat, quod illi qui ad exaltandum nomen Principis affectabant terrore ipſius Iordani, & militiæ, quæ ſecum erat ſubiacebant, & eum quocumque volebat ſequebantur.

Audiens autem Princeps, dum eſſet in obſidione Oriæ per quoſdam Cuſentinos, qui ad eum illuc ex timore prædicti Iordani confugerant, qualiter prædictus Iordanus & Petrus de Calabria à Meſſanenſibus fuerant eiecti, ſtatim nuntium ſuum, videlicet Geruaſium de Martina, ad ipſum in Calabriam miſit, qui cum perueniſſet Cuſentiam vbi prædictus Iordanus morabatur, & vellet ire vſque ad dictum Petrum qui Meſſanæ, vt dictũ eſt morabatur, habiturus cum eo tractatum ex parte Principis ſuper ijs, quæ illius temporis neceſſitas exigebat, idem Iordanus ipſum Geruaſiũ vltra Cuſentiam procedere non permiſit, propter quod ipſe Geruaſius reuerſus eſt ad quoddam oppidum, quod dicitur Amindolaria, cuius oppidi Dominus Rogerius nomine tunc temporis iuſtitiariatum Valliſgratæ ex commiſſione dicti Petri exercebat, cum quo Rogerio cœpit idem Geruaſius collationem habere de ijs quæ in Calabria fiebant, & qualiter etiam idem Geruaſius ad prædictum Petrum de Calabria non fuerat tranſire permiſſus. Compertum eſt autem à prædicto Geruaſio, quod hoc ideo factum eſt, quia tractari dicebatur, quod Calabria in manibus Eccleſiæ daretur. Iam enim nuntij ad Romanam Curiam ſuper hoc miſſi eſſe dicebantur, cui periculo dictus Geruaſius volens occurrere, Principi ſignificauit ea quæ ſuggeſſit, vt gentem armatam in Calabriam mitteret ad Terram ipſam ſuæ ditioni pro parte Regis Conradi Secundi nepotis ſui ſubijciendam, antequam de ea poſſet prædictum incommodum euenire.

Ad inſtantiam ergo præfati Geruaſij, & quorundam etiam Cuſentinorum qui honorem Principis zelabantur, & propter hoc ſpecialiter ad Principem acceſſerant, miſit Princeps quandã competentem comitiuam equitum, & peditum armatorum, conſtituitque Capitaneum Calabriæ Conradum Thruich, vt vna cum prædicto Geruaſio terram ipſam conquireret, & gubernaret. Erat autem prædictus Conradus Thruich in Vallegrata, quando per Principem conſtitutus eſt, recepitque prædictos equites, & pedites in ingreſſu Valliſgratæ, qui congregatis cum eis armatis alijs de familia ſua, & Berardi Thruich fratris ſui, nec non & plurium aliorum Baronum, cũ præd. Geruaſio de Martina proceſſit vſq; ad Antonium de Stridola. Prædictus autem Iordanus Ruffus erat apud Caſanum, cum tota comitiua ſua propter Cuſentinos, qui pridie audito gentis Principalis ingreſſu in Vallemgratam ab ipſo Iordano receſſerant, & Cuſentiam reuerſi erant.

Interea Petrus de Calabria, qui, ſicut dictum eſt, in caſtro Calanæ morabatur, tum quia Meſſanenſes iam trãſiuerant ad ciuitatem Regij & exinde contra eum ire diſponebant, tum quia intellexit quod gens Principis ingreſſura erat in Vallemgratam di-

miſſis in partibus illis Calabriæ Carnele- A
uario de Papia, Fulcone nepote ſuo, & Boamundo de oppido, vt ipſi tanquam Capitanei ipſarum partium facerent, & tractarent cũ Meſſanenſibus de caſtro Calanæ, & obſidibus in Meſſana detentis, quod viderent eſſe vtilius tractandum, receſſit de caſtro Calanæ, & iuit Catanzarium ad celebrandum ibi Paſcha Dominicę Reſurrectionis. Celebrato autem ibi Paſchate proceſſit Cuſentiam cum paucis armatis expectãs alios de Calabria poſtea venturos, ipſa autem eadẽ die qua ipſe Petrus peruenit Cuſentiam Iordanus Ruffus nepos eius qui pridie de Terra Caſſani ad terram ſancti Marci cum comitiua ſua profectus erat, à gente Principis apud ſanctum Marcum captus B
eſt, & in carcerem miſſus, quod cum ſupradicto die ſummo mane diluculo ad prædicti Petri notitiam perueniſſet, antequam pleně factum hoc diuulgaretur, de Cuſentia receſſit, & cum iret ad caſtrum Agelli, ibiq; ſe receptare intenderet, nõ ibi receptus eſt, ſed deinde Catanzarium repetiit, & licet ibi ſe firmare proponeret, tamen quia pro parte vna proceſſerat vſque Cuſentiam, ex alia vero parte vſque Catronum, timens dictus Petrus ne ab vtraque parte à principali gente in Catanzario concluderetur, receſſit inde cũ vxore, & rebus ſuis, vt iter ad quoddam caſtrum quod fuerat nepotis ſui Iordani, C
quod dicitur caſtellum Maynardi, & cum ibi recipi non potuerit, iuit ad caſtrum Meſiani, quod quidam conſanguineus vxoris ſuæ cuſtodiebat, cumque fiducialiter appropinquaſſet ad caſtrum, cuſtodes ipſius caſtri faciente & procurante prænominato Rogerio de Froſina, qui vt ſupra dictum eſt in caſtro ipſo Meſiani captiuus cuſtodiebatur, acceſſum eiuſdem Petri ad caſtrum ſagittis in eum iaculatis compeſcuerunt. Quod videns dictus Petrus, cum in caſtro Meſiani ſe receptare nõ poſſet, iuit Tropeam, ex qua quidem ciuitate oriundus erat, & in qua prædictus Iordanus nepos ſuus domicilium habuerat, ibique paululum morans fecit armari vnam ſagittam, vt in ea per mare recederet; cumque deſcendiſſet ad D
mare cum vxore ſua, & vxore ac filijs prædicti Iordani nepotis ſui, Caſtellanus caſtri Tropeæ hæc videns Riczardum de Froſina, qui, vt ſupra dictum eſt à memorato Iordano Ruffo captus fuerat, & in caſtro Tropeæ captiuus cuſtodiebatur, liberauit ob reuerentiam, & timorem Principis, cuius familiaris ipſe Riczardus erat. Ipſe autem Riczardus tali modo liberatus ſtatim ipſius terræ Capitaneus pro parte Principis à populo conſtitutus eſt, qui mox, vt vidit prædictum Petrum eſſe in littore maris, cum ſagitta paratus ad recedendum fecit dari bannum ex parte Regis, & Principis, vt nullus de ciuitate Tropeæ, cum prædicto Petro in ſagitta ipſa ire præſumeret, alio-

quin proditor Regis & principis haberetur & pœnam proditionis pateretur; quod bannum cum audiſſent marinarij ſagittæ vnus poſt vnum ſagittam dimiſerunt, ſicque prædictus Petrus in littore manebat, & nec per mare fugere poterat, nec ad terram Tropeæ redire permittebatur: fecerat enim prædictus Riczardus claudi portas ciuitatis, & optime cuſtodiri, ne dictus Petrus ciuitatem ingredi poſſet. Cum autem ſic ſtaret Petrus in littore, & omne ſibi auxilium, & conſilium deeſſe videretur, ſubito quædam barcæ de partibus principatus, quæ maritimam illam caſu tranſibant, ipſiſque barcis ad locatorum velle conductis ipſe cum familia ſua, & prædicti nepotis ſui quam tunc habuit de nocte receſſit, & Neapolim ad papalem Curiam, quæ ibi tunc erat profectus eſt.

Prænominati autem Gernaſius de Martina, & Conradus Thruich Capitanei proceſſerant de Cuſentia euntes verſus Martoranum, antequam autem perueniſſent Martoranum intellexerunt quod Martoranenſes, licet pridie nuntios ſuos miſiſſent ad eos, ac mandatum principis ſe & ciues alios facere ſpopondiſſent, tunc tamen ſe tenere, & eos non recipere intendebant. Nihilominus autem exercitus Principis ad ciuitatem appropinquauit: cumq; ciues ipſius terræ gentis principalis acceſſum lapidibus iactis compeſcerent, cum locus ille difficilis eſſet, & valde decliuis, ita quod per leuem defenſam poterat contra gentem illam defendi, retroceſſit exercitus, & declinauit ad quoddam caſale quod dicitur Pictarella, vbi dum ipſe exercitus pernoctaret, procurante Roberto de Archis, qui cum exercitu ipſo erat, & prædictæ ciuitatis ciuis habebatur nocte ipſa venerunt nuntij ipſius ciuitatis ad prædictos Geruaſium, & Conradum, ciuitatem ipſam ad mandatum principis exponentes, miſſique ſunt ad ciuitatem ipſam nuntij ex parte Capitaneorum, qui iuramenta hominum pro parte Regis & Principis receperunt. Inde autem profecti ſunt Neocaſtrum, cumq; in caſtro ipſius terræ Neocaſtri eſſet, Caſtellanus quidam dicti Petri de Calabria nepos nomine Iohannes de Mele, ille Iohannes ſtatim viſis vexillis Principis claues caſtri Capitaneis miſit, & caſtro eis aſſignato receſſit. Proceſſit ergo exercitus principis ſine aliqua reſiſtentia vſque ad oppidum quod Seminaria vocatur. Circa eius oppidi partes Carnelcuarius de Papia, Boamundus de Oppido, & Fulco Ruffus nepos prædicti Petri de Calabria caſtra quædam reuoluunt. Prædicti autem Carneleuarius & Boamundus veniente exercitu Principis requiſiti à prædictis Gernaſio & Cõrado ad mandatum Principis venerunt, & iurauerunt; dictus autem Fulco ſe in caſtro ſuo ſanctæ Chriſtinæ recollegit, ad mandatum

præ-

prædictorum venire dubitans. Habebat quidem ipſe Fulco præter ipſum caſtrum ſanctæ Chriſtinæ, caſtrum aliud valde difficile quod Bubalinum vocatur, quæ duo caſtra ad duodecim fere milliaria mediantibus excelſis montibus diſtant, habentque difficilem ab alijs ad alterum tranſitum, qui nullo modo auferri, aut impediri poteſt. Receptus ergo prædictus Fulco in illis duobus caſtris ad mandatum principis venire nolebat; licet enim ſibi per prædictos Geruaſium & Conradum ſecuritas data fuiſſet, ipſe tamen Fulco aſſerens Iordanum Ruffum fratrem ſuum poſt ſecuritatem ſibi promiſſam ab eis, iniquè fuiſse captum, eis ſe credere dubitabat, ne ſimul ſibi contingere poſſet quod contigerat fratri ſuo.

Stabat ergo exercitus principis in planitie ſancti Martini cum pro reprimenda rebellione prædicti Fulconis, tum etiam quia difficillimi tranſitus erant inde in antea, vt ſine magno diſcrimine tranſire non poſſet. Miſerant autem prædicti Geruaſius & Conradus nuntios ſuos ad ciuitatem Giracij, quæ adhuc ſe tenebat, & ſic tractatum eſt quod ciuitas ipſa quæ ſi reſiſtere voluiſſet non ſine magna difficultate debellari poterat ſponte ad mandatum Principis reuerſa eſt. Præterea ciuitatem Regij ad quã propter difficillimos tranſitus exercitus ire non poterat, & præter dicta duo caſtra ſanctæ Chriſtinæ & Bubalini, quæ prædictus Fulco tenebat, caſtrum quinque Styli tenebat quidam Berardus Theutonicus, qui nec apertè rebellis videbatur, nec tamen caſtrũ ipſum dimittere volebat dicens, conceſsam ſibi fuiſse caſtri ipſius cuſtodiam à Rege Conrado in vita ſua ſecundum conſuetudinem Alamanniæ, propter quod dicebat ſe caſtrum ipſum non debere, nec velle dimittere, ſed ipſum ad honorem, & fidelitatem Regis & Principis cuſtodire: plures tamen ſuſpectos qui à facie principalis exercitus fugerant in caſtro ipſo receperat, propter quod videri poterat rebellionis potius, quã fidelitatis: ita autem caſtrũ ipſum loci natura munitum & difficile eſt, quod neque per inſultum, neque per famem capi aliquatenus poſset: eſt enim ſaxis & rupibus circumquaque vallatum continens circa ſe magnum terræ nemoroſæ, & laboratoriæ ſpatium, quæ ad vitam ſexaginta perſonarũ cultura indeficiente ſufficeret, quæ etiam terra caules ſilueſtres vſui hominum aptos ſine aliquo ſeminatio producit, multaque animalia paſcuis indeficientibus viuunt.

Interea Meſsanenſes audito quod exercitus principis totam iam ferè Calabriam acquiſiuerat, & videntes ſe quodammodo per id voto ſuo fruſtrari, quod erat magnam Calabriæ partem in ſuo velle diſtrictu habere, congregauerunt magnum exercitum equitum & peditum armatorum, miſeruntque ipſum contra exercitum principis in Calabriam. Exercitu quoque principis exiſtente apud ſanctum Martinum, vt ſupra dictum eſt, exercitus Meſsanenſium ex inſperato venit ad oppidum Seminariæ quod à ſancto Martino ſex fere millibus diſtat, ceperuntque Meſsanenſes ipſum oppidum, & in ipſius loci hominum præda ſe vitiosè multum exercentes, ſtatim inde cum præda receſserunt: ita quidem eos excæcauit auiditas quod gloria illius qualiſcunque viſa eſt villpenſa, chordis baliſtarum ſarcinulas pannorum, & aliarum rerum quas diripiebant, ligabant. Cum ergo perueniſset ad notitiam principalis exercitus quod Meſsanenſes Seminariam venerant, ordinatum eſt quod Geruaſio de Martina remanente cum aliquibus in ſancto Martino ad ipſius loci cautelam, propter caſtrum ſanctæ Chriſtinæ quod Fulco Ruffus ibi prope tenebat, & in quo aliqui Meſsanenſium diebus illis dicebantur receptati eſse, Conradus Truich Capitaneus cum exercitu Principis verſus Seminariam iret. Sed quia auditum eſt quod Meſsanenſes iam de oppido ipſo cum præda receſserant, propter hoc diuiſus eſt principalis exercitus parte ſub Capitaneo in Seminariam procedente, alia pars ſub Roberto de Archis per alterius viæ compendium contra Meſsanenſes exiret, vt Meſsanenſes ante & retro ab vtroque intercepti manus eorum euadere non poſsent.

Procedente ergo hoc modo vtraque parte exercitus ventum eſt ad planitiem, quæ eſt inter Seminariam, & nemus Solani, qui locus Corona vocatur, cum autem Meſsanenſes vidiſsent principalem exercitum primo pede ſe collegerunt in vnum, & quia timor eis apparitione principalis exercitus repentinus irruerat cœperunt quidem non deliberare quid agerent, ſed quodammodo fluctuare. Capitaneus autem principalis exercitus, & pauci alij de ipſo exercitu qui cum ipſo Capitaneo ad planitiem illã accelerauerant videntes multitudinem Meſsanenſium ita collectã, nolebãt quidem à principio ipſos aggredi, tum quia equi fatigati erant ex properantia veniendi ad locum illum ad quem aridus, & montuoſus erat acceſsus, tum quia maior pars exercitus retro erat, nec adhuc ad planitiem venerat, & ideo expectabat. Dum autem ſic Capitaneus ſtaret cum illis paucis ad aſpectum Meſsanẽſium, vidit moueri vexilla eorum alterum contra alterum cum quadam tumultuoſitate, ex quo inordinato, & tumultuoſo motu comprehenſum eſt, quod Meſsanenſes pauorem iam ex apparitione principalis exercitus concepiſsent, & titubarent inter ſe, nec ſcirent quid facerent. Dum ergo conſideratẽ hoc Capitaneo ecce apparuit Robertus de Archis, cum illa parte exercitus quam ducebat. Cumque Meſsanenſes ita inter ſe ſcrutantes tumultuarẽt

ſubito contra eos prædictus Capitaneus cũ Roberto de Archis, & illis paucis qui tunc ibi inuenti ſunt de exercitu Principis cum magna animoſitate proripuit, cui quidem aliqui de Meſſanenſi exercitu equites reſiſtere tentauerunt, ſed ſtatim vno eorum qui caput Meſſanenſis exercitus dicebatur per ictum Conradi Truich Capitanei exercitus principalis, mox quoque alio per ictum Roberti de Archis ab equis eorum in terram deiectis, ſtatim totus ille Meſſanentium exercitus diſſolutus eſt, & turpiter ſe conuertit in fugam. Tunc plures Meſſanenſes inſtante principali exercitu interfecti ſunt, alij gladio, alij vero ruina, dum ſemper in via ſicut melius poterant fugientes præcipuè montium eis occurrentium, vel ex timore periculum quod fugiebant videre non poterant, vel quaſi vnum de duobus periculis, quæ vitare non poterant, eligebant.

Aliqui profecto de oppido Seminariæ, qui depredationem, vt dictum eſt, à Meſſanenſibus paſſi fuerant ſequuti ſunt principalem exercitum per Seminariam tranſeũtem ſub ſpe recuperãdi bona eorum quæ à Meſſanenſibus aſportabantur, horum quidem aliquis ſiue maſculus, ſiue fœmina ex illo exercitu Meſſanenſium equitem, ſiue peditem armatum capiebat, & ſi volebat interficiebat, pluresque illo die de Meſſanenſibus ab illis de Seminaria propter odium deprædationis prædictæ, quam ab illis de exercitu Principis interfecti, & vulnerati fuiſſe dicuntur, itaque quod pauci ex eis ſalui euadere potuerunt. Capti autem fuerunt ex eis quinquaginta ſeptem numero qui alicuius valoris homines eſſe exſtimati ſunt, & in carcerem miſſi, alios autem qui interfecti, aut capti non ſunt, vel fugæ deſperatio, vel vilitas perſonæ ſeruauit, & ſaluauit.

Ex illa igitur expugnatione Meſſanenſium ciuitas Regij ad mandatum venit. Captum eſt etiam caſtrum Calanæ quod Meſſanenſes vſque tunc tenebant ab eo tempore quo, vt ſupra dictum eſt, prædictus Petrus de Calabria ab ipſo receſſerat.

Cum autẽ ſic in Calabria gereretur princeps erat adhuc in obſidione Oriæ: cumq; ciuitatem ipſam anguſta obſidione teneret Thomas de Oria, qui caput factionis & rebellionis ipſius, & Brunduſinæ ciuitatis erat, videns ciuitatem ita obſidione circumdatam quod nullo modo ex ea pateret egreſſus, cum vires, & ſubſidium aliquod à Brunduſinis recipere obſidione principis impediretur, nec poſſet, nec haberet vnde ſtipendia ſolueret ſoldanerijs, quos ad defenſionem ciuitatis tenebat, ad fraudulentia commenta ſe conuertit, miſitque principi nuntios ſuos ſignificans ei quod ipſi, & Orietani libenter ſe & ciuitatem Oriæ in manibus dare volebant, ſed quia iuramento & pactionibus inter ſe, & ciues Brunduſij habitis tenebantur Orietani, nihil ſine conſcientia Brunduſinorum facere, petebat ſibi dari tempus & copiam mittendi nuntios ad ciuitatem Brunduſij, ad notificãdum ciuibus Brunduſinis qualiter ipſi Orietani nullo modo contra Principem tenere ſe poterãt, propter quod ipſi mandatum Principis facere omnino diſponerent, & ad perſuadendum etiam Brunduſinis, quod, & ipſi ſimiliter mandatum Principis facerent, cui rei ſi forte Brunduſini refragarentur, nuntij ipſi eis exponerent qualiter Orietani penitus à ſocietate ſua recederent, & ad principis mãdatum redirent, Princeps autem petitionem ipſius Thomaſij & Orietanorum ſuper hoc audiri cõſiderans petitionem talem non ex fraude, ſed ex neceſſitate procedere quam Orietani ex nimia obſidionis anguſtia pati videbantur dedit eis copiam mittendi nuntios ad Brunduſinam ciuitatem, prout illi petierunt, Miſſi ſunt ergo Nuntij Orietanorum Brunduſium, non quidem pro cauſa prædicta quam Principi expoſuerant, ſed vt Brunduſini per eos pro ſoldanerijs Orietanis ſtipendia mitterent, qui iam vltra ſine ſtipendijs retineri non poterant, reuerſiſq; nuntijs ipſis à Brunduſio infra diem ſtatutum cum ſtipẽdijs ſoldaneriorum, dum crederet Princeps ſtatim poſt reuerſionem nuntiorum ipſorum ciuitatem iuxta quod Orietani promiſerant eſſe dedẽdã, Orietani reſponderunt quod nullo modo ſe dedere vellent, ſed pertinacius in antea quam olim in rebellione perſeuerare, declarãtes veram cauſam pro qua nuntios ad Brunduſium miſerant, & commendantes ſe quod Principi ſuper hoc illuſiſſe videbantur. Multum enim eis tunc illa fraus profuit, quia fraude illa mediante, & ſuperueniente poſtmodum cauſa maiore, deditio ciuitatis illius tunc dilata eſt. Si enim Princeps ad obſidionem ciuitatis ipſius ad modicum tempus vltra inſtitiſſet, proculdubio eam ad mandatum ſuum tunc habuiſſet, ſed quia maiora ipſum negotia trahebant, oportuit ipſum obſidionem ipſam dimittere, & vtilioribus ſe laboribus occupare.

Peruenit enim ad notitiam Principis quod Octauianus Apoſtolicæ Sedis Legatus magnum exercitum congregauerat, & in Apuliam cum ipſo exercitu venire parabat. Receſſit ergo Princeps ab obſidione Oriæ, & iuit Melphiam, ipſoque in ciuitate morante pro eo quod quædam ſuſurra hominum ibi & in ciuitate Potentiæ eſſe videbãtur, Gualuanus Lancea auunculus eius ad ciuitatem Potentiæ profectus eſt, & eã ſapienter, prout temporis qualitas dabat, reformauit, & in bono ſtatu compoſuit, & ad Principem in Melphia reuerſus eſt. Princeps autem in Melphia ipſo Gualuano dimiſſo pro ipſius ciuitatis, & adiacentium partium ſtatu pacifico conſeruando Luceriam iuit, & congre-

gregato ibi magno exercitu, tam de ipſius Terræ incolis, quàm aliarum Apuliæ partiũ, & de Theutonicis, & alijs ſoldanerijs quos per Apuliæ partes diſperſos habuerat prima die menſis Junij 13. Indictionis cum exercitu ipſo exiuit, & campum proceſſit continuato progreſſu ad montem Formicoſum, quem Imperator Fredericus mutato nomine Montem-Sanum vocari iuſſerat. Iam enim Papalis exercitus venerat vſque ad locum qui vocatur Bulfida, quod princeps intelligens valde gauiſus eſt: audiuerat enim à tempore patris ſui Imperatoris Frederici quod quædam ſcriptura inuenta fuerat ex qua vaticinari videbatur quod vnus de poſteris Imperatoris ipſius in loco illo Bulfida magnam victoriam eſſet habiturus, propter quod cum ex caſu inſperato papalis exercitus ad locum iam ipſum veniſſet, credebat Princeps, & pro firmo ſperabat aduenitſe tempus de illius ſcripturæ vaticinatione quod in perſona ipſius principis prædicti Imperatoris filij compleretur, eratque ſibi in argumentum præcedens victoria, quam ſic feliciter, vt ſupra memoratum eſt apud Fogiam de hoſtibus habuerat, quæ præparatoria, & incentiua ad maiorem futuram victoriam eſſe videbatur.

Cum ergo papalis exercitus eſſet in loco illo Princeps ad Guardiã Lombardorũ quę ſibi rebellis erat proceſſit, intendens ipſam Terram anticipare antequàm papalis exercitus ad ipſam veniret; erat autem in ipſa Terra quædam magna comitiua armatorum de parte Eccleſiæ qui terram ipſam defendebant, ita quod Princeps tunc ipſam capere non potuit, & propter collium oppoſitionem videri non poſſet ab exercitu Principis in quam partem iret: ab aliquibus credebatur exercitum ipſum retroceſſiſſe ob timorem principis: ab aliquibus non immenſam illius exercitus multitudinem metientibus putabatur non quod fugeret, ſed quod per loca valloſa exercitus ipſe incederet, & ſe contra principalem exercitum in loco tutiori collocaret. Ad hanc ergo dubitationem tollendam miſſus eſt à principe Comes Henricus de Spernaria, cum quibuſdam Theutonicis armatis ad explorandam viam prædicti papalis exercitus, qui Comes cum prædictis armatis procedens, cum perueniſſet ad nemus quod eſt prope Frequentum, conſtituit prædictos armatos in quodam loco ipſius mõtis depreſſo quidem & arboribus obſito, ipſeque ad ſuperiores nemoris partes ad explorandã viam prædicti exercitus ſolus proceſſit: cumque ita explorando procederet incidit in quoſdam armatos de papali exercitu, qui per nemus illud caſu diſcurrebant, & cum ipſe ſolus eſſet, illi vero pauci, dum per amfractus nemoris vellet ab occurſu illorum ſecedere, & fugiendo quodammodo trahere eos verſus locum in quo ſuos comites armatos dimiſerat, in illis vijs nemoris ceſpicauit equus eius, totuſque in terram reuolutus, ipſum in terram deiecit, ſicque ipſe Comes ab illis de papali exercitu eum inſequentibus captus fuit: cumque ducerent eum captum, nec tamen ſcirent quis eſſet, nec præſumerent eum magnam de principis comitiua eſſe perſonã, pro eo quod ſic ſolum in nemore illo ipſum inuenerant quaſi errantem, ſtudebat dictus Comes quaſi viarum ad exitum illius nemoris conſcius ducere illos per locum, vbi comites ſuos dimiſerat, vt ab eis poſſet ſibi ſuccurri: cumque ad locum illum cum ipſis ſuis ductoribus perueniſſet, non inuenit comites ſuos ibi, vnde quodammodo deſperatus credebat è manibus illorum ex tunc euadere non poſſe. Licet autem in eo facto de comitibus ſuis non inuentis fortuna ſibi aduerſata fuiſſe videretur, tamen ſtatim ſibi in ipſius contiguo aduerſitatis arriſit, nam cum paululum è loco illo proceſſiſſent, apparuerunt de prope quidam Saraceni arcerij, de principali exercitu quos cum dictus Comes Henricus cognouiſset, ſtatim clamauit ad eos vocans eos Compatres quo nomine Saraceni & Theutonici de principali exercitu ſe ad inuicem vocare aſſueuerant. Illi autem voce Comitis audita, ipſoque cognito ſtatim in eos qui eum captum ducebant irruerunt, & Comite liberato alios ex eis occiderunt alios vulnerauerunt alios cœperunt, alios in fugam turpiter conuerterunt, & coegerunt.

His itaque de Comite Henrico geſtis principalis exercitus qui prædicto modo & loco in quo primo ſteterat ſe mouens per collium oppoſitionem diſparuerat, ex alia parte quæ ad aſpectum papalis exercitus directa erat prope Frequentum apparuit de viſu Principis cum ſuis, verſuſque ipſum Papalem exercitum procedebat, intendens eidem exercitui contra ſe venienti occurrere, & cum ipſo pugnare. Papalis autem exercitus viſo quod Princeps ad eius aſpectũ nõ quidem ex illorum multitudine territus, ſed ad pugnam accenſus ad veniendum contra eum caſtra mouiſset, non vltra proceſſit, ſed in loco ſe fixit, quo viſo Princeps ſimiliter cum exercitu ſuo ſtetit, nec tunc prius illos appetijt, ſed ad ſtationem vnde ſe mouerat eſt reuerſus.

Erat autem circa partes illas quidam locus eminens de quo Princeps conſiderauit, vt ſapiens quod ſi locus ille caperetur ab hoſtibus magnum ſibi poſset euenire nocumentum, quia loco illo ab hoſtibus habito foderum ex illa parte Capitanatæ poſset ad ſuum exercitum peruenire, & in eo loco Princeps caſtrametatus eſt, in quo ante & retro hoſtes habebat: ex vna enim parte erat Guardia Lombardorum rebellis in qua erat quædam pars Papalis exercitus, vt prædictum eſt, ex alia vero parte erat Legatus

gatus cum exercitu infinito. Cum ergo poſt paucos dies prædictus Legatus cum Papali exercitu à loco in quo erat prope Frequentum receſſiſſet verſus prædictum locum eminentem venturus, Princeps credens, quod pro occupando loco ipſo veniret, ſtatim cum exercitu ſuo ſe mouit, & contra Papalem exercitum veniẽtem animosè procedens, vt prædictum locum eminentem præoccuparet, & defenderet contra hoſtes recepturus pugnam, ſi illi tanti eſſent antequam ipſam inferrent. Procedente autem ſic Principe cõtra eos illi ad principis animosè venientis aſpectum nõ venerũt, niſi vſq; ad nemus quod eſt citra Frequentum, ibique ſe in quodam loco tuto locauerunt, & tentoria ſua ibi fixerunt. Videns autem princeps quod illi vltra non procedebant, ipſe ſimiliter vltra non iuit, ſed ad ſtationem ſuam reuerſus eſt. Erat autem locus ille in quo ſe fixit tunc Papalis exercitus ex tribus vndique partibus naturali terræ montuoſitate vallatus, ex quibus partibus nullus in eo de facili poterat haberi acceſſus, ex altera vero parte ad aſpectum principalis exercitus cliuioſitate mediocri in planitiem quandam locus ille vergebat, ſicque ibi exercitus ille collocatus erat, vt ipſis euntibus cõtra alios eſſet inde deſcenſus, alijs vero ad eos accedentibus eſſet aſcenſus. Ex illa ergo parte manſionis illius, quæ ad aſpectum principalis exercitus erat, & quæ non ita ſicut tres manſionis partes naturaliter munita videbatur, facta eſt quædam clauſura de palicijs, tantaque erat ipſius exercitus multitudo qui ibi tunc collectus erat, quod haſtarum ſolummodo eleuata congeries ad ſimilitudinem alicuius nemoris apparebat.

Cum ergo ſic in aſpectu mutuo vterque ſtaret exercitus, & exercitus papalis incomparabiliter maior & copioſior quam exercitus principis appareret, expectabat princeps vt ipſe requireretur ad bellum, tum quia ipſe ad defenſionem Terræ ſtabat, non quidem oppugnare debebat, ſed oppugnantibus reſiſtere ſatis eſſe credebat, tum quia, vt dictum eſt, ſine comparatione maior erat exercitus ille, quam ſuus, cum innumerabilis eſſet in eo multitudo peditum: equitum quoque numerus exercitus ſui in ſeptuplum videbatur excedere. Stabat ergo princeps bellum expectans ab inimicis, nec tamen illi de loco illo, vbi tentoria fixerant, & ſe circumquaque concluſerant vllo modo exibant. Vnde cum aliquos dies in huiuſmodi princeps belli expectatione ſteriſſet, cogitauit quod ideo illi eum aggredi dubitarent, quod ipſe cum exercitu ſuo in eminentiori parte ſtare videbatur, propter quod vt eos ad bellum poſſet allicere, decreuit de loco illo in planum deſcendere, & exercitui papali magis appropinquare, & quia certum gerebat de bellando propoſitum, & ſic ſuam tunc volebat experiri fortunam, vt ſolus vincendi amor ipſum ad bellandum impelleret, vt nulla eum expugnationis in ſe forſitan faciendæ verecundia, vel formido retraheret, effoſſis de loco illo tentorijs in tres acies totum ſuum diuiſit exercitum, & cum tribus aciebus illis exclaratus deſcenderet in planum, ecce tres aquilæ ſuper exercitum ipſum apparuerunt volantes in aere, quod omnes illi de exercitu, & Theutonici maximè videntes, cœperunt exultare lætitia quaſi certæ victoriæ ſigna ex illa aquilarum ſuperuolantium apparitione comprehendentes: vnde etſi prius ad pugnandum nociui, & ardentes fuerant, tunc magis, ac magis ex illo ſigno aquilarum accendebantur ad pugnam. Taliter igitur procedens princeps papali exercitui ad vnius ſtadij ſpatium appropinquauit parans ſe ſibi ad pugnam recipiendam, ipſe enim pugnam eis inferre non poterat commodè, niſi illi de clauſura illa qua circumcingebantur exirent, quia ſi princeps eos in illa clauſura iuuaderet palitia illa quibus papalis exercitus ſe totum clauſerat, magnum ſibi poſſet victoriæ impedimentum inferre. Præcedebant autem pedites Principis cum arcubus, baliſtiſque adeo prope clauſuram, vt illos de papali exercitu ad exeundum allicerent, qui mittebant in eos ſagittas, & eos quatenus poterant laceſſebant, ſed nullo modo de ſua ſtatione mouebant: imo ſi quando aliqui ſui pedites extra clauſuram exire tentabant, equites eos celeriter reuocabant, manifeſteque oſtendebant quod bellandi animum non habebant.

Videns ergo princeps quod ipſo taliter bellum deſiderante aduerſarij ſui bellare ſic penitus recuſaret, cum Principis acies eſſet in eo loco, vbi ſi bellum committeretur melior aduerſariorum ſuorum conditio futura eſſe videbatur, cum per ſex ferè horarum ſpatium Princeps in illo loco fuiſſet ad bellum recipiendum paratus, ne amplius in vanum ibi ſic ſtare videretur, cogitauit ad ſtationem ſuam retrocedendum: ſic tamen retroceſſionem ipſam ſapienter fieri procurauit, ne ipſo retrocedẽte aduerſarij ſui qui in loco eminenti, vt dictum eſt, ſtabant cõtra eum in ipſa retroceſſione incautè irrumperent, & aliquod ſibi, ſicut ſæpè fieri ſolet in talibus, nocumentum inferrent. Diſpoſuit ergo princeps quod prima acies ſua quæ caſtris hoſtium vicinior erat, & ſecunda ſimiliter quæ prope ipſam in loco ſuo fixæ & ſtabiles permanerent, ipſiſque duabus aciebus in loco ſuo ſic ſtantibus tertia acies quæ vltima erat, moueretur, & modeſto ac ordinato regreſſu ad vnum ſtadium de loco ſuo retrocederet, & ibi ordinata maneret, quo facto etiam acies ſubſequenter prior ipſa de loco ſuo ſimiliter moueretur, & ad locum vnde acies tertia receſſerat ſe ordinata retroceſſione reciperet, ac deinde prima

ma acies, quæ in caſtrorum hoſtilium vicinitate remanſerat, ad locum vnde ſecunda acies receſſerat, reliquis duabus aciebus non nimis longe ab ipſius tutela diſtantibus verteretur. Sicque factum eſt, quod aciebus ipſis gradatim vna ante aliam cum prædicta cautela retrocedentibus, aduerſarij non minus de ſapientia, & prudentia principis obſtupeſcentes, quam de ſuæ armatæ potentia trepidantes nullo modo contra ipſum in ipſa etiam huiuſmodi exercitus retroceſſione exire auſi fuerunt, & princeps compoſito, & inoffenſo regreſſu ab hoſtium ſuorum facie ad ſtationem ſuam vbi prius ſteterat regreſſus eſt.

Poſt receſſum quoque principalis exercitus facta ſunt de ingenio Marchionis Bertholdi quædam lignea inſtrumenta triangulata ſic artificioſe compoſita, quod de loco ad locum leuiter ducebantur, & quocumque modo reuoluerentur ſemper ex vno capite erecta conſtabant. His ergo ligneis inſtrumentis papalis exercitus ex illa parte qua erat exercitus principalis aſpectus ſe circumcinxit, & ſic ſe ipſorum compoſitione vallauit, vt non de facili ex illa parte poſſet irrumpi. Mirum autem valde, videlicet quod papalis exercitus etiam prouocatus ad bellum non exiuit; cum ſicut dictum eſt, exercitus principis in immenſum excedere videretur; additus enim erat ipſi exercitui diebus illis quidam alius Papalis exercitus, qui ſub Archipresbytero Paduano prædicti Legati Vicario per partes Principatus ad inuadendam, & conquirendam Calabriam dirigebatur. Eo etenim tempore magnus Papalis exercitus ſub prædicto Octauiano Legato Apoſtolicæ Sedis in Apuliam venire diſpoſitus erat. Ordinatus etiam fuit prædictus Archipresbyter cum magna comitiua equitum & peditum ire in Calabriam, & prædictus Petrus Ruffus de Calabria, qui, vt ſupra dictum eſt, de Calabria pridem fugiēs ad Romanam Curiam ſe contulerat ordinato nauilio conſtitutus fuit ire per mare cum Archiepiſcopo Cuſentino noniter à Papa creato. Itaque fuerat inter ipſos cognitum vt ſimul eodemque die Archipreſbyter ille cum exercitu quem ducebat per terram, & prædictus Petrus de Calabria per mare in Calabriam inuaderet. Dumque in Calabria vtrimque procederetur, prædictus Archipresbyter qui iam ad duas fere dietas cum prædicto exercitu Calabriç finibus appropinquauerat à prædicto Legato Apoſtolicæ Sedis ad ſubſidium magni papalis exercitus, qui contra Principem ſtabat in itinere Calabriæ reuocatus eſt, cuius reuocationem prædictus Petrus, cum per mare proficiſceretur ignorans de illo quod cognitum fuerat à ſe ſimul cum prædicto Archipresbytero ex diuerſis partibus inuadendam eſſe Calabriam, ad caſtrum ſancti Lucidi de Vallegrata cum nauigio prædicto

A peruenit, & in caſtro cum prædicto Archiepiſcopo & armatis quos duxerat ſe receptauit. Statimque autem ſparſus eſt in Calabria, & præſertim in ciuitate Cuſentiæ rumor quod prædictus Petrus cum duodecim galeis, & infinita multitudine armatorum per mare veniſſet, & quod Papalis exercitus per terram veniēs ex duabus partibus, videlicet prædictus Archipresbyter per introitum Morani, & Oddo Marchio de Honebruch cui Comitatus Catanzarij per Papam conceſſus erat, per introitum pontis Roſeti Valliſgratæ fines intraſſet, & quod Geruaſius de Martina, multique cum eo armati qui apud caſtrum Vallis ad defenſionem finium Valliſgratæ ſtabant à Papali

B exercitu capti eſſent. Item quod duodecim galeæ Brunduſinorum veniſſent ad maritimam Cutroni ad partes terræ Iordanis pro parte Eccleſiæ oppugnandum, & quod princeps apud Guardiam Lombardorum à Legato Apoſtolicæ Sedis, & Papali exercitu, qui ibi erat fore expugnatus in campo.

Dum autem rumoris huiuſmodi per Calabriam, & præſertim in ciuitate Cuſentiæ duceretur, & diuerſorum narratione hinc inde venientium firmarentur, magiſque veriſimiles in eo viderentur, quod prædictus Petrus de Calabria ad prædictum caſtrum ſancti Lucidi quod à ciuitate Cuſentiæ ad quindecim milliaria vicinatur ſic audacter,

C & ſecure cū vxore ſua, & alijs mulierib. quas pridem fugiens de Calabria ſecum duxerat, deſcendiſſet, quod non videbatur ab eo potuiſſe acceptari, niſi cum multitudine armatorū magna veniſſet, & niſi rumores alij qui dicebantur de ingreſſu Papalis exercitus in Vallegrata, & de captione prædicti Geruaſij & ſuorum, & de expugnatione Principis in aliquo veri eſſent, venit quidam Nuntius dicti Petri Cuſentiam cum literis eius, & Archiepiſcopi Cuſentini per quas vniuerſitati ipſius ciuitatis ex parte Apoſtolica firmiter, & expreſſe mandabant, vt incontinenti nuntios mitterent ad eorum præſentiam pro parte totius vniuerſitatis ipſius mandatum per eos Apoſtolicum recepturos, alioquin in ſequentem diem eſſent

D cum toto eorum exfortio ad ipſius ciuitatis exeidium. Cum autem tunc temporis quādo hæc fiebant omnes fere meliores homines ciuitatis Cuſentiæ ab ipſa ciuitate abeſſent, quoniam cum prædicto Geruaſio de Martina ad defenſam finium Valliſgratæ apud Caſtrum Vallis morabantur, nec remanſiſſent in ciuitate ipſa niſi quidam populares, & illi qui vel de perſonis nobiles erant nullum armorum exercitium habere videbantur veniente prædicto nuntio Petri de Calabria cum literis illis homines ciuitatis prædictæ qui ibi tunc inuenti fuerunt, diuturnitate quietis, & pacis quam à tempore Imperatoris Frederici habuerāt inexperti

A perti & prorſus ignari guerrarum, cum ne-
ſcirent, nec præ anguſtia temporis prænide-
re poſſent quid melius eſſet eis in illo arti-
culo faciendum; cum præſertim ciuitas ipſa
Cuſentiæ propter incendium quod anno
præterito paſſa fuerat, tam domibus, quàm
alijs quæ ad defenſionem competerent eſſet
immunita, ex illa minaci, & aſpera prædicti
Petri, & Archiepiſcopi requiſitione prouide-
runt, vt nuntios ad prædictum Petrum, &
Archiepiſcopum mitterent, non quidem, vt
aliquod mandatum Apoſtolicum ab ipſo
reciperent, ſed vt ipſorum nuntiorum miſ-
ſione, & tractatu ſuper inſtante negotio
hinc inde habendo dictus Petrus, & Archie-
B piſcopus morandi apud ſanctum Lucidum
occaſionem haberent, donec lateret certitu-
do de prædicto Geruaſio, & alijs qui capti
eſſe dicebantur, vel ſi hoc factum eſſet, di-
ctus Geruaſius totum hoc negotium ſciret,
vel ipſe veniret, vel ciues Cuſentiæ quos ſe-
cum habebat, & alios ad defenſam ciuitatis
ipſius mitteret. Miſſi ergo nuntij à ciuitate
Cuſentiæ in ſanctum Lucidum ad prædi-
ctum Petrum de Calabria, & ad Archiepi-
ſcopum Cuſentinum, miſſi quoque ſunt nū-
tij, & literæ ad prædictum Geruaſium de
Martina, per quos ſibi totum negotium de-
clarabatur, & petebatur vt de defenſione
ciuitatis prouideret, ſicut eſſet ad eorum
C ſalutem, & fidem melius prouidendum, &
ad explorandum etiam de ſtatu ipſius Ger-
uaſij, & aliorum, & ſi verum eſſet quod
de ipſorum captione dicebatur, & de alijs
etiam rumoribus, qui, vt ſupra dictum eſt,
contra ſalutem Principis teſtabantur, pro-
cederetur ab eis in antea, ſicut eſſet pro
qualitate ipſius procedendum.
Cum ergo prædictæ ciuitatis nuntij pro-
fecti eſſent ad caſtrum ſancti Lucidi, vbi præ-
dicti Petrus & Archiepiſcopus Cuſentinus
erant, inuenerunt eum cum paucis quidem
amicis quos de partibus Terræ Laboris ſe-
cum nauigio duxerant. Veruntamen quia
dictus Archiepiſcopus commiſſionem ab
Apoſtolica Sede habebat cruce ſignandi ho-
D mines ad auxilium Eccleſiæ ſub ea remiſ-
ſione & indulgentia, quæ conceditur illis
qui cruce ſignantur ad auxilium Terræ San-
ctæ, multi ruſtici & ignobiles de maritima
illa & adiacentibus Valli audita tam grandi
remiſſione, & indulgentia, quæ fiebat à
prædicto Archiepiſcopo illis qui vellent
crucem recipere, ad locum ipſum confluxe-
rant, & crucem ab Archiepiſcopo ipſo re-
ceperant pro timore, & pro ſeruitio Eccle-
ſiæ, & ſi opus eſſet ſub ſpe remiſſionis.
Itaque fere duo millia hominum cruceſi-
gnatorum cum prædicto Petro & Archiepi-
ſcopo iam erant præter illos qui cum eis
venerūt nauigio Terræ Laboris. Statim au-
tem quod prædictus Petrus & Archiepiſco-
pus viderunt nuntios ciuitatis Cuſentiæ ad
ſe venientes, primo quidem eos læta, & cu-
riali facie receperunt, magna eis, & ciuitati
Cuſentiæ promiſſa ex parte Eccleſiæ facien-
tes. Intelligentes vero quod ciuitas Cuſen-
tiæ vocauerat Geruaſium de Martina ad de-
fenſionem finium Vallisgratæ, ſtatim qui-
dem totus exercitus principalis, qui cum eo
erat in caſtro Vallis, ipſeque turbatus eſt,
cœperuntq; omnes, & illi præcipuè qui par-
tem principis contra prædictum Petrum
animoſe tenuerant, valde timere, & quili-
bet de ſe potius, quam de defenſione pro-
uinciæ cogitare; timebant enim de poten-
tia in qua dictus Petrus ſic ſubito erectus
eſſe videbatur, ex multitudine hominum
quæ ad ipſum tunc confluxiſſe dicebatur,
longèque plus de eo quam verum erat refe-
rebatur.
Cum itaque ſic exercitus ipſe titubaret,
& his quæ dicebantur, omneſque ad diſſo-
lutionem ipſius exercitus proinde tendere
viderentur, Geruaſius de Martina qui Ca-
pitaneus ipſius exercitus erat, habito cum
Baronibus, & alijs ſecum exiſtentibus con-
ſilio, captis quibuſdam de Cuſentinis, qui
ſuſpecti, de ipſius Petri parte videbantur,
omnes alios Cuſentinos qui in ipſo exerci-
tu ſecum erant, Cuſentiam remittendos
decreuit, eiſque ſub iuramento fidei præce-
pit, vt euntes Cuſentiam ſic facerent, vt præ-
dictum Petrum vel caperent, vel fugarent,
ipſe vero Geruaſius cum alijs remanſit in
exercitu expectans. Venientes ergo Cuſen-
tiam inuenerunt Petrum præfatum magna
hoſtium multitudine circumfultum ex qui-
bus licet multi non affectionibus, & armis
decentibus armati, tamen omnes cruce ſi-
gnati erant, & alij eorum lanceis, alij gla-
dijs, alij vero armis, alij erant, prout po-
terant licet incompetenter muniri. Licet
autem eis competentia arma deeſſent, ani-
moſitatem tamen quandam habere videbā-
tur ſe mori paratos pro ſeruitio Eccleſiæ
conclamantes, incitantes etiam dictum Pe-
trum, vt illico exirent in campum, & ipſos
ad hoſtes Eccleſiæ debellandos produce-
ret in ſequentem diem contra Geruaſium
de Martina, vbicunque eum inuenire
poſſent.
Statim ergo quod venerunt prædicti Cu-
ſentini Cuſentiam, & potentiam dicti Petri
viderunt, alij ex eis receſſerunt, nec ante
faciem eius apparere voluerunt, alij vero vt
efficacius poſſent operari ea quæ prædictus
Geruaſius eis facienda de ipſo Petro man-
dauerat comparuerunt, quibus mandatum
Eccleſiæ iurare fecit aſtantibus ſibi viris
armatis paratis ad capiendum, & offenden-
dum omnes illos qui ad ipſius Petri iuſſum
mandata Eccleſiæ iurare forte reniterent.
Compulſi ergo tunc illi mandatum Eccleſiæ
ex neceſſitate magis quam corde iurauerūt.
Videntes autem quod in perſonam ipſius
Petri nihil facere, vel etiam acceptare au-
derent propter magnam hominum multi-
tudi-

tudinem quæ circa ipſam erat, cogitauerũt vt id quod per vires eorum facere non poterant, dolis operarentur, vt ſicut dictus Petrus per dolum & falſos rumores per Calabriam ſeminatos in Calabria taliter receptus eſſe videbatur, ſic & inde per dolos, & falſas adinuentiones expelleretur. Ordinatum eſt per Cuſentinos quod nuntij mitterentur ad maritimam ſancti Lucidi relaturi rumores per maritimam illã, ſparſuri, quod gens de Calabria ventura erat ad caſtrum ſancti Lucidi ad vxorem dicti Petri capiendam, qui relatores ita fecerunt quod rumores huiuſmodi ad vxorem dicti Petri peruenire poſſent: ſicque rumores ipſi à diuerſis concorditer recitarentur quod credibiles viderentur. Ordinatum eſt etiam à Cuſentinis prędictis quod ſubmitterentur quædam perſonæ ex parte aliquorum qui prædictum Petrum diligere viderentur, aſſerentes ei ſe occaſione ex parte ipſorum, atque teſtantes quod ſe cuſtodiret, quia ab illis qui magis adhærere videbãtur ſibi proditio tractaretur, ſicque poſitum eſt quod Geruaſius de Martina de nocte venire deberet, quo ante ciuitatem exiſtente, ipſe Petrus ab illis qui in ciuitate eſſent immiſſo in ciuitate igne caperetur. Euntibus ergo prædictis nũtijs & relatoribus ad maritimã S. Lucidi, & prædictos rumores in maritima ſpargentibus eo modo quo credibiles d. vxori Petri de Calabria facti ſunt. Statim rumoribus ipſis auditis, & ſibi multorum concordi aſſertione verificatis, miſit literas, & nuntium viro ſuo apud Cuſentiam quæ literæ ad eum de media nocte peruenerunt continentes qualiter ipſa timens valde ne caperetur à gente illa, quæ contra eam ventura de Calabria dicebatur, rogabat, & ſollicitabat eũ quod ſibi ſuccurreret. Ita etiam eadem nocte quidam miſſi ab aliquibus de parte ſua venerunt ad eum qui tremore ſimulato ſecreta ei confeſſione dixerunt ex parte illorum à quibus ad eum miſſi eſſe videbantur quod ipſe Petrus ſe cuſtodiret, & ſi cautè poſſet de ciuitate recederet, quia pro certo contra eum ab illis qui ſui eſſe videbantur proditio tractabatur, itaque niſi ſe cuſtodiret proculdubio ſic ordinatum erat quod caperetur, multaque ſibi alia figmenta ſuggeſſerunt, per quæ dictus Petrus ad ea credenda, quæ dicebantur moueretur: ijſque dictis Petrus attonitus intelligens etiam quod Iudex Ioannes de Marturano, qui ſecum de Curia Romana venerat per Robertum de Archis, iuxta Calabriam apud Marturanum captus fuerat, & dum duceretur Neocaſtrum, à quibuſdam ſibi occurrentibus interſectus in via; audiens quod dictus Robertus de Archis venturus erat ſupradicta die cum magna multitudine hominum contra eum, perpendens quoque quod Cuſentini de ipſius captione tractabant, & quod illi qui principis partem fouebant intendebant ignem mittere in ciuitatem, habito cum prædicto Archiepiſcopo Cuſentino in ipſa nocte tractatu, & deliberatione, quæ in illa temporis anguſtia potuit haberi, ſummo diluculo fecit edici quod ipſe volebat facere monſtrã de armatis qui ſecum erant, alijs qui ad ipſum cõfluxerant, & in campo ante ciuitatem, factaque ipſa monſtra procedere ad incendendum quoddam caſale prædicti Roberti de Archis prope ciuitatem Cuſentiæ poſitum quod Venera vocabatur, ac deinde prandio ire contra Geruaſium de Martina, vbicunque eum inueniret.

Egreſſus eſt itaque ipſe cum Archiepiſcopo Cuſentino & armatis equitibus ac innumera multitudine peditum extra ciuitatem, & ſimulata quadam monſtra, ibi cœpit procedere contra caſale prædictum, credebaturque ab omnibus Cuſentinis quod ipſe ad caſale prædictum iret, & poſtea reuerſurus eſſet ad ciuitatem: dimiſerat enim tam ipſe quam Archiepiſcopus coquos, & miniſtros alios ad prandium præparãdum. Cum igitur vſque ad pertinentias ipſius caſalis proceſſiſſet, & pedites eum longe retro ſequerentur, cœpit ſtatim ipſe, & qui cum eo erant tenere viam qua itur ad ſanctum Lucidum ex quo facto, & exeundi feſtinantia cognitum eſt, quod fugeret, reuerſiſque peditibus qui poſt eum ibant. Cum Cuſentini eundem Petrum fugiſſe cognouiſsent, valde contriſtati ſunt, & turbati quod ſic eos dictus Petrus eluſerat, & à manibus ipſorum euaſerat, nuntiaueruntque ſtatim Geruaſio de Martina, qui hoc audito cum gente quæ ſibi remãſerat profectus eſt ad caſtrum Montis Alti, quod propter aduentum dicti Petri rebellauerat. Cumque ipſius caſtri municipes ſe contra ipſum Geruaſium ſatis animosè defenderent, ita quod aliqui ex ſuis inſultu caſtri ipſius fuerint lethaliter vulnerati, tandem per fortunam Regis & Principis potentiam caſtrum ipſum violenter captum eſt, igneque crematum. Capto verò & combuſto ipſo oppido Montis-Alti proceſſit exercitus ad caſtrum Rondæ quod ſimiliter ex aduentu ipſius Petri rebellauerat, & licet aliqui de illis qui cum prædicto Petro venerant ibi eſsent, & ipſius loci municipes ad reſiſtendum animarent, tamen ſtatim quod exercitus ante oppidum fuit, & ipſum oppidum dum cepiſset, incolæ loci ex timore inſtantis exercitus omnem animum, & vigorem ad ſe defendendum amiſerunt, ſolumque illi qui à Petro prædicto fuerant miſſi oppidum regere & exercitum repellere ſatagebant. Videntes autem quod municipes animum & vigorem amiſerant, nec ipſos ad reſiſtendum iuuare volebant, in fugam exercitu iam intrante conuerſi ſunt, & cum prædicto Petro apud ſanctum Lucidum ſe receperunt. Capti autem ſunt ibi quidam Neapolitani. Canaymus

mus de Griſagni cum reſiſtere vellet, alijs fugientibus apprehenſus eſt, detentuſque in carcere in Apuliam miſſus.

Capto autem caſtro Rondæ cum exercitus pararet ſe ire verſus ſanctum Lucidum contra prædictum Petrum, qui ſe ibi cum ſuis receperat. Dictus Petrus hoc audiens galeis in quibus venerat cum Archiepiſcopo, & omnibus illis qui cum eis venerant, & de Cuſentia, & Ronda fugerant feſtinanter aſcendit, profectuſque eſt Tropæam; cumque ibi non fuiſſet permiſſus ad terram aſcendere, receſſit inde & tentauit ire Meſſanam, Meſſanenſes autem hoc præſentientes, cum ipſe Petrus eſſet adhuc in ingreſſu Phari, & ibi quieſceret, miſerunt ad eum nuntios ſibi prohibentes ne ad ciuitatem veniret, imo potius de loco illo diſcederet,

Receſſit ergo Petrus ad inſulam Lipari, ibiq; aliqua exenia de pane, & rebus victui neceſſarijs quibus plurimū indigebat à cōmunitate, & ſingularibus perſonis Liparenſibus recipiens in Terram Laboris regreſſus eſt G. licet autem prædicti Petri aduentus in Calabriā in offenſionem, & damnum Principis attentatus fuiſſet, magnam tamen principi vtilitatem & gloriam procurauit, quia cum vſque tunc plures de Calabria vacillarent, tamq; in prædicto Petro, quam in viribus papalis Curiæ fiduciam aliquam haberēt, tamen ex aduentu ipſius Petri, tam eius quam Papalis Curiæ, quæ ipſum miſit impotentiam experientes in Principis fide, confirmati ſunt, & vanis verbis atque rumoribus, quæ corda hominum plerumque mouere ſolent nunquam amplius credere voluerunt.

Interea dum hæc ſic ad triumphum, & gloriam Principis in Calabria peragerentur, princeps cum exercitu ſuo erat in colle illo qui eſt inter Guardiam Lombardorum, & nemus Frequenti expectans aggreſſuram Papalis exercitus, qui de die in diem continuum recipiebat augumentum. Exibant quoque aliqui de exercitu principis in planitiem, & aduerſarios prouocabant ad bellum, illi tamen nullo modo extra clauſuram, quam circumcirca ſe fecerant progrediebantur: tantuſque eos de Principis potentia timor inuaſerat, quod ſi quando exire deberent hinc aliqui de vtroque exercitu ad aliquid vt moris eſt acquirendum, quinquaginta viri de Legati exercitu ſex, aut octo viri de parte principis occurrerent, ab eorum aſpectu protinus fugerent, & eorum aggreſſum nullatenus expectarent. Morabatur igitur ſic vterque exercitus, alter ad aſpectum alterius, nec vllo modo Legati exercitus ad quem impugnatio pertinebat mouebatur ad bellum.

Factum eſt autem quod diebus illis quidam Mareſcallus Ducis Bauariæ auunculi Regis Conradi Secundi ex parte Reginæ Eliſabeth matris ipſius Regis, & ex parte etiam ipſius Ducis venit à Theutonica in Regnum miſſus ab eis ad Principem, & deinde ad Romanam Curiam pro negotio dicti Regis tractando, Cumque Legatus Apoſtolicæ Sedis, & B. Marchio de Honebruch ipſius Mareſcalli ſciuiſſent aduentum, & cauſam pro qua ipſe de Theutonica venerat, occaſionem habuerunt tractandi cum Principe treguas, donec de negotio Regis pro quo ipſe Mareſcallus venerat poſſet aliquid cum Summo Pontifice tractari. Mediantibus ergo ex vtraque parte viris nobilibus, & magnificis qui in vtroque exercitu erant, initæ ſunt, & firmatæ treguæ inter Principem & Legatum vtriuſque partis, & multorum hinc inde magnatum iuramentis corporaliter roboratæ, qualis treguæ talis erat in ſumma conditio, vt donec dictus Mareſcallus, & alij Principis nuntij ad Summum Pontificem irent pro tractando Regis negotio atque redirent, quinque quoque diebus poſt reuerſionem ipſorum, nihil ab vtraque parte innouari deberet. Reſponſum fuit eis quod in relatione treguarum quam Legatus Summo Pontifici, ac fratribus fecerat nihil de adiectione quinque dierum continebatur, & quod totum negotium Legati prouidentiæ, ac arbitrio commiſſum erat, propterquod nullum à Romana Curia reſponſum habere potuerunt niſi quod redirent, & cum Legato de negotio ipſo tractarent. Ex huiuſmodi igitur reſponſo coniectum eſt, quod Legatus qui in relatione treguarum Romanæ Curiæ, per ſe facta de adiectione prædictorum quinq; dierum nihil expreſſerat, Principem decipere diſpoſuerat, quod quidem ex poſtea facto ſatis clare & aperte manifeſtatum eſt,

Nam ſtatim quod treguæ ipſæ firmatæ fuerunt, vt ſuperius dictum eſt, ſecurus princeps quod nihil treguis durantibus innouari per Legatum deberet, receſſit à loco illo in quo contra papalem exercitum tentoria fixerat, perrexitque cum gente ſua verſus inferiores Apuliæ partes, vt & terram illam tanquam bonus Rector perambulando viſitaret, & confortaret in fide, & à laboribus quos in campo paſſus erat per vrbium amœnitates æſtiuando quieſceret. Deſcendit itaque per Cornetum ad maritimam Terræ Bari; quod cum Legatus Apoſtolicæ Sedis, & Bertholdus Marchio de Honebruch Capitaneus Papalis exercitus intellexiſſent contra pacta treguarum firmata cum Principe proceſſerunt verſus Rubum, ac deinde continuato progreſſu in Capitanatam profecti ſunt, ciuitatem Fogiæ quaſi ex inſperato mouentes, Cumque terra ipſa Fogiæ totum Papalem exercitum capere non poſſet, pars ipſius exercitus in oppido ſancti Laurentij de Caraman. quod Fogiæ per tria fere millia tantum proximatur

matur

niatur ſe receptauit. Erat enim prædicta ciuitas Fogiæ frumento, ordeo, cæteriſque rebus victui hominum & equorum neceſſarijs abundans; locaque ſimiliter ſibi adiacentia, propter quod tunc Papalis exercitus ibi ſe recepit, vt res prædictas victui neceſſarias haberet ad copiam, & vt etiam princeps qui in maritima Terræ Bari tunc erat, papali exercitu apud Fogiam exiſtente cum Luceriā iungi non poſſet, & facile eſſet ipſum principem à Luceria ſeparatum, vel Luceriam ipſius principis auxilio carentem ſuperari.

Cum itaque princeps exiſteret apud Tranum, venit ſibi rumor inſperatus, & ſubitus quod Papalis exercitus veniſſet in Capitanatam & Fogiam occupaſſet, minimè credibile reputauit, & miratus eſt quod ſi verum eſſet quod Legatus Sedis Apoſtolicæ vir quidem Eccleſiaſticus, & qui magis alijs fidem ſeruare tenebatur firmata inter ſe, & principem treguarum pacta fregiſſet, cum nondum rediјſſent à Papali Curia Principis nuntij, vſq; ad quorum reditum, & quinque diebus vltra treguæ ipſæ durare debebant. Comperto autem & veraciter cognito quod Papalis exercitus Fogiæ erat, Princeps moræ impatiens, & Marchionis Bertholdi præcognoſcens aſtutiam, cuius conſultu hoc actum eſſe dicebatur, profectus eſt Barolum: ibique parum moratus perſuaſit Barolitanis vt in regia & ſua fide perſiſterent, nec propter aduentum Papalis exercitus in Capitanatam ſe de ſuæ fidei ſtabilitate mutarent, imo finalem rei expectantes aduentum non prius in partem contrariam ire deberent, quam ipſum Principem, ſi id fortuna daret, victum viderent, quia ſi vſque ad finalem belli euentum in ſua fide perſiſterent, vincente Principe glorioſi reputarentur, vel eo forſitan ſucumbente ſine vitio in partem alteram declinarent. Facta itaque perſuaſione huiuſmodi Barolitanis receſſit, & per attinentias caſtri Canuſij tranſiens quod Oddo Marchio de Honebruch tenebat, Gaudianum peruenit; inde quoque proceſſit ad ciuitatem Exculi, receptiſque de ea obſidibus Luceriam profectus eſt. Et licet Papalis exercitus tranſitum Principis per partes illas, vtpote vicinum perpendere potuiſſet, non tamen ipſum impedire tentauerunt, ſed ſine aliquo impedimento Princeps cum gente ſua Luceriam intrauit, paucíſque diebus in ciuitate ipſa permanens cum toto exercitu ſuo egreſſus eſt, iuxta flumen qui dicitur . . . quod à ciuitate Fogiæ per ſex inde milliaria diſtat, manſitque ibi per dies . . Cum autem ciuitas ſancti Angeli in ſupercilio Montis Gargani ad aduentum Papalis exercitus contra principem rebellaſſet, miſit Princeps partem exercitus ſui contra ciuitatem ipſam, ſicque ciuitas ipſa per violentiam capta eſt, & ad mandatum Principis deuoluta.

Cum autem Princeps in prædicta ſtatione per aliquot dies ſteriſſet, & videret quod Papalis exercitus, qui ſe in Fogia receptauerat, vt prædictum eſt, ad egreſſum Principis nō exiret in campum, Princeps eorum puſillanimitatem ex hoc prænoſcens aliquantulum magis appropinquauit cum exercitu ſuo ad ciuitatem Fogiæ, vt videretur ſi vel tunc ad bellandum exirent: illi autem aliquatenus non exibant, imo inceperant ſe circumcirca vallare foſſatis, & ſuper foſſaris ſtichatos erigere, deſtruentes etiam domos quas Imperator Fredericus conſtrui fecerat in riueria ſancti Laurentij valde pulchras, quo lignaminibus domorum ipſarum quæ inde dirumpere potuerunt, facerent ſtichatos ſiue palliciata circumcirca ciuitatem. Non enim licuit eis in totum domus ipſas deſtruere. Princeps ad obſidionē ipſorū procedēs iuxta flumen quod eſt ante Fogiā tentoria ſua fixit, & ſuper quadam Eccleſia ſancti Bartholomæi, quæ magis ciuitati vicinatur ſpeculam vnam ad excubias, vt moris eſt contra hoſtes faciendo ipſis ſuum vexillum imponi fecit pro maiori exercitus ſui cautela totam caſtrorum ſuorum ſtationem foſſatis fecit circumcirca vallari, ne forſitan hoſtes ſui qui, videbantur innumerabiles, ſubito in ipſum irrūperent, & ipſum offendere poſſent, fecitque capi & muniri prædictas domos in riueria ſancti Laurentij, ſicut erant in parte deſtructæ quod quidem ſatis vtile eſſe præuidit, vt illi qui erāt in oppido ſancti Laurentij, vt dictum eſt, ad eos qui erânt in Fogia ire non poſſent, ex quo Princeps ad obſidionem ciuitatis Fogiæ, ſicut appropinquauit, ita Papalis exercitus qui ibi incluſus erat, & pro obſidenda Luceria, & Principe in ea fuerat congregatus, reperit ſe incarceratum potius quam obſeſſorem, & præ timore Principis extra palitia exire nullatenus audebat, nunquam enim credere potuerunt quod Princeps tāti animi eſſet, vt equo Luceriam auderet exire, firmumque erat & certum ipſorum propoſitum ipſum in Luceria obſidere: vnde etiam Legatus Sedis Apoſtolicæ, qui Papali exercitui præerat poſtquam Fogiam intrauit, ſi quas literas per Regnum, vel ad partes alias mittebat, eas in obſidione Luceriæ ſubnotari faciebat. Spes autem decepit eos, & animoſitas Principis, quæ iuuenili in eo ætate vigebat, eorum propoſitum penitus annullauit, & pœnitudinem eis de eo quod fecerant vehementer ingeſſit. Bertholdus enim Marchio de Honebruch ſtatim quod Principem intellexit tantæ fuiſſe audaciæ, quod Papali exercitu exiſtente apud Fogiā ipſe de terra maritimæ Bari tranſiuit Luceriam, & exire diſponebat in campum, valde in ſe turbatus eſt, & ex tunc cogitare cœpit qualiter ad gratiam Principis recipi poſſet. Vnde autem melius hoc & liberius tractaretur qualiter ad ipſam gratiam reciperetur

tur antequam Princeps Luceriam eſſet regreſſus ad obſidionem Fogiæ proceſſurus, aſſumptis ſecum octingentis militibus de Papali exercitu de voluntate Legati Fogiam exiuit, & ad ciuitatem Trani proceſſit, cuius proceſſus cauſa vel occaſio fuit, vt idem Marchio terram maritimæ Bari, quæ melior, & ditior pars Apuliæ eſt ad partem Eccleſiæ reuocaret, & terra ipſa ad partem Eccleſiæ deuoluta, congregata de partibus illis multitudine illa, & ea quæ Fogiæ cum Legato remanſerat, Principem & exercitum eius non tam vinceret quam deuoraret. Firmatum eſt inter Legatum & Marchionem interpoſitione iuramenti, vt nullo modo Legatus ad bellandum exire permitteret, antequam Marchio cum gente rediret.

Profectus eſt itaque Marchio ad ciuitatem Trani, in cuius ciuitatis caſtro morabatur vxor eius Iſolda filia Marchionis Lanceæ, quæ Principi ex parte matris ſuæ proxima linea ſanguinis attinebat, cuius ſtudio tractari cœpit qualiter Marchio ad gratiam Principis reciperetur: licet autem vxor eius hoc tractare niteretur, Marchio tamen in duplicitate ambulans primo ciuitatem Trani, deinde ciuitatem Baroli, & ſubſequenter omnes alias ciuitates maritimæ Terræ Bari ad partem Eccleſiæ reuocauit, præter ciuitatem Andrenſem, quæ ſibi obedire noluit: nam Comes ciuitatem ipſam contra Marchionem viriliter defendebat. Cum enim inter ciuitatem ipſam & Barolum quędam antiquæ inimicitiæ eſſent, Marchio cũ militibus ſuis, & Barolitanis omnibus per comminationem contra ciuitatem ipſam proceſſit, & cum nihil facere poſſet propter defenſionem prædicti Comitis & ciuium ciuitatis ipſius qui ſatis animosè reſiſtebant eis, & ciuitatem ipſam viriliter tuebantur, Marchio & Barolitani non ſine verecundia expugnati inde receſſerunt.

Interea vero tractatum eſt per vxorem Marchionis Bertholdi, quod quidam nepos ipſius Marchionis nomine Bertholdus, quẽ Marchio valdę diligebat cum exiret venatum versus ciuitatem Andriæ captus fuit ab Andrenſibus, & in cuſtodia detentus, quod ideo procuratum eſt, quod aliqua Principi ex hoc cautela fieret quod Marchio contra ipſum non eſſet. Licet ex hoc aliquibus poſſet videri, & credi quod captio prædicti iuuenis de conſcientia Marchionis procurata fuiſſet, tamen Marchio totum contrarium operibus oſtendebat. Intendebat enim omni ſtudio congregare gentem equitum & peditum, per totam maritimam Terræ Bari, quæ iam ad partem Eccleſiæ ſtudio ſuo conuerſa erat, & quomodocunque poterat partem Eccleſiæ iuuabat.

Mihi quoque in diebus illis Legato Apoſtolicæ Sedis apud Fogiam exiſtenti pro ſtipendijs exercitus Papalis omnia vaſa argentea, quæ inuenta ſunt in camera vxoris in caſtro Trani, ſicque taliter in negotio Eccleſiæ ſe gerebat, quod nullo modo veriſimile videbatur ipſum Marchionem occulte, vel manifeſte in partem Principis declinaſſe: congregata enim magna multitudine armatorum equitum & peditum, multoque fodero pro exercitu tam in rebus victui hominum & equorum neceſſarijs, quam etiam in diuerſis ſpeciebus medicinalibus pro infirmis, qui multi in exercitu ipſo apud Fogiam erant, ipſe Marchio cum prædicta gente & fodero per mare ad ciuitatem Syponti profectus eſt, quæ à Fogia per quindecim millia diſtat: cumque eſſet cum tota ipſa gente, & fodero, cogitauit quod ſi Fogiam ire tentaret, exercitus Principis qui ante Fogiam erat ipſum & prædictam gentem impedire poſſet, miſit ergo nuntium ſuum ad Principem ſignificans ei qualiter ipſe cum quadam gente erat in ciuitate Syponti, ſuadenſque ſibi, vt ipſum cum prædicta gẽte Fogiam intrare permitteret, quia ipſe erat ea cum Legato Sedis Apoſtolicæ tractaturus, quæ ad eius honorem & commodum redundarent. Princeps autem aſtutias & fraudes ipſius Marchionis agnoſcens, reſpondit ei præcipiendo quod nullo modo Fogiam cum gente illa venire tentaret. Marchio vero Principem decipere putans, reſpondit ſe non intraturum, & per aliquos dies moratus eſt cum gente illa Syponti. Cumque ſic aliquandiu moraretur, ſubito cuiuſdam diei crepuſculo, cum gente illa mouit de Syponto, vt nocte tota procedens ante diluculum Fogiam ſine impedimento exercitus Principalis intraret. Non autem latuit Principem aſtutia Marchionis, quando cum gente illa mouit de Sypõto, ſed per exploratores cautè poſitos, proceſſu Marchionis cum gente illa præcognito, miſſi ſunt de exercitu Principis trecentum inter Theutonicos & Saracenos equites in occurſum gentis illius. Erat autem nox, Luna tamen lucebat, dum Marchione cum tota gente prædicta in quadam ſecuritate verſus Fogiam procedente ſubito in eos factus eſt clamor nominis Principalis, & cum clamore violẽtus gẽtis Principalis inſultus: cumque gens Marchionis maiorem eſſe occurrentis gentis multitudinem crederet, ſubito ſtupore correpti, & ad clamationem nominis Principalis vehementer exterriti terga verterunt, & ſe per aulam proripientes in fugam, alij ex eis gladio perierunt, alij capti ſunt, alij cum prædicto Marchione fugiendo ſaluati: fuit enim gens illa tunc equites 2300. & pedites 1500. ex quibus in illo conflictu occiſi fuerunt 1400. vulnerati vero citra mortis periculum, & capti circa 450. Remanſerunt itaque currus foderum, & ſpecies alias quæ pro infirmis deferebantur, portantes, eorum ductoribus aut peremptis, aut fuga ſaluatis, inter

quos

A quos currus vnus inuentus eſt moſterinis, & flabellis tantum oneratus, quæ pro infirmis deferebantur ad muſcas depellendas, vel ad refrigerium aeris caloris incendij faciendum, & aiijs rebus medicinalibus oneratus; multique alij currus cum gallinis, & pullis & rebus alijs victui hominum, & animalium opportunis, quæ omnia in principalis exercitus vſum commodum cedetunt.

Talis autem tempore illo fortuna Principis fuit, quod licet de Papali exercitu in Fogia multi quotidie morerentur, multique infirmi iacerent, principis tamen exercitus qui ante ciuitatem erat pauciſſimi infirmi, duoque tantum ibi defuncti fuerunt: ciuitas
B enim Fogiæ, quæ licet fertiliſſima eſſe conſueuerat propter multitudinem gentium Papalis exercitus ibi exiſtentis, & propter obſidionem præcipuè principis, quæ nihil illuc permittebat inferri, in tantam iam erat verſa penuriam, quod pro gallina vna dabatur equus, & vix ad tale pretium poterat inueniri: ex qua penuria, & ex corruptione aeris propter fumum equorum, & immunditias alias tanta gentem illam inuaſit infirmitas quod etiam ipſe Legatus Apoſtolicæ Sedis, cui abundantius quam alijs omnia ſuppetere poterant, infirmitate ipſa non remanſit intactus.

Cum ergo Legatus Apoſtolicæ Sedis ad-
C uerſantem ſibi fortunã, & Principis proſperitatem videret, & ex multis argumentis cõuinceretur quod ex fortuita neceſſitate erat vt Princeps victoriam, & dominium haberet, volens conſulere tam ſibi quã alijs qui ibi per obſidionem Principis intolerabiliter opprimebantur, miſit nuntios ad Principem de concordia facienda: ſicque factum eſt quod tractatu hinc inde habito ad hanc Princeps, atque Legatus concordiam deuenerunt, videlicet, vt Princeps pro parte ſua, & Regis Conradi nepotis ſui Regnum teneret excepta Terra Laboris quam Princeps Eccleſiæ conceſſit tenendam, ita tamen quod ſi Papa tranſactionem, & con-
D cordiam ipſam forte non acceptaret, liceret Principi terram ad ſuum ius, & dominium reuocare. Qua tranſactione ſic facta inter Principem & Legatum, cautionibus interuenientibus firmata, Legatus obnixè rogauit Principẽ, vt intuitu diuinæ pietatis quibuſdã Regni nobilibus parceret, qui à tẽpore Imperatoris patris ſui à Regno exulabãt, & in præſentiarum cum ipſo Legato erant: ad cuius Legati preces motus Princeps præfatis nobilibus clementer indulſit, terras quas iuſtè amiſerant eis reſtituit, & in Regno eos manere conceſſit, dummodo ſic ſe in antea gererent quod præteritas offenſas laudabili conuerſatione delerent, & vindictam ex ſola Principis clementia contra ipſorum præterita delicta ceſſantem recidiuo malo non ſubirent.

Ab illa quoque tam immenſa gratia Bertholdus Marchio de Honebruch, & fratres non fuerunt excluſi: nam licet enormiter contra ipſum Principem deliquiſſent, & eorum r cens culpa pœnam imminentem rationabiliter expectaret, tamen Princeps diuinam imitatus miſericordiam, quæ nulli quantumcunque peccatori deeſt, idem Marchioni & fratribus pepercit, & omnem præteritam remiſit offenſam, & in familia ſua eos manere iuſſit, & tenere terras, & alia bona ſua, quibus rationabiliter debuerant, & in perpetuum caruiſſe.

Legato itaque cum toto illo ſuo innumerabili exercitu à Fogia recedente, & in Terram Laboris eunte, Princeps motis ab obſidione caſtris ad quendam locum amœnum & venationibus delectabilem qui ſanctus Geruaſius vocatur, habiturus de obſidionis labore ſolatia profectus eſt, & qui in planitie Fogiæ inter calores æſtiuos, & continuas pulueris nebulas dudũ prædictæ obſidionis tempore ſanus, nullaque tactus infirmitate permanſit, tamen in prædicto loco ſancti Geruaſij inter venationum ſolaria, & nemoris refrigeria diſcaldatus aliquantulum ægrotauit, non tamen propter illam diſcaldationem animus eius ex vana virtute corporis langueſcebat, ſed in illa tali ægrotatione nuntios dimiſit ad Papam, vt ſi placeret ei prædicta compoſitio facta cum Legato; acceptaret eam, alioquin ipſe ad recipiendam Terræ Laboris poteſtatem procederet. Nuntij autem Principis ad Papam profecti inuenerunt in Papali Curia Comitem Guaſerbuch per quẽ Comitem intellexerunt, quod prænominatus Bertholdus Marchio de Honebruch & fratres, qui pridem ad gratiam Principis recepti fuerant conſpirationem quandam contra Principem cum quibuſdam Regni nobilibus tractarent, quod nuntij ipſi ſtatim principi ſignificauerunt, vt Princeps ſibi ab ipſa conſpiratione caueret. Quo audito Princeps de tractatu prædictæ conſpirationis certa plura habuit inditia quibus violenter præſumpſit verum eſſe quod dicti ſui nuntij ſignificauerant ſibi, ſicque prædictum Marchionem & fratres capi fecit & in carcere retineri.

Prædictis autem nuntijs à papali Curia negotio infecto reuerſis indixit Princeps Curiam generalem Baroli celebrandam in feſto Purificationis Beatæ Mariæ, & ne imperfecta remanere videretur acceptatio prædictæ compoſitionis, quam fecerat cum Legato Sedis Apoſtolicæ, interim alios nuntios miſit ad Papam, requirens adhuc prædictæ compoſitionis acceptationem, quam cum Papa negaſſet, redeuntibus ad Principem nuntijs celebrata eſt Curia generalis apud Barolum dicto anno Incarnationis Domini 1256. menſe Februarij 13 Indictionis in feſto Purificationis Beatæ Mariæ, in qua Curia Gualuanus Lancea Principis

auun-

A auunculus factus eſt Comes principatus Salernitani, & Magnus Regni Siciliæ Mareſcallus, depoſito per ſententiam Comitum & Baronum Petro de Calabria, tam ab honore Comitatus Catanzarij, quam ab officio Mareſcalliæ Regiæ, Regni Siciliæ propter proditionem ſuam. In eadem quoque Curia receptus Lancea Principis auunculus prædicti Gualuani frater factus eſt Comes Squillacij, & Henrico de Spernaria conceſſus eſt Comitatus Marſici. In ipſa Curia Bertholdus Marchio de Honebruch, & fratres eius patefacti, & legitimè probata conſpitatione quam contra principem facere tentauerant, per Comites, & Barones Regni concordes ſententialiter fuerunt B condemnati ad mortem; pœna tamen mortis commutata eſt eis ad pœnam carceris perpetui, in quo miſerrimam vitam fatalem finierunt.

Hæc quidem, vt prædiximus, in Apuliæ partibus geſta ſunt; qualiter autem in Calabria & Sicilia res interim gerebantur, enarrandum eſt.

Eo ſanè tempore quo papalis exercitus in Apuliam deſcendebat, vt ſupra eſt memoratum; Princeps Manfredus conſtituit Fredericum Lanceam auunculum ſuum Vicarium generalem in Calabria & Sicilia, miſitque eum in Calabriam, quæ in fidelitate principis erat, vt in ſtatu pacifico gubernaret, & Siciliam, quæ adhuc in rebel- C lione durabat, quocunque ingenio, ac virtute poſſet ad mandata eius reuocaret. Profectus itaque prædictus Vicarius in Calabriam à Calabrenſibus deuotiſſime receptus eſt, totamque terram inuenit in pace, & in fide principis manentem præter duo caſtra, videlicet ſanctam Chriſtinam & Bubalinum, quę Fulco nepos Petri de Calabria tam ſitu loci, quam omnibus neceſſarijs, & viris armatis munita tenebat: contra quæ caſtra prædictus Vicarius obſidionem conſtituit, machinas ordinauit, & ea viriliter oppugnare cœpit. Licet autem Vicarius in Calabria corporaliter per præſentiam maneret, tamen animus eius in Sicilia verſa- D batur, & ad obtinendam eam tota ſua cordis virtute feruebat: ordinauit etenim dum in Calabria morabatur per nuntios frequēter, & cautè in Siciliam miſſos quod magna pars Principis, per diuerſa Siciliæ loca facta eſt: ita quod ex pluribus ciuitatibus Siciliæ nuntios ad Principem mitti procurauit, per quos hinc inde tractabatur qualiter prouincia illa reuocaretur ad mandatum eius. Erat autem in Sicilia quidam Apoſtolicæ Sedis Legatus nomine frater Roſinus de Ordine Minorum, qui nomine Eccleſiæ Romanæ Siciliæ præpoſitus erat, omneſque fere Siculi ei tanquam Domino nomine Romanæ Eccl. obediebant præter quoſdā paucos quorum aliqui aperte principis partem tenebant. Sic enim prædictus Vicarius in Calabria manens procurauit ſtudio ſuo quod principis pars iam in manifeſto in Sicilia erat, ſicque factum eſt ipſo Vicario procurante quod creſcente parte principis, & inualeſcente captus fuit in Panormio prædictus Legatus, & alij ſequaces eius, ſicque ciuitas Panormitana capto Legato, & alijs rebellium fuga lapſis, alijs captis ad mandatum principis conuerſa eſt, pluresque alię ciuitates, in quibus pars principis vſque tunc in occulto erat propter prædicti Legati captionem in aperto ad mandatum principis redierunt. Factus eſt in Sicilia exercitus pro parte principis hac illac diſcurrens, & cum timore exercitus multi coactè ad partem principis reuerſi ſunt, quidam etiam voluntariè venerunt.

Erat illis diebus in Sicilia Rogerius Fimetlus, qui à tempore Imperatoris Frederici à Regno exulauerat, & mortuo Rege Conrado in Siciliam ſtudio Petri de Calabria reuerſus erat, qui Rogerius eo tempore Lentinum tenebat, & omnium rebellium Siciliæ caput erat; hic congregata rebellium multitudine contra exercitum principis in plano Fabariæ ſtare præſumpſit: & licet lōge plures ex parte ſua eſſent, quam ex parte exercitus principalis, tamen facto vtrinque congreſſu ab exercitu Principis expugnatis pluribus rebellibus de parte ſua, alijs captis, alijs vero interfectis ipſe ſe in caſtro Lentini rtcepiauit. Exercitus autem Principis talis proſperatus de die in diem augebatur, vt nomen principis in Sicilia nimis magnificari cœperit: ordinatoque prædicto Frederico Lancea Vicario generali, dum adhuc in Calabria moraretur exercitus Principis roboratus ſatis, & augumentatus direxit ſę contra Meſſanam, in qua erat Poteſtas quidam Romanus nomine ab ipſius Terræ cōmunitate conſtitutus ſub quo ciuitas more ciuitatum Lombardiæ & Thuſciæ viuebat, ſub cuius regimine communitas ipſius ciuitatis iam egreſſa bis fuerat exercitu congregato in offenſionem illorum qui Principis partem tenebant, pluresque ciuitates Principi obedientes ab ipſius obedientia coegerat declinare, & ſecum tenere in ſua rebellione. Procuratum eſt itaque per prædictum Comitem, vt exercitus Principis, Siciliæ, vt dictum eſt, ſatis roboratus, & augumentatus contra Meſſanam procederet: quo exercitu contra Meſſanenſes directo, Meſſanenſes de ſtatu ſuo ſatis dubitare cœperunt, aliquibus eorum de reſiſtendo conſulentibus, aliquibus verò ſaniori conſilio ſuadentibus, vt ſę ad Principis mandatum conuerterent.

Ciuitate itaque ſic inter ſe titubante, imminente ſibi terrore principalis exercitus, qui contra ciuitatem ipſam directus erat, prædictus Poteſtas qui ciuitatem ipſam regebat videns meliores & maiores ciuitates libenter velle ad principis mandatum redi-

re,

re, videns etiam populum ciuitatis ipſius nimis timere de exercitu Principali, qui iam ciuitati appropinquabat, de ciuitate ipſa nauigio receſſit, cum iam qui partem principis occulte in ciuitate ipſa tenuerant vexillum ſigno Principis inſignitum aſpexerunt, nuntios ad Comitem Fredericum in Calabria miſerunt, vt Meſſanam tranſiter, & ciuitatem ad mandata principis reciperet. Qui confeſtim . , , tranſiens ciuitatem Meſſanam pro principis parte recepit, & inde reuertens cum Meſſanenſibus aliquibus ad obſidionem caſtri ſanctæ Chriſt næ, in quo prædictus Fulco nepos petri de Calabria ſe tenebat, adeo caſtrum ipſum machinis oppugnauit, ſicque introitum & exitum eius circunquaque vallauit quod prædictus Fulco, qui magnam ſpem in Sicilia, & præſertim in Meſſanenſibus habuerat, videns totam fere Siciliam, & ciuitatem Meſſanam ad principis mandatum conuerſam, videns etiam ſe ita Comitis Frederici obſidione arctatum quod nullo modo amplius tenere ſe poterat, ſe & caſtra ſanctæ Chriſtinæ & Bubalini Comiti Frederico dedit, & ſic tota Calabria in pace & quiete remanſit.

Cum hæc itaque in Sicilia & Calabria ſtudio Comitis Frederici gererentur, in Apulia princeps, vt prædictum eſt, morabatur, qui certificatus per nuntios ſuos à Papali Curia redeuntes quod papa compoſitionem inter eum & Legatum Apoſtolicæ Sedis in Fogia factam acceptare nollet, verſus Terram Laboris ſua vexilla direxit ad Terram ipſam in ſuum verum dominium reuocandam, quam ex forma prædictæ cōpoſitionis Eccleſiæ Romanæ dimiſerat, ſi Papa compoſitionem ipſam acceptare voluiſſet. Cum autem eſſet in via procedendi verſus Terram Laboris, in via ipſa recepit nuntios ſolemnes à ciuitate Meſſana tranſmiſſos exponentes qualiter ciuitas Meſſana ad ſua mandata redierat, & quod omnibus ipſius Terræ ciuibus, de omnibus offenſis præteritis quas à rebellione cōmiſerant miſericordiā à principe flagitantes, quos princeps clemēter admittens omnē eiſdem ciuibus remiſit offenſam, & procedens ad fines Terræ Laboris cum fines intraſſet, & eſſet in quadam villa, quæ dicitur ſanctus petrus de Cancello, recepit ibi nuntios Neapolitanorum offerentes ſibi ciuitatem pro parte conciuium ſuorum, à quibus fuerant ad hoc ſpecialiter deſtinati, ſicque princeps recta via proceſſit Neapolim, & ingreſſus ciuitatem recepit ibi nuntios Capuanorum ſimiliter offerentes ſibi ciuitatem Capuæ pro parte ſuorum conciuium, tanta ibi erat multitudo armatorum & peditum qui principis vexilla ſequebantur quod non videbatur aliquibus tutum expectari ipſos ad bellum; & ideo prædictæ duæ ciuitates Neapolis & Capua ſponte ſua ſe ad mandatum

A principis conuerterunt. Similiter autem feciſſent Auerſani, ſed erant in ciuitate Auerſæ multi milites & armati, alij ad ſtipendia Eccleſiæ conſtituti qui ciuitatem ipſam ne rediret ad mandatum principis cohibebant.

Procedit itaque princeps in obſidionem ciuitatis Auerſæ, datoq; inſultu nihil à principio fieri potuit propter magnam reſiſtentiam ſtipendiariorum Eccleſiæ qui erant in ciuitate. Principe igitur ab inſultu dato retrocedente ad caſtrum, ſubitoq; magnus in ciuitate clamor factus eſt, partes enim illæ, videlicet qui partem principis tenebant, atque illi qui pro Eccleſia ibi erant cœpe-
B runt inter ſe confligere, in quo conflictu pluribus ſtipendiariorum Eccleſiæ interfectis pars principis quæ intus erat fauore principalis exercitus, qui etiam obſidionem foris inſtabat contra partem Eccleſiæ præualuit, & ſic eſt habitata ciuitas ad mandatum Principis, præter caſtrum quod tenebat Riczardus de Auella vir quidem ſtrenuus, & potens, qui vſque ad dies illos in tota fere Terra Laboris pro ſua potentia & virtute dominari videbatur, nullusque quantumcunque potens in Terra Laboris ei reſiſtere poterat, vel obeſſe, qui poſtquam principis aduentum in Terra Laboris nouit, ſe in ciuitate Auerſa ad reſiſtendum ibi ei-
C dem principi receptauit. Et licet ciuitas ad mandatum principis conuerſa eſſet, ipſe tamen caſtrum tenebat, donec ſe videns vltra tenere non poſſe caſtrum, ipſo clanculū exire diſpoſuit, ſed dum exiret, & dum fugeret in ipſo egreſſu caſtri cognitus eſt, & percuſſus interijt, habitaque ſic ciuitate Auerſæ, princeps ſe Capuam contulit, proceſſurus inde ad alias partes Terræ Laboris, ſed cum adhuc ibi moraretur audita potentia eius non expectauerunt aliæ ciuitates, vt ad eas princeps perſonaliter conquirendas accederet, ſed ſingulæ ciuitates, & caſtra, quæ ſunt ibi vltra Vulturnum nuntios ad principem Capuæ commorantem miſerunt offerentes ſe ſponte ad man-
D datum & beneplacitum eius, & ſic tota Terra Laboris ad ipſius dominium verſa eſt præter caſtrum Soræ, & Rocca de Arcis in quibus erant Caſtellani quidam Theutonici ſtatuti, per prænominatum Bertholdum Marchionem de Honebruch. Statuto autem in partibus ipſis Comite Henrico de Spernaria, per Principem Capitaneo caſtra ipſa ad mandata principis habita ſunt.

Pridem autem antequam hæc omnia ſic eſſent, erat villa quædam circa partes ſancti Germani, quæ vocatur ſancti Petri, cuius municipes miſerant ad Comitem Bonifacium de Anglono, qui erat Capitaneus in Comitatu Moliſij, vt de gente ſua mitterer ad Villam illam recipiendam, qui quidem miſſam ipſius Capitanei gentem in

Villa

villa ipſa receperunt, ſed poſtea expulerunt, & ex eis aliquos occiderunt. Capitaneus vero aſſumpto exfortio villam ipſam aggrediens violenter cepit,& in pœnam commiſſi facinoris, & proditionis ipſam cremari fecit.

Habita autem ſic tota Terra Laboris Princeps in Capitanatam rediit, & tamen in Siciliam ſe cōferre diſponēs voluit diuertere per ciuitatem Brunduſij, quæ adhuc in rebellione durabat, cum quibuſdam alijs ciuitatibus Terræ Ydrunti, cumque fuiſſet ante ciuitatem illam,voluit ibi moram trahere, ſed ſtatuta obſidione, terra marique proceſſit Tarentum,& ab inde in Siciliam profecturus. Cum autem adhuc eſſet Tarenti intellexit ibi quod Brunduſini volebāt ſe dare eidem Principi:nam quidam de ipſa terra ciuis nomine Aytoldus de Ripa Alta attendens Principis potentiam eſſe in continuo incremento, ſtultum reputans illi reſiſtere quem Dominus exaltabat, volens & Principi complacere, & ſe & ciuitatem ab errore ſuæ rebellionis reuocare, tractauit, & ita in ciuitate Thomas de Oria qui caput erat rebellionis, & ipſi ciuitati dominabatur cum ſuis Comitibus captus eſt, quibus captis ciuitate Brunduſina ad mandatum Principis redeunte habita eſt Oria & Ydruntum, quæ cum prædicta ciuitate ſe tenuerant, & ſicut ipſam in rebellione ſequebantur, ſic & in conuerſione ſequutæ ſunt.

Vſque ad illos autem dies ciuitas Ariani, tam ſitu loci, quam populo inuictiſſimo ſatis animosè cōtra Principem ſe tenuerat, quia cum in excelſo monte poſita eſſet, & difficiles nimis, & anguſtos haberet aſcenſus,non poterat aliquo modo vel obſidione claudi, vel viribus inuadi, ſed quantum difficile erat exterioribus ad ipſam accedere, tantum facile erat interioribus omnes, quantumcunque illuc accedere volentes ab ipſius ingreſſu propulſare. Cum ergo vires contra ipſam ciuitatem nullo modo valerēt, Fredericus Maletta Principis auunculus qui tunc temporis in Capitanata & Luceria Capitaneus erat,ad prædictam ciuitatem euincendam totas animi ſui cogitationes ingeniumque conuertere cœpit, arbitrans non eſſe inconueniens militari diſciplinæ contra ſuum hoſtem ſiue dolo, ſiue viribus pugnare. Tractauit itaq; dictus Capitaneus quod ſub ſpecie cuiuſdam confœderationis initæ inter homines Ariani, & quoſdam de Luceria qui contra Principem ſe occultè eſſe finxerunt, illi de Luceria quaſi de terra fugientes, & ſe in Arianum in auxilium Arianenſium receptare volentes,ciuitatem Ariani nocte ingreſſi ſunt, qui poſtquam in ciuitate fuerunt infidam fidem fregerunt, & fidelem perfidiam direxerunt: nam ſtatim occurrentes ſibi quadam ſecuritate Ariani ciues trucidare cœperunt, & nocturno tem-

A pore nullum inter hoſtes & ciues fieri patiente diſcrimen, facta eſt magna inter ſe ciuium cædes, ſicque ciuitas capta eſt atque deſtructa,multis eorundem ciuium in illa nocte cæſis, multis fuga captis, & alijs maioribus ciuitatis qui caput rebellionis fuerant capitibus, & ſententialiter damnatis ad mortem, alijs mediocribus & vilioribus qui cędem nocturnam cauſaliter euaſerunt, & qui à condemnatione mortis pro eorum numeroſitate, & vilitate exempti ſunt, de loco illo eiectis, & per alia loca Regni ad habitandum tranſmiſſis.

Vſque ad idem quoque tempus ciuitas Aquilæ, quæ à quondam Rege Conrado B in confinibus Regni condita fuerat, magna populi numeroſitate plena etiam in rebellione durauerat, ad quam terram euincendam multum laboris hactenus fuerat exactum, nec vllo modo poterat expugnari. Statutæ autem erant circa territorium ciuitatis ipſius multæ familiæ militum, & aliorum armatorum,quibus ciuitas ipſa aliquātulum arctabatur, non tamen adeo, quod non poſſent ciues quocunque vellent ad ſuas neceſſitates exire. Audientes autem ipſius ciuitatis incolæ victoriam Principis, & præſertim qualiter Terram Laboris de facili recuperauit, qualiter etiam tota Sicilia ad ſuum mandatum redierat, nec inconſultè conſiderantes, quod difficile erat C eis vltra reſiſtere Principi, cui tota Sicilia & Terra Laboris reſiſtere non potuit, miſerunt nuntios ad Principem per quos ſe & ciuitatem ipſam ad mandatum Principis humiliter obtulerunt.

Infra id quoque temporis quædam ciuitates Siciliæ, videlicet Placia, Aydona, & Caſtrum Ioannis in rebellione durauerant, & licet tota Sicilia ad mandatum Principis rediſſet, & prædicto Comiti Frederico Lācez Vicario Principis Generali obediens eſſet, illæ tamen tres ciuitates in naturali locorum munitione confidentes prædicto Vicario obedire nolebant, qua de re Vicarius exercitu fidelium congregato contra ciuitates ipſas armata manu procedēs Placiam ipſe obſidere decreuit, cumque ciuitatem D ipſam ingenti obſidione circumdediſſet, incolæ ciuitatis nimis animosè reſiſtere cœperunt, adeo quod penitus difficile, & quaſi impoſſibile videbatur ciuitatem ipſam violenter haberi: tanta in ipſa ciuitate multitudo populi erat contra exercitum qui ipſam obſederat, præparata. At vero Comes magnanimus moræ longioris impatiens, indignum exiſtimās obſidionis cœpiſſe negotium, & vires ſuas non oſtendere per effectum, animato, prout decebat, exercitu, & aciebus decenter inſtructis ciuitati appropinquauit, nec mora facta dato inſtanti inſultu, nulla reſiſtentia, licet magna, & violenta fuerit ciuibus profuit, quin ciuitatem exercitus violenter intraret, multis ex parte ciuium

ciuium, nullis vero ex parte exercitus cæſis: ſicque ciuitas ipſa per vires euicta eſt, punitis paucis qui caput rebellionis extiterant: omnibus alijs quos ad ſequendnm maiores minoritas traxerat, eximia ſibi benignitate Comes clementer induſit, eoſque in ciuitate ſub pace Principis habitare permiſit. Ciuitate autem ipſa ſic violenter capta ciues Aydonę, quæ ab inde ad quatuor milliaria diſtat, in clementia vero Comitis, quã erga Placienſes ciues audiuerant valde confiſi, nuntios ex parte Vniuerſitatis ſuæ miſerunt ſtatim ad Comitem, qui corrigijs ligatis ad collum venientes ad Comitem, Placiæ morantem veniam pro omnium ciuium ſuorum parte petierunt, & ſe, & ciuitatem ad mandatum Principis humiliter offerentes, quibus nuntijs clementer Comes receptis, proceſſit Aydonam, eamque ad mandatum Principis recipiens pœnam eis ex rebellionis præteritæ culpa debitam ex deuotionis eorum humili oblatione remiſit, quod factum & reliquos rebelles excreuit, & fideles alios in deuotione, & fide Principis ſolidauit. Licet autem prædictæ duæ ciuitates ad mandatum Principis ſic habitæ eſſent, tamen ciuitas Caſtri-Ioannis, quæ ab eis viginti millibus diſtat, in ſua rebellione manebat: hæc enim ciuitas in excelſo mõte poſita lapideis rupibus, circumquaque vallata populi multitudine plena, aquis in ipſo monte currentibus abundans, de nulla ſui parte aggreſsionem timebat, & ideo ſub quadã ſecuritate à dicti Comitis obſidione ſibi ponenda manebat. Fuerat autem in ipſa ciuitate caſtrum à tempore Imperatoris Frederici conſtructum, quod eo tempore quo Sicilia ſub Legato Apoſtolicæ Sedis manebat, Caſtellano ipſius ſub promiſſa fidei ſecuritate egreſſo, & primo clam crudeliter interfecto à ciuibus ipſius terræ dirutum funditus eſt, ex quo tempore ciuitas ipſa quaſi ab ipſius caſtri freno liberata cœpit liberè agere quod volebat, & tam loci ſitu, quam multitudine munita omnibus alijs ciuitatibus, & caſtris ad Principem reuerſis ipſa ſolum in rebellione durabat. At Comes magnanimns cum exercitu ſuo verſus ipſam procedens obſidionem circa eam cõſtituit, adeoque ipſam arctauit, depopulationem circumcirca faciens vinearum & arborum, & nullum de ipſa ciuitate exire permittens, quod ciues ipſi tædio obſidionis affecti antequam damna maiora paterentur nuntios ad Comitem pro pace miſerunt, & fidelitatem Principi iurauerunt, ſicque tota Sicilia in pace poſita eſt. Nec minus omnes aliæ partes tam in Apulia quam in Principatu & Terra Laboris à tumultibus quieuerunt.

Toto itaque Regno ſic in pace ſtabilito Princeps Manfredus in Siciliam ire decreuit, ingreſſuſque Siciliam paucis diebus Meſſanæ moratus ad ciuitatem Panormitanam

A proficiſcitur, viam faciens per ciuitatem Caſtri Ioannis, in qua ciuitate eum eſſet, vidit ruinas Caſtri, quod à ciuibus ipſius Terræ deſtructum fuerat vſq; ad ſolum: attendens autem quod ciuitas ipſa nullo modo bene regi poterat ſine Caſtro, ipſum ſtatim caſtrum reædificari præcepit; & quia magnum opus erat, nec poterat ſic citò vt expediebat per homines ipſius loci tantum reædificari; omnibus ſimul ciuitatibus Siciliæ onus reparationis ipſius caſtri diſtribuit, vt onus ipſum per omnes diuiſum leuius à ſingulis portaretur.

Interim autem dum in Siciliam Princeps iret, venit rumor in Regnum quod nepos
B eius Rex Conradus filius quondam Regis Conradi Primi in Alamania obijſſet: quo rumore audito Comites, & alij Magnates Regni, Prælati etiam Eccleſiarum in Sicilia ad Principem profecti ſunt: ſingulorum quoque magnarum ciuitatum nuntij ex parte ciuitatum ſuarum ad eundem Principem perrexerunt, vnanimiter omnes petentes ab eo, vt ipſe Princeps, qui vſque tunc pro parte prædicti Regis Conradi, & ſua Regnum rexerat, & in tanta pace conſtituerat, ipſius Regni gubernaculum, & coronam tanquam Rex, & ipſius Regni verus hæres acciperet, qua petitione vnanimiter ſibi facta ab omnibus idem Princeps per concordem omnium Comitum, & Magnatum, ac etiam Prælatorum Regni electio-
C nem in Regem electus coronam Regni Siciliæ in maiori Eccleſia Panormitana iuxta conſuetudinem, & ritum prædeceſſorum ſuorum Regni Siciliæ ſolemniter accepit an. Dominicæ Incarnationis 1258. die 11 menſis Auguſti 1. Ind.

Dignitatis autem Regię celeriter honore ſuſcepto nouus Rex partes Apuliæ feliciter repetit, ſed cum vbique per Regnum bellorum ſeditio tumultuoſa quieſceret, & ſpes iam probabilis quietis gratæ delicias propinaret, generale colloquium apud Barolum celebrauit, multis ibi per eum decoratis honore militiæ, & nonnullis per inueſtituram vexilli ad Comitatus excellentiam ſubleuatis. Poſt hæc ſolemnem Cu-
D riam apud Fogiam vniuerſis citra portam Roſeti nobilibus, & Baronibus conuocatis induxit altitudines, vbi ad honorem Regis clarificanda faſtigia, tam de conſeruatione iuſtitiæ, quam de alijs publica bona compendijs ſtatutis vtilibus publicata de diuerſis partibus diuerſorum generum gaudia feſtiua conueniunt, ludentium choros, & agmina diſtinctio purpurata lætificat, quã plures ibi regnant honores, cingulis militiæ nonnulli magnificantur excellentium faſcibus dignitatum dies totus ſolemniter agitur, & poſt diei curſum flammiferis facibus hinc inde lucentibus ponderoſa ceræ coaceruata compagine in agone vigor e ludentium conuertitur nox in diem. Ne-an-

tem qnietis & pacis lōgis laboribus quæſita A
vtilia cōpendia occaſio temeritatis extermi-
nans infringeret Rex curas exercituales ag-
grediẽs cũ magnifico,& potẽti exercitu ver-
ſusRegni cōfinia cōſilio deliberato procedit.

Erat enim in extremis Regni partibus
olim Rege Conrado fauente ciuitas Aquilæ
in odium Baronum illius contratæ per eo-
rum villanos de nouo conſtructa, ab inde
videlicet anno Domini 1252. in qua de di-
uerſis circumadiacentibus incolis non abſq;
complurium comprouincialium iactura no-
bilium coadunata congeries in tantam iam
multitudinem populoſam cōcreuerat, quod
de ſuarum virium temeritate ſuperbiens ſe
vicinis exhibebat horribilem, & Domino B
Regi ſuis operibus indeuotam. Quin po-
tius velut pars vniuerſo non congruens ge-
neralibus Regni ſtatutis repugnabat, con-
temnens colla ſubmittere, & ſingulares ſibi
viuendi formas conficere præſumebat. Spe-
rabat enim aſſumpto libertatis ſtatu contra
nobiles de contrada Eccleſiæ auxilio, con-
foueri; & ideo contra Manfredum etiam
poſt tempora coronationis ſuæ pertinaci-
ter rebellione dureſcens, ſub velamine deuo-
tionis Eccleſiæ Regi parere contumaciter
contemnebat. Ad huius vtique domandam
proteruiam per hæc reſtituenda læſis iura
ſua Rex victorioſus accingitur; ſed ante-
quam ciuitatis mœnibus eius ſe vicinaret C
exercitus, tāquam patuulorum difformibus
erecta periculis materia ruinoſa diſpergitur.
Dum volare ſupra ſe nititur Aquila plumis
nudata ſolo deprimitur. Vniuerſis habitan-
tibus, quibus in perſonis, & rebus tutelæ ve-
niam clementia Regalis indulſit ſubito va-
cuata deſeritur, & quæ dudum plena po-
pulo ſtare neſcierat, in combuſtionem, & ci-
bum ignis illico tradita ſola ſedet, & ſic
itaque redacta ad nihilum Rex in Apuliam
exercitu diſſoluto reuertitur, vt membra
bellicis fatigata laboribus quietis gratę dul-
cedine, ſolatijſque placidis reſtauraret. Acta
ſunt hæc anno Domini 1258.

Interea Regem omnium Imperialium D
ſanguinis faſtigijs comitatum, & à primis
naturæ veſtibulis aſſuefactum deſiderijs ma-
gnis de remotis partibus honoris & gloriæ
cupido ſollicitat, & dum poſſet eius affecti-
bus tam nobilis Regni poſſeſſio blandiri, &
copioſa tantarum rerum opulentia delecta-
re, ad curas negotiorum Italiæ, vbi dignita-
tis paternæ præfulſit auctoritas mentis ſuæ
dirigit intellectum. Extendit enim poten-
tiæ ſuæ robur ad Ligures, dilatat ad Tuſcos
& vicinitate ſuarum virium concutit Mar-
chianos. Per diuerſas namque prouincias
de antiqua extranea conſuetudine cœtus
hominum diuiſi in partes remanſerant. In
Liguria Vbertus Marchio Pallauicinus vti-
que prudens & nobilis qui propter fidem &
ſeruitia ſua de Imperiali munificentia be-
neficia multa receperat, & Cæſaris quoad
vixit, ac poſterorum ſuorum honorem præ-
terea cordis affectione zelabat, remanſerat.
In Tuſcia pars Gibellinorum, & ciuitas Se-
narum præcipuè, quæ Gibellinitatis ſene-
ſcens in fide tunc temporis ſemper erga Im-
peratorem, & hæredes ſuos in ſeruitijs iu-
uenis & deuota manebat.

Erat quoque in Marchia Anconitana
partium obſtinata diſſenſio, quæ dum hæc
vnum, illa vero aliud appetunt, inter ſe redi-
uiua ſemper altercatione concertant. Ab
iſtarum itaque regionum partibus cum ob
fidem quam erga Imperatorem habuiſſe
prætendunt, tum ad vltionem iniuriarum,
quam de hoſtium depreſſione concipiunt
Rex Manfredus inſtanter requiritur, oblatis
ſibi per nuntijs eorum antiqua deuotio vi-
res auxiliares ipſius Regis ad regionis eo-
rum poſtulat fauorem; his autem diuerſa
conſilia, Regis affectus, & ſucceſſorem ſe
paternæ dilectionis exhibebant: & ne obla-
tæ ſibi victoriæ gloriæ negligenter annuere
videretur, ad prouincias ipſas vires ſuas
porrexit in ſubſidia deuotorum. Habita
itaque deliberatione conſilij, Marchionem
Pallauicinum in Lombardia Capitaneum
ſtatuit. Iordanum de Anglono Comitem
ſancti Seuerini conſanguineum ſuum in
Tuſciam, Perciuallum de Oria affinem, &
familiarem ſuum in Marchiam generales
loco ſui vicarios deſtinauit. Deputata eo-
rum cuilibet equitum quantitate non mo-
dica, quibus ſtipendia menſtrua prouidit
aſſiduè de ærarij ſumptibus eroganda. Sub
horum itaque Vicariorum manibus, & ar-
duis præfecturis cœpit continuo Regis ho-
nor augeri, pauorque concreſcere, vt ru-
mores proſperi ſucceſſiuè de ſingulis cor
eius exhilararent, & potentiæ ſuæ vires il-
luſtrarent. In Lombardia namque ſub Mar-
chione prædicto magnificentiæ Regiæ viri-
bus ampliatis ſic eius arriſit proſpera for-
tuna ſucceſſibus, quod in eodem quoque
loco vbi olim Parmenſium audacia Impe-
rialia caſtra combuſſerat, ignominioſæ cla-
dis excidia amiſſionem carrocij, & expu-
gnationis valide pertulit detrimenta, ſicque
interdicta viriliter iniuria patris à filio lo-
cus ille qui nominatus nuncupatione victo-
riæ viſus Imperatori fuerat illuſiſſe, grādem
Regi prædicto ex hoſtibus victoriæ gloriam
reſeruauit. Ciuitates enim Cremonæ, Pa-
piæ, Placentiæ, Brixiæ, & plures aliæ ei
reuerenter obediunt, & nomen eius vltra
quam credi poſſet triumphaliter exaltatur.
Sub eius quoque felicitate cecidit peſtifer
ille Tyrannus Ezelinus de Romania, cuius
impietatis rigidæ, ſeueritatis horridæ inter-
dictæ & execrabilis acta deſcribere longum
per ſe tempus exigeret. Sed prius neceſſa-
riũ videtur armatæ ſucceſſum proſequi, quā
rebus atque perſonis, tam nefandis, tamque
triſtibus apponere calamum vel auditorum
animos appellare. Hic ſiquidem ab Impe-
ratore

ratore Frederico ditatus, & promotus in altum, eius nutibus tota fere Triuiſina Marchia ſeruiebat. Poſt infinita & inuſitata pœnarum genera, quorum narrari poteſt à poſteris neſandæ crudelitatis exemplum, iam Regi Manfredo deuotionis ſolitæ ſigna non exhibens, dum collectis vndique viribus contra Mediolanenſes infeſtis anguſtijs proceſſiſſet prope caſtrum Caſſiani in manibus Cremonenſium, qui ſub præſidiatu Marchionis prædicti in auxilium Mediolanenſium potenter exierant, prope flumen, adeo miſerabiliter cecidit, vbi lethaliter vulneratus ductuſque Succinum morti ſuccubuit, qui raptor fuerat vitæ multorum.

B Eodem quoque tempore ciuitas Florentina, cum parte Guelforum non minus vitijs quam diuitijs affluens ſic ſuperſtitioſa iam cœperat tam multitudine populi, quàm ſuperbiæ vento plena conſurgere quod de ſuorum ciuium temeritate laſciuiens, & de elati ſpiritus ſuperfluitate confidens dedignabatur pacificare ſe alijs, ſed ſuppeditare ſibi vicinos multipliciter ſatagebat. Huius itaque temeritas actibus faſtuoſis incumbens, nec futuros euentus debita circumſpectione præmeditans, ſuis omnibus, & fautorum viribus ſuorum congregatis ad obſidionem ciuitatis Senenſis commorante ibi memorato Iordano Comite cum ſtipendiarijs Regijs viriliter præſumpſit accedere,

C factaque ibi mora quam voluit, & vſque ad ciuitatem eandem ingenti depopulatione peracta exercitu numeroſo, qui armatorum triginta millia continebat ad inuadendum via Montis-Alcini, quem victualibus, & alijs opportunis munitum Florentini prædicti tunc in eorum poteſtate tenebant, per territorium Senarum prope ciuitatem eandem ad duo fere milliaria ſuperbe proceſſerunt, qui per aliam tutiorem viam illuc indemnes accedere potuiſſent: Contigit quod dictus Iordanus Comes cum Teutonicis ſecum morantibus in Senen. populo cum parte Gibellinorum Regis auſpicijs in Florentinos eoſdem, & fautores eorum viriliter irruentes ipſos commiſſis hinc inde cõflictibus expugnauerunt. In cuius expugna-

D tionis euentu ſic potentia Florentina deſlorata commarcuit, & defecit, quod ex eis, eorumque complicibus præter occiſos gladio, quorum non fuit numerus præſcriptus, captiuorum ſolummodo quos regius carcer aſtrinxit quindecim millia, & vltra numero computantur. Verſi ſunt itaque ſubito dies ſolemnitatis eius in luctum, ſublatis in opprobrium honoris inſignibus: itaque eorum ſuperſtitione depoſita, qui dum in honore eſſent non intellexerũt, iam ſumentes annexationis vincula, intellecta Regis eiuſdem mandata deuotè ſuſcipiunt, & reuerenter eiuſdem placitis colla ſubmittunt.

A Medio autem tempore Papali Curia morante Viterbii, ibique Alexandro IV. Summo Pontifice viam vniuerſæ carnis ingreſſo dum Collegium Cardinalium, in quibus velut in Montibus ſanctis Eccleſiæ fundamenta ſunt poſita habere incœperant, de paſtoris ſubſtitutione tractatum, & eum inter eos vertiginis ſpiritu & inuidiæ liuore ſuffuſo non polleut in aliquo de gremio cõuenire, contigit quod Hieroſolymitanus Patriarcha natione Burgundus, qui tunc ad Curiam ipſam pro Eccleſiæ ſuæ promouendis negotijs acceſſerat concorditer ad Apicem Apoſtolicæ dignitatis aſſumptus ſit. Itaque factus de petitore conceſſor, de ſubdiro Dominus, de filio pater, Papa Vrbanus IV. meruit nominari anno Dom. 1260. Cumque poſt hæc viderentur iam omnia Regni negotia ſic firmiter, tutèque depoſita, vt ex nullo videretur augulo dubitandum, Rex deliberato conſilio Feſtum Malettam, Reſcani Comitem conſanguineum ſuum, cum quadam quantitate Teutonicorum ad gubernandam Siciliam in Capitaneum deſtinauit, qui dum in partibus illis contingentia quælibet prudenter, & cautè diſponeret, dum ſe verſus Mõtem-Trapani de cuius habitatoribus aliquid forte contrarium ſama referente præſenſerat, ſe cum ſua familia vicinaret, & moraretur in campis, accidit quod deſcendentibus ad eundem Comitem decem viris ex incolis dictæ Terræ qui pro parte Terræ, totius vniuerſitatis verba deuotionis offerrent, cum ex longa, ſed vitioſa potius conſuetudine nullum officialem libenter ad montem incolæ paterentur accedere, dum Comes ipſe ſamuli eius intimi (quia nulla peſtis occurrit procliuior ad nocendum) præcauere non poſſet inſidias, quidam inſolẽs iuuenis nomine Gelbus natione Teutonicus, qui Marchionis Bertholdi familiaris, & intimus fuerat, quem etiam dictus Comes Comeſtabulum Teutonicorum ex confidentia præfecerat, & ad familiarium negotiorum conſortium admiſerat, capta tunc forſitan occaſione qua poſſet per contẽptum malitiæ ſuæ motum iam in actu producere, proditoria temeritate tentatus cum quibuſdam ſequacibus ſuis in eundem Comitem ſub tentorij velo iacentem inopinanter inſiliuit, ipſumque temerariè interemit, de cuius obitu cum rumor veniret in publicum, homicida prædictus, & complices eius ad montis eiuſdem excelſa vna cum prædictis nuntijs confugerũt, fruſtra credentes inter eos commiſſi facinoris inueniſſe tutelam: ſicque montis eiuſdem habitantibus, ſeu rebellionis malignitate detentis, ne ſcelus huiuſmodi remaneret inultum, & Mõtis peruerſitas in ſua obſtinatione perſiſteret, Fredericus Lancea Comes Squillacij qui inſolentias regionis eiuſdem ab experto calcare præuenerat de beneplacito Regis Capitaneus in Sicilia ſubroga-

 tur,

tur, qui ſub ſoetuna Regia viribus inſtauraris perurgẽs obſidionis inſtantiam, ſuperbiam montis eiuſdem per extremæ deſolationis & exhabitationis exeidinm potenrer edomuit, & ciuſdem facinoris patratores conuenientis ſupplicij pœna, qnam iuſtè meruerant cæde confecit; de cuius montis jncolis iuſſit RexConſtanriam ciuitatem nouam, quæ vocatnr Regalis, prope Seupellum ædificari in loco, vbi antiquitus ciuitatis Apollinis veſtigia ſubſiſtebant.

Iam in tota Sleilia pacis reformatione diſpoſita, & Frederico prædicto domeſticis reſtiruto ſolatijs Riezardus Filangerius Comes Marſici ad eiuſdem regionis regimen deliberarione prouida deſtinatur. Dum autẽ Riczardus idem officij ſui partes impleret, & Rex in Apulia feliciter ageret, credẽs ſic omnia in Regno diſpoſita, vt ex nulla timeri poſſet parte turbatio, nouus & inopinarus in Siciliæ partibus ignauiæ morbus innaluir, & mirabilis ſtupor irrepſit. Dum enim quidam pauper Ioannes de Calcaria nomine, inſamia conditionis, & abiectæ fortunæ mole depreſſus, ac inopiæ ſquallore diſcurrerer, ex concordibus forſitan vultus, ac ætatis indicijs per quæ fallax opinio in vno eodemque ſubiecto diuerſas plurimaſque formas ſimilitudine voiformitatem mentitur; audiuir pauper ab aliquibus qui eleemoſynarum ſibi ſuffragia porrigebant Imperatori ſe mortuo fore cõſimilem, cumq; videret inopinaro ore verba crebreſcere, mutauit repente mendicus animum, & quæſitus hactenus ſuper his reſponſa negãria diſſimular quatenus veriſimilia ſaciat, quæ dicuntur. Oritur ex ipſius negatione ſuſpicio, & cum nutriatur hominis appetitus, inuentis eo magis inſurgebat de ipſius ambiguitare credulitas qno maior inficiatio tradebatur. Iam rumor de verbo in verbum in fabulationẽ diſpergitur, diſcedit pauper à frequentia populi, barbam nurrir, vt inuẽta liberius valeat fabricare mendacia, loca petit vicina ſilueſtria, firmat in Monte Gebello latibulnm, imperiales ſibi mores, & verba quæ veritas, & natura oon dabaot ad vltra fictionem componir. Iam ſalſus per Siciliam rumor increbuit: viſitatur panper, in renebris hooorarnr plus ſoliro, & rerum victualium qnarum ipſi prius inopia ſuerat copioſa per aliquos opportunitate ſulcitur. Ad hoc plures exules quos perfidiæ macula de naturalibus terris viciois abiecerat, & in nemoribus latitabane ad ſimularum ipſum audito rumore corrunt, ſalſitates tantas explorant, quæſitas inueniunr, & velut qui fluminis impetu prolabentis apprehenſa iam ſtipula credunt vndas euadere, adhęſerun rexules magiſtro mendacij, & quas ſolus forte formare non poterar, iam plures ſibi addunt ſemitas, falſas roboeant fictiones. Ecce iam plenum ſalſitatis Imperatorem titulant, colunt vr præſidem, venerantur vt domiuum, & in ſecuritatem Principis excelſum Mootem-Centurbij, quem olim exhabitari fecerat Imperator, pro tutiori ſtatiooe conſcendunt, per quos Imperiali ſigillo vitioſe conflato ſub conſueto titulo Cæſaris lireras per diuerſas partes Imperator phanraſticus ſubdola firmatione cõſcribir, & vt ſacilius audieneium animos nouæ fraudis adinnentione corrumperer, indicat ſe olim obitu ſimulato diuinæ permiſſionis oraculo ad expianda delicta nonũ annum peregrinationis exercitio peregiſſe, ſollieitat, & ſub iſto colore requirere non formidat.

Hæc quippe fraudis & erroris intemperies mulra confinia, & loca Siciliæ callida machinatione corrupra, remota etiam, niſi necem præuenisset auridotus, morbus aſſiduus infeciſſet, cum eſſent quamplures quos ad credendum ſimpliciras ranra conducerer, & nônnulli quos etſi ſuper hoc ſcientia certè non ſallerer, ſimulantes ſe tamen neſcire quod nouerant ad aliquorum ſequelam violatæ iam mentis perfidia cogebantur. Cumque ſuper hoc Regis amicos relatio inopinata perſtreperet, & ad looginquas fermè prouincias figmeoti huiuſmodi nouitas perueniſſet, ad euertendum idolum & culrores eius dictus Riczardus Præſes prouinciæ inſtanter accingitur, & cum ad ſummitatem montis ipſius in quo iam peruerſorum quãtiras magna cooueneraт, tum ex prædictæ ſaxoſæ rupis obiectibus, tum ex viarum arctiſſimis interuallis, ſibi & ſuis impugnare volentibus ſacilis non pateret aſcenſus, obſidionem ibi ſatis ingentem exercitu congregaro firmauit, incluſiſque coercnit, vt nulla victualium quantitas, quibus ioterim regi poſſeot, media ad eos more ſoliro portaretur. Cum autem nimis eſſet inelegans, oec Regia eriam fortuoa permitteret, vr eiuſdem pernicioſa remeritas, quæ turpe oimis habuerat in ſui fictione principium non abſqne multorum iactura concreſceeret, & huiuſmodi figmenti conuirium vlterius tranſirer, ac multorum comitiua ſeqbacium per denia montinm procederet, & honorificè ſuiſſet ibidem à ciuibus in illa vana pompoſirate receptus, dum fruſtra ccederet tempus in antea ſeruire verſutijs, dictus Riczardus Comes illuc cum ſuorum eqnitum comitiua procedens conflictu cum hoſtibus violẽter præhabito pręfatos ſenem & complicees eius ibidem prudenter, & ſtrenne capere procurauit. De quorum eaptionis euentu Rege conſulto, licet in ſpectaculum ſeruari eos, & opprobrij cauſa petierat, quia eam eo digna noo erat, reus qui ram ſibi quam pluribus alijs fuerat cauſa mortis, pœnas digne ſortitus quas iuſtè meruerat, furcarum patibulo ſuſpenſus, quos intimos ſequaces ſui figmenti participes, & collegas habuerat eiuſdem ſupplicij non dimiſit expertes.

Ad

Ad hæc Rex præfatus poſt prædictorum iudicia firmato conſilio partes Siciliæ perſonaliter repetit, vt prouinciam ipſam ab omni contagio peruerſitatis expurget, & in ſtatu pacifico ſuæ præſentiæ viſitatione conſoueat, pergenſque Panormum multis fuit & varijs donarijs præſentatus.

Sic igitur regione ipſa diſpoſita Rex ad conſueta ſolatia lacus Penſilis, quæ copioſa venationis habilitas, originalium fontium amœna frigiditas, & placidi ſitus nemoroſa tempeties grata reddunt, æſtate ſuccedente reuertitur. Dumque toto iam Regno in ſtatu tranquillo ſalubriter ſtabilito Regem ipſum de remotis, & exteris ad quæ iam ſuarum virium habenas extendetur ſtudium debitæ curioſitatis attingit, parent clam cū Rege Aragonum tractatū hinc inde per nuntios præmiſſo primordio contrahit, & filiam ſuam Conſtantiam, quam ex prima conſorte ſua Beatrice filia quondam A. Sabaudiæ Comitis Imperatore viuente ſuſceperat, Don Petro primogenito dicti Regis Aragonum matrimonio copulauit.

Poſt hæc ipſe Rex Manfredus, quem Papalis Curia, vt ſic exaltari non valeat, diffamare contendit, qualitas temporis, & rerum euentus inuidiæ zelo quotidie creſcente felicitatem concumulant, citatur ad præſentiam Summi Pontificis, citatione videlicet publica in colloquio tantum Papalis prædicationis expreſſa, & inſcripta cedulis affixis præ foribus Eccleſiarum Vrbis-Veteris, vbi tunc Sedes Apoſtolica morabatur, quæ ad eundem Regem, nec literarum, nec nuntij viſione peruenit: cumque uollet ſuper hoc Rex ipſe de arrogantiæ ſuæ contumaciæ culpa videri notabilis, quem Papalis Curia ſatagit in quantum poteſt infamiæ notaſſaceſſere, nuntios ſuos ad Sedem ipſā cōſulta deliberatione præmiſit humiliter, ſupplicari vt ex quo ipſū illuc perſonaliter iuberet accedere de ſecuro, & habili loco, cum familia decente ſua poſſet cōmode, iuxta ſuæ dignitatis exigentiam inhoſpitati ſibi Pater Apoſtolicus prouideret, tamen Rex ipſe magnificè vſque ad Regni confinia cum magna, qua decuit equitum comitiua proceſſit, vt ex vicinitate locorum poſſet habilius ſuper his nuntiorum expectare reſponſa, & de vlteriori proceſſu, vel mora, ſicut ſibi melius expediret, conſulta deliberatione penſare. Excuſatorum itaq; prædictorum allegationibus non diſcuſſis ipſe Summus Pontifex eum vinculo excommunicationis aſtrinxit, cumque ſuper hoc nihil ſibi deuotio demonſtrata profuerit, quem conabatur Eccleſiaſtico iure omni qua poſſet occaſione concutere, repetit Rex partes Apuliæ, vt circa alia negotiorum ſtudia curas debitas, & viſitationes impendat.

Interea Conradus de Antiochia Comes Albæ, Regis eiuſdem nepos, qui pro Ca- A pitaneo fuerat deſtinatus in Marchiam, dum ad caſtrum Monticuli habitatorum copia, & montuoſi ſitus eminentia munitum ſub confidentia ſolita, & ſpe ſecuritatis accederet, fuit ibi cum aliquibus familiaribus ſuis per incolas loci ſubita, & inopinata proditione detentus, in cuius ſubſidium ad mandatum Regis magno, & præpotenti exercitu congregato Gualuanus Lancea Comes Principatus, & Fundorum, Mareſcallus Regni, ſocer eiuſdem Conradi, cuius cordis intrinſeca generi captio violenta pupugerat, pluribus alijs Comitibus, aliiſque Regni nobilibus ſociatus acceſſit, ſicque per eum circa caſtrum Monticuli exercitus obſidione firmata, & ingenti depopulatione B peracta, ibique protracta mora vſque ad vigeſimum hyemis inſtantis tempeſtatis, dimiſſa quoque in Macerata magna equitum comitiua ad expugnationem Mōticuli proceſſit, & captis quampluribus regionis nobilibus qui factionis eiuſdem capita dicebantur dictus Gualuanus, & alij de comitiua ſua ſoluto exercitu cum caſtrum ipſum habere non poſſet, nec mora ſua eſſet vlterius neceſſaria inde diſceſſit. Contigit autem quod idem Conradus, quem proditores ipſi ante depopulationis illata ſtipendia liberare noluerant, procurante ſolertia quorundam deuotorum ſuorum, qui circa cuſtodiam aſſiſtebant, intempeſtiuæ noctis C ſilentio de carceribus compedibus euaſit, & reſtitutus beneficio libertatis.

Cum autem Regi vndique ad votum vniuerſa ſuccederent, Romani ciues de more mobiles quos ex hoc in illud exilis de facili verſat occaſio, illius modicæ libertatis reliquias quas ipſis præſcripta veterū trāſfundit auctoritas, temere diſtrahentes, excluſis pro magna parte nobilibus, Karolum Prouinciæ Comitem elegerunt in Dominum, & Senatorem Vrbis perpetuum, & euocauerunt. Hunc etiam Summus Pontifex, vt habeat operarium per quem temporalem gladium ſeculariter exerat, non abſque iactura multorum Regi Manfredo procurauit D opponere dum Regni Siciliæ, cuius Rex ipſe poſſeſſione pacifica fruebatur verboſas, & ſcriptas dirigit reſponſiones.

Interea Dominus Karolus ad requiſitionem, & inſtantiam Romanorum Vicarium ſuum miſit in Vrbem, vt ciuitatem ipſam in eius abſentia regat, & dirigat loco ſui. Cum autem Vicarius ipſe rector in Vrbe præeſſet, & nobilibus quos abiectos inuenerat ciuitatis introitum denegaret, nobilis quidam Vrbis Proconſul nomine Petrus de Vico qui in maritimæ partibus vrbi vicinis plura caſtra tenebat, & qui Regi Manfredo iamdudum ex zelo multæ deuotionis inhæſerat, guerram cum quibuſdam aduerſarijs ſuis, & ſpecialiter cum Pandulpho Comite Anguillariæ quotidianis conflictibus agitabat. Huius autem Comitis pater multum

fuerat

fuerat Imperatori Frederico deuotus: ſed hic à paterna deuotione degenerans Regi Manfredo, per quem forte multa vitaſſet diſpendia, ſigna reuerentiæ non oſtendit.

Illis quoque diebus IORDANO Comite ſancti Seuerini exercente officium Vicariæ dum in obſidione Monticuli potenter exiſtebat. *Hic deſinit.*

Poſt paucos autem dies ad petitionem & inſtantiam dicti Petri liberalitas Regia, quæ deuotis proximis, & remotis opportunè porrigit de more ſuffragia, quandam quantitatem Teutonicorum ſub præſidiatu cuiuſdam familiaris ſui nomine Franciſci Treuiſij in eiuſdem Petri ſubſidium deſtinauit. Cum autem dictus Petrus tam gẽtis eiuſdem auxilio, quam partis ſuæ fauore confiſus contra hoſtes ſuos animum roboraſſet, & ciuitatem Sutrinam, cuius idem maiorem partem habere videbatur, violenter intrauit, eamque Regio dominio ſubdidit, ac fidelitatis fecit ſacramenta præſtare.

Medio autem tempore Rex intermiſſis ſolatijs ſuis profectus eſt in Terram Laboris, vt de negotijs ſpectantibus ad pacificum ſtatum Regni, tam de reſiſtendo viriliter Comiti Prouinciæ, ſi veniendi per eam, ſicut communis tenebat opinio, caſus incideret, quàm de obſtando quibusſlibet alijs qui Regni vellent turbare quietem deliberationis debitæ conſilio prouideret. Generali propterea apud Neapolim celebrato colloquio Comitum & Baronum, aliorumque Regni nobilium animos, & vires examinat, & ſeruitium quod eorum quilibet deberet, & poſſet ſingulari diſcuſſione requirit. Iam vocatis ſingulorum ſeruitijs, & feudatarijs omnibus apertis, prouida deliberatione ſtatuit, vt Perciuallus de Oria familiaris, & affinis Regis ad partes Ducatus cum magna militia, & Saracenorum quantitate procedat.

Interea Vicarius Vrbis, populuſque Romanus pro recuperanda ciuitate Sutrina communiter exeunt, & cum ciuitatis mœnibus appropinquaſſent, priuſquam ad impugnationis conflictus ſigna peruenirent, ciuitatem ipſam propter ſubitam & mobilem reuolutionem ciuium ad manus ſuas, & dominium reuocarunt: diſcedentibus inde cum fuga ſupradicto Petro de Vico, & alijs de comitiua ſua, qui non potuerunt ſic omnes illæſi diſcedere quin plures Teutonici de ſtipendiarijs Regijs cum eodem Petro morantes, equis & omnibus armis amiſſis euaſerint, & quin nonnulli etiam ex eis in Romanorum manibus in carcere remãſerint, ac in caſtro Vici in quo ſe receptauerunt dicti Petrus, & ſui Romanorum ipſorum obſidione circumdantur, & machinis, caueis, & multis impugnandi generibus inſtanter vrgentur.

Cumque Rege morante Capuæ hæc omnia ad eius notitiam perueniſſent, in melius mutato conſilio, incontinenti Perciuallum de Oria, qui verſus Ducatum greſſus direxerat cum exercitu ſuo verſus partes Vrbis in eiuſdem Petri ſubſidium propere mandauit accedere. Alium quoq; exercitum in Regni confinibus, ſub Magiſtratu Riczardi Filangerij Comitis Marſici iuſſit illico congregari, vt Romanis eiſdem niſi à prædicti caſtri obſidione diſcederent omni quo poſſent hinc inde conamine detrimenta continuæ offenſionis inferrent. Romani verò ſaniori vſi conſilio, audito quod exercitus ibat cõtra eos, & Rex etiam dicebatur iturus, & tempus recolligendarum frugum inſtaret, procedentes ab eiuſdem caſtri obſidione diſcedunt, & in Vrbem propere reuertuntur. Vel forſitan Romanorum innata diſſentio, & natura ſemper ad diſſentiendum procliuior, quæ nunquam commune commodum, ſed priuatum dũtaxat affectat, cum iam expugnationis ipſius caſtri diem cerneret eſſe propinquum, mutantibus animis illorum de illo exercitu, & diuiſis, rei cœptæ & iam votiuæ depopulationis partæ non expectat euentum. Sed Vicarius Vrbis Iacobus de Gualiebino de Prouincia oriundus, qui iam pro Domino Karolo venerat pridem à Gallia maturè debitum exoluens, exercitus vota diuiſa præſentiẽs, & maioris partis exercitus eiuſdem mentes, quæ non libenter ad finale dicti Petri exterminium accedebant, ſic intra ſe cognoſcens quaſi quadam machinatione corruptus, quando Teutonici intra clauſuram Burgi morantes, qui de Tuſcia venerant ad defenſionem ipſius, de ſe videbantur victoriam polliceri, diſcedendi licentia popularibus data cohortibus, & militantibus in dictis caſtris ſcilicet diſſoluto exercitu cogitur ab obſidione recedere.

Deinde cum de mandato Regio Perciuallus præfatus greſſus ſuos verſus partes Ducatus repeteret, & ad cuiuſdam aquæ tranſitum, quæ dicitur Nigra de Marchia prope Ayronem, cum exercitu perueniſſet, & in ipſius aquæ paſſagio, quanquam gens præuia illæſa pertranſiſſet dum quendam alium præcedentem ſibi releuare vellet, occiſus fuit ille ſolus equo ſuccumbente permerſus: ſubſtituto ſibi in Capitaniæ officio iuxta Regis edictum Ioanne de Manerio, vt eiuſdem exercitui præſideret.

Poſt modicum vero temporis Rege Apuliam redeunte dum Petrus de Vico, & Franciſcus Treuiſius cum ſtipendiarijs Regijs in quodam caſtro ipſius Petri, quod Bremum dicitur morarentur, & Comes Anguillariæ cum comitiua ſua, & alia copioſa multitudine equitum, quam ſibi Summus Pontifex, & Vicarius Vrbis tranſmiſerant apud caſtrum Ventillæ, quod tribus fere millibus diſtat à Bremo, perueniſſet, dum non poſ-

ſent

ſent ſe hoſtes præ nimia oppoſitione colliũ recte reſpicere, nec alter in alterum inſilire, contigit quod cum dictus Comes, & ſui de multitudine confidentes in quadam media plana procederent, memorati Franciſcus & Petrus, cum Teutonicis ſecum morantibus qui pridem ab ipſis hoſtibus fuerant laceſſiti, & vltionis tempus promptis animis expectabant in eos viriliter irruerũt conflictuque magno inter eos hinc inde commiſſo quodam Pippione Lõbardo, quẽ Capitaneum 400. militum illuc deſtinauerat Eccleſia puſillanimiter fugiente captus eſt dictus Comes, & plures alij nobiles Romani cum ipſo multis ex ſuis quibus maximè Theutonicorum gladij non parcebant, occiſis, multiſque in æſtus ardore, & armorum valida oppreſſione peremptis, vbi Stephanus Attancia vexillifer exercitus Comitis, vir in bellorum exercitatione ſtrenuus, & famoſus æſtuans ſiti, vt referunt, oppreſſus & ſuffocatus interijt; quanquam fortaſſis ex multis percuſſionum concuſſionibus expirare potuiſſet. Cum eodem occubuit Palamedes eiuſdem vexilliferi nepos, cuius animoſitas in armis iuuentutis multa probitatis induſtria ſe probauit.

Ad hæc memorato Vicario Karoli Romę proſecutionem ſic benignius agere feliciter, non ſolum Rex Manfredus ad impediẽdum aduentum ipſius Karoli, ſed ciues Gibellini Romani vigilanter intendunt, parari vndique ſollicitè bellari, iam per maris excubias multitudo galeatum inuigilat, & voluit parata æmulis claſſica numeroſa concertare. Iam Teutonicorum voluntas ſtreneſcit effrenis, & eorum ſigna velut ex euentu forent futuro victricia in partibus Tiburtinis prope Cellas circa Regni confinia pompoſè deſcenſa præfulgent.

Interea tamen cum per Romanam Eccleſiam Domino Karolo ad proſequendum Regni negotium eſſet in ipſius Regni conceſſione omnino ſtabilitũ, quod ſaltem ipſe perſonaliter Romæ deberet adeſſe; Rex prędictus principijs ſollicitus obſtans tam per mare, quam per aridam ipſius Karoli viſus eſt aduentum præcidere, vt per lapſum temporis Karolus idem ab acceſſione huiuſmodi caderet, & dictus Rex poſtea eiuſdem Eccleſiæ reconciliare ſe poſſet affectibus; vnde ſub ipſius Regis toto conamine quoſdam fouebat honoribus in vrbe, qui cum quibuſdam alijs Gibellinis, conſilio inito prius cum ipſis Gibellinis ad impediendum memorati Vicarij, & Karoli dominium diuerterent, quibus cum ſuorum equitum comitiua per certas Vrbis portas certa hora repente intrent, vt non ſolum contra eundem Vicarium, ſed contra Guelfos Vrbis, qui Karoli promouebant excellentiam toto poſſe confligerent. Apud caſtrum Cerneteris quantitate quadam equitum congregata verſus Vrbem tota nocte deproperat,

A ita quod in auroræ titulo Vrbis mœnibus appropinquat, & dum ſolus cupit dona prænenire fortunæ, vel potius infortunij calicem prægustare, ne ſibi ſorte mora poſſet imbecillitatem animi imputare, protinus ſubintrat Vrbem, domos quaſdam quas tenebat, & quas faciebat tunc Vicarius cuſtodiri animoſè inuadit. Eſt enim Romæ locus ab vtroque Tyberis latere circum ſe poſiti diuiſus ad quem præſtant aditum pontium munitæ conformiæ, inſula Lic aonia ex antiqua nuncupatione vocatus. Hic abſque montuoſa eminentia, & ſine munitione murorum eſt per ſe valde tutus, & fortis, ita quod longo tempore poteſt ab inſultatione quorumlibet defenſari. Ad hũc

B autem cum idem Petrus cum ſuorum equitum comitiua procederet præſentitus à loci eiuſdem cuſtodibus ita ſecreto nequiẽs ſe vt credebat reducere, ſe & ſuos iuxta eundem locum, qui Piſcinula dicitur receptauit, quaſdam domos inibi muniens, & communis viæ fortificans paſſus, vt imminentem inimicorum incurſum qui iam erãt contra eum venturi ſubcautè poſſet euadere. Cumque Vicarius prædictus cum quibuſdam ſuis commilitonibus de prouincia, Romanorũ Guelforum non expectato ſubſidio ad expellendum dictum Petrum, & gentem ſuam decenter accinctus armis, &

C equis accederet, conflictus primordia reportauit diuerſa. Licet enim vtraq; ue pars prouincialis videlicet, & Gibillini Romani qui cum dicto Petro aderant durè, ac fortiter confixerint, in ipſo tamen principio Vicarius cum ſuis repellitur, ſed occurrente ſibi per inſulam ſupradictam Domino Ioanne de Sauello homine ſecuti cordis qui honorem ſupradicti Karoli tota mentis affectione zelabat, eodemque ab alia illius contratæ parte cum gente dicti Petri viriliter confligente, dictus Vicarius contra hoſtes reſumit vires, & animum, & belli perurgens inſultum eumdem Petrum conuertit in fugam, hos milites eius perdit, illos capit, & carceribus mancipat, & tam glorioſiſſimũ & victorioſiſſimum ex ipſius ho-

D ſtibus triumphum conſequitur, quod hoſtes omnes prædictos excepto, eodem Petro, cum tribus tantum ſocijs fugæ præſidio ab hoſtili tempeſtate ſubductis, vel crudelis gladius excidioſè contriuit, vel Capitolij carcer adſtrinxit.

Ex hac itaq; debellatione quamplurium Gibellinorum fuerunt corda concuſſa, & eorum adeo perterriti animi, quod ad turbãdam Vrbis quietem quam demoliri moliebantur externis, non acceperant vlterius requirendam: ſed in Vrbis circuitu tanquã aper à venatore confuſus per eorum anxij caſtra diſcurrunt; cumque tota ferè Gallia & prouincia pro dicto Karolo, qui de Regni dominio perpetuam iam à Sede Apoſtolica receperat ceſſionem ad mactandum vitulum

lium ſaginatum, quem einſdem Regni Sici-
liæ delitioſa nutrierant, prouida forer ſolli-
citatione commota, quibuſdam militibus
gratuito animo, quibuſdam melliflua coa-
ctione peruerſis nonnullis ſtipendia magna
recipientibus, quæ de mandato Summi Pō-
tificis de prouentuum Eccleſiaſticorum de-
cimatione acceperant contra Regem di-
ctum mirificè venire pararis, iam per mon-
tes, & rura fulgentia liliorum ſigna vetna-
runt. Iam pro conſeruatione Vrbis ad præ-
parandam Carolo viam quamplures mi-
lites præmittuntur, & dum ſauet huic Do-
minus Clemens Eccleſiæ vniuerſalis Autiſtes
qui cum eſſet de prouinciao oriundus, erga
Carolum multa teneritate cordis accenſus,
& de ſtatu ſuo tanquam pater de filij hono-
re ſollicitus, ipſius quaſi Eccleſiæ duntaxat
negotiū indefeſſa ſollicitudine vocis, & ope-
ris feruenter aſſumpſerat, omnia quæ ſub
cæli regūtur regimine, & quæ ambitus terræ
claudit ſereno, & votiuo lætitiæ iubilo Caro-
lo militant, cum quidam miles cognomina-
tus Ferrerius, qui ſtatura magna corporis
ferri veriſimiliter nomen æquabat; hic Ro-
mam primitus veniens verſus partes Tibur-
tinas ad loca, quæ Cellas nominant eum
quodam promptitudinis feruore procedit.
Ibi Dominus Iacobus Neapolion caput Gi-
bellinorum Vrbis propter Gibellinitatem
ab Vrbe deiectus habebat prope ipſas Cel-
las caſtrum Vicouarij valde forte, qui erat
Dux, & ductor quorundam Teutonicorum,
quos ad partes illas in ipſius ſubſidium Rex
ex callida prouiſione tranſmiſerat, eum
quibus dictus Ferrerius ſperans in illo ſui
feruoris impetu de Teutonicis & Romanis
exulibus promereri triumphum ex impro-
uiſo bellum duriſſimum inchoauit: licet à
quibuſdam militibus Campanis quos Sum-
mus Pontifex ſtipēdiari fecerat in eius ſub-
ſidium fuiſſet inchoatum bellum fortiter
diſſuaſum. Verum non ſine myſterio Ka-
roli volebant auſpicia vt propinquum
campeſtre bellum perderetur à ſuis, quia
fortuna plurimum actibus humanis illudēs
nonnunquam per præcedentia ſigna victo-
riæ vltra mentitur cum felicitate futura, &
cum quoſdam fauores primordialiter exhi-
bet, omine iactans votiuo primitias, vt in-
cautos poſtmodum in abyſſum finalis exter-
minij liberius demergere valeat. hoc con-
tinuo ludo ludendo volens Regi prædicto
fauiſſe videri dat ſibi, vt ita loquar morſel-
lum cerebri, vt non poſſit amplius ex alijs
deglutire, & ſic dictum Ferrerium, quod
incautè incœperat in præcipitij diſcrimen
adduxit, & bello totaliter perdito captum
inibi hoſtium ſuorum concluſit in manus,
quem Ferrerium memoratus Dom. Iacobus
Neapolion ex nouo triūpho nouo repletus
gaudio captiuum ad Regis præſentiam ſub
fida cuſtodia deſtinauit. Huiuſmodi captio-
nis diem Rex ipſe quaſi feliciū ſucceſſuum

A gloriam, & myſterium ſolemnitas feſtina
celebratione commemorat. Veniunt augu-
res, adſtant aſtrologi, adſunt aucelli, currūt
aruſpices, diuini feſtinant, ac veluti qui
ſua dicta, vt volentibus applaudant domi-
nis, & diſſimulantibus aduſentur ſoliti ſunt
adornare mendacijs, certam ſpem Regi de
proſperis ſucceſſibus pollicentur.
Interea terminus peremptorius, qui Ka-
roli exaltationi tanquam fatalis inſtabat ex
temporis decurſione paulatim ſerpens ap-
propinquat, & dum de aduentu ipſius vo-
ta hominum quodammodo deſperarent, ſu-
bito iuxta fauces Vrbis galearum ſtolium
cum gente in mare pugnabili ad impedien-
B dum Karolo marinas ſemitas deſtinatur.
Hoc poſtquam fauces vrbis conſpicuas tra-
bibus & palis, & magnorum lapidum mo-
le replendo turbauit in tantum quod galeis
aditus de facili non patebat, ruina credens
per hoc Karoli galeas naufragium ſic inter-
cipere quod nullatenus poteſtatis ſuæ iudi-
cium poſſet effugere, metuens propter inū-
dantes tempeſtatum procellas incaſſum ad
terrā naufragijs deportari, alta petit æquo-
ra, & forte ſpatioſa pererrat. Galeæ vero,
quæ Karolum deuehebāt ad terram ab im-
petu ventorum inuitæ fortaſſis impulſæ ho-
ſtium non obuiantes galeis, iuxta Roma-
nam plagam fixis anchoris, extenſis ruden-
C tibus ſe coarctant, & eadem durante pro-
cella Karolus aſcendens quandam ſagitti-
nam non ſine perſonæ diſcrimine terram
petit, cupidus forte prius in ipſo littore
mori, quam ignominiosè à Regni conceſ-
ſione repelli. Sicque in deſcenſu dum non
crederet euadere, ſed omnino ſubmergi
terra Romana ipſum excepit rediuiuum, &
itidem maris impetu tranquillato Galli ſui
procedunt ad fauces, quæ obiecta fuerant
obſtacula ſubmouent, & Tyberis alueos li-
bere ingrediuntur, & ſani: ac deinde (ſicut
moris eſt) trahuntur ad Vrbem. Karolo qui
ad terram ante deſcenderat, ſicut Deo pla-
cuit, qui hominum dirigit vias, & vota,
omnes Romani nobiles veniunt obuiam, &
cum reuerentia multa ſuſcipiunt, & tandem
D apud Monaſterium ſancti Pauli prope Vr-
bem conducunt eundem, cui turba Romana
plebis infinitæ generis vtriuſque ſenex, &
iuuenis, laicus, & Clericus, ac Religioſi
etiam cū palmis proceſſionaliter circumeun-
do pronunciaret Oſanna pium, atque ex
eius aduentu Romanus Populus ſumens ex
animo feſtiua tripudia choreis ludentium
& pſallentium cantica nouiter exinde adiu-
uenta, de more diſpoſitis plateis, & in eis
ſaltantibus pedibus calcare non ceſſant, &
quilibet nobilis iuxta ſuæ facultatis poten-
tiam ſecum quotundam ſociorum equitum
comitiuam ſignanter inducit ad ludendum:
nec eſt ſane memoria, quod alicui Domino
Romani vſque ad illa tempora maiora
olentamenta geſſerint, quæ diſerti oratoris
offi-

officium nequaquam breuis hora temporis enarret.

Dictus ergo Karolus qui mille forte milites electiſſimos in exercitio belli viribus expertes per mare traduxerat dura maris tempeſtate confractos, quorum fatigata membra Eccleſia prædicta reſtaurat exercitum copioſum expectat, qui per terram de Vltramontanis partibus veniebat, & interim equis opportunis milites ſuos munit. Sed dum Admiratus ſtolij galearum Regis quas vſque in diſtrictum Ianuæ valida tempeſtas impulerat, Karolum & galeas ſuas vidiſſet quod proſpere Romam aduenerant, ſtatim turbatus medulliter, & confuſus ſpiritu retroceſſit, & repetens fauces Vrbis comperit de faucibus Tyberis omnia obſtacula, quæ obijcerat prouida deliberatione deiecta, & neglecta ſollicitudine redargutus paſſus eſt dignè contumelias, & terrores.

Rex itaquè Manfredus audito quod Karolus Romam ſub tanto diſcrimine venerit cœpit mente fremeſcere, & dum vix credere poſſet narrationem rumoris huiuſmodi qui ex continua ſollicitudine Nuntij velut Caldararij malleus, qui ictum ad cudendum ſocij non expectat, denuo ſtatim perſtrepebat auditum, non ſolum veniendi admiratur modum, ſed qualiter ſtolium galearum ſuarum claſſica Karoli ſic præterire potuiſſet inuiſa, vehementiſſimè obſtupeſcit. Ex his & alijs præſagijs, quæ cælum terra, & mare portenderant, intellectum recipiens quod ex Dei iudicio ſingula videbantur eſſe talia præparatoria contra eum. Illis enim temporibus cometa, qui multos annos clauſus ſub cæli volumine in ſui apparitione conſueuit benignus inuitare, & ſubſiſtentiæ quaſſare dominia, velut ſolares radios ſuos vſque ad terras lucidiſſimè Cometa extendit, ſed quanquam dicto Regi de ſuorum proxima ex præcedētibus ſignis deſolatio daretur intelligi, conſulens tamen augures & requirens aſtrologos, mentiebātur ſibi quodam palliato ſolamine per longa tempora regnantium, ſicque generali colloquio apud Beneuentum edito Barones & Feudatarios omnes Regni Siciliæ, ac quoſdam bonos viros de ſingulorum bonorum locorum diſtrictu euocat, & Teutonicorum cohortes quas per Italiam ſparſerat collegit.

Congregatis ergo vniuerſis quos fecerat accerſiri, ad Comites tanquam ad electos ſuos ſe dirigens talis ſermonis propoſitiones orditur. Ecce inquit ignis vrens de lōginquo præ foribus noſtris aſſiſtit, vnuſquiſque propterea ſuæ domus aquā ſine excuſatione manibus ſuis excipiat, & obſiſtat, ne dum ſine rerum, & perſonarum exceptione conſumit, domus cuiuſlibet deuoretur ab eo. Ecce incurata vlcera, quæ malus noſter pudor ſub contempta diſſimulatione celabat, ſine medicorum ſuffragio parantur ad fiſtulam; quilibet ergo proprio gladio vias morbi huius toto poſſe concludat, nedum vſque ad cordis viſcera venerit, & noſtras intimas neglectus medullas inficiat, deinde incurabilis habeatur. Gens quippe iſta dum Comites, & Barones Regni & patrimonium noſtrum venit inuadere, ferociſſima, & auſtera cenſetur. Hæc inquam pietatem & miſericordiam dimiſit inſantia, cor durum ferocitatem mentis, animum inexorabilem contra nos ex propoſito ſecum congeſtat. Audiuiſtis aliquando de benignitate & manſuetudine illorum de domo Franciæ aliquid enarrari, ſed tales non credatis eſſe qui nos veniunt aggredi, hos quidē nec amicæ preces, nec affectionis zelus contra nos, & Regnum noſtrum concitauere venturos, ſed ſola cupido auri, & affluētia Regni noſtri, quam pompa Regnicolarum fecit eſſe deſiderabilem, illa violentos prædictos allicit, & rerum alienarum ſitibundos attrahit, & ad ſpolia noſtra deſiderata compellit, & ſicut Comes prouinciæ Karolus filius Regis Franciæ facit noſtram vt perſonam exterminet, quotidie ſe contra noſtras fortunas parat, ſic, imo auidius illi, qui cum illo aſſociantur ſub illa intentione deproperant, vt bona veſtra diripiant, & non dimittant perſonas. Crudelis impietas noſtris inaudita temporibus. Exteræ & effrenes gentes, quæ nonniſi ad crudelia execrabiles habent aptas ad ferocitates manus, & ad ſpolia promptas, quærentes ſemper quid deuorent, tranquillum ſtatum Regni concutiunt, & omnia noſtra perturbant, dum credunt ſolo fruitorij impetu ſubiugare, ſed ex quo cum ferocitate feſtinant ferocius reſiſtamus eiſdem. Firmum enim credere poſſumus quidem quia pro noſtrorum virium defenſione, & pro conſeruatione noſtræ iuſtitiæ dimicabimus, malitiam ipſam iuſtitia non debeat confouere. Vnum quidem attendite quod ſi venientibus cedamus hoſtibus, aut lente reſiſtamus, vel ſi nos audiene aliquo modo trepidantes in aliquo, Gallici de more tunc quantum poſſunt impellent: animoſi enim ſunt aggreſſores, ſed ſi reſiſtatur ſibi viriliter conſuetudine ſuperborum finaliter conſueuerunt ſuccumbere. Quia igitur hæc iniuria tangit omnes noſtros fideles, & illum magis quem Regis copia plus abundare conceſſit, & qui terram à nobis obtinet ampliorem, Vniuerſi ergo & ſinguli, qui zelant noſtræ Maieſtatis honorem, & affectant celſitudinis noſtræ gloriam, iuxta ſuarum facultatum potentiam armis, equis, & proborum virorum comitiuā ſe muniant, & cum venientium turba noſtrorum hoſtium confinia Regni noſtri pulſauerit, illis, & eorum ſuperbiæ ſic potenter, & viriliter obſiſtatur, quod doleant ſe in Vltramontanis partibus non fixiſſe veſtigia, & ſi qui ma-

A nus potuerunt copioſæ noſtræ gentis effugere, confuſi mox ſubito retrocedant.

Poſtquam igitur Rex Manfredus circumſtantibus turmis votum totaliter ſuæ mentis aprruit, & propoſitum ſui cordis fundo depromſit, vniuerſi quidem, & ſinguli collocutioni Regiæ annuũt, & parlamẽto dimiſſo à quibuſlibet ad propria ſub eo colore, vt quilibet iuxta ſuæ facultatis potentiam contra venientes hoſtes ſua munian. Redeuntibus iam promiſſa fides Comitum latenter violatur interea, quam ſola imbecillitas animi, ac falſæ mentis inconſtantia, & non metus violabilem faciebat; nondum enim quemquam timere poterant, ſed eius formidine quod verebantur B accidere, futuri caſus præmeditatione perterriti tractatum per nuntios, tam cum Comite prouinciæ, quam cum Apoſtolica Sede doloſius ineunt, & eorum vota Comitis eiuſdem voluntatibus nuntiorum deſtinatione confœderant, ac ipſius mandatis placida ſignificatione arctantur.

Rex tamen Manfredus poſt hæc in Alamania pro duobus millibus militibus equitibus pro quibus pro ſex menſibus ſtipendia duplicata tranſmiſerat non ſine anxia voluntate tranſmittit.

Interea Karolus Romæ in Baſilica Apoſtolorum per quatuor Cardinales à Summo Pontifice ad Vrbem, Viterbio propterea de- C ſtinatos in Regem Siciliæ delinitur, & Regali diademate coronatur. In cuius coronatione mirabilia feſta fiunt anno Domini 1265. per Clementem IV. Succedente Vrbano, & noua tripudia, & feſtina gaudia celebrantur. Ludunt enim generaliter omnes Romani, & quilibet ſicut ei plus bonorum copia ſuppetit, ita miles pariter & pedes inſtructus per agmina pompoſius ſe oſtendit ibidem, & celebriora conſtituit ſolemnia feſti, huius vt diei tanti negotij memoria perenniter memoretur. Iam Gallicorum multitudo numeroſa circũfluit, iam totus Regis Karoli ſollicitatur exercitus. Romam veniunt quidam inopes, & laboribus fatigati, ac expenſis oppreſſi, & ideo D eorum prompti ſpiritu violenti appetitu ad bella eos accelerant, compellunt, & verbo & opere acerbio es efficiunt, & amicitiæ traditores. Vnde extingui celeriter propria ſueta cupiunt, vel cædis occaſione, aut ſpe pretioſorum eorum ſacrorum mobilium amplo voto cogitant, & affectant. Cõtrahit tamen & ipſe Karolus, & alij de exercitu ſuo mutua à Romanis mercatoribus qui deſiderabant in Regno Siciliæ libertatis immunitate gaudere, multaque præcedenti pollicitatione recipiunt. Reconciliantur quamplures Gibellini Romani, & ad Regis Karoli gratiam cum quadam promptitudine redeunt, ex quibus Petrus Romanus iam dictus qui Regis eiuſdem quondam proſequebatur honorem, nũc maieſtati Regiæ deuotus efficitur, & ad ipſius fidelitatem gratioſius admittitur. Hic vt dictus Rex de conuerſione ſua pignora certa reciperet contra Manfredum vna cum Regis exercitu vltra ſe offert iturum. Profecto modica ſuppellex, rerum penuria, & carẽtia pretij Gallicos inſtantiſſimè impellebant ad Regnum: ſicque à Dominis Cardinalibus ſupradictis ſuſcepta cum deuotione venia omnium peccatorum, quam auctoritate Summi Pontificis poterant indulgere verſus Ceperanum, vbi Regni, & Campaniæ fluuius quidam confinia diuidit auida voluntate feſtinant. Cardinales vero prædicti extra Vrbem tantum Regem traducunt; eundem ibi iuxta formas ipſum mutuo pacificè oſculantes, & ſignantes eum crucis ſignaculo abire licentia data permittunt. Pater tamen ille magnificus Dominus Riccardus ſancti Angeli Diaconus Cardinalis natione Romanus vſque ad caſtrum Molariæ proprij impenſa peculij pro ſua & ſuorum perpetua propenſione comitatus eſt Regem prædictum.

Manfredus vero ſtatus ſui huiuſmodi ventura flagella præſenſerat, ac veluti in extaſi ac alto terroris inuolucro poſitò, ignorat penitus vbi venientibus hoſtibus ſe opponat, vbi eis obſtacula præparet, vbi obſiſtat eiſdem, & dum ad reſiſtendum propterea flumen repetit, vt per ſe facta impedimenta ſint talia, quod hoſtes in oppoſitum conſtituti nequeant ſe manualiter iungere, nunc Capuam, nunc Ceperanum, & tandem Beneuentum feſtinus diſcurrendo greſſus dirigit, & reuoluit. Quamlibet enim terrarum huiuſmodi alta fluminis ripa fortificat, ac profundi defoſſum aggeris roborat; ſed preſcitus ad malum obſtinatus Mãfredus qui apud Ceperanum gentis ſuæ reſiſtentiam ordinare debebat paſſus Regni vacuos, & ſine cuſtodiæ munitione reliquit, vt liber ad Regnum aditus pateat inimicis. Verumtamen in caſtro ſancti Germani duo millia Saracenorum, & mille equites iuſſit pro tuitione morari: ſicque Rex Karolus cum ſuo victorioſo exercitu Regnum liberè ingreditur, de cuius amœnitate iam aſpergitur noua lætitia, iamque gaudio votiuo completur, & diem quamlibet pro anno ſibi computat effluere donec reſiſtentium aduerſariorum poſſet faciem intueri. Venit igitur propere ad quoddam inexpugnabile caſtrum quod aliquid contrarij videtur habere, cum Rocca Arcis appelletur à vulgo: hac enim Rocca vix fortior poſſet inueniri, quam rupes montuoſæ circumdant, & quaſi de medio petrarum confixam ſaxoſa montium prærupta conuallant. Hanc Gallici pedites quaſi leue quid eſſet miraculosè cõſcendunt, ad quam niſi nouiter mutaretur infirmitas, vix crederentur poſſe per longa tempora deuenire, ſed ſicut Deo placuit Caſtellanus inibi deputatus violentis perterri-

tus

tus Gallicorum inſultibus, & præ multitudine copioſa exercitus caſtrametati per ipſius caſtri circuitum ſtupefactus miſericordiæ mercedem implorat, cui mandata Regis Karoli coacta voluntate petenti Rex ipſe perſonæ veniam benignius indulſit, & mobilium rerum ſuarum quas in eodem caſtro habebat omnimodam tutelam ſpopondit.

Fama itaque referente per patriam quod gentes Vltramontanæ, tam fortiſſimum, & inexpugnabile caſtrum belli ſubiugauerant inſultu, quælibet terra quæ ea ſe minus fortem eſſe putabat, & debilius poterat ſe tueri tanto magis diem conflictus, & expugnationis expectare formidat. Vnde factum eſt quod quæcunq; ciuitas, caſtrum, ſeu caſale ſitum eſt in circuitu Burgi ſancti Germani prædicti abiurato Manfredo Domino, & Regis Caroli mandatis deuotè parendo ſigna ſubiectionis, & fidei voce confitetur, & opere. Iam famelicis, & fatigatis gentibus de ſuorum victualium fœcunditate ſubueniunt & quæque pretioſa pro libertatis dono aſſequendo Regi offerunt, & militibus Regiis.

Sed hæc modica pars Regni, nec tanta, nec talis erat, quæ de ſubſtantia ſua replere poſſet vacuum Gallicorum, ſeu eorum reſarcire penurias, vel anxietates extinguere, vnde ſuccedentibus eis ad votum vndique proſperis vigoroſiores, & magis voluntarios ad ſpolia, & excidia hoſtium, requiemque ſuorum laborum Princeps iſte mendicus ſuos in his efficit, & velut aſtur, quæ plumis deformis ſuſcipitur ad capiendos æſtiuo tempore teneros perdicum pullos, quos debilis volatus nondum defendere rapacibus valet ab vngulis per doctum aucupem prouida incitatione dirigitur, vt capta præda, & pullorum huiuſmodi ſanguine prægustato, deplumare iam diſcat, & efficiatur poſtmodum magis rapax. Ita Gallicorum innata complexio, quæ per ſe ſpeciali ferocitate ſuffulta ſine pauore mortis infert, & refert exitiália iacula ad illas rationes occiſionis accenditur, & ad ſpolia prædicta violenter allicitur iam pro matura feliciter capta præda, & deliciarum Regni dulcedine prægustata.

Huius igitur ſucceſſu felicitatis accenſi ad caſtrum ſancti Germani, vbi magnam partem opponendæ reſiſtentiæ inuenire credebant, propere nimis pergunt, & cum omnes fere machinas, quibus mobilium equorum ſuffragio vti conſueuerant in obſidione caſtrorū ſecum feciſſet Rex Carolus per multitudinem curruum deportari, ibi apud S. Germanum ſinguli de curribus deponuntur, & currus pariter, & aurigæ ſubſiſtunt. Verum nihil his machinis, & aliis ſimilibus generibus oppugnandi profecerunt, nam quanto inualeſcebat Gallicorum animoſitas, tanto in hominibus terræ creſcebat audacia. Inſultum igitur manualis pugnæ contra muros à latere fluminis feruenter incipiunt, & quoniam plus Latini de more quam Gallici conſueuerunt, & induſtrioſius etiam oppugnationes caſtrorum huiuſmodi gerere, quam Vltramontani, nonnulli nobiles animi & corporis vires, & virtutes cum quadam feruoris anticipatione moliebantur oſtendere, inter quos Petrus Romanus Romanorum proconſul ſuperius nominatus cupiens Regis eiuſdem gratiam redimere mentis, quam apud eum demerendo perdiderat, locum pugnæ cum quibuſdam commilitonibus ſuis anticipans, ipſius Burgi muris ſine diſcrimine approximauit impauidus, quem iactus frequens innumerabilium lapidum, illorum videlicet qui muros tuebantur coſdem vſque ad mediam corporis partem obſedit in tantum quod ſe mouere non poterant, ſed eum quaſi perditum Gallicorum, & Latinorum ſuccurrentium promptitudo ſaluauit, cuius audaciam videntes corda fortificantes, & animos & cœptum continuantes inſultum ita fortiter dimicarunt, vt fugatis murorum defenſoribus portā occupauerint prædictam. Profecto tam duriſſimum inſultum Sarraceni, & alii qui pro ingreſſu exercitus ad cuſtodiam ſancti Germani per Manfredum fuerant deputati oculis intuentes, & maiorem illo mentis intuitu recenſentes, ſe fugæ præſidio commiſerunt, cum non ad impellendum ex deliberatione potius eſſent acti: ſed his fugæ remedium vſque quaque non profuit, nam maiorem ipſorum partem Gallicorum gladius ſine miſericordiæ venia trucidauit. Occubuerunt inibi ſine numero multi quibus non pepercit Gallicus, vel Latinus, & eorum corpora, quæ præ vulnerum confuſione crudelium diſcerni vix poterant in eſum eſurientium animalium iacebant expoſita, & famelicis volatilibus derelicta, nonnulli tamen manum Gallicam euadentes, & fugam vſque Beneuentum continuantes, vbi Manfredus cum magno exercitu Teutonicorum, Lombardorum, & Regnicolarum aderat, ſatis verè poterant de huiuſmodi ſtrage referre. Cumque denuo ſucceſſus & proſperitates Gallicorum multiplicantur feliciter, violentius eorum inualeſcebat audacia, & voluntatis anxiæ promptitudo creſcebat; vnde nullo quæſito diffugio, ſed ſublato quolibet more diſpendio ad Manfredum peruenire deſiderant, & cum ſuis militibus confligere anxiantes vſque fores ad validas ciuitatis Beneuentanæ actu continuo, & impulſu nō ceſſant aduerſariorum reliquias proſequi, & dum nec ſibi nec equis eorum parcerent qui erant præ longo itinere fatigati, quaſi omnes deficere videbantur. Sed tanta erat ſpoliorum auiditas ſuccedentibus eis vndique proſperis quod totius laboris & diſcriminis onera leuia reputabant.

Poſtquam igitur Gallici continuo, & ve-

luti Arcerus Siculus, qui de mane ad veſperas clamans ſequitur, fatigati ad quendam campum de prope Beneuentum deuenerũt in quodam colle, qui reſpicit ex oppoſito Beneuentum, cuius diſtantiam alueus fluminis tantum facit, figunt accelerata veſtigia, & dum ſic ſunt in ipſo colle caſtrametati, Rex Karolus qui continuo motu per exercitum frendens, ſicut aper dentibus diſcurrebat, multos militiæ cingulo ad perpetuam rei memoriam decorauit, continuo quaſi clamore has voces cateruis exercitus emittendo. Hic clarius apparebit quales habent Gallici milites? qui militiæ zelãt honorem? Sanè poſt hæc primatibus exercitus congregatis in loco campi, vbi qui voluit potuit intereſſe his eos verbis breuibus alloquitur,

Parlamentum Regis Karoli.

SCiatis certiſſimè Domini Milites, quod de loco iſto in Franciã fuga longos habet protractus, vt pugnemus venimus, ſi ſuccumbamus hoſtibus ſine ſpe miſericordiæ moriemur, fugæ præſidio nullum tutelæ patrocinium nobis impendetur, quia gentes per quas venimus, ſicut nos venientes honorabiliter tractauerunt, & reuerenter impenderunt nobis gratum obſequij famulatum, ita nos fugientes animis eorum in prauitatem conuerſis quadam æmulatione vſque ad mortem perſequentur. Reſiſtamus ergo viriliter, & pugnemus audacter, vt vel omnes vno ore degluttiamur, vel ſperatum triumphum ex hoſtibus conſequamur. Tolerabilius enim eſt mori, quam fugere, nam fuga anxia multiplices mortes inter odientium diſcrimina ſecum trahit. Nos quidem confidentius poſſumus dimicare, cum enim aduerſarij, quos anathemate excommunicationis ſententia perculit ſub illius nomine ſathanæ, cuius manibus per huiuſmodi ſententiam ſunt à Sede Apoſtolica mancipati cum æternæ vitæ deſperatione confligunt. Nos non ſolum ſub illius celebritate vocabuli, qui pro nobis pati, & affligi vſque ad mortem voluit, cum ſpe, imo cum certitudine miſericordiæ ab ipſius Vicario, ſolliciti tamen ſitis vndeuenientium ad pugnam prius equos lædatis, quibus ſuccumbentibus ſeſſores ad terram proſtratos, & pannorum grauitudine lentos, & hebetes noſtrorum peditum prompta manus excipiat, & trucidet. Reguletur taliter prouidentia veſtra quod ſinguli iuxta ſe ſingulos pedites habeant, vel binos ſi poterint, etiamſi non poſſent alios quam ribaldos habere: tum pro equis interficiendis hoſtium, tum pro conterẽdis iis quos excuſſerant, vel in acie præ labore continuo quieſcere non ſinant. Ideo potentes, & fortes, quod niſi taliter iuuent, valeant cum equis hoſtium pari labore concurrere, & longa in bello mora durare.

His igitur regulis præmuniti velut canis in venationibus Domini ſui vocibus ad prædam quilibet campum paſſu voluntario coiuit, & quærens quem deuoret cibum ſicut famelicus Karolus lætus expectat.

Interea nonnulli Barones Regni quos propter ſuſpicionis cauſas factos à Regno exules aliena diu patria fuerat, caſtra & terras innumeras quarum dominium iuſtis titulis dabat eis licentia Regis Karoli quam in Regni obtinuerant ingreſſu per diuerſas Regni prouincias occupant, & patrimonia ſua recuperant. Propterea Regnicolarum corda cœperunt inter ſe mutari non modicum, & generaliter minores gaudere. Credebant enim firmiter quod iam Regnum eſſet votiuæ tranquillitati paratum, & ex aduentu Regis Karoli libertati omnimodè reſtitutum. Minantibus itaque Regnicolis vſquequaque per Regnum, non ceſſant interea fortes belli parcere diſcrimini, & quilibet, vt fortius dimicet ſe accingit.

Manfredus tamen qui ſemper de inſtabilitate, & voto contrario illorum de Regno merito dubitabat, ſuis Comitibus hos ſermones eructat.

Parlamentum Regis Manfredi.

HOſtes noſtros quos iam diu fama, & clamatio pronunciauit eſſe venturos videtis in oppoſitum exiſtentes, & per Dei gratiam tantos, & tales eſſe viſa noſtra non iudicat, quantos & quales fama referente credimus, malos equos, & macilentes & paruos habent; & ſi ſunt ibi aliqui magni equi, extenuati præ labore nimio parum valent. Dum ſic ſunt fatigati, priuſquam quæſita requie conualeſcant, & fortificati aliqualiter omnino inualeſcant approperemus horam conflictus, & in media acta ruamus, etſi ineuitabiliter fuerit, moriamur. Gallici enim in ipſo inſtanti videntur audaces, nec ſunt ſtabiles, nec animum habent fortem: omnino ſunt pauidi quando reſiſtentiam aliqualem inueniunt. O bona poſteritas memoramini geſta progenitorum noſtrorum, nonne Teutonici gẽtes iſtas antiquitus viliſſimas reputabãt? nonne hos & alios requirebant Itali, & eorũ mero dominio multifariè ſubmittebant: Fortiores ſumus patribus noſtris, & maiori etiam perſonarum, & rerum potentia præditi, quid veremur? quid formidamus? certe nihil aliud cogitemus, quam in exterminium hoſtes adducere, & eos à facie noſtra delere.

His & alijs Manfredus Gallicorum mores, & facta vilificans ſuos viriliter animabat, ſed Comitum ſuorum quilibet iuxta ma-

magnanimitatem, & imbecillitatem animi ſecundum quod magis, & minus fidelitatem ſibi ſeruare diſpoſuit, voluntatem ſuæ mentis aperuit, & ſuadebat, vel diſſuadebat pugnam, ſecundum quod virtus, & vitium animi miniſtrabat. Verumtamen de hora pugnæ Manfredus conſilio cuiuſdam Aſtrologi regebatur: ſed cum iam deliberatione præhabita compertum per artem eſſet quod felici omine pugnam poterat aggredi, quidam ex Comitibus ipſis proditoria obſtinatione corrupti, & machinationem nequiſſimam moliti diſſimulantes ſibi diſplicere prælium, ſolum commodum ipſius Manfredi fore ſi non confligerent, prætendentes ipſum Manfredum fore, ſi non confligeret, pro dignitate ſpurij derelinquendum. Quidam etiam, quos idem Manfredus ad ſe tūc temporis fecerat accerſiri, ſumpta cauſa, vel occaſione potius quam quærunt volentes recedere ab amicis, ſubſtituerūt in locis primis futuros ſucceſſus morantes potentiæ vtriuſque: ſed qui pares cenſeri poterant in crimine, inde fines ſimulabant ſe ad terrarum ſuarum cuſtodiam remanere.

Inter hæc Manfredus cum quibuſdam Lombardis Comitibus, & maxime cum Gualuano, Iordano, & Bartholomæo, & cum quodam Theobaldo de Anibaldis ciue Romano ſecretum fecit conſilium, & ab eis prudenter an intendant ſtatim contra hoſtes irruere ſciſcitatur, an quidem de attentanda pugna videatur eiſdem diligenter interrogat. Hi ſanè cum eſſent homines bellicoſi quibus aliquando famosè triumphus ex bello ſucceſſerat, & fortuna proſpera in eorum aliquando principijs amiſerat quodam motu voluntario regebantur, vt animo videlicet plus quam viribus crederent, & furore plus quam virtute ſe vincere poſſe ſperarent. Vnde viua & prompta voce ſtupeſcentes quomodo de eo quod Manfredus iam eorum in vltimis probitatem expertus indagabat ab eis, clamant, & dicunt, Et ſi ſtatim nos oporteat mori tecum non te negabimus, perſonam tuam ex cuius vita, & obitu noſtræ felicitatis ſubſtantia, & vltimæ infelicitatis dependet occaſus, è veſtigio ſequimur, & te feliciter viuere, noſque ſub militaris honore fortunæ fideliter pro te mori volumus, & optamus, & vt fidem quam pro defendenda regalis nominis libertate congeſſimus ſtatim noſtra teſtificentur opera, primus noſter erit aggreſſus.

Incipit hic pugna Manfredi.

CVmque in huiuſmodi voluntatis examinatione perſiſterent, & militiæ agmina, nec non agminum præpoſiti deceſſerint clamor æthere tantus inſonuit, quod ſicut fertur vſque ad Alfim ventus impulit murmura, & veluti cum freta feruent vali-

A lida ventorum cōcita tempeſtate, omnium perturbabat auditum. Saraceni namque de Luceria, maxime arcerij numero decem millia mandati fines furiosè tranſgredientes, dum ſic Gallicos cogitarent arcuum perterrere miſſilibus, quod poſtea Teutonicis, & Lombardis quominus prædictos Gallicos expugnarent nullius difficultatis pararetur obſtaculum, circa flumen veniunt. Sed Gallicorum ferocitatem plus concitāt, & accendunt quo magis militum cohortibus appropinquant, clamant de more, & quaſi cadentes hoſtes contererent vocibus, clamare continuo inualeſcunt. His occurrunt ribaldi qui congregati de facto ad ma- B nus adueniunt, & comperto quod Saraceni eſſent, clamant dicentes, porci ſunt iſti, qui ad nos cum tanto clamore deſcendunt; vnde quaſi inermes ſine alicuius magiſtri conductu, ſolita conciti furia velut arborum frondes quando in nubiloſa multitudine de loco mouentur ad locum, venientibus Saracenorum turmis occurrunt. Verum Saraceni more ſolito, priuſquam ſe iungant manualiter hoſtibus ex peracijs tela projciunt, & ſubito ſagittantes ribaldos ſine numero vulnerant. Emiſſæ plus vel minus, prout ex lacertis fortioribus prodeūt poſt terga ſagittæ ad inſtar ſerpentis inter ſtipulas progredientis congeminatæ ſibilant, & inopinatè, & irremediabiliter ex C hoc in illum fulgura ferunt. Sed dum frequentius eructantur in diuerſis corporum partibus nonnullæ ſubſiſtunt modo in capite, modoque in facie geminæ reſidentes noua figurant cornua, & geminatæ taliter affixæ circum pectus, & ſcapulas exomes vitium palmites ſimulant. Recipiunt huiuſmodi ſimulatos ramos innumerabilia corpora, ſed non funduntur, perforantur in nixum, & veluti greges ouiū in campis Apuliæ quando Boream de Dalmatiæ deriuatum montibus patiuntur, quaſi caduco morbo confectæ ſimul & ſubito in multitudine concidunt. Sic ribaldorum infirmitas quorum caſus parum, vel D nihil Regis Karoli tangebat exercitum, exanimis redditur, & expirat. Milites autem Gallici Ribaldorum ſtragem occumbentium ſubito factā noſcentes, & dolentes potiſſimum, ne Saraceni ex hac ſtrage ſumāt vigoris audaciam, & contra eos fortius inualeſcant, quandam ſeruientium aciem deputant qui Saracenos in campo clamantes inuadant. Irruunt quidem equites numero forte mille in Saracenos prædictos & ita fortiter percutiunt Saracenos, quod mortificati vniuerſaliter cum arcubus, & quodāmodo facti exanimes ſolo metu ſe nemine adhuc percutiente proſternūtur, facti ſunt veluti paſſeres in ſepibus, quando in eos Niſus de aere ſubito veniens irruit, & gregales aues, quas audax Aquila quaſi de cælo corruens proſternit in nemore. Trucidan-

dantur cânes,& corui corpora quæ Gallicus gladius ſine pietate aliqua extinguebat, laniata ſicut venales carnes carnificium canibus relinquuntur.

Ad hæc Comes Iordanus promptus, & audax, cuius aliquando fortuna iuuit audaciam, non expectata deliberatione Manfredi, ſtatim cum mille Teutonicis profiliuit in campum, & dato ſigno inter comeſtabulorum caterúas bellum fortiſſimum, cum illis ſeruientibus Gallicis inijt. Ij quidē ex multa Saracenorum occiſione fatigati, & quia nec erant tales, nec equis talibus inſidentes, quod occurrentibus Teutonicis poſſent obſiſtere, ſuccumbunt protinus, & pauci è Teutonicorum manibus potuerunt effugere, omnes fere Gallicos gladius deuorat, omnia obiecta agmina lacerat. Erant enim prædicti Teutonici melior quaſi pars totius exercitus Manfredi.

Hoc autem Rex Karolus intuens, fremēs, & furens modo perſonaliter in Teutonicos volebat irruere, modo vſus ſaniori conſilio ſubſiſtebat, ſed tamen ordinatis banderijs, & magiſtris militiæ, ac præpoſitis agminum qui in campum venerant, mille milites ſuos electos iubet inuadere. Sortes igitur contra fortes fortiſſimè nectunt, ſed Teutonicis finaliter ſuccumbentibus adſunt Gualuanus, Bartholomæus, & plures Comites cum Lombardis, & Teutonicis, & alijs caternatim bellum ſubmittunt, & confligunt duriſſimè ſicut poſſunt.

Belli ſic durante conflictu, ex vtraque parte deficientibus multis, quos vel labor, vel gladius comprimebat, aliam comitiuam Rex Karolus initum conflictum duriſſimè edicit ituram. Hoc quidem adeo fortificauit pro parte Regis Caroli bellum, quod omnino teuerſi ſunt Gallici præualere, imo potius præualebant. Ah ah Manfrede prædeſtinate ad malum. Totam pugnam & pugnæ modum oculis intuetur, & corde diuidit, iam iam omnino volens irruere denuo ſollicitus, & attentus, ſicut leporarius quem tenet venator, ſollicitatur bracchettis, & excubijs remotis laxiatum fremebat, & anxiabatur aggredi bellum: mandat cæteris Capitaneis, & Præpoſitis ſui exercitus quod illico deſcendant ad pugnam. Sed cum nonnulli de Regno, qui quoſdam falſos Comites, cum quibus Rex Carolus ſub colorato patrimonialis ſucceſſionis titulo ſpolia Regni diuiſerat ſequebantur nollent bellum ingredi, ſed proditoriè abſtitiſſent, Manfredus cum ſuis militibus mori potius eligens, quam eis morientibus alieno profugio vitam petere, quaſi deſperatus, cum prædicto Domino Theobaldo Romano, qui eum nullatenus dimittebat, imo quantum poterat ſuadebat quod omnino ſtatim aggrederentur bellum, & ſuis militibus qui pugnabant ſuccurrerent, & vel ſic omnes vnius affectus

A vna hora, vnus gladius deuoret, vel exaltet, inimicorum ſuorum ruit in medium, pugnat, percutit, percutitur, & expugnatur. Proh dolor! à ſuis ſic proditus inualeſcit violentia Gallicorum, circumdat aſtutia totum campum, nulli parcit Gallicus, ſingulos de Manfredi exercitu necant, & trucidant immaniter, lauant ſitientes manus ſuas in ſanguine occiſorum. Quamplures quidem attendentes inhumanitatem huiuſmodi, videlicet quod nec proſtratis Gallicus parcebat gladius, ſe mergebant armatis cum equis in flumen, demergi ſanctius eligentes in flumen, quam ſic immaniter trucidari: vnde quos gladius

B non contriuit, fluuius deglutiuit.

Facta eſt igitur tanta ſtrages, quod nihil in campo remanſit, vndique corpóra occiſorum equorum ſuper cadauera hominum quieſcebant, vix cadauer integrum, imo mutilatum diuerſimode poterat inueniri omnia in deſertum, & ſine prima figura iacebant impiè ſic tractata.

Rex itaque Carolus qui nondum de Manfredi obitu certus erat conſcendit triũphaliter ciuitatem veterem Beneuenti, & quæ diu anxiè affectauerat ſpolia, magis anxiè amplexatur, lætus comperit, & lætior excipit gazas innumeras, & pretioſa nonnulla, quæ non ſolum Manfredus in pro-

C prio gazophylacio, ſed & Conradus frater, & Fredericus pater in non modica congeſſerant quantitate, ex diuerſis quantitatibus auri compoſitis magnis aceruis ſollicitus adunat, quem faciebat ſola rerum indigentia, & diuturna penuria ſitibundum, Theſauros multorum Comitum incautos inuenit, & recondit. Ditantur vndique Gallici, nec tamen ſitis extinguitur, vel repletur exuries. Nam non ſolum occiſorum hoſtium ſpolia ſua faciunt, ſed ciuitatem miſeram ſine perſonarum exceptione diſrobant, & quod peſſimum eſt incolas cædunt, & externis inuentis ibi non parcunt. Cædes continua non quieſcit interea, ſed prædictos magis cædunt tanto

D plus fortiter, quanto plus ardent quoſlibet Beneuentanos adducere in exterminium & in prædam. Mittit in Siciliam Dominum Philippum de Monteforte, ac quaſlibet Regni prouincias viſitat per officiales, & miniſtros; veruntamen propter Gallicorum multitudinem quorum frequentia ſingulæ Regni partes complentur quælibet terra ſua deplorat incommoda, & clades perterritat. Non palpauit incendia exiguo, & continuo tranſitu, attamen violentos ſentit incurſus, & afflictione iactilis offenditur improuiſo; namque cum ijs qui ſequuntur caſtra fides, & pietas nulla inſit, naturam ſapiunt ignis, & fulgoris, vt videlicet omnia per quæ tranſeunt loca contaminent, & quos ita ſubito nequeunt interimere ſubactos ad inſtar ignis materiæ

denuo

denuo partes contiguas comprehendentis adurunt.

Ad hæc Rex prædictus tam glorifico triumpho magnificus, vt de Regnicolarum moribus Regnique conſuetudinibus ſe informet, quoſdam Regnicolas quos Manfredus penes officiorum adminiſtrationes, & miniſteria ante ſerioſe congeſſerat in ſuam familiaritatem aduettit, & receptat, inter quos quemdam Barolitanum præcipuè nomine Giezolinus de Marra, cuius primogenitores de montibus Amalphiæ traxerunt originem, ad tractus rerum domeſticarum, & commiſſionum regalium officioſitas Regi reddebat acceptum. Hic regiſtra prouentuum Regni, officiorum, ac officialium etiam per diuerſa ipſius Regni loca particulariter ponendorum habebat, in quibus non ſolum iuriſdictiones, & iura Regni per quæ ſelices contentis duntaxat eiſdem ſui feliciter conſeruabantur honores, memoriter erant inſerta, ſed omnes angariæ, perangariæ, collectæ, tagliæ, datiuæ, contributiones exercituum, immunitatum quibus Regum nefandorum impietas, & miſeros Regnicolas opprimere ac vexare didicerat ſtudioſius fuerunt rubricata. Huius Giezolini conſilio & ſuggeſtu Rex, qui Regum prædeceſſorum ſuorum vitæ in viuendo modum ſequi, ac mores eorum probabiles non prætendebat habere, legem ponit Regnicolis, nouoſque Secretarios, Iuſtitiarios, Admiratos, Protonotarios, Portuzanos, Dohanerios, & Fundicarios, Magiſtros Scholariorum & Magiſtros iuratos, Baiulos, Iudices, & Notarios vbique per Regnum, & ſuper hos maiores Præpoſitos ſtatuit. Hi religione iuramenti, quod in officiorum ſuſceptione conſueuerant præſtare præſumptuoſis ab vſibus violata vbilibet ſubiectos grauant indebitè, ac eis importabilia onera imponentes exigenda plus debito cruorem eliciunt ac medullas.

Prouocauit Regnicolas Dominus diris oppreſſos flagitijs, & iam mente corrupti violenter inermes quilibet inter ſe ſpecialis excogitata fraudis machinatione corrumpitur, & præ noui timore Domini plus gemitibus quam verbis alter alteri tactus dolore cordis intrinſecus intentionis ſuæ pandit arcana, & lamentabilibus ſaltem conqueſtibus ſuæ mentis reſerat voluntatem, ac triſtes voluens in pectore queſtus miſera eiulatione quaſi Neſtores lupis clamat, ò Rex Manfrede! te metnon cognouimus, quem nunc & ter etiam deploramus. Te lupum credebamus rapacem inter oues paſcuæ huius Regni ſecus præſentis reſpectu dominij quod de mobilitatis, & incōſtantiæ more ſub magnorum profuſione gaudiorum anxiè morabimur, agnum manſuetum te fuiſſe cognoſcimus iam fuiſſe, dulcia tuæ poteſtatis mandata ſentimus, dum alterius, & maiora guſtamus. Conquerebamur frequentius noſtram partem, partem in dominij tuæ maieſtatis adduci, nunc autem omnia bona, quod peius eſt, & perſonas alienigenarum conuertere debemus in prædam.

Quando Gibellini miſerunt pro Conradino & Frederico de Stuffen in Alemaniam.

Regniculis igitur vbique per Regnum murmurationes emittentibus, & lamenta, nonnulli de Regno ipſo hæc & deteriora recepta Comitibus, Equitibus, & Baronibus extetis, & abiectis, ac profugis, necnon & vniuerſis in Lombardia & Tuſcia Gibellinorum capitibus intimare procurant de aſpero, & anguſto ac importabili dominio Gallicorum. Quamplures inter hæc viri magnifici, videlicet Gualuanus & Fredericus fratres Comites prælibati Conradus Capicius, & Marinus eius frater de Neapoli, quibus ad preces B. de Pignatellis Archiepiſcopi Meſſanēſis vitæ veniam poſt euentum præfatæ deliberationis indulſerat, in Alamaniam ad ſuſcitandum Carolum dormientem, qui nondum ætate cœperat adulta pennescere propere ſe conuertunt, ibi enim de tota Frederici poſteritate ſolus Conradus natus quondam Regis Conradi eiuſdem Frederici filij, qui cum Frederico de Stuffen quondam Duce Auſtriæ, ac multis de Teutonica magnis viris linea conſanguinitatis coniunctus tanquam quoddam miraculum ſupererat. Ad hunc ſanè varijs licet alienis ſuaſionibus excitandum non ſolum prædicti exules, & alij quamplures de Regno perueniunt. ſed ab omnibus Gibellinis, & à ciuitatibus etiam Imperialibus de prouincijs ſupradictis, quę quondam ſub deuotione Frederici, & filiorum fuerant, ſolemnes nuntij deſtinantur, qui ſibi tanquam Regi venturo aurum, thus offerebant, & myrrham, ac eis de proprijs peculijs & ciuitatum ipſarum theſauros promittentes pro expendijs neceſſarijs ampliores non tantum ipſum qui corpus, & cor ætatis puerilis habebat, ſed alios eo maiores virtute, & ætate amicos, & conſanguineos ſuos ad delicioſas & feſtiles Regni epulas inuitarunt, quos illico illi feſtinis greſſibus concitauerunt ventutos.

Quando

Quando Conradinus miſit literas ſuas per Italiam.

Conflato igitur, & ſculpto ſigillo ſub Regis Siciliæ titulo Conradinus per Italiam literas ſpargit, & nuntios, & ſuum aduentum celerem fore pronunciauit.

Conradus autem Capicius de Generali Vicariatu Siciliæ ſubuentus ſub ipſius Conradini ſigillo, literas, in quibus ſe Regem Siciliæ confingebat, ſtuduit obtinere, dicens quod ad præparandas Domino ſuo vias eius in Regnum ciuitatibus prædicando aduentum volebat, vt præcurſor ſublato moræ diſpendio properare, ſicque obtenta ſuperioris licentia Piſis de voluntate quoque Principum Alamaniæ, ac oblata per eas ipſi Conradino in antea voce prænuncia promulgauit. Poſtulat interim hoc à Piſanis per mare ſubſidium quod poſſit ad præſens in Tuniſiū transfretare: & quia Piſani iam diſpoſuerant proſequi factū, & cauſã fauorabiliter, Conradini concedunt Conrado prædicto vnam galeam armatam quantum vehatur, ſuæque ſubſeruiat voluntati. Applicans igitur in Tuniſium Conradus Capicius prælibato Dopno Frederico nato Regis Hiſpaniæ cogitatu calido de inuadẽda Sicilia machinationem, factumque Conradini iuſtificans, & ſuorum magnificans potentiam amicorum, oblata libi per magnificos viros Italiæ, ac inſignia loca ſubſidia pluſquam ipſa foret veritas referebat. Prædictus enim Dopnus Fredericus, & Dopnus Henricus germanus eiuſdem quos inuidentia quam habebant de magnitudine, ac proſperitate fraterna, & abiectos & abſentes à propria diu patria fecerat, tũc quidem pro ſe, ac quibuſdam militibus de Hiſpania ſtipendia recipiebant à Rege Tuniſij, qui quotidianis caualcatis, & aſſiduę guerræ ſollicitudine angebatur per alios Saracenos. Hi ſane fratres Hiſpani pro Saracenorum conuerſatione diutina actibus Agarenorum imbuti, & fere Chriſtianæ Religionis obliti à Saracenis ipſis vita parum & moribus differebant. Verum Dopnus Henricus à præfato Tuniſij Rege habitus ex ſua ſuperſtitioſa ſuperba, & proditoria machinatione ſuſpectus ad ſeducendum, & concitandum Romanam prouinciam, & Curiam dimiſſus, ab Eccleſia ac Apoſtolicæ dignitatis auctoritate magnæ libertatis, & gratiæ immenſa dona popoſcerat, ac ſua nobilitate Sanctæ Matris Eccleſiæ Romanæ Miniſtros adeo videbatur inebriaſſe repente, vt ei deberet de Regno Sardiniæ prouideri, conditum fuit, & factum conſiſtorium & tractatum.

Quando Dopnus Henricus factus fuit Senator in Vrbe.

Quidam nobilis Romanus ciuis Angelus Capucia nuncupatus ſeditionem in Romano Populo ſuſcitauit per quem contra Vrbis Magnates cœperunt populi quibuſdam viris de qualibet Regione vijelectis ſecum adiunctis ſub pacis ſpecie viribus Magiſtratus eſt erectus. Hic ex contradita ſibi per dictum populum poteſtate qua quem vellet poſſet eligere Senatum, Dopnum Henricum præfatum contra plurium nobilium repugnantiam, & obſtaculum etiam Cardinalium aliquorum, qui iam aliquid de ipſius Dopni Henrici fraudulenta voluntate conceperant, ad Vrbis regimen euocauit, cuius euocationis ſolemnitas etſi fuiſſet ante publicationẽ à pluribus impugnata, & multorum corda non immerito durius pupugiſſet, tamen ſub quadam fuit gratitudine generaliter ab omnibus acceptata. Venit ergo de Romana Curia factus Senator ad Vrbem, & aliqua diu ſtatuta iuſtitiæ ſub æquitatis libra omnibus ſuæ poteſtatis appendens, tandem corde, & voluntate peruerſus, vita & moribus protinus regulatis abiectis, in arcum repente conuertitur inopinabilis prauitatis, Guelphis quidem Vrbis, & amicis Eccleſiæ, ac deuotis in abundantia mellis promiſſi verbo tenus fellicum, & venenoſum poculum actualiter ſubminiſtrat. Concipit iſte ſimiliter odia contra prædictum Regem Siciliæ, cui gradu attinebat conſanguinitatis, & cum de Sicilia, & ſuorum ſucceſſuum felicitate inuideret, quærebat opportunitatem vt eum per viam aliquam poſſet perenniter exterminare, vel cędere, aut in Regni poſſeſſione eundem ſe Regem habere legitimum, & motum ſui animi fore iuſtum pro eo quod eidem Regi quando primum contra Manfredum inops, & iam ſubſtantia tenuis veniebat, aſſerebat ſe non modicam pecuniæ quantitatem de proprio peculio mutuaſſe, quam dictus Rex ad fortunam veniens pinguiorem ſibi, vt bona fide ſpopondetat reddere contemnebat.

De aduentu Conradini in Italiam.

His contra præfatum Regem, imo ex cordis iniquitate Conradino Italiam iam venire diſpoſito, & parato literarum, & nuntiorum deſtinatione confœderat, & ei poſſe ſuum ac Romanorum potentiam ſubſidioſè ſpondens contra Regem Karolum experiri multis ipſum inductionibus ad celeriter veniendum reddit attentum oſtendens

dens ſibi mendaciter quod aduentum ſuum Regnicolæ, & Roma, & tota Italia ſuſpirabat, & aſſerens eidem Gibellinorum ſalcem ſubſidia non poſſe deficere, ac ſe etiam toto animo hoſtiliter Gallicis ſore armatum obuiaturum. Ad huiuſmodi igitur grãde factum exhortatione ac pollicitatione ſuggeſtum ſtatim Conradinus ſollicitatus omnibus inſtantiſſimè quibus vltra ſe promiſerat venturum in Italiam eſſe, congreſſus accinctos magis accelerat.

Interea perfidus Chriſtianus Dopnus Hẽricus variè excogitans ac tentans omnes nobiles Vrbis Guelſos vna hora ſimul in Capitolio irretiri ad inſtar piſcium quando plures numero vno tractu retium capiũtur, facit ad ſe prædictos nobiles proditoriè accerſiri, cumque nobilium ipſorum alter alterius vocationem penitus ignoraret, quamplures intrepidi, ſed decepti Capitolium aſcendunt. Sunt autem prædicti nobiles Dominus Neapoleon, Matthæus frater eius de filijs Vrſi, D. Ioannes de Sabello, Petrus Stephani, & Angelus Malabranca. Hos tamen qui nihil de excogitata fraude præſenſerant ad vocationem prædictam pure ac ſimpliciter venientes ſtatim Dopnus Henricus cepit, captoſque iuſſit in Capitolio priſonari, quibus in ipſo captionis initio nullam motu, vel geſtu formam turbationis, aut alicuius aſperitatis oſtendit, imo præconceptæ contra eos fraudis petula lenitate verborum ſagaciter temperabat virus: & merito ne propter huiuſmodi captorum detentionem tam ſubito ſeditioſus contra eum tumultus commoueretur in populo. Poſtquam vero dictos captos verbis aſſecurauit mellifluis, perpendens quod concitata populi corda quieuerant, ex eis aliquos videlicet Dominum Neapoleonem, & fratrem apud Monticellum, quod eſt caſtrum fortiſſimum prope Tybur, inibi moraturos in carcere ad ſuum beneplacitum deſtinauit, & tamen vt eos de diſtrictu extraheret Vrbis, eoſdemque poſſet libere conſeruare apud Sarraciniſcum quod eſt caſtrum Conradi de Antiochia nepotis quondam Frederici prædicti iubet exacta cuſtodia in arcto carcere detineri. Verum ex reliquis in Capitolio ſic detentis prælibatum Dominum Ioannem de Sabello de quo cum eſſet homo probatæ fidei zelans pacem & tranquillitatem Vrbis toto mentis affectu nulla ſiniſtra peteret ſuſpicio, receptis primo ad cautelam pro eo quibuſdam fideiuſſoribus, & Luca eius filio dato obſide pro excambio à carcere Capitolij relaxauit.

Et quia Raynaldus de filijs Vrſi vocatus cum alijs Capitolium non conſcendit, interim ſe in caſtro Marini non ſine audaci promptitudine receptauit iam dictus prædo Chriſtianus contra eundem Dominum Raynaldum duxit copioſum exercitum Romanorum, & caſtrum ipſum dira obſidione circumdat, Cumque ratione nequiret caſtrum ipſum quod quamplures de Vrbe ſtrenui milites, & pedites tuebantur, ſicut firmiter credidit expugnare, redit ab Vrbem furibundus, & fremens.

Quomodo Dopnus Henricus extendit manus per Eccleſias, theſaurum accipiens.

QVI in Vrbe commorans non contentus in viros Eccleſiaſticos, & Eccleſiæ Romanæ deuotos manus immaniter immittere violentas, ad theſauros innumeros quos conſeruabant Eccleſiæ ſceleratas manus execrabiliter extẽdere non paueſcit. Sunt enim Romæ diuturni mores, quibus non ſolum Romani, qui aliquas pecuniarum ſummas modo quolibet congregant, vel habent res pretioſas quas propter latrones, hoſtiumque incurſus in domibus proprijs conſeruare formidant, ſed quamplures exteri vicini libentius petentes Romam ſacris in Monaſterijs, & Eccleſijs magna, & multa deponunt peculia, quæ per longum tempus non requiruntur à dominis, conſiderato quod in locis ipſis cum integritate ac tutela conſueuerunt depoſita conſeruari.

Ad hæc itaque diripienda depoſita contra ipſarum Eccleſiarum priuilegia libertatum prædictus Dopnus Henricus anxijs inſtar conatibus, totoque incenditur mentis ardore, ſicque prædo ſeuerus Deum, Eccleſiam, & homines non verens offendere loca depoſitorum huiuſmodi quadam audet promptitudine temeritatis inuadere. Hic confringit ſacrilegus oſtia. Hic confringit ſacrilegus oſtia, hic Sacriſtias violat ſceleratus, hic fur violentus aperit catenus Clericorum, inde pecuniam, inde argentea vaſa, & aurea, inde ſacras veſtes, & quæque pretioſa diripit, & aſportat procul. Proh dolor! Lateranen. ſancti Pauli, ſancti Sabæ, ſancti Baſilij Auentini, ſanctæ Sabinæ, & aliorum Monaſteriorum, & Eccleſiarum loca & lugent ſuis diſturbata depoſitis, & altis clamoribus conquerendo pro voce dant gemitum, & per illum doloris ingentia ſuſpiria, & ſingultus: orant Eccleſiaſtici viri, & has voces ſub incendio lugubris infelicitatis emittunt. O infelix Vrbs vrbium Roma, tot ſanctorum Patrum glorificis ditata reliquijs, tantaque gentium alienarum frequentia in ſuis venerabilibus ſanctuarijs honorata, facta es modo opprobrium, & ſubſannationis illuſio gentibus, quæ circumſtant. Venerunt inquam gentes in hanc Sanctorum hæreditatem, quæ in cordis inſipientia Deum in Sanctis ſuis non cogitant, & dum diuina templa polluere non formidant, Eccleſia-

rum

rum pecunias, & loca deſolauerunt ipſarum. Ergo ſuppliciter nos peculiaris Chriſti, & Eccleſiæ ſuæ populus, grex Dominicus, & paſcua, boni paſtoris oues, & tu Deus vltionum Dominus hanc tuam, & Eccleſiæ tuæ temporibus noſtris vlciſcaris iniuriam. In conſpectu tuo ſic gemitus compeditorum introeat, ſicque oppreſſorum clamor ad ſedem maieſtatis tuæ aſcendat, vt iniquitates iſtas quas fidelis populus tuus patitur à gentibus quæ te non nouerunt prouida clementia tuæ propitiationis aboleat, & miſeratio tuæ pietatis abſtergat.

Iam inter hæc Conradinus vna cum filio Ducis Auſtriæ, comitante ſibi equitum Teutonicorum manu in Lombardiam de Alamania venerat, vbi aliquantulum moram trahens fautorum quondam Manfredi patrui ſui tam de Tuſcia, quam de Lombardia cepit tunc quondam per literas oblata ſubſidia, ſed ſedula conſideratione attendens quod ad inuadendum Regnum, & Gallicos in Regno morantes pro illorum comitiua Teutonicorum qui ſequebantur ipſum non poſſent etiam triplicata ſufficere, conſiderauit tamen quod Gibellinorum, vſquequaque ſubſidijs, quæ tam à ciuitatibus, & locis prouinciarum ipſarum, quarum contra Regem Karolum videbatur pariter agi negotium, quam etiam à perſonis particularibus, quas vel vicinorum inuidia, vel temporalium bonorum cupido conciabat ad arma ſumenda, oblata & deſtinata demum ſibi fuerant, in vno eodemque exercitu contra Regem ipſum vnanimiter adunatis poterat cum Gallicis qualibet ſuccumbendi ſublata formidine victorioſè pugnare. Vnde contra monitiones mandati, & inhibitiones tandem expreſſas Romanæ Sedis Antiſtitis cum anathemate excommunicationis ſententiam mente iuuenili temere in hac parte contempſit, Romam quamcitius venire feſtinat, vt & fautoribus, & complicibus ſuis eius aduentum expectantibus celeriter votum animi ſui promat: plus tamen verboſis literis, & præconijs quam pedibus molitur in iam deliberata veſtigia. Enim enim fugientem ſuaſiones, & ſtimuli fortius ad vltima fatorum excidia impellebant, eumdemque in tantum ſub deluſoria ſponſione Atecij trahebant ad nubilum tenebrarum, & ſub felicitatis oſtentamento futuræ, debilem, & inſanum in medium procellarum fluentium addicebant.

Fama igitur de prædictis ad Conradum Capicium, & Dopnum Fredericum qui adhuc erant apud Tuniſium deuoluta ſtatim ſub fauore illius Regis Tuniſij cum ducentum Hiſpanis totidem Teutonicis, & quatricentum Turcis ſtipendiarijs quos in Tuniſio ad Regis eiuſdem ſtipendia commorantes, auidos ad ſpolia Siculorum iamquam alias expertos temporibus retroactis eſſe

A compererant, in duabus nauibus in quibus quidem decem & ſeptem equos induxerant cum eis, multis tamen ſellis & frenis muniti in Siciliam transfretant.

Hos quædam terra quæ vocatur Sehiacca regalis dominij, ſed dehabitata primordialiter receptauit, ipſiſque nonnulli Siculi quos tanquam perpeſſos ſucceſſionis occaſione exilium auerſos adhuc ſpes vacua fouebat, grandia enſenia præſentarunt per quæ non modicum eorum debilis fortificatur aduentus.

Conradus igitur Capicius per totam Siciliam ſpargit literas, ac ſe Illuſtriſſimi Regis Conradini Vicarium in Sicilia generalem B literali fictione deſcribit, tales literarum tenores inter alia intimando. Ecce Rex noſter cito veniet in celebri magna potentiæ maieſtate in manu potenti, & brachio excelſo nimis, veniet tanquam verus Dominus nouus Rex, & naturalis ſucceſſor ad hæreditatem ſui regiminis, & patrimonij, gentem quam vnanimiter oppriment exteri, & gregem non ſuæ poſſeſſionis quo poſſeſſor violentus abutitur liberare diſpoſuit, & ſe erectam in antiquis felicium progenitorum ſuorum libertatibus conſouere.

Cuius ſane Conradi Capicij nuntios, & literas quamplura loca, & nonnullæ perſonæ recipiunt, ac Conradini aduentum C gratificant, & acceptant, eò quidem perueniente inſtabili voluntate, vt ad Conradini nominis, & honoris magnificationem aſpirent: ſicque tota Vallis Mazaræ, totaq; Vallis Nothi, & fere tota Sicilia exceptis quibuſdam locis inſignibus, vt ſunt Panormum, Meſſana, & Syracuſæ dictorum Conradi, & Dopni Frederici beneplacitis, ſaltem nutibus obtemperare videntur. Cumque quidam Fulco de Podio Riccardi Prouincialis natione Vicarius tunc in Sicilia Regis Karoli generalis videret Siciliam tam ſubito ſtudioſa machinatione commotam, contra prædictos Conradum & Dopnum Fredericũ adhuc in Schiacca propter equitum paucitatem multum debiles exiſtentes, amicorum, & aliorum de conſenſu quorum D fraudulens voluntatis propoſitum ignorabat exercitum congregauit. Verumtamen prædicti milites conuenerunt ipſum Fulconẽ, & quod multi violata mente conflictum cum hoſtibus in montaneis inirent, ſedula denuo ſuaſione confortant, hac conſideratione potiſſimè, vt ipſum ſagacius, & liberius pro voto poſſint adducere in præcipitium, & ruinam, ac eundem, & gentem ſuam in cibũ & prædam exercitus hoſtium præparare, & ijs ipſis profectis quamplures extranei proditoriè fabricauerunt bannerias, & vexilla vt deſcendentibus hoſtibus ad conflictum ea in ipſorum hoſtium auxilium, & exterminium reliquorum terga vertentium exigerent, & bannerijs, ac vexillis erectis de amicis noua quadam mutatione

tione facta ſubito gladios, & lanceas conuerterent in amicos.

Factum eſt itaque quod dum prælibatus Vicarius prope Schiaccam magnum Siculorum exercitum cógregaſſet, & illi potiſſime qui vocati in partibus illis vexilla ferebant appellati vulgari linguoſitate FERENTES fidem RegisKaroli profiteri viderentur, iam dicti Conradus & Dopnus Fredericus, cum equis, & equabus, quos & quas inuenire tunc poterant in illo modico temporis interuallo verſus exercitum contra eos adductum quaſi familiares hoſtes inimicis domeſticis appropinquat.

His igitur iuxta eiuſdem exercitus ambitum audacter ſubintrantibus loca caſtrorum ſtatim in ipſo debili eorum congreſſu nullius tutela defenſionis adhibita Siculorum agmina fugata finaliter exparguntur, ac Prouinciales in prædam hoſtium derelinquunt, ex quibus alij erectis fabris & fabricatis hoſtium ipſorum in ipſa fuga ban-A nerijs & vexillis poſt ipſam ſimulatam fugam, cui ſe videbantur propter impugnantium formidinem commiſiſſe, poſt commiſſionem hinc inde iam factam intrant ſuorum agmina pedetentim, conuerſique repente in arcum prauæ malitiæ conuertunt manus & dimicant contra ſuos.

nibus, exactionibus multis Eccleſiam San-
ctæ Sauinæ, homines ſuos, & Eccleſias ſibi
ſubditas moleſtabat, & iugi perſecutione
vexabat, Oddo vero in noſtra præſentia
conſtitutus iuſſu noſtro in omnibus obie-
ctis ſibi reſpondit dicens, quod Eccleſiam
Marſicanam, Eccleſiaſque ſibi ſubditas nū-
quam in aliquo vexabat, eiuſque homines
in nulla directione compreſſit præterquam
de eo, quod ab eadem Eccleſia perci...ere
ſolebat, & ſibi de iure opinabatur d... ;
contra hoc vero præfati venerabiles Epiſco-
pi cum omni iuſtitia allegabant, dicentes,
quod Eccleſia Marſicana nullis conditioni-
B bus,ſeu prætentionibus ſibi fuiſſet ob...xia
cum & de iure communi, & conſuet...
longa ſuis titulis,propriaque libertate gau-
deret: cumque hinc inde multæ altercatio-
nes haberentur: ambæ partes inte...u
amicorum ſuorum Curiam exorarunt,qua-
tenus conaremur eos de ſupradictis quæ-
ſtionibus concordare. Nos verò ex parte
Regia illud eis conceſſimus, impetrataque
licentia concordata ſcilicet inter ſe,& con-
cordiam, quam inter ſe contraxerant,nobis
repræſentarunt; Nos vero cum vtrique par-
ti placeret, Regia auctoritate illam firma-
uimus, & eandem concordiam Domino
noſtroglorioſiſſimo Regi retulimus, & dū
in ſolio maieſtatis ſuæ reſideret feliciter
vtraque præſente,ipſam concordiam ratam
C & firmam iuſſit haberi. Contractæ quidem
concordiæ modus hic eſt, videlicet. Quod
prænominatus Oddo reliquit . . . .
dimiſit in manu Benedicti Marſorum Epi-
ſcopi omnia in Eccleſia Marſicana, & hò-
minibus eius ſe credebat habere excepto,ſi
quid in Eccleſijs matricibus, & Eccleſiæ
ſibi ſubditis iuſte & rationabiliter ſibi de-
bere probauerit quibus . . . ſuis re-
miſit temporum meſſis,cuſtodiam arcarum
reſtituit Eccleſiæ Beatæ Sauinæ molituram
vallis Carreri iuxta tenorem inſtrumenti,
quod olim pater ſuus inde fecerat B. Berar-
do pepigit etiam, & promiſit, quod ab hac
hora in antea matricem Eccleſiam beatæ
Sauinæ, & vniuerſos homines ſuos liberos,
D & abſolutos ab omni exactione perpetuo
quietos dimittat, nullam in eos quoquo
modo, qualibet occaſione moleſtiam inge-
rat, vel ingeri faciat, nullum præſtabit im-
pedimentum,quo ipſa Eccleſia iuſtitias vbi-
cunque ſibi debitas minus percipiat . . .
dicimus oblationes viuorum, & mortuo-
rum ſepulturas, irrigationes terrarum, pa-
ſcua, piſcationes, & omnes alias commo-
ditates tam ipſa Eccleſia, quam ... homi-
nes, & prædictæ Eccleſiæ ſibi ſubditæ de
cætero habeant in pace, & in omni liberta-
te fruantur, nullo impedimento, vel diſtur-
batio ... omnia hæc, aut ſupradicta omnia
ſine diminutione . . . obligauit ſe,
ſuoſque hæredes, vt ſi in aliquo tempore cō-
cordiam, & pacta prædicta infringere, vel
euacuare præſumpſerint,componant Regię
Curiæ libras auri quinquaginta, ipſa con-
cordia firma, & inconcuſſa manente. Ad
huius autem concordiæ firmitatem conceſ-
ſu, & rogatu vtriuſque partis,& in ſimilia
ſcripta per manus Ioannis de Melfia Regij
Notarij inſimul ſcribi & manum noſtrarum
& ipſius Oddonis ſubſcriptione firmari,
quorum vnum præcepimus Marſicano Epi-
ſcopo venerabili tradi, alterutrum ipſi Od-
doni, & tertium in ſacra aula Regia re-
poni

Dat. in vrbe felici Panormi anno, menſe, Indict. præſcriptis.

*Ego Guillelmus Panormitanus Archiepi-
ſcopus.*

Ego Bartholomæus Agrigentin. Epiſcopus.

*Ego Matthæus Domini Regis Vicecancel-
larius*

*Ego Oddo de Celano filius quondam Comi-
tis Raynaldi ſcribi rogaui, & propria
manu firmaui.*

Benedictus autem Epiſcopus eodem an-
no 1178. ab Incarnatione, vel initio ſubſe-
quentis mortuus creditur, cum Zacharias
eius ſucceſſor eodem anno 1179 in Late-
ranenſi Concilio ſubſcriptus reperiatur.
Pag. 978. l. 5. poſt illa verba *ſubſcriptis an-
no* 1179. *adde*. Zacharias Benedicti ſucceſ-
ſor litem habuit cum Gentile de Palearia
pro Eccleſia ſancti Bartholomæi de Auez-
zano, quæ de mandato Vuillelmi Regis Si-
ciliæ ſedata fuit Capuæ anno 1182. à Iudi-
cibus ab ipſo Rege in huiuſmodi negotio
conſtitutis, ac in publicis tabulis redacta,
in Archiuio Marſicanæ Eccleſiæ aſſeruaba-
tur; ſed cum dubitaret propter vetuſtatem
aliquando poſſe conſumi, Thomas Marſi-
canus Epiſcopus anno 1363. in publicam
formam, authoritate Ioannæ Primæ Regi-
næ, ab ipſo autographo exſcribi, & con-
firmari fecit, authenticum hoc documen-
tum hœdina charta conſcriptum, vetuſtate
laborans, multis in locis exeſum vidimus,
in multis ita lacerum, vt vix multis lacunis
oppletum ſenſum habere quis poſſit;tamen
vtcumque ſit, viſum fuit hic attexere, ...
ſaltem pauca illa, quæ legi potuerunt co...
ſequentur verba; ſic enim ſe habent,

In Dei nomine Amen.

*Anno Dom. 1363. Regnante Excellentiſſima
Domina noſtra Ioanna Dei gratia inclyta
Hieruſalem & Siciliæ Regina, Ducatus
Apuliæ, & Principatus Capuæ, & For-
chalquerij & Pedemontis Comitiſſa,Regno-
rum vero eius anno vigeſimo, die . . .
menſis*

menſi Ianuarij prima Indictionis apud Auezzanum in Eccleſia S.Bartholomæi de dicta Terra.

NOS Lucarellus de ſancto Antonio annalis Iudex dictæ terræ Auezzani, Philippus ſer Benedicto publicus eiuſdem terræ regia auctoritate Notarius, & teſtes ſubſcripti ad hoc vocati ſpecialiter & rogati, vid. Iudex Ioannes de Perono, Abbas Nicolaus de Biſineo, Notarius Paulus de Auezzano, Petrus Notarij Andreæ de eadem terra, & Andreas Lane de Auezza no præſenti publico ſcripto declaramus, notum facimus, & teſtamur, quod vocatis nobis qui ſupra Iudice, Notario & teſtibus ad præſentiam venerab. viri Abbatis Ioannis de Curearme lo Vicarij Reuerendi in Chriſto Patris, & Domini. Domini Thomæ Epiſcop.Marſ. Abbas Angelus de N..o, Dominus And...s Diaconus, Benedictus & abbas Iacobus de Auezzano Canonici Eccleſiæ ſancti Bartholomæi de Auezzano, aſſerentes in dicta eorum Eccleſia eſſe quoddam inſtrumentum, ſeu priuilegium vtile & neceſſarium dictæ Eccleſiæ, dubitantes dictum inſtrumentum poſſe propter vetuſtatem conſumi, vel alio caſu, & euentu deperire, ideo nec non de ipſo, & eius tenore pereat memoria in futurum, & per incertudinem ipſius, & contentorum in eo, dictum inſtrumentum præſentauerunt coram nobis Iudice, Notario, & teſtibus cum auctoritate Vicarij prælibati & . . . . Iudicis ordinarij terræ Auezzani in ſpiritualibus pro parte dicti epiſcopi prælibati reaſſumi, & in publicam formam redigi, & eandem vim cum originali obtineat. quod inſtrumentum vidimus, legimus, inſpeximus, & perquiſiuimus diligenter, & inuenimus non abolitum, non cancellatum, non abraſum, nec in aliqua ſui parte ſuſpectum; ſed in propria figura eadem manu conſiſtens, ſubſcriptionibus teſtium ſcriptum, & erat per omnia eius tenoris.

In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Anno ab Incarnatione 1183. ſexto decimo anno Regni Domini Villelmi ſecundi glorioſiſſimi Regis, menſe Febr. 17. die eiuſdem menſis, Indict. 15. Dom. Roberto Dei & Regia gratia Caſertano Comite & magno Comeſtabulo, & magiſtro Iuſtitiario totius Apuliæ & Terræ Laboris Capuæ Curiam tenente.

RESIDENTIBUS nobis Ioanne magiſtro Iudice, Alexandro, Ioanne Leone, Ioanne Iudicibus ſupradictis ciuitatis, necnon & præſentibus Dom. Rano vel Raulo vene- rab. Theanenſi Epiſcopo, & Domino Ponſileo, vel Pontilio, ſeu Porfirio, vener. Caſertæ Epiſcopo, ex lite quæ vertebatur inter Dominum Zacchariam venerabilem Marſicanum Epiſcopum, & Dominum Gentilem de Pallearea pro Eccleſia ſancti Bartholomæi de Auezzano, idem Dominus Epiſcopus ſuper eodem negotio literas Sereniſſimæ Regiæ maieſtatis obtinuit, & Curiæ præſentæ repræſentauit. Mag. Comeſtab. & Magiſtro Iuſtitiario Apuliæ & Terræ Laboris fidelibus ſuis ſalutem ſpeciales, & dile... , ve ex eius continentia, Vvilelmus Dei gratia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ & Principatus Capuæ. Tancredo . . . . & Roberto Caſert. Comit. magnis Comeſtab. & magiſtris Iuſtitiarijs Apuliæ & Terræ Laboris fidelibus ſuis ſalutem, & dilectionem. Zaccharias Marſicanus Epiſcopus fidelis noſter Panormi ad Curiam noſtram veniens oſtendit maieſtati noſtræ dicens, quod Gentilis de Pallearea vendicat in demanium . . . . . Marſicani Epiſcopatus, videl. Eccleſiam ſancti Bartholomæi, quæ ſita eſt in terra ipſius Gentilis, & percipit & exportat ad vſum . . . . . dominium, & poſſeſſionem ipſius Gentilis, Abbas, & Canonici prædictæ Eccleſiæ pro eorũ ſubſtentatione conſueuerunt, quod ſicut ipſe Epiſcopus aſſerit . . . . . . & tandem ab Eccleſia eiecit, & alij ...ti peruenit ad Eccleſiam di niſerunt & ſuper Eccleſiam . . . tam in ſpiritualibus, quàm temporalibus . . mandamus fidelitati veſtræ & præcipimus Reuerendo præſenti Epiſcopo eundem prædictum præſentialem ante vos venire faciatis, & adhibeatis . . . . . differentiam audiatis, & rationes prout idem Epiſcopus oſtendit pro Eccleſia ipſa, & ſimiliter rationes Gentilis de Pallearea pro ſe oſtendet, & pro ipſa Eccleſia iuſtè & rationabiliter habere debet ipſa Eccleſia pro ea . . . . oſtendat & probet, quod iuſte & rationabiliter debet de prædictis hominibus & tenimentis eiuſdem Eccleſiæ ſimiliter debet iuſtè, & . . . quod tenet . . . dominationis noſtræ in ſpecie datum eſt apertè & diſtinctè ſignificet . . . . in ſpecie dictum eſt . . . . ipſa . . . . reſpondeat de Eccleſia ipſa tranſigeret cum eodem Epiſcopo, pro qua tranſactione idem Dominus Epiſcopus & Iudex . . . . Eccleſia & ipſa . . . . . vſum & antiquam conſuetudinem faciebat . . . . . ſuper quibus ne in multis eſſent litigij . . . . vtræque partes ad concordiam, & conuentionem hanc deuenerunt, ex quo d. Abbas inſtitueretur ab Epiſcopo . . . . . . ſancti Bartholomæi de perſona Clericorum, & Canonicorum & parochianorum eiuſdem Eccleſiæ & Epiſcopo, ſcilicet vt . . . Domino Gentili repræſentato-

tatorum, vt ab eo ſicut dictum eſt inſtituendorum . . . . . . dummodo de iuris dictæ Eccleſiæ ſancti Bartholomæi participent meliorem vineam in ſtartionem . . . . terrarum ſeu vinearum diuidātur Domino Gentili per medium cum Eccleſia, & Dominus Epiſcopus recipiat omne quod vo . . . . eſt domum Domini Gentilis, de quibus ſingulariter reddit decimam ipſi Eccleſiæ, & pro angarijs . . . . & vt Domino . . . . . vineam quartæ ſimilæ vtilem decimam pro antiquario duas libras ceræ. Partem vtramque . . . . Eccleſiæ ſancti Bartholomæi in caſtro de Cete non moleſtari eadem Eccleſia in parte, & per . . . . Excepta cuſtodia, quam habebit Dominus . . . . Dominus Gentilis eandem Eccleſiam accipiet de lignis ipſius boſci pro reſtauratione . . . . : . . . . idem Gentilis haberet in collectam eiuſdem ſanctæ Mariæ de Agoſto pariter ibi ſine habitaculo & . . . . eidem & iurabit inſtrumento poſſident De . . . . ſicut tenebatur . . . . . idem Dominus Gentilis & filius & nepos in March. Marſ. Epiſcopi in demanium . . . . ipſi eccleſiæ, ſicut . . poſſideat omnes poſſeſſiones ipſas, verum ſi attigerit in . . . . ipſa eccleſia fuerat ſimiliter ſicut veſtem, & omnia poteſtatem ipſi eccleſiæ . . . . memoriam effugerit duo ſimul inſtrumenta conuenientet & concordia ſcri[illegible] fecimus . . . . quoniam alterum Domino Gentili aſſignandum Riccardo Curiæ Notario alterum prælibato ven. Epiſcopo aſſignetur . . . .

Actum Capuæ.

Ego Ioannes Magiſtro Iudex.
Ego Alexander Iudex.
Ego Ioannes Iudex.
Ego Ioannes Iudex.
Ego Leo Iudex.

Pag. 983. l. 35. *dele* Romæ, *ſcribe* Auenione, ibi defunctus Petrus, vt alibi diximus.

Eadem pag. l. 42. poſt illa verba *ſepultus eſt in Cathedrali*, adde, vbi adhuc ſpectatur marmoreus tumulus vna cum effigie iacentis Epiſcopi, & inſignijs eiuſdem, & epitaphio, quod leges in noſtro 7. tom. p. . .

Eadem pagina lin. 48. *adde* poſt illa verba *parte prima*.

Idem Thomas epiſcopus Marſorum anno 1363. menſis [illegible] primæ Indictionis Guillelmi Regis monumentum ad fauorem olim Zachariæ epiſcopi Marſorum, ſupra in Zacharia relatum, conſcribi & confirmari fecit, & in publicam formam redigi, vt melius ad futuram memoriam poſterorum in tabulario ſuæ eccleſię cōſeruaretur, è viuis eripitur ann. 1363. cui ſucceſſit Iacobus de Militibus ex Regeſt. Vatic. Vrbani V.

Eadem pag. l. 49. num. 22. dele totum id, quod de Bartholomæo dicitur, cum Bartholomæus iſte Marſicenſis epiſcopus fuerit, non Marſorum, atque adeo ex hac ſerie expungendus eſt, & referendus ad ſeriem illius eccleſiæ.

Eadem pag. l. 56. poſt illa verba, *Bernardum ex Archidiacono*, adde, Salernitano.

MELPHIENSES.

Pag. 1016. l. 2. poſt illa verba, *ann. 1598. ætat[illegible]*, humatus in eccleſia Collegiata S. Agathæ, cuius [illegible] fuerat Præpoſitus, cum hoc epitaphio in nigro lapide ſculpto.

D. O. M.

M. Antonio Amidano I.V.D.
celeberrimo, vtriuſque Signaturæ S. D. N. Referendario,
ſanctæ Inquiſitionis in totam
Chriſtianam Religionem conſiliario, vno ex aſſiſtentibus Congregationi ſacræ Conſultæ negotiorum ſtatus Eccleſiaſtici, Romana ciuitate donato; Epiſcopo Melphienſi deſignato, eoque
Epiſcopatu vltro & ſponte
depoſito, huic Diuæ Agathæ
F. anno Prepoſito, Sacer. Doctrinæ & integritate incomparabili.
Nicolaus & Carolus fratris
filij pientiſſ. Patruo benemerenti poſuerunt.
Vixit ann. lxviij obijt x. Kal.
Sept. MDXCIIX.

MILITENSES.

Pag. 1040. l. 20. num. 3. dele illa verba. *Deinde Epiſcopali munere ſe exſoluit an. 1541. Romæ deceſſit 1566. cum poſt mortem Gregorij Corellæ ad hanc ipſam Eccleſiam rediiſſet*. & loco eorundem, ſcribe. Diu hanc eccleſiam rexit, Romæ tandem deceſſit anno 1566.

Eadem pag. num. 39. 40. 41. dele omnia

quæ

quæ de Franciſco Rodio, Ioanne Petro Ferretto, & Fratre Gregorio Corella Dominicano diximus; cum re vera [illegible] ſequentes tres Epiſcopi non M[illegible]enſes, ſed Milenſes in Inſulis Aegei maris fuerint Epiſcopi, & nos hallucinati tum ex nominis epiſcopatuum affinitate, cum ex ann[illegible] inſcitia, gra[illegible] in Milite[illegible] appo[illegible] ſeri, cum M[illegible] fuiſſe [illegible]. Et Quintius de Ruſticis ab anno 1523. ad annum vſque 1566. Militenſem conſtat rexiſſe Eccleſiam.

39 INNICVS Dau[illegible]lus, &c. ſic corrigendi ſunt numeri Antiſtitum ſucceſſorum Quintij, &c.

MONTIS-PELVSII.

Pag. 1072. l. 42. nu. 11. Bernardinus Tempeſtuccius, ſcribe Tempeſtinus, [illegible]42. dele deceſſit ſcribe ceſſit anno 1554. [illegible] adde, ſequenti anno Romæ ecclesia[illegible] Blaſij de Folla, cuius erat Commendatarius, in meliorem formam reſtituit vt inſcriptio ibidem ad parietem poſita proloquitur.

Bernardinus Tempeſtinus Epiſcopus Montis Peluſij, ac ædis Diui Blaſij in perentum triuio commendatarius, ædem ipſam vetuſtate collabentem in honeſtiorem formam reſtitui curauit redempt. noſtræ ann. MDXLI. pridie Kal. Auguſti.

NEPESINI.

Pag. 1104. l. 33. num. 32. Bonifacius, *adde*, de Cetto, patria Vrbeuetanus. l. 36. poſt illa verba, *lib. primo, adde*, anno 1373. 10. Iulij veluti Commiſſa[illegible]ius Petri Epiſcopi Vrbeuetani fidelitatem & [illegible] accepit à Nicolao ex Comitibus de Marcia [illegible] Abbate electo S. Seueri de Vrbeueteri.

Pag. 1106. l. 12. poſt 15[illegible] *adde*, die 2. Auguſti in domo Card. Alexandrini, cuius erat familiaris, ſepultus eſt in eccleſia ſancti Auguſtini, vocabatur Ioannes Zan[illegible], vt in Diarijs Achillis de Graſſis obſeruauimus.

CASTRENSES.

Pag. 518. l. 23. *adde*, à capite lineæ.

2 ALBERTVS Caſtrenſis Epiſcopus interfuit Synodo Romæ habitæ à Benedicto IX. Papa an. 1036. die 9. Nouemb. Indict. 5. cuius fragmentum retulimus in Appendice ad Peruſinos epiſcopos.

HORTANI.

Pag. 779. l. 8. *adde*, à capite lineæ.

12 LAVDVINVS Epiſcopus Hortenſis memoratur in veteri fragmento Synodi Romanæ ſub Benedicto IX. anno 1036. quod in Appendice Peruſinorum epiſcoporum exſcripſimus infra.

PERVSINI.

Pag. 73. l. 54. poſt Leonem, *adde*, à capite lineæ.

25 OTTCHARIVS Peruſinus interfuit canonizationi ſanctorum Epiſcoporum Erclani, & Vvolfgangi Ratisbonenſium Epiſcoporum à Leone IX. factæ anno 1052. [illegible] Actis eiuſdem, vbi ponitur inter præſentes Patriarchas & Epiſcopos, qui interfuerunt Ottcharius Epiſcopus Peruſinus.

Eadem pag. 7[illegible] l. 43. dele totum quod retinemus de Conone, & de eo ita ſcribe.

32 CONON à Siluestro II. Papa conſecratus eſt Peruſinus Epiſc. ann. 999, quo Conc. Romano interfuit, aliquaq; item Synodo Romanæ ſub eodem Siluestro congregatę adfuit an. 1002. in qua accuſatus quod Monaſterio ſancti Petri de Peruſio moleſtias inferret, veniam petijt, omneque ius quod habere prætendebat, liberè Pontifici Maximo [illegible] Chartam adducere hic [illegible] mona[illegible] in capitula priuilegiorum [illegible] quæ ſic orditur.

Quæcunque [illegible] iudiciali calculo definiuntur, optimum eſt vt ſcriptoris officio committi debeant, ne pro[illegible] temporum obliuioni ſuccumbant, & recidiuo ortu præteritum errorem incipiant. Præſidente itaque Domino Siluestro II. Romanæ Sedis Pontifice in Synodo habita in Palatio Sacroſancto Lateranenſi anno quarto ordinationis ſuæ, menſis Decembris die tertia, Indictione prima, A[illegible] Petrus Scriniarius eiuſdem ſacri Palatij, & coram vniuerſa Synodo hunc [illegible] ſermonem dicens, Domine Papa, hic Abbas tuus de Peruſia queritur ad[illegible] Cononem Peruſinum Epiſcopum, qui armata manu ſuorum ſatellitum de ſub Altare Monaſterij tui, cuius ipſe regimen tenet, abſtractus fuerit, & extractus de Eccleſia tamuis, & Fratrum Clauſtris, omnia quæ ibi inuenta ſunt ad vtilitatem Fratrum, direptioni conceſſerint, de quibus partem habere noſcitur epiſcopus; quoniam eidem facilleg[illegible] communicat epiſcopus, eiuſdemque criminis nequaquã creditur alienus. Ad quem præſens reſpondit Epiſcopus. Paratus ſum me expurgare ſecundum iſtorum meorum Fratrum iudicium; quoniam neque mea præceptione,

neque

neque mea voluntate id factum fuerit, & ſi Abbas de aliquo mihi proclamaret, aut ad ſatisfactionem illum cogerem, aut ſi non poſſem, meam gratiam cum omni beneficio ſibi deſiderem. Sed optimum Pontificum pater miſericordiam tuam & totius Conuentus præſentis exoro, vt [illegible] hodie præiudicium fiat. Tu [illegible] eccleſiam Peruſinam cuſtodiendam commiſiſti, & vt ego neque illam imminuerem, neque imminui conſentirem me feciſti iurare. Monaſterium illud, quod iſte Abbas tenet, ad meum epiſcopatum propriè pertinet, & nulli alteri iuri ſubiacebit, [illegible] veſter Apoſtolatus nullam ſpecialitatem in eo haberet. Cui Reuerendus Papa ſubiunxit. Ego Monaſterium Eccleſiæ tuæ neque ſubtraxi, neque ſubducere feci. ſub iure, & dominio eccleſiæ noſtræ illud inueni, & ita poſſeſſum vſque nunc teneo. Veniant priuilegia noſtrorum anteceſſorum Paparum, & his perlectis [illegible] fratres Coepiſcopi, quæ ſit æquitatis [illegible] prolatis ergo in medium priuilegijs Ioanni, ſcilicet Papæ, atque Gregorij [illegible] prædeceſſorum, ac coram [illegible] Synodo perlectis, ait Epiſcopus priuilegia hæc non reprobo: ſed [illegible] conſenſu anteceſſoris mei, cuius temporibus [illegible] priuilegium factum eſt, factum [illegible] ſi ſolum viderem conſenſum, haberem unde æternum ſilentium. Cui econtrà omnis Clerus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ [illegible] epiſtolam anteceſſoris [illegible], in qua & conſenſus erat, & [illegible] Epiſcopus obnixè poſtulat [illegible] ſumus, & ſecundum Canones [illegible] verum fuiſſe comp[illegible] [illegible] denique [illegible] Epiſcopi hanc [illegible] epiſcopus [illegible] & [illegible] nam [illegible] rium [illegible] Epiſcopus autem præ[illegible] Monaſterium [illegible] prænominatum ſancti Petri non longe à Peruſina ciuitate conſtitutum cum omnibus ad idem Monaſterium pertinentibus, & in præfatis priuilegiis [illegible] Domino ſuo Silueſtro Papæ reſtauit, & præfato Abbati pacis oſculum attribuit, atq; eum ſe adiuturum deinceps promiſit. Poſt hæc autem [illegible] Reuerendiſſimus Papa hoc cum Romanis Iudicibus decreuit, vt quicunque Peruſinæ [illegible] epiſcopus hanc definitam litem [illegible] contra hunc Abbatem vel ſuos [illegible] decem libras [illegible] Lateranenſi Palatio componat [illegible] in [illegible] permaneat.

Con[illegible] memoria extat ad annum vſq; 1015. creditur [illegible] obijſſe [illegible] 102[illegible].

Eadem pag. 51. poſt illa verba *Epiſcopus* [illegible] *adde* idem Andreas anno 1036. in Rom. Synodo præſidente Benedicto IX. confeſſus eſt nullum ius habere in Monaſterium ſupra relatum ſancti Petri, ſi quod vllum teneret in manibus eiuſdem Pontificis libere relaxauit, de qua ſic vſus eiuſdem Synodi fragmentum, quod aſſeruatur in [illegible]ario eiuſdem Monaſterij, capſula [illegible] num.5. hæc refert.

☞ Notum ſit omnibus præſentibus, ac futuris [illegible] Andreas Epiſcopus S.P[illegible] eccleſiæ [illegible] Domino [illegible] IX. Papæ conſecratori ſuo Monaſterium [illegible] ſancti Petri, quod ſitum foris [illegible] prædictæ ciuitatis, & aliud Monaſterium [illegible] ſancti [illegible], & Monaſterium ſanctæ Mariæ in valle de Ponte, [illegible] rum cum omnibus proprietatibus, atque pertinentijs eorum; adſtantes ibidem Dominicus epiſcopus Lau[illegible]anenſis, Robertus epiſcopus Si[illegible]nenſis, Vgo epiſcopus Aſſinenſis, Vgo Abbas [illegible], Bartholomæus Abbas Græcus, Ioannes Abbas ſancti [illegible], Vgo Diaconus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, Creſcentius Diaconus eiuſdem eccleſiæ, Leo Subdiaconus, Benedictus Presbyter Cardinalis, S[illegible] ſecundicerius, qui [illegible] quæ ſuperius prælibata ſunt proprio ore per ſacramenta ſanctorum Euangeliorum cõſeruare profeſſus eſt, adiu[illegible] Gregorio germano [illegible] Papæ. Poſtea verò denominatus epiſcopus ſe iactando, atque iniuriam faciendo [illegible] quodam Archipresbytero ſancti Conſtantij ſupradicti Monaſterij s.Petri oſtendit ſe cauſare monaſterium, atque ad ſuum ius intromittere. Tunc venerabilis Abbas Bonizo venit ad ſynodale Concilium, indicauit hoc iam prælibato Papæ. Ipſe vero Benedictus Summus Apoſtolicus [illegible] eundem Andream epiſcopum [illegible] quo modo cauſaret ſupradictum monaſterium [illegible] cum cauſare [illegible] coram Domino B.Papa necnon & eorum cunctis epiſcopis, atque Abbatibus, quorum nomina inferius adnotare curauimus. Petrus epiſcopus ſanctæ Rufinæ, patronus eiuſdem Monaſterij. Teudaldus Albanenſis epiſcopus. Petrus Oſtienſis epiſcopus. Ioannes Portuenſis epiſcopus, Ioannes epiſcopus Preneſtinenſis. Leo epiſcopus Belletrenſis. [illegible] Teudaldus epiſcopus [illegible], Ad[illegible] [illegible] Orbinenſis, Ardoinus [illegible] Totumpopulonenſis, [illegible], Vgo [illegible], Vgo [illegible], Azo Centumcellenſis, Albertus [illegible]enſis, Iohannes Luca[illegible], [illegible], Iacobus [illegible] Populonienſis, Iohannes Suanenſis, Leo Orbitenſis, Gotifredus Volaterrenſis, Vvido Piſtorienſis, Vvido Cluſinenſis, Creſcentius Roſellenſis, Iohannes Terra[illegible]enſis, Stephanus Seccenſis, Iohãnes Pinerenenſis, Girardus Berolenſis, Landouinus

duinus Ortenſis , Creſcentius Fallarenſis , Iohannes Cardinalis , Beneo. Archidiaconus , cum alijs equidem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Diaconibus , Gregorius Abbas ſancti Sabæ , Titus Abbas ſancti Pauli, Fräciſcus Abbas ſancti Laurentij , Benedictus Abbas S. Petri à vinculis, Creſcentius ſancti Silueſtri, Martinus abbas de Farneto, & aliorum diuerſorum ordinum nomina , quæ perlonga ſunt ad narrandum, &c. *Hoc factum eſt in præſentia ſupradicti Benedicti Papæ, temporibus Domini Chounradi Imperatoris IV. nonas Nouembris per Indictionem quintam.*

Ex his Epiſcopis, qui huic ſynodo interfuerût, & in hac vetuſta charta ſunt receſiti, aliqui ſunt quorum memoria non extat in hoc noſtro labore , reponendi erunt ſuis in locis, népe in Velitrenienſibus Epiſcopis to. 1. pag. 60 l. 25. à capite lineæ adde poſt Theobaldum ,

18 LEO Veliternenſis Epiſcopus interfuit ſynodo Romanæ ſub Benedicto IX. celebratæ anno 1036. vt vetus charta docet Archiuij Monaſterij ſancti Petri de Perutio in Appendice ſupra relata . Leonis nulla mentio hucuſque habetur.

Eodem tomo primo in Oſtienſibus Epiſcopis pag. 72. l. 51. corrige circa annum 1034. lege poſt annum 1036. cum hoc anno 1036. Petrus Oſtienſis Epiſcopus præſens fuit ſynodo celebratæ Romæ à Benedicto IX. Papa, vt ex relata charta videtur Eadem pagina l 61. circa annum 1034. ſcribe poſt annum 1036.

RAVELLENSES.

Pag. 100. l. 41. num. 1. ad Vrſonem poſt illa verba *à Victore Papa Tertio* 1086. adde, Idem Pontifex anno 1086. cōceſſit Vrſoni ab ſe primo Rauellenſi Epiſcopo conſecrato , ſuiſque ſucceſſoribus , priuilegium , vt Ius Epiſcopale haberent, ac poſſiderent in ijs , quæ iam poſſiderent , vel in futurum iuſte , ac legitime acquirere eis contingeret, Priuilegij verba ſunt hæc ab ipſo autographo tabularij Rauellenſis Eccleſiæ exſcripta.

VICTOR EPISCOPVS
Seruus ſeruorum Dei.

Dilecto in Chriſto filio Vrſo Rauellenſi Epiſcopo in perpetuum.

Quandoquidem ſuperna diſponente clementia Beato Petro Apoſtolorum Principi , eiuſque ſucceſſoribus vbique gentium ordinandi, diſponendi , regendi , & gubernandi Eccleſias à Deo eſt conceſſa poteſtas , nos quoque pro modulo noſtro omnium Eccleſiarum ſollicitudinem habētes hoc quod noſtræ mentis arcano Dei miſeratio inſpirauit , iure diſponere , regere & gubernare ſatagimus . Quo circa pijs votis , iuſtiſque poſtulationibus annuentes concedimus tibi frater & Coepiſcope noſter Vrſe , tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum quicquid ad Rauellenſem Ciuitatem Epiſcopalis Dignitatis honore nouiter inſignitam , vel pertinere ad præſeos , vel quod etiam futuris temporibus iuſté acquiſieritis, vt iure epiſcopali habeatis , retineatis , & poſsideatis. Si quis autem vel Rex , vel Marchio , vel Dux , vel Princeps, vel Patritius , vel Comes , vel Vicecomes , ſeu aliqua magna , paruaque perſona contra hāc noſtri decreti ſanctionem agere præſumpſerit , primò quidem à Chriſti Corpore , & ſanguinis communione ſeparatus dep. . . bis aut ter canonicé compellatus fuerit, niſi ſatisfecerit, ſed . . malitia perſtiterit, eum excommunicatum & damnatum eſſe cenſemus Damus autem tibi, tuiſque ſucceſſoribus liberam poteſtatem in Diœceſi veſtra abſque alicuius con . . . Chriſma conficere, Eccleſias dedicare , Clericos ordinare, & quicquid Epiſcopatus eſt ordinis celebrare .

Datum Capuæ per manus . . . Signienſis Epiſcopi, Romanæ vero Eccl. Bibliothecarij anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo octuageſimo octauo , Anno vero primo Pontificatus Domini Victoris Tertij Papæ Indictione decima.

Vrbanus II. qui Victori ſucceſſit, eundem Vrſonē Epiſcopum, & ſucceſſores ampliori priuilegio cohoneſtauit anno 1090. atque ſub Apoſtolica protectione ſuſcepit , in hunc modum ab ipſo originali ex eodem tabulario Rauellenſi exſcripto ,

VRBANVS EPISCOPVS
Seruus ſeruorum Dei.

Dilecto in Chriſto fratri Vrſo Rauellen. Epiſcopo , eiuſque ſucceſſoribus canonicé inſtituendis in perpetuum.

Sanctæ Romanæ, & Apoſtolicæ vniuerſalis Eccleſiæ dignitas exigit , vt ſibi fideliter adhærentes remuneret , & exaltet . Quia igitur Romanæ Eccleſiæ fidelitatem , ac libertatem ardenter requiſiſti , & obſequijs præueniſti , ad id veſtra Ciuitas, Domino præſtante peruenit , vt Prædeceſſoris noſtri Reuerendæ memoriæ Victoris Tertij tempore Epiſcopū meruerit adipiſci. Nos itaque nihilominus exaltationi veſtræ congaudentes , & Anteceſſoris noſtri ſtatum firmamus , & eam vobis libertatem adijcimus , vt Rauellenſis eccleſia deinceps ab omnis poteſtatis ſubiectione libera , in ſolius Romani Pontificis iure , dominatione-

que conſiſtat, dignum quippe eſt, vt qui in corporalibus rebus vehementer extitiſtis, ſpiritualium quoque munerum perceptione, Domino largiente creſcatis. Veſtram igitur Eccleſiam in Apoſtolicæ ſedis gremio ſpecialiter confouentes tibi legitimè confirmamus, Coepiſcope Vrſe, tuiſque legitimis ſucceſſoribus, omnem Rauellenſem Diœceſis ambitum præſentis authoritate paginæ confirmamus, poteſtatem vobis indulgentes intra eam abſque vllius cōtradictione Chriſma conficere · . (Multa deſunt in priuilegio, quia fuit reciſum, & cum filo cōſutum, vt ad præſens extat). Statuta eccleſiæ præſtante Domino irrefragabiliter obſeruare, eiuſque honori pro viribus ſemper iuſſiſtere. Si quis autem in craſtinum Archiepiſcopus, aut epiſcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, aut Patritius, Comes, aut Vicecomes, aut Iudex, aut perſona qualibet magna, vel parua, potens, aut impotens huius noſtri priuilegij paginam ſciens conceſſam vobis libertatem auferre tentauerit, ſecundò, tertioue commonitus, ſi non ſatiſfactione congrua emendauerit, is, vt à Chriſti, & Eccleſiæ corpore ſegregandus, honoriſque ſui & officij periculo ſubiacere debebit. Conſeruantibus autem hæc, Pax à Domino, & miſericordia præſentibus, & futuris ſæculis conſeruetur. Amen. Amen. Amen.

Datum Salerni per manus Ioannis S.R.E. Diaconi Cardinalis, Nonis Octobris Indictione 13. Anno Incarnationis Dominicæ 1090. Pontificatus vero Domini Vrbani Papæ ſecundi Tertio.

Fato obijt Vrſus anno 1094.

Pag. 101. l. 60. n. 3. poſt illa verba. Ioannes Ruffulus, adde, Hic immediatè ſucceſſit Conſtantino eodem anno 1150. qui anno 1157. ab Adriano IV. quæ Victor, & Vrbanus Pontifices pro Rauellenſi Eccleſia priuilegia conceſſerant, confirmari obtinuit, eaſdemque gratias à Lucio III. anno 1182. & Clemente III. anno 1188. meruit impetrare Horum Pontificum gratioſa diplomata ab ipſis autographis tabularij Rauellenſis eccleſiæ exſcripta hic duximus proferenda, cum non parum iuuent ad Rauellenſiū Epiſcoporum immunitates obſeruādas, actuendas.

ADRIANVS IV, EPISCOPVS Seruus ſeruorum Dei.

Venerabili fratri Ioanni Rauellenſi Epiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus Canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Piæ poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, quatenus & deuotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat,

A & vtilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Eapropter Venerabilis in Chriſto frater Ioannes Epiſcope tuis iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatam Rauellenſem Eccleſiam cui, Deo authore, præeſſe dignoſceris, ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus, ſtatuentes, vt quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum, iuſtè & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regū, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus & illibata permaneant, omnem vero ambitum Rauel-

B lenſis Eccleſiæ, ſicut à Prædeceſſoribus tuis rationabiliter poſſeſſus eſt, Tibi, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum confirmamus, Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatam eccleſiam temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed omnia integre conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione, ac ſubſtentatione conceſſa ſunt vſibus omninò profutura, ſalua ſedis Apoſtolicæ authoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisue perſona hanc noſtræ Conſtitutionis paginam, ſciens contra eam temerè venire tentauerit, ſe-

C cundo tertioue commonita niſi præſumptionem ſuam congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore, ac ſanguine Dei & Domini Redēptoris Domini Noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit pax Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

D *Ego Adrianus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
Ego Hubaldus Presb. Card. tit. S. Praxedis.
Ego Hubaldus Presb. Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem.
Ego Iacobus Presb. Card. SS. Ioann. & Pauli tit. Pammachij.
Ego Arditio S. Theodori Diac. Card.
Ego Boto Diac. Card. SS. Coſmæ & Damiani.

Datum Anagniæ per manum Rolandi S. R. E. Presb. Card. & Cancellarij 3. Id. Sept. Ind. 5. Incarnationis Dominicæ 1157. Pontificatus vero Domini Adriani Quarti Papæ anno 3.

LV.

LVCIVS EPISCOPVS
Seruus ſeruorum Dei.

Venerabili fratri Ioanni Epiſcopo, Rauellen. eiuſque ſucceſſoribus Canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Cum ex iniuncto nobis à Deo Apoſtolatus officio, quo cunctis Chriſti fidelibus, authore Domino præeminemus, ſingulorum paci, & tranquillitati debeamus intendere, præſertim pro illorum quiete nos oportet eſſe ſollicitos, qui paſtorali dignitate ſunt præditi, & ad officium pontificale promoti, & qui ſpeciali prærogatiua noſcuntur ad Ius Romanæ Eccleſiæ pertinere; niſi enim nos eorum vtilitatibus intēdentes, ipſorū dignitates & iura in quātum Deo permittente poſſumus, integra conſeruemus, & authoritate Apoſtolica eos ab iniquorum hominum incurſibus defendamus, de illorum ſalute non verè poterimus eſſe ſolliciti, qui ſibi ad regendum, Domino ſunt diſponente commiſſi. Eapropter vener. in Chriſto frater Ioannes Epiſcope tuis iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Rauellenſem Eccleſiam, cui Deo authore præeſſe dignoſceris, ad exemplar prædeceſſorum noſtrorum ſanctæ record. Adriani & Alexandri PP. ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus, Statuentes, vt quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem Eccleſia in præſentiarum iuſtè & canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu alijs iuſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant, In quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis. Monaſterium S.Triphonis, Monaſterium S.Trinitatis & monaſterium ſanctæ Mariæ de Caſtiglione. Omnem vero ambitum Rauellenſis Parochiæ, ſicut à prędeceſſoribus tuis, & à te ipſo hactenus rationabiliter poſſeſſus eſt, tibi tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum confirmamus. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatam Eccleſiā temerè perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuſlibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum ſuſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura, ſalua ſedis Apoſtolicæ authoritate. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularíſue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire tentauerit, ſecundo, tertioue commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honoriſque ſui careat dignitate, reamque ſe diuino Iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus ſit Pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Amen. Amen.

† *Ego Lucius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
† *Ego Theodinus Portuenſis & S. Ruſinæ Sedis Epiſcopus.*
† *Ego Henricus Albanenſis Epiſcopus.*
† *Ego Viuianus tit. S. Stephani in Cœlio monte Presb. Card.*
† *Ego Albinus Presb. Card. tit. S.Crucis in Hieruſalem.*
† *Ego Laborans Presb. Card. S. Mariæ Transtyberim tit. Calixti.*
† *Ego Rodulphus Diac. Card. S. Georgij ad Velum Aureum.*
† *Ego Gratianus SS. Coſmæ & Damiani Diac. Card.*

Datum Velletri per manus Alberti S.R.E. Presb. Card. & Cancellarij, 2. Nonas Decemb. Ind. 2. Incarnationis Dominicæ Anno 1182. Pontificatus verò Domini Lucij Papæ Tertij Anno ſecundo.

CLEMENS EPISCOPVS
Seruus ſeruorum Dei.

Ven. fratri Ioanni Rauellen. Epiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Cum ex iniuncto nobis à Deo Apoſtolatus officio, quo cunctis Chriſti fidelibus, authore Domino præeminemus, & cætera, vt in Lucij priuilegio verbatim habetur, in fine Papæ & Card. ſubſcriptiones leguntur.

Ego Clemens Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Theobaldus Oſtienſis & Velliternenſis Epiſcopus.
Ego Laborans Presb. Card.S.M. Transtyberim tit. Calixti.
Ego Pandulphus Presb. Card. Baſilicæ duodecim Apoſtolorum.
Ego Melior Presb.Card. SS.Ioan. & Pauli tit. Pammachij.
Ego Rufinus tit. S.Praxedis Presb.Card.
Ego Bobo tit. S.Anaſtaſij Presb. Card.
Ego Alexius tit. S.Suſannæ Presb. Card.
Ego Petrus Presb. Card. tit. S. Petri ad Vincula.

A *Ego Iordanus Presb. Card. S. Pudentianæ tit. Paſtoris*
Ego Iacobus Diac. Card. S. Mariæ in Coſmedin.
Ego Gratianus SS. Coſmæ & Damiani Diac. Card.
Ego Octauianus SS. Sergij & Bacchi Diac. Card.
Ego Gregorius S. Mariæ in Porticu Diac. Card.
Ego Ioann. Eccleſiæ S. Euſtachij Diac. Card.
Ego Ioannes S. Theodori Diac. Card.
Ego Bernardus San. Mariæ Nouæ Diac Card.
Ego Gregorius ſanctæ Mariæ in Aquiro Diac. Card.

B *Datum Laterani per manus Moyſi S.R.E. Subdiaconi vicē agentis Cancellarij 4. Kal. Iunij Ind. 6. Incarnationis Dominicæ Anno* 1188. *Pontificatus vero Domini Clementis Papæ Tertij anno primo.*

Ioannes autem bonus, piuſque Præſul cū præfuiſſet ann. plus minuſue 59. deceſſit anno 1209.

Pag. eadem 101. lin. 60. num. 4. poſt illa verba Pantaleus Pironti Ciuis & Epiſcopus Rauellenſis, adde. Electus circa annū Domini 1210. meruit & ipſe pro ſe, ſuiſque ſucceſſoribus anteceſſorum priuilegiorum confirmationem ab Innocentio III.
C anno 1212. Diploma extat in eodem Rauellenſis Eccleſiæ tabulario ijſdem verbis aliorum conceptum

INNOCENTIVS EPISCOPVS
Seruus ſeruorum Dei.

Venerabili fratri Pantaleoni Rauellenſi Epiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Cum ex iniuncto nobis à Deo Apoſtolatus officio, quo cunctis Chriſti fidelibus authore Domino præeminemus, &c.
D in fine ſubſcriptiones ita habentur.

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Nicolaus Tuſculanus Epiſcopus.
Ego Hugolinus Oſtienſis & Veliternenſis Epiſcopus
Ego Cinthius tit. ſancti Laurentij in Lucina Presb. Card.
Ego Cencius SS. Ioannis & Pauli Presb. Card. tit. Pammachij
Ego P[illegible] tit. ſanctæ Pudentianæ tit. Paſtoris Presb. Card.
Eg[illegible] ſancti Martini Presb. Card. tit. Equitij.
Ego Pel[illegible] tit. ſanctæ Cæciliæ Presb. Card.

Ego Angelus ſancti Adriani Diac. Card.
Ego . . . . ſancti Georgij ad Velum Aureum Diac. Card.

Datum Signiæ per manus Ioannis ſanctæ Mariæ in Coſmedin Diac Card S.R.E. Cancellarij 6. Idus Auguſti Ind. 15 Incarnationis Dominicæ anno 1212. Pontificatus vero Domini Innocentij Papæ Tertij Anno quintodecimo,

Obijt Pantaleo anno 12[illegible], & cæt.

Pag. 102. l. 6. n. 5. poſt ea verba, *ſucceſſit anno* 1220. Adde Habuit Leo ab Honorio III. anno 122[illegible] eorundem priuilegiorū aſſertionem, atque confirmationem, ad inſtar aliorum ſupra relatorum

HONORIVS EPISCOPVS
Seruus ſeruorum Dei.

Vener. fratri Leoni Rauellen. Epiſcopo, eiuſque ſucceſſoribus canonicè ſubſtituendis in perpetuum.

Cum ex iniuncto nobis à Deo Apoſtolatus officio, quo cunctis Chriſti fidelibus authore Domino præeminemus, & cæt. in fine.

Ego Honorius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
Ego Hugolinus Oſtienſis & Veliternenſis Epiſcopus.
Ego Leo tit. S. Crucis in Hieruſalem Presb. Card.
Ego Stephanus Baſilicæ duodecim Apoſtolorum, Presb. Card.
Ego Thomas tit ſanctæ Sabinæ Presb. Card
Ego Octauianus SS. Sergij & Bacchi Diac. Card.
Ego Rainerius ſanctæ Mariæ in Coſmedin Diac. Card.
Ego Stephanus ſancti Adriani Diac. Card.
Ego Aegidius SS. Coſmæ & Damiani Diac. Card.
Ego Petrus ſancti Georgij ad Velum Aureum Diac. Card.

Datum Anagniæ per manus [illegible] S. R. E. Vicecancellarij 6. Kal. Aprilis Ind. [illegible] Incarnationis Dominicæ anno 1222. Pontificatus vero Domini Honorij Papæ Tertij anno ſexto.

Sedit Leo ann. 9. & cæt.

Pag. eadem 102. l. 36. nn. 9. poſt illa verba, *Exceſſit anno* 1213 ad[illegible] P[illegible]o I[illegible] n[illegible]s à Carolo II. Rege cuius C[illegible], & familiaris ſequens erat pro ſua Eccleſia habuit priuilegium, ex regiſtro ei[illegible] Regis anno 1299. l. A. fol. 80. deſumptum.

CAROLVS II. & cæt.

Vniuerſis præſentis ſcripti ſeriem inſpecturis tam præſentibus, quàm futuris.

Ad Dei laudem, & gloriam, de cuius manu bona ſuſcepimus, reuerentiam debemus Eccleſijs, & in recognitionem talenti ab eo nobis dati & crediti locupletis partem offerre, quam poſſumus, & ſortem impendere, quam valemus. Hac itaque conſideratione commoti, & intereeſſione deuota venerab. in Chriſto Patris Ioannis Dei gratia Epiſcopi Rauellenſis dilecti Conſiliarij, & familiaris noſtri, cui à fide, ac meritis ad gratiam obligamur, traducti de certa ſcientia noſtra, & gratia ſpeciali cōcedimus irrefragabiliter [illegible], ordinari, & fieri in Ciuitate Rauellenſi, vbi epiſcopus ipſe prouiderit Tintoriam Celendram cum auricella & alijs ſuis circumadiacentijs vniuerſis, volentes, & expreſſiùs concedentes, vt ipſa Tintoria, Celendra, & auricella cum adiacētijs ipſis ſuis ad opus, & commodum [illegible] Rauellenſis Eccleſiæ exerceatur perpetuò in futurum & Iura, redditus, & prouentus earum, quæ locari, & veudi permittimus per ipſum epiſcopum, & ſucceſſores eius, qui pro tempore fuerint eidem Rauellenſi Eccleſiæ liberè applicentur, & percipiantur tam per ipſos Epiſcopos, quàm per Capitulum eiuſdem eccleſiæ cum vacabit, nulla nobis, aut ſucceſſoribus noſtris, vel Curiæ noſtræ exactione, delatione in illis alia in poſterum reſeruata. In cuius rei fidem perpetuamq; memoriam, & eiuſdem Eccleſiæ Rauellenſis cautelam & perpetuam firmitatem præſens ſcriptum ex inde fieri, & pendenti Maieſtatis noſtræ ſigillo iuſſimus communiri.

Actum & Datum Neapoli in abſentia Protonotarij Regni Siciliæ & cæt. per M. P. de Ferrerijs, & cæt. die 23. Aprilis 12. Indictionis.

Eadem pag. l. 38. pro Coſtalda, ſcribe, Caſtalda

Pag. 103. l. 30. poſt verba illa, *deceſſit Benedictus anno 1427. ex eodem libro*, adde à capite lineæ.

20 IOANNES ſucceſſit Benedicto eodem anno 1427. quo vel ex hac vita migrauit, vel ad aliam eccleſiam tranſlatus eſt. Ioannis nomen ad poſteros perennauit Ioannæ ſecundæ Reginæ priuilegium ei in ceſſum eodem anno 1429. Auguſti menſe, quod extat in tabulario Rauellenſi tenoris ſequentis.

Ioanna ſecunda Dei gratia Hungariæ, Hieruſalem, Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ruſſiæ, Seruiæ, Galaciæ, Lodomeriæ, Comariæ, Vulgariæque Regina, Prouinciæ & Forcalquerij, ac Pedemontis Comitiſſa.

Tenore præſentium notum facimus vniuerſis harum ſeriem inſpecturis, tam præſentibus, quàm futuris. Quod diebus proximis Maieſtati noſtræ, & in noſtro Cōſilio pro parte R. Patris Ioannis Rauellenſis Epiſcopi Oratoris fidelis noſtri dilecti quædam [illegible] oblata petitio effectualiter continens, quod Prædeceſſores eiuſdem exponentis Rauellenſis Epiſcopi, qui fuerunt, no[illegible], & pro parte maioris Rauellenſis eccleſiæ, cui præfuerunt, & ipſa etiam maior Rauellenſis eccleſia ab eo tēpore, cuius in contrarium memoria hominum non extitit, nec exiſtit, habuerunt, tenuerunt, & poſſederunt, & dictus exponens habuit, tenuit & poſſedit, prout etiā de præſenti habet, tenet, & poſſidet eiuſdem Eccleſiæ nomine Celendram vnam propè dictam eccleſiam in Ciuitate noſtra Rauelli, in qua celendrari conſueuerunt, & celendrantur fuſtaini, & nulla alia celendra erat, nec eſt in Ducatu noſtro Amalphiæ, niſi in Ciuitate noſtra Amalfiæ, quæ ſimiliter eſt maioris Eccleſiæ Amalfitanæ, & in ipſa petitione ſubiuuxit, quod Coluccius de Al[illegible] de Scalis intendebat, & nitebatur, prout intendit, & nititur velle facere Celendram vnam in Ciuitate noſtra Schalarum diſtante per vnum milliare à dicta Ciuitate Rauelli, & quod ipſam facere cœperat in maximum damnum & præiudicium dictæ maioris Rauellen. Eccleſiæ & exponentis eiuſdem, attento præcipuè, quod ſi dictus Coluccius Celendram ipſam faceret, præfata Celendra ipſius Rauellenſis Eccleſiæ nullius eſſet redditus, cuius pro maiori parte in dicta Rauellenſi eccleſia diuina celebrentur officia de iuribus Celendræ prædictæ, quæ ſi in redditibus deteriorarentur, alia dictæ eccleſiæ [illegible] bona, ſicut expoſitio ipſa continuit, non erant, nec eſſent ſufficientia in victum, & alia neceſſaria dicti exponentis, & Capituli, & Cleri dictæ Eccleſiæ, & ad diuina ibidem officia celebranda, & pro tempore claræ memoriæ Domini Regis Ladiſlai Reueren[illegible] fratris noſtri, dum aliqui homines Terræ noſtræ Tramonti tentaſſent Celendrā facere in dicta Terra Tramonti, & propterea ad eundem fratrem noſtrum per Prædeceſſorem tunc dicti exponentis habitus fuiſſet recurſus, Idem quondam frater iuſſit Celendram ipſam non fieri, quæ minimè facta fuit, ſicque ſuper præmiſſis, & pro ipſius remotione Celendræ per dictum Coluccium inchoatæ, pro parte dicti

ex-

exponentis, noſtra, & dicti noſtri conſilij prouiſione petita, per iam dictum noſtrum Conſilium commiſſum extitit R. in Chriſto P.D.N. Archiepiſcopo Neapolitano Conſiliario & fideli noſtro dilecto, quod de præmiſſis ſummariè ſe informaret, & quicquid reperiret, Maieſtati noſtræ, ſeu dicto noſtro Conſilio referret, habitaque per dictũ Archiepiſcopũ petitione prædicta pro parte ipſius exponentis oblata, Archiepiſcopus idem vigore decretationis in illa conſcriptæ & commiſſionis per dictum noſtrũ Conſilium ſibi factæ, vocato dicto Coluccio, & non comparente, & certis alijs ſimiliter euocatis, ac nonnullis teſtibus ſuper hoc per eundem Archiepiſcopum examinatis poſt illorum examen retulit coram dicto noſtro Conſilio iam dictam Celendrã per ipſum Coluccium de iure fieri non poſſe, neque debere, & ſi fieret, ſatis præiudicialem eſſe dictæ Maiori Eccleſiæ Rauellen. nec aliquas Celendras fuiſſe, nec eſſe in terris & locis dicti Ducatus noſtri Amalphiæ, niſi duas in Ciuitatibus Amalphiæ & Rauelli, necnon mandandum & inhibendũ eſſe dicto Coluccio ſub adiectione pœnali, quod dictam Celendram facere in dicta Ciuitate Schalarum non debeat, neque præſumat, & ſi quam facere incœpit, deuaſtet irritet, & annullet, ſicuti prædicti Archiepiſcopi relatio prædicta continuit ei Jem Conſilio noſtro facta; quam quidem relationem iam dictum noſtrum Conſilium approbauit, & decreuit eandem executioni debitæ demandandam. Nos autem conſiderantes, quod nil prodeſt relationes & decreta fieri, niſi executioni debitæ demãdarentur, prædictique Rauellen. Epiſcopi iuſtis ſupplicationibus inclinati, tam relationem factam, vt prædicitur, Conſilio noſtro prædicto, quàm etiam prædicti Conſilij noſtri Decretum de noſtra certa ſcientia tenore præſentium decernimus, & declaramus eſſe validum, & validam, & inuiolabiliter obſeruandam . pro-hibendum eſſe à confectione dictæ Celendræ, & cogendum ſi exſtruxerit, ad deſtruendum, ſi quam celendram in eadem Ciuitate Schalarum, vt prædicitur, inchoaſſet, & vt præſens noſtræ . . . debitum ſortiatur effectum, iam dicto Coluccio, ex dicta noſtra certa ſcientia ſub pœna unciarũ quinquaginta ab eo, ... pro parte noſtræ Curiæ irremiſſibiliter exigenda tenore præſentium præcipimus, & mandamus, quatenus dictam celendram per eundem inchoatam deſtruere, & deuaſtare debeat, nec illam in ipſa Ciuitate Schalarum de cætero facere quoquomodo præſumat; ſed ab illa deſiſtat penitus & omnino ... damnoſa eſſe & præiudicialis ... Maiori Eccleſiæ Rauellen. & quatenus ... ſicut noſtram gratiam caram habet, & prædictam pœnam deſiderat

A euitare, Mandantes inſuper ipſarum tenore præſentium Vicegerentibus noſtris, & Capitaneis dicti Ducatus noſtri Amalphiæ, & ipſarum Ciuitatum Rauelli & Schalarum vel locum tenentibus earundem, & cæteris cæteriſque noſtris officialibus, & perſonis alijs, ad quos ſpectat, & ſpectare poteſt, quocunque nomine & titulo nuncupentur per quaſuis partes, Terras, & loca conſtitutis, præſentibus & futuris, quatenus forma præſentium per nos diligenter attenta, illam ipſi & quilibet eorum præſentes ſcilicet & futuri teneantur, obſeruent, & tam à prædicto Coluccio, quàm ab alijs etiam maudent, & faciant inuiolabiliter obſeruari, dictumque Coluccium ad

B obſeruationem præſentium, & ad deſtruendam & deuaſtandam per ipſum inchoatam Celendram, nec illam de cætero faciendam ſi renitens forſan extiterit tam per exactionem pœnæ iam dictæ, ſi inciderit in eandẽ, quã per quælibet alia opportuna & debita, fauorabiliaque Iuris eis viſa remedia arceatur & compellatur, nec illam deinceps per eundem Coluccium fieri ſinat in damnum, & præiudicium Eccleſiæ prælibatæ. In cuius rei teſtimonium præſentem litterarum executionem fieri, & pendenti Maieſtatis noſtræ ſigillo iuſsimus communiri, præſentanti remanſuram pro eius certitudine, & cautela.

C *Dat. Neapoli per virum Magnificum . . . . Fundorum Comitem Logothetam, & Protonotarium Regni noſtri Siciliæ noſtrum Collateralem, Conſiliarium, & fidelem noſtrum dilectum Anno Domini 1429. die nona menſis Auguſti, ſeptima Indictione Regnorum noſtrorum anno 16.*

Eadem pagina l. 1. pro num. 29. ſcribe 21. Gaufridus de Porterijs Canonicus Auerſanus ſucceſſit Ioanni, non Benedicto

Pag. 105. l. prima n. 3. Paulus Tuſchus lege Paulus Fuſchus.

Pag. 106. l. 15. dele illa verba *publicus interpres in Romana Academia*, & ſcribe

D celebris Iuriſconſultus in Romana Curia, & linea 18. adde plures tractatus conpoſuit in vtroque Iure, inter quos typis euulgauit vnum de poteſtate Eccleſiaſticorum tempore peſtis, & Relationem priuilegiorum, ac Iurium Cathedralis Rauellenſis quod Amalphitanus Metropolitanus non valeret, nec poſſet in ea Crucem deferre, cum interpretatione Clementinæ ſecundæ de priuilegijs à ſacra Epiſcoporum Congregatione approbata hoc ſequenti decreto.

Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita attentis narratis, atque partibus auditis diligenter, ac maturè diſcuſſis, Eminentiſſimo Carpineo referente, cenſuit Ar-

Archiepiſcopo Amalphitano non licere deferre crucem, nec etiam Benedicere in Diœceſi Rauellenſi, prout non licere declarauit, & decreuit, in contrarium allatis non obſtantibus quibuſcunque. Romæ prima Aprilis 1661.

Al. Cardinalis Ginettus.

Loco Sigilli †

B. Epiſcopus Camerinen. Secretarius.

SIGNINI.

Pag. 150. l. 48. num. 4. dele 1175.

SORANI.

Pag. 160. l. 55. poſt illa verba, ſe exſoluit 1608. adde Quietam deinde vitam traduxit in patria ætate grandæuus è viuis eripitur an. 1615. tumulatus in Eccleſia Sanctæ Luciæ prope maiores ſuos, hoc habet epitaphium.

Marco Antonio Salamonio Cremonen. Soræ Epiſcopo, pietate in Deum, beneficentia in homines, atque in rebus agendis prudentia ſingulari, collegium S. Luciæ Clericorum Congregationis bene de ſe merito poſ.
Obijt iv. Id. Octobris.
MDCXV.

In Eccleſia S. Caroli in eadem Cremonenſi Ciuitate exædificata, veluti benefactori optimo erectum fuit honorarium elogium à fabricæ moderatoribus ſculptum in nigro lapide tenoris ſequentis.

Mar. Antonium Salamonium
Cremonæ Ciuem, Soræ Paſtorem
Virtutes virum, dignitates ornamentum
Obiiſſe, vel abiiſſe
lacrymantur.
Qui dum in diuitijs Pauper
Pauperibus diues,
Viuus alijs, ſibi mortuus
E morte naſcitur immortalis.
Clarus in D. Carolum pietate,
Amicitia carus
Ad templum hoc perficiendum, ac ornandum
Ex legato conſpirat.
Ornantem ornantes
Grati Fabricæ moderatores,
Anniuerſarium Epiſcopale Officium
Duodecimque ſacra ſponte conſtituentes,
Doloris oculis, honoris ore, amoris arte
Heroem D. Caroli imitatorem
Conſtantia Salamone maiorem
Terra ademptum, adeptum Cælo
Lamentantur, Lætantur.
Obijt Idib. Octob. MDCXV. ætat. ann. LXXV.

TERRACINENSES.

Pag.212.l.11. poſt illa verba fato functus eſt 1575, *adde*, Fuit Franciſcus patria Collenſis Vallelſæ in Etruria Florentinæ ditionis, qui an. 1565. Apoſtolicæ Sedis Nunclus fuit, quo munere egregiè functus, ad ſedem ſibi commiſſam redijt, vbi obijt, ſepultuſque eſt in Cathedrali.

Eadem pag.l. 13. dele nepos *adde*, germanus frater Franciſci, l.15. *adde*, Sonneni ſuæ Diœceſis oppido, ſepultus ibidem in Parochiali Eccleſia s.Petri prope altare maius cum hoc epitaphio.

D. O. M.

Ob memoriam Reuerendiſſ. Domini Beltramini de Beltraminis V. I. D. Collis Vallelſæ, Epiſc. Terracinen. cuius corpus hic repoſitum fuit, ann. Dom.
MDLXXXII.
Die viij. Maij in quo obijt. Abbas Iulius Martinus Sonneni V. I. D. de ſuo hoc fieri fecit.
MDLXXXIV.

Beltramina Familia Florentina ciuitate donata, gerit pro inſigni in ſcuto argenteo hippogryphum rubrum corona aurea exornatum.

TVDERTINI.

Pag.243.l.42. num.28. Iacobus, *adde*, Ord.Prædicatorum

VALVENSES.

Pag.251. l.63. *adde*, à capite lineæ.

2 FORTVNATVS Valuenſis Epiſcopus ſub Symmacho Papa interfuit Concilio quinto Romano anno 510.

VERVLANENSES.

Pag.291.l.6. *adde*, à capite lineæ.

8 GIRALDVS Epiſcopus Verulanenſis floruit anno 1036. qui interfuit Synodo Romæ coactæ ſub Benedicto IX. vt in fragmento eiuſdem legitur, quod ſupra retuli-

A mus in Epiſcoporum Peruſinorum additione.

VITERBIENSES.

Pag.313. l.25. dele illa verba, *fundaſſet atque dotaſſet*, & loco eorum adde, penè collapſam à fundamentis reædificaſſet atque dotaſſet.

Pag.314. l.23. à capite lineæ, *adde*.

Cæterum cum ſupra ſcripſerimus Monaſterium ſancti Martini in Montibus Ciminis à Raynerio fuiſſe reædificatum de eodem hic aliqua ſubijciemus de eius antiquitate, cum planè omnino lateat primũ eius exordium. Antiquiſſimum fuiſſe ſancti Benedicti
B Cœnobium fert opinio, quod deinde anno 1150. redditibus, atque Monachis fere deſtitutum Eugenius III. Ord. Ciſtercienſi perpetua vnione connexuit, vt ibidem Monaſticus Ordo reſtitueretur, ſed cum inopia laboraſſẽt Monachi per annos quinquaginta, ac deſperaſſent vt ad puritatem tunc florentis Religionis poſſet Cœnobium penè collapſum reduci, ad Capitulum Generale Ciſtercij in Gallia confugerunt. Patres ſtatuerunt, vt illud ab eo Ordine ſegregaretur, ne forte Regularis obſeruantia in deterius iret, quod cum ad aures Innocentij III. Pontificis delatum fuiſſet, adiutrices manus appoſuit, illudque voluit ſub eodem Ordine, & filiatione Pontiniacenſis Cœnobij permanere, additiſq; pluribus bonis,
C ſub protectione Apoſtolicæ Sedis ſuo diplomate conſtabiliuit, cuius partem refert Angelus Manriquez Epiſcopus Pacenſis tom.3. cap.5. num.8. Annal. Ciſtercienſium ex archiuio Vatic.

INNOCENTIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filijs Petro Abbati Monaſterij ſancti Martini in Monte, eiuſque Fratribus tam præſentibus, quam futuris regulariter profeſſis in perpetuum.

D Licet Monaſteriũ veſtrum pauperculum fuerit ab initio, in tantam tamen pro diuerſitate temporis paupertatem deuenit, vt vix in eo tres Monachi remãſiſſent, poſſeſſionibus eius omnino diſtractis, vel grauiter obligatis. Vnde in Generali Ciſtercieñſi Capitulo extitit definitum, vt à Ciſtercienſi Ordine ſeparari deberet, cum in eo non poſſet Ciſtercienſis Ordo ſeruari. Nos autem, qui religionem intendimus fouere plantatam, nolentes ab ipſo Monaſterio Religionem penitus extirpari, mille libras tribuimus ad poſſeſſiones eiuſdem Monaſterij redimendas. Mandantes dilectis filijs

Ab-

Abbati & Fratribus Pontiniacenſis Cœnobij, quod per Dei gratiam in ſpiritualibus, & temporalibus valde floret, vt Eccleſiam veſtram de noſtra conceſſione, in ſpiritualem filiam optantes, Abbatem & Conuentum ad illam deligerent reformandam. Quod ipſi grato proſequentes affectu, vos cum quibuſdam Conuerſis ad ipſum Monaſterium tranſmiſerunt. Verum quia, nec ſic Monaſterium ipſum ſufficere poterat ad Conuentum ſuſtinendum honeſtum, eccleſiam ſancti Saluatoris poſitam iuxta Oreolem cum omnibus poſſeſſionibus, & pertinentijs ſuis vobis & per vos Monaſterio veſtro duximus in perpetuum concedendam, Impoſterum vobis, auctore Deo, in alijs neceſſitatibus veſtris auxilium opportunũ, cui laudabiliter vos proficere cognouerimus, prout præcipimus ac ſperamus, &c. Proſequitur enumerata bona, ac deinde ſub Apoſtolica protectione Monaſterium ſuſcepit. *Sub datum Romæ apud S. Petrum per manus Ioannis ſanctæ Mariæ in Coſmedin Diac. Card. S.R.E. Cancellarij Kal. Feb. Ind. 11. Incarn. Dominicæ 1206. Pontif. vero Domini Innocentij Papæ III. anno nono*

In peruetuſto codice M.S. Abbatiæ ſancti Saluatoris de Monte Amiato, hæc ferè eadem legimus de hoc Monaſterio in hunc modum.

Cum autem Monaſterium ſancti Martini de Monte ad exterminationem deueniſſet, ita vt in eo tres Monachi remanſiſſent, poſſeſſionibus eius vel omnino deſtructis, vel ſub graui fœnore pignoratis, tunc Pontifex ad reformationem ipſius intendens, pro redimendis poſſeſſionibus, mille libras exſoluit, ſcripſitq; Abbati & Conuentui Pontiniacenſis Cœnobij quod eſt vnum de quatuor primis præcipuis Ciſtercienſis Ord. Monaſterium, vt ipſam Eccleſiam ſancti Martini in filiam reciperent ſpiritualem, & ad ipſam dirigerent Abbatem & Conuentum de Monachis & Conuerſis. Cum ergo veniſſent Dominus Papa benedixit Abbatem, & vt in eodem loco religio pullularet, conceſſit & donauit eidem Eccleſiam ſancti Saluatoris, quæ ſita eſt iuxta Orcolem, cum omnibus rationibus, & poſſeſſionibus ſuis, longe quidem maioribus, ac etiam melioribus quam cætera poſſeſſiones illius, fratres in neceſſarijs ad excolenda prædia, & ædificia conſeruanda, & magnificè priuilegians locum ipſum ſub anno 9. ſui pontificatus.

In redditibus, ac bonis auctum Monaſterium Raynerius Epiſcopus cœpit idem vna cum eccleſia à fundamentis reſtaurare, vt fundatoris prope laudem tulerit, qui etiam inuidioſis diuitijs locupletauit. Illuſtre fuit hoc Cœnobium, ac viris ſanctitate conſpicuis claruit, diuque in ea Monaſtica puritate manſit, donec ſub iugo Commendatariorum oppreſſum, in deterius ire cœpit, pulſiſque deinde Monachis, Vaticanæ Baſilicæ Canonicis vnitum fuit: noſtroque ſæculo ab Innocentio X. recompenſatis Canonicis, atque ſuppreſſa Abbatiali dignitate in Principatum Pamphiliæ gentis adlectum circundatum muris caſtrum euaſit; cuius hodie Princeps eſt Camillus eiuſdem Pontif. nepos, qui nobili munificentia Eccleſiam & Caſtrum ipſum exornat.

APPENDIX

Ad Tomum ſecundum.

Pag. 326. lin. 22. cuius Metropolis *S. Anaſtaſio* conſecrata, corrige, cuius Metropolis ſanctæ Reſurrectioni conſecrata, à Græca voce dicta ἁγίας ἀναστάσεως, ideſt ſanctæ Reſurrectionis.

Pag. 385. l. 16. pro *ſecundo* ſcribe vndecimo.

Eadem pag. lin. 27. poſt illa verba, incorruptum fuiſſe inuentum, *adde.* In Diœceſi Rauennatenſi, & Adrienſi eodem die 18. Auguſti celebratur dies feſtus eiuſdem eccleſiaſtico officio. Cuius vitam an. 1413. conſcriptã, ex veteri Archiepiſcopalis tabularij codice M. S. extractam communicauit, ſumma beneuolentia nobis coniunctus vir probus, doctus, ac venerandæ antiquitatis eximiè cultus Hieronymus de Fabris Metropolitanæ Rauennatis Canonicus Theologus, quam exhibendam duximus, cum hactenus inedita ſit.

Tractatus de vita laudabili Archipræſulis B. Raynaldi per me edita Fr. Nicolaum de Arimino Ordin. Minorum S. Theol. humilem Profeſſorem anno Dom. 1413.

Celebris memoriæ B. Raynaldus felix Archipræſul Rauennatis Eccleſiæ de partibus Lombardiæ ciuitate Mediolani traxit originem, qui cum ad huc iuuenis adoleſcens apud parentes exiſteret, illis exhortantibus iam grammaticali doctrina ſufficienter imbutus iter ad ſcholas ſcientię auidus ſolerti animo ſulcans, liberalium vero artium mediocriter peritus effectus eſt, cum autem huic iam præmiſſo fundamento culmen ſapientiæ iam allectus addere concupiſceret, quod non niſi purgatis mentibus plenè conceditur; vana quæque huius ſæculi toto corde reſpuens ſenſualitatis impetus rationis fręno compeſcens, cœlibem vitam ducere feruenter incœpit. Quam vt aptius perſeuerãdo perficeret Diuini luminis radio tactus interiuſecus cæli

captus amore, omniſque parentum, affi- A
nium caruis immemor, totum reliquit & ſę-
culum, & Chriſtum intra mentis ſuæ vbera
vt myrrhæ faſciculum dulciter amplexus,
qui eſt recta via, clara veritas, & viuens
vita. Religioſus Clericus effectus eſt, in
qua quidem Religione fidei ſcutum aſſu-
mens, Chriſtique feruenter ſectando veſti-
gia adeo ſtringere ſtuduit nexum charitatis
in Deum, vt nihil ſcire cuperet, niſi cum
Apoſtolo Ieſum Chriſtum crucifixum,
cujus amore, & proximum in omnibus non
minus ſeipſo viſceroſius diligebat. Factus
autem Chriſti verus æmulator cujus amor
nunquam otioſus eſt, anhelans fructum cen-
tuplum percipere, vineam Domini Sabaoth
omni cum diligentia laborare ſatagebat, B
vacabat enim tribus toto niſu. Primo nam-
que diuino cultui ſolers diligenter inſiſte-
bat, nam ſacra fideliter intuebatur, agebat
reuerenter, deuotiſſime miniſtrabat. Tanta
etiam voluptate ſuæ deuotæ mentis orabat,
vt diuinæ contemplationis dulcedine oran-
do in Deum videretur abſorptus.

Ad omnes equidem horas Canonicas pri-
mus accedebat, recedebat vltimus, ſollicita-
bat & cæteros, & in hoc ſuus potiſſimè of-
fendebatur aſpectus ſiquidem omiſſionis,
aut negligentiæ, aut diſſolutionis, aut inter-
ruptionis illicitæ, aut vanitatis, aut quouis
modo mentis inanis ſubtractionis ab offi-
cio dum orationes, & pſalmodiæ perſolue-
rentur in aliquo perpendiſſet. Iubente au-
tem Deo, qui vt ſeruos ſuos vehementer ani- C
met ad meliora, nonnullis interdum ſpiri-
tualium conſolationum donis de æterno cę-
li pręmio eis præbet certitudinem. Conti-
git ſemel vt cum Matutinum Dominicale
cum cæteris Clericis deuotè celebraſſet in
nocte, remanſit in eccleſia, & cum ſancta
Dei verba, quæ in Chriſto orando protule-
rat mentis ruminaret epilogo, viſus eſt ſibi
quod vnum verſum, vel vnum verbum,
abſque deuotionis guſtu protulerit, aut ſi-
ne firmitate attentionis in Deum; verens
vt Dei ne dictum Matutinum cælo non
eſſet oblatum, ipſum reincœpit à capite, &
iterum maxima cum deuotione, ac feruore
ſpiritus perſoluit. Quo perfecto, quoniam
ex longo orationis protractu ibi diu ſtete- D
rat, iam enim eluceſcebat aurora, accedēs
ad humilem lectum, paululum obdormiuit.
Eoque dormiente apparuit ei in viſu Do-
minus in habitu Regali, paternali tamen
aſpectu cum Angelorum ingenti caterua,
qui proprijs manibus cibum pro prandio
in portiones diuidens ſingulas ſingulis Cle-
ricis, qui ea nocte ſacrum Matutinum ce-
lebrauerant in eccleſia videbatur porrige-
re; ſed viro Dei Raynaldo portionem ex-
hibebat duplicem dicens. Binam habe
mercedem eo quod orationem duplicem
effudiſti, Expergefactus igitur homo Dei
Raynaldus egit gratias Deo ex facta ſibi

reuelatione cognoſcens non dubiè clemen-
tem Deum fidelem eius orationem miſeri-
corditer acceptaſſe, multoque ſollicitior,
ac promptior factus eſt ad Diuinas laudes
atq; orationis ſtudium indefeſſum. Exiſti-
mabat enim plura diuinę mētis arcana noſ-
ſe, ſacrarumq; literarū limpidius profun-
da ſcrutari ſanctæ orationis, atq; deuotionis
ſtudio, quā humano exercitio, aut doctrina
humanitus acquiſita. Secundò ſolers, &
indefeſſus promptitudine nimia in proxi-
morū indigentias charitatis exercebat offi-
cia. Tertiò ſacræ Scripturæ, Sanctorumq;
doctrinæ otiabatur ex intimis. Et quidquid
diuinæ legis, aut naturalis diſciplinæ ani-
mo ſemel iniecerat, tenaciter imprimebat
memoriæ.

Quia non fruſtra mentalis attentionis
percipiebat auditu quod continuo deuo-
tionis ruminabat affectu. Iis itaque adeo
alliciebatur ſeruus Dei Raynaldus, vt nil
temporalium rerum mundi ſpretor appe-
teret, niſi quantum & vix corpuſculi neceſ-
ſitas exigebat. Et tanta intentionis rectitu-
dinē vtebatur in omnibus, vt quidquid pie-
tatis, & iuſtitiæ protendebat in effectibus,
vehementius vtroq; operabatur affectu, ſtu-
dens efficaciter innocentem, & ab omni la-
be purgatam animam Deo cuſtodire. Ri-
gidus quoq; in diſciplina iugiter ſuper ſui
cuſtodiam ſtabat peruigil, curam perma-
ximam gerens de vtriuſque hominis purita-
te, & caſtitate ſeruanda. Non enim indul-
gebat ieiunijs, vigilijs, & cæteris corpo-
ris auſteritatibus quamplurimis, vt caſtiga-
ta carne nulla eſſet rebellio contra ratio-
nem, & animam, & in omni bello aduer-
ſus ſpiritum miles victor exiſteret. Quem
non extollebat magnitudo reuelationum,
aut virtutis incrementum, quin immo
ſe miſerrimum iudicabat inter cęteros, om-
neſque ſibi dignitate præferebat, & loco,
& actu humilem præbebat famulatū, & ne
corporis grauedine deuota anima ſopiretur
virtutis exercitium, aut pigreſceret ſpiritus;
inimicus epularum, ſui compos ſobrius exi-
ſtebat, & ſic perſeueranter curſum ſanctæ
vitæ nitebatur perficere, quem acceperat.
Tandem felix homo Raynaldus,
cum Sacerdotij fuiſſet inſignitus charactere,
ſimplicior, ac rectior, longeque virtutibus
claruit inſignior, qui ſanctior factus ſe in-
tēriori ſpernens humilitate indigniorem ſe
laudibus hominum, diuinæq; gratiæ mune-
ribus exiſtimabat. Et crebro illuſus ab im-
probis, gaudēs Domino decantabat dicens.
Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor
contritum, & humiliatum Deus non deſpi-
cies. Quia ſuperbis reſiſtis, humilibus autem
das gratiam. Itaque etiam per ciuitates, &
terras honeſta habitus forma, vilique panno
contextus ſe ad pauperum, ac debilium
præbens obſequia, credens firmiter humili-

tatis

-tatis graduque virtutum diuina ſuper eum facta manu ſublime pandi Cælum. Erat tantus Chriſti Sacerdos, tam ſimplex, verus, & rectus, eiuſque vita tam ſine mendacio, vt quidquid lingua diceret, aut geſtu protenderet, auctoritati quaſi par videretur Euangelicæ, potiſſimè autem orthodoxam Dei veritatem tam feruenter affectabat, torque approbabat virtutibus, quod quæ ſperamus non viſa, ſibi manifeſta iudicabantur à plurimis. Quamobrem infideles prouocabat, & inducebat ad fidem, & Chriſtianos debiles confirmabat in fide. Ignibus namque ſe non verebatur exponere, vt fidei Catholicæ veritatem approbaret, & tandem firmius ſperans, quæ maiori fide credebat. Factus Sacerdos interiori affectu paupertatem euangelicam pro diuitiarum theſauro poſſedit, mundi contemptor, Cæli meratot effectus, attendens verbum Saluatoris, qui dicebat, Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum Cælorum. Præter victum, & eum valdè paucum, & veſtitum humilem, nihil horum volebat, lætior indigentia, quam terrenarum affluentia rerum. Interrogatus ſemel cur tanta gauderet inopia, & ſperneret mundi quæq; Reſpondit paupertate gaudeo, vt diuitijs fruar, omnia negligo, vt cuncta poſſideam, omnia enim mihi Chriſtus eſt, quem ſi adeptus fuero, fortitus ero feliciter vniuerſa. Et cum regula vitæ ordo ſit, & pulchritudo ſanctitatis, Beatus hic Sacerdos nil curioſum, nil ſecnlare, nil inhoneſtum, nil præter ordinem debitum in ſe patiebatur, quouis modo, ſed totus Religioſus in omnibus Sacerdotalis regulæ iuxta ordinem ſanctorum Patrum erat ad plenum perfectus obſeruator Studio vero ſacrarum litterarum, & ſanctorum Patrum dogmatibus vacabat enixius, vt diuinæ legis documenta, & fidei articulos eminentius poſſet & ignorantes docere proximos, & fidei impugnatores expugnare. Quo ſacræ doctrinæ peritus extitit. Verum quoniam turpe eſt doctori cui culpa redarguit ipſum, & cuius vita deſpicitur, teſte etiam prædicatio contemnatur. Ideo vir Dei Raynaldus Chriſti feruens imitator, qui cœpit facere, & docere, nihil docebat alios lingua, calamo, vel doctrina, quod prius ipſe non fuiſſet expertus in vita, & qui alios facere bonos moliebatur, omnium Ipſe optimus erat, tam vtrique ſolers animarum ſaluti, ac ſi omnes, vt in Chriſto filios quotidie peperiſſet. O vere felix Sacerdos! qui hæreditatem Domini tam immaculatam integraliter conſeruauit, qui gratiſſimus Deo, mundo fuit norma, & ſpeculum omnimodæ ſanctitatis. Cumque eius virtutes, merita, fama diffunderentur in orbe, & maximæ reuerentiæ & eximiæ reputationis exiſteret apud omnes, accidit vt tunc Archiepiſcopus Rauennatis Eccleſiæ decederet;

A

Congregatis igitur Canonicis, cæteriſque Clericis, & populo ad electionem noui eiuſdem Sedis Archipræſulis, nullus dignior eligi ſeruo Dei Raynaldo eis viſum eſt: eumq; diſcrepante electorum nemine omnino; ſuadente populo, Canonici vnanimiter elegerunt. Deuotus vero Raynaldus, qui ſuper humilitatis virtutem ſtuduerat fundare ſe ipſum, & vt ſapiens architector ſui fundamenta prius iacere gratia Chriſti didicerat. Spretus apud ſe, ſibique vileſcens ſui prælationem abhorrens, cæteris miniſtrare potius, quam ſibi ab alijs miniſtrari deſiderans, electioni præfatæ nullatenus acquieuit, cui ex corde renuncians coram omnibus ne obſtrepentium vrgeretur, vel ſaltèm infeſtaretur inſtantijs, in ſecretiori loco abſcondit

B

ſe, diuque latuit. Nihilominus deliberatione totius Capituli, & populi exhortatione miſerunt Canonici ad Summum Pontificem pro confirmatione electionis iam factæ. Qui felicis Raynaldi vitæ ſanctæ audita fama, omnique humilitatis eximiæ, ac ſuarum multiplicium virtutum vera informatione ſuſcepta, ſtatim & libenter ipſum in Archipræſulem Rauennatis Eccleſiæ confirmauit. Sibi quoque præceptum deſtinauit in ſcriptis, iniungens per obedientiam ſalutarem, & in virtute Spiritus ſancti quatenus pro animarum ſalute paſtoratus Eccleſiæ prædictæ in Chriſto laborem aſſumeret.

C

Humilis verò Raynaldus iam repertus à Clericis, & iam patens omnibus, qui diutius latuerat præceptum Summi Pontificis reuerenter accipiens obedientiæ iugo colla tetendit, & ſedem Archiepiſcopatus aſcendens non tantum, vt præeſſet, quantum vt prodeſſet prælationem aſſumpſit. Et quamquam omnes ambitionis gradum abiecerat non tamen pendens præſidentiam operabatur nihilominus diligenti miniſterio, vt pius paſtor ſollicitam gerens in Domino de ouibus ſibi commiſſis ipſi omnium Paſtori Deo humilitatis merito famulari.

Prudens igitur Paſtor volens prælationis officium in Dei laudem iuſtè, & optime pro viribus exequi in ſalutem omnium, tanquam in finem optimum fixit intuitum, ad quem vt eos feliciter dirigeret vitæ Regulam, atque morum honeſtatem in Clericis ſtuduit obſeruari iugiter vigil & ſolers

D

ipſorum Clericorum, maximè Sacerdotum & ſui vtriuſque hominis ſcilicet interioris, & exterioris cuſtodire puritatem. Erat nempè in reprehenſione delinquentium rigidus, & diſcretus in punitione iuſtus, & miſericors, in admonitione ſollicitus, in doctrina promptiſſimus, bonorum acceptor, malorum correptor, cunctiſque ſpeculum, & exemplar omnimodæ ſanctitatis, adeo vt plures boni fierent eius exemplo, quam doctrina. Si autem Clericorum quempiam reperiſſet incorrigibilē, ſtatim expellebat à conſortio, ne morbida facta pecus totum

Nnn 2 fœ-

A fœdaret ouile. Æmulabatur tamen in Chriſto omnes,viſcernſius affectans eos non minus ſe Chriſto Domino feliciter innodari. Et plura ſibi bonus pater dimittebat incommoda,vt in Chriſto dilecti filij cominode licet ſancte viuerent. Demum liberalis Præſul de bonis Domini quorum diſpenſator erat nimia pietate, atque teneritudine velut ad exemplar Chriſti mouebatur ad pauperes,quibus erat ipſe in eleemoſynarum exhibitione largiſſimus,nulli negãs ſibi poſſibile quidquam qui petendo diuinum allegabat amorem.

Subueniebat incarceratis, viſitabat infirmos, fouebat egenos, cunctiſque Indigen-B tibus ſecundum exigentiam, & pro poſſe neceſſaria miniſtrabat. Denique ſemper aut crebro dum eſſet in menſa pauperum Chriſti memor proprium inciſorium fultum carnibus, aut piſcibus eis diſtribuẽdum mittebat, volens ſolo pane, quã Chriſti pauperes ſame cruciari. Interdum cum per eccleſiam incederet multis egenis, paruulis, atque prouectis, qui ad eum ipſius ſama pietatis conuenerant eleemoſynam accepturi ſingulos denarios ſingulis porrigebat.

Erat quidem dulcis paſtor, cunctis affabilis, & in conuerſatione benignus, dum enim deuoti ſubditi iucundum eius cum C maturitate cariſſimum intuebantur vultum nimia voluptate præſentia tanti patris fruebantur in Domino. Quam ob cauſam tanta inſpecta benignitate nullus ad eum verebatur accedere pro gratia impetrationis deſperata.

In omnibus autem adeo temperatus erat, vt nec crapula, nec ira, nec amor, non turbatio aliquatenus limites tranſiret regularæ rationis. Virilis autẽ erat, & conſtans, nullum terribile verens pro agenda iuſtitia, atq; defenſione virtutis, & circa quantumcunq; difficilia conſtantiſſime perſeuerans. Scientificus quippe erat, & omnis facultatis peritia pollebat clariſſimè,vt ſupra dixi. Verum tamen exercitatione continua, & otio ſtudij ſollicito illuſtrante gratia Dei, D ſcientiam quotidie addebat ſcientiæ,cupiẽs fideliũ cõmunitati proficere Chriſti amore à quo ipſe gratis acceperat, animum vertit ad proximos, & fidelium animarum ſalutẽ ex corde deſiderans,vt Chriſtianus populus eglum intenderet, Chriſti imitandi vexillũ, fidem, charitatem, & ſpem, virtutes quoq; morales prædicatione publica, necnõ priuata exhortatione hominum cordibus nitebatur imprimere, ab eiſque cuncta remouere vitia. Cuius ſermo fidelis, ſimplex, deuotus, & clarus eximium eccleſiæ, Chriſti animarum fructum attulit. Eo enim conuerſi ſunt quidam inuoluti diuerſorum criminum generibus, ad bene viuendum quam plurimi. Et vt à piiſſimo Deo eius verbi approbaretur deuota ſimplicitas, ſemel dum in quadam villa prædicaret iuxta Padum, quæ vocatur ab incolis Foſſa putrida, & ranarum multitudo importuno genitu viri Dei ſermonem confunderet, auditumque impediret adſtantium, confiſus in Domino præcepit ranis quod tacerent: quæ felicis; viri Raynaldi tanquam Dei obtemperantes iuſſui, ac ſi fuiſſent rationales creaturę mandati capaces illico tacuerunt. Quod miraculum cernentes populi ſtupore grandi repleti ſunt. Quoniam diſcretis viris maximè perſpicacibus non minus erat hoc miraculum, quam rectificare claudum ſolo verbo, aut cæcum illuminare, & ob hoc erga beatum virum Raynaldum multo maiori deuotione repleti in prædicatione ipſius viri ſimplicis, & ſerui Dei fidelius, ac deuotius ſtabant attenti. Poſtremo ſtrenuus Chriſtianus miles, atque fidelis Deo Raynaldus iam morti proximus, quam reuelatione diuina præſciuit, ad eccleſiam Cathedralem conuocauit populum, & omnium virtutum admonitione longa, & vtili præmiſſa,in qua quidem multa eis futura prædixit, omnes præcipuè exhortatus eſt ad mutuam charitatem, & pacem, deinde Clericos,& maximè Canonicos ſeorſum habuit, quibus primo facto doctrinali ſermone, vt debitam Clericis honeſtatem ſeruarent,ſuam paternalem benedictionem exhibuit eis promittens vitam æternam, ſi ſeruaturi eſſent,quæ ipſe Pater edocebat. Et poſt aliquandiu patienter toleratam ægritudinem, huius vitæ mortalis victor conſumans agonem ſanctum ſpiritum Deo reddens,eius felix anima tranſuolauit ad aſtra, cuius triumphum in Cælis, & gloriam, vt benignus Deus ſæculo pateſeceret, eius ſtatim famam multiplicibus authenticis, ſignis ex fide dignis, approbatis teſtibus inſigniuit, quorum aliqua hic infraſcripta ſunt.

Miraculum primum.

Quidam honorabilis vir ciuis Rauennæ, atque legum Doctor egregius nomine Dominus Iacobus Benincaſa longo tractu temporis fuit grauamine podagræ oppreſſus, quem ipſa podagra nouiter, & acribus ſuperueniẽs tam grauiter molestabar, quod quaſi anhelare non poterat, nec à ſeſſione exurgere, & nimio vexabatur dolore. Cumque continuè intenderetur dolor, & augeretur infirmitas,longo tempore paſſus,fidei deuotione, ac toto mentis affectu B. Raynaldo ſe recõmendans humiliter, quod pro eo ſanctis precibus intercedens ad Dominum, ſuæ liberationis gratiam impetraret, vouens ipſius ſancti tumulum impetrata gratia viſitare cum luminibus candelarum, & oblatione ſtatuæ cereæ, & toto tempore vitæ ſuæ diem, ſeu vigiliam eius obitus ieiunare,

iuuare, qui vſque ad mediam noctem in oratione perſeuerans ſuppliciter, die ſequenti fuit totaliter à podagra, & à multis alijs corporis paſſionibus liberatus.

Miraculum ſecundum.

Quidam ciuis Rauennas Carpentarius, & murator optimus nomine Ioãnes Gordus, tam graui capitis dolore grauabatur, quod lumen oculorum ex vehementi dolore videbatur amittere, qui magna deuotione, firma ſpe, ac pleniore fiducia ſe interceſſionibus ad Dominum Beati Raynaldi ſuppliciter commendauit, ſeque voto feruenter attingens, quod ei ſanitate præſtita ſepulchrum ſupradicti Archipræſulis cum candelis accenſis, & oblatione capitis cerei viſitaret humiliter. Quibus oratione, & voto peractis dictus Ioannes liberationis gratiam meruit obtinere.

Miraculum tertium.

Quædam mulier nomine Bagnoleſa de foro Pompilio habitatrix tamen ciuitatis Rauennæ cum in pede ſiniſtro infirmitatem pateretur grauiſſimam, adeo vt ſine baculo ſuſtentante ire non poſſet, & præ nimio dolore quaſi nunquam quieſcere poſſet, confidens in precibus, & ſubſidio Beati Patris Raynaldi ſe ſibi pro recuperandæ ſanitatis impetrãda gratia deuotiſſimè commendauit, promittens ſe viſitaturam tumulum eius, cum candelis accenſis, & oblatione pedis cerei obtenta gratia poſtulata, quæ emiſſo voto ſanitati priſtinæ repentè reſtituta eſt.

Miraculum quartum.

Quidam ciuis Rauennas nomine Primus, febrem tertianam patiebatur tam grauiter, quod iam putabat ſibi mortis imminere periculum, confiſus in meritis, & orationibus glorioſi Raynaldi pro liberatione recõmendauit ſe ſibi fideliter promittens eius viſitare ſepulchrum cum candelis accenſis, & oblatione vnius ſtatuæ cereæ. Qui ſtatim emiſſo voto liberatus fuit à febribus antedictis.

Miraculum quintum.

Quædam mulier nomine Blonda de Comitatu Rauennæ vexabatur à Dæmonio, quæ per ſuos affines ad ſepulchrum B. Raynaldi violenter ducta, cumque ibi per aliquas horas ſtetiſſet à circumſtantibus fuſa oratione pro ipſa ad dictum Sanctum, à Deo fuit pleniſſimè liberata.

Miraculum ſextum.

Quædam Monialis nomine Tomaſina de Lambardanis de Rauenna, erat paralitica, cuius membra omnia valde tremebant, quæ intolerabilibus diu cruciata doloribus, diffiſaque à Medicis plus de morte ſpectabat, quam de vita. Cumque ad preces ſancti Raynaldi recurſum haberet, vouens humiliter ſe viſitaturam ſepulchrum eius, cum candelis accenſis, ac reuerentia debita, gratia clementis Dei, & meritis felicis Archipræſulis ſupradicti ſanitati priſtinæ reſtituta eſt.

Miraculum ſeptimum.

Quidam nomine Angelus de Comitatu Foriliuij, qui ſpatio quinque menſium tam grauiter cruciabatur per totam perſonam podagrarũ dolore, quod vociferabat quotidie, nec ſine fulcris ambulare poterat; qui Beati Raynaldi humiliter implorans auxilium cum promiſſione viſitandi ſepulchrum eius, atque afferendi candelam accenſam, ſtatim fuit diuina ope liberatus.

Miraculum octauum.

Quidam nomine Petruccius de Comitatu Rauennæ, & vxor eius Altemilia nomine, vnicum habebant filium cui nomen erat Bernardus, qui ſuperueniente ſibi quadam infirmitate grauiſſima adeo clauſum eſt ſibi guttur, quod nec vinum, nec lac, nec aliquid aliud deglutire poterat, ob quod diffidẽtibus Medicis, nihil proficientibus remedijs adhibitis potius eum moriturum ſperabant, quum victurum; verum tamen memores admirandæ ſanctitatis viri Dei Raynaldi, ad ipſum pro impetranda gratia à Deo pro liberatione filij plena cucurrerunt fiducia, eum deprecantes humiliter, & deuotè, quatenus pro eorum filio ad Dominum intercederet, vouenteſque eius viſitare ſepulchrum cum candelis accenſis obtenta gratia. Quorum oratione perfecta, fuit puer eorum filius ab illa atrociſſima ægritudine liberatus.

Miraculum nonum.

Quædam mulier nomine Iacobina de ciuitate Rauennæ ex ingenti vexatione Dæmonum, qui eam atrociter inuaſerant tam acerbe cruciabatur, fremitu, doloribus, & tremore, quod nulla ſibi aderat, loquẽdi, eundi, aut ſtandi facultas; vir autem eius, & mater amicorum conſilio, aliorumque liberatorum exemplo dictam iuuenem ſic vexa-

vexatam adduxerũt ad tumulum Beati, ſperantes firmiter ipſam ipſius ſancti Archiepiſcopi meritis liberandam, & precibus, quorum à Deo deuotione ſuſcepta ipſa mulier totaliter liberata eſt.

Miraculum decimum.

Quidam Nicolaus nomine de Alemania manu attractus ſiniſtra duobus menſibus aperiendi, aut claudendi illam manum, aut ſe iuuandi cum ea poteſtatem non habuit, qui beato Raynaldo ſe deuotè recommendans; meritis eiuſdem ſancti à Deo extitit liberatus.

Miraculum vndecimum.

Quidam nomine Antoneolus de Bononia vulneratus grauiter in gutture à quodã Rauennate, cum quo rixam habuerat, mori potius ſperabat, quam viuere; qui diffuſus, & derelictus à medicis ſe ſancto Archiepiſcopo recommendans in paucis diebus liberatus extitit.

Miraculum duodecimum.

Quædam mulier Adalatia nomine, capitis, & dentium intolerabili cruciata dolore pro liberationis ſuæ acquirenda gratia ad ſanctum Raynaldum habuit cum deuotione recurſum, quæ exaudita ſanitatem habuit meritis, & intercesſione Pontificis antedicti.

Hæc & alia quam plura miracula quæ hic cauſa breuitatis notare non curaui fecit Omnipotens Deus meritis, & intercesſione glorioſi Archiepiſcopi Raynaldi, quæ diffuſim, & anthenticè ſcripta ſunt per manũ publici Tabellionis, & approbata teſtibus fide dignis in quodam quinterno exiſtente in chartilogio Eccleſiæ Rauennatis de quo extraxi, & ſic ad breuitatem hæc pauca deduxi, quæ hic annotata ſufficiant ad approbationem prædicti ſancti Pontificis, quibus oſtenditur indubiè quantum ipſe gratus fuerit in vita præſenti, glorioſus, & ſublimis exiſtat in Cælo. Deo gratias, Amen.

Pag. 190. lin. 43. num. 104. *adde*, Nicolaus à Leone X. obtinuit confirmationem omnium priuilegiorum à Pontificibus, Imperatoribus, Regibuſque Eccleſiæ Rauennatis indultorum, ac præcipue ius cudendi monetas, & Hieronymus Rubeus in Rauẽnatenſi hiſtoria Nicolaum monetas cudiſſe commemorat. Porro Leonis diploma exſcriptum ab exemplari Eccleſiæ Rauennatenſis tabularij idem ſupra memoratus

A Hieronymus Fabri mihi tranſmiſit tenoris ſequentis.

LEO EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Licet quæ per ſedem Apoſtolicam con-
ceſſa perpetua debeant ſtabilitate gau-
dere, nonnunquam tamen Rom. Pont. illa
approbat & innouat, vt eo firmiùs maneãt
inconcuſſa quo ſæpius fuerint Apoſtolico
ſtabilita præſidio, & deſuper, prouidet pro-
B ut in Domino proſpexerit ſalubriter expe-
dirè. Hinc eſt quod nos motu proprio, & ex
certa noſtra ſcientia auctoritate Apoſtolica
tenore præſentium cudendi monetam, nec
non quaſcunque alias etiam quantumcunq;
maiores conceſſiones, donationes, & gra-
tias, ac priuilegia, & indulta quæcunque
Eccleſiæ Rauennaten. cui dilectus filius no-
ſter Nicolaus tit. ſanctæ Priſcæ Presbyter
Card. de Fliſco ex conceſſione, & diſpen-
ſatione Apoſtolica præeſſe dignoſcitur, eiuſ-
que Eccleſiæ Archiepiſcopo pro tempore
exiſtenti tam coniunctim, quam diuiſim
per Romanos Pontifices Prædeceſſores no-
C ſtros, ac Imperatores, & Reges, ac Prin-
cipes quoſcunque quomodolibet conceſſa,
quorum omnium, necnon quarumcunque
literarum, & ſcripturarum deſuper quomo-
dolibet confectarum tenores præſentibus
pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad
verbum inſertis habemus, ipſaſque literas,
& ſcripturas, & in eis contenta quæcunq;
etiam ſi in vſu non ſint approbamus, & con-
firmamus, & de nouo concedimus, & per-
petuæ firmitatis robur obtinere, ac ſi per
quoſcunque tam ordinaria, quam delega-
ta, ac mixta auctoritate fungentes Iudices,
& perſonas vbique iudicari, cognoſci, atq;
decidi debeat, ſublata eis, & eorum cuili-
bet aliter iudicandi, interpretandi, cogno-
D ſcendi, & decidendi facultate, necnon ir-
ritum, & inane quidquid ſecus à quocunq;
quauis auctoritate, ſciẽter, vel ignorãter cõ-
tigerit attentari decernimus. Nec non ve-
nerab. fratribus noſtris Imolen. & Ceruien.
ac Ceſenaten. Epiſcopis per Apoſtolica
ſcripta motu ſimili mandamus quatenus
ipſi, vel duo, ſeu vnus eorum per ſe, vel
alium, ſeu alios auctoritate noſtra faciant
præmiſſa omnia, & ſingula inuiolabiliter
obſeruari, illiſque Archiepiſcopum, & ec-
cleſiam prædictos pacificè frui, & gaudere,
non permittentes eos contra tenorem præ-
ſentium quomodolibet impediri, aut mo-
leſtari. Cõtradictores quoſlibet, ac rebelles
per eccleſiaſticas, & quaſcunque de quibus
eis videbitur cenſuras, & pœnas, & alia
iuris remedia appellatione poſtpoſita com-
peſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus
fuerit

fuerit auxilio brachij ſecularis, non obſtantibus Fel. Rec. Bonifacij Papæ Octaui Prædeceſſoris noſtri, illa præſertim qua cauetur ne quis extra ſuam ciuitatem, vel diœceſim niſi in certis, & expreſſis caſibus, & in illis vltrà vnam dietam à fine ſuæ diœceſis . . . . per iudices à Sede prædicta deputan. extra ciuitatem, & diœceſim, iu quibus deputati fuerint contra quoſcumque procedere, nec alij, vel alijs vices ſuas cõmittere præſumant, vel de duabus dictis in Concilio generali decreta, vel aliquibus conſtitutionibus, vel ordinationibus Apoſtolicis, necnõ omnibus illis, quibus in dictis litteris cõceſſum eſt non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem quod moneta prædicta . . . . . . per Cameram Apoſtolicam tam in vrbe, quam in alijs Romanæ Eccleſiæ locis . . . . . . Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, Confirmationis, reconceſſionis, decreti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dominicæ milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo, quartodecimo Kalendas Octobris Pontificatus noſtri anno quinto.

COMACLENSES.

Pag. 503. l. 28. dele Diſcalceatorum *Carmelitanæ*, ſcribe Diſcalceatorum S. Auguſtini temperationis.

Eadem pag. l. 50. Inſcriptionem appoſitam in Turri Comaclij ſic ſcribe ac reſtitue vti iacet, nam ex amanuenſis mei incogitantia in aliquibus eſt mutata.

† TEM. DN. FELI. TR. B. ARCP. SCE. ECC.
RAV. F. VINCENTIVS RIMV.
EP. C. ECC. SCI. CASSIANI CI. CVM.
PRIM. EDIFIC. P. IND. VI. †
FELICIT.

Pag. 504. l. 44. num. 12. Botius, adde ſiue Bone, vel Bonus.

Eadem pag. l. 48. num. 14. lege Mancinellus, pro Monicellus.

Pag. 1612. l. 8. in Appendice tom. V. ad Comaclenſes, idem Gregorius, lege Georgius, ſic & paulo poſt eadem pag. l. 30. dele illa verba *Bona de Argenta*, & ſcribe Iulius Cæſar Boreas de Lugo ſucceſſit Alphonſo anno 1549. die 21. Iunij ſolemni ritu ingreſſus eſt Comaclũ anno eodẽ 8. Septembris. Sex annos ſedit defunctuſq; eſt 11. Martij 1655. Comacli, iacet in Sacello Sacratiſſimi Corporis Chriſti in Cathedrali.

Sigiſmundus ex Comitibus Iſei de Ceſena delectus eſt ſucceſſor Iulij Cæſaris die 31. Auguſti 1655. ſuum primum ingreſſum ritu ſolemni fecit die 24. Nouẽb. eiuſdem anni. Nouæ Cathedralis molitioni primum lapidem iecit die 25. Martij 1659. ſumma huc vſque vigilantia boni Paſtoris partes adimplere conatur.

FAVENTINI.

Pag. 522. l. 52. num. 3. Fr. Theodoricus; adde Ordinis Prædicatorum.

FOROLIVIENSES.

Pag. 622. l. 14. dele totum Ioannis Epitaphium quod ex ſemieſo lapide conſcripſeramus, & adde illud quod in ſua Foriliuienſis Hiſtoria nuper dedit eruditus Paulus Bonulus.

Qui multo & ſublimi & virtute
Ioannes,
Qui pius Antiſtes, & Præſul Foroliuienſis,
Qui decus, & Cleri, ſeditque Vicarius Almæ,
Hic lapis oſſa tegit, ſed ſpiritus inſidet Aſtris.
Obijt an. Domini MCCCCXI.
Die X. men. Octobris.

IMOLENSES.

Pag. 683. l. 50. poſt illa verba *in membranis ſcripto*, adde, eodemque in libro legitur ſententia, quam tulit Gerardus ad fauorem Henrici Epiſcopi, & Eccleſiæ Imolenſis contra Bertoldum de Gonisbergh Friderici Imp. Iuliæ Legatum, de Comitatu Imolenſi anno 1186. tenoris ſequentis.

In nomine Domini.

Anno Domini MC. Octuageſimo ſexto Temporibus Vrbani Papæ, & Federici Imperatoris, Die ſeptimo exeunte mẽſe Octobris, Indictione quarta.

☞ Imolæ apud Monaſterium S. Mariæ in Regula, in palatio Imperatoris cum controuerſia eſſet inter Dominum Henricũ Cor-

A vexatam adduxerũt ad tumulum Beati, ſperantes firmiter ipſam ipſius ſancti Archiepiſcopi meritis liberandam, & precibus, quorum à Deo deuotione ſuſcepta ipſa mulier totaliter liberata eſt.

Miraculum decimum.

Quidam Nicolaus nomine de Alemania manu attractus ſiniſtra duobus menſibus aperiendi, aut claudendi illam manum, aut ſe iuuandi cum ea poteſtatem non habuit, qui beato Raynaldo ſe deuotè recommendans; meritis eiuſdem ſancti à Deo extitit liberatus. B

Miraculum vndecimum.

Quidam nomine Antoneolus de Bononia vulneratus grauiter in gutture à quodã Rauennate, cum quo rixam habuerat, morti potius ſperabat, quam viuere; qui diffuſus, & derelictus à medicis ſe ſancto Archiepiſcopo recommendans in paucis diebus liberatus extitit.

Miraculum duodecimum. C

Quædam mulier Adalatia nomine, capitis, & dentium intolerabili cruciata dolore pro liberationis ſuæ acquirenda gratia ad ſanctum Raynaldum habuit cum deuotione recurſum, quæ exaudita ſanitatem habuit meritis, & interceſſione Pontificis antedicti.

Hæc & alia quam plura miracula quæ hic cauſa breuitatis notare non curaui fecit Omnipotens Deus meritis, & interceſſione glorioſi Archiepiſcopi Raynaldi, quæ diffuſim, & authenticè ſcripta ſunt per manũ publici Tabellionis, & approbata teſtibus fide dignis in quodam quinterno exiſtente in chartilogio Eccleſiæ Rauennatis de quo D extraxi, & ſic ad breuitatem hæc pauca deduxi, quæ hic annotata ſufficiant ad approbationem prædicti ſancti Pontificis, quibus oſtenditur indubiè quantum ipſe gratus fuerit in vita præſenti, glorioſus, & ſublimis exiſtat in Cælo. Deo gratias, Amen.

Pag. 190. lin. 43. num. 104. *adde*, Nicolaus à Leone X. obtinuit confirmationem omnium priuilegiorum à Pontificibus, Imperatoribus, Regibuſque Eccleſiæ Rauennatis indultorum, ac præcipue ius cudendi monetas, & Hieronymus Rubeus in Rauẽnatenſi hiſtoria Nicolaum monetas cudiſſe commemorat. Porro Leonis diploma exſcriptum ab exemplari Eccleſiæ Rauennatenſis tabularij idem ſupra memoratus Hieronymus Fabri mihi tranſmiſit tenoris ſequentis,

LEO EPISCOPVS *ſeruus ſeruorum Dei.*

Ad perpetuam rei memoriam.

LIcet quæ per ſedem Apoſtolicam conceſſa perpetua debeant ſtabilitate gaudere, nonnunquam tamen Rom. Pont. illa approbat & innouat, vt eo firmiùs maneãt inconcuſſa quo ſæpius fuerint Apoſtolico ſtabilita præſidio, & deſuper, prouidet prout in Domino proſpexerit ſalubriter expedire. Hinc eſt quod nos motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia auctoritate Apoſtolica tenore præſentium cudendi monetam, nec non quaſcunque alias etiam quantumcunq; maiores conceſſiones, donationes, & gratias, ac priuilegia, & indulta quæcunque eccleſiæ Rauennaten. cui dilectus filius noſter Nicolaus tit. ſanctæ Priſcæ Presbyter Card. de Fliſco ex conceſſione, & diſpenſatione Apoſtolica præeſſe dignoſcitur, eiuſque Eccleſiæ Archiepiſcopo pro tempore exiſtenti tam coniunctim, quam diuiſim per Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Imperatores, & Reges, ac Principes quoſcunque quomodolibet conceſſa, quorum omnium, necnon quarumcunque literarum, & ſcripturarum deſuper quomodolibet confectarum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habemus, ipſaſque literas, & ſcripturas, & in eis contenta quæcunq; etiam ſi in vſu non ſint approbamus, & confirmamus, & de nouo concedimus, & perpetuæ firmitatis robur obtinere, ac ſi per quoſcunque tam ordinaria, quam delegata, ac mixta auctoritate fungentes Iudices, & perſonas vbique iudicari, cognoſci, atq; decidi debeat, ſublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, interpretandi, cognoſcendi, & decidendi facultate, necnon irritum, & inane quidquid ſecus à quocunq; qua uis auctoritate, ſcienter, vel ignorãter cõtigerit attentari decernimus. Nec non venerab. fratribus noſtris Imolen. & Ceruien. ac Ceſenaten. Epiſcopis per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus quatenus ipſi, vel duo, ſeu vnus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios auctoritate noſtra faciant præmiſſa omnia, & ſingula inuiolabiliter obſeruari, illiſque Archiepiſcopum, & eccleſiam prædictos pacificè frui, & gaudere non permittentes eos contra tenorem præſentium quomodolibet impediri, aut moleſtari. Cõtradictores quoslibet, ac rebelles per eccleſiaſticas, & quaſcunque de quibus eis videbitur cenſuras, & pœnas, & alia iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus

fuerit

fuerit auxilio brachij ſecularis, non obſtantibus Fel. Rec. Bonifacij Papæ Octaui Prædeceſſoris noſtri, illa præſertim qua cauetur ne quis extra ſuam ciuitatem, vel diœceſim, niſi in certis, & expreſſis caſibus, & in illis vltrà vnam dietam à fine ſuæ diœceſis . . . . per iudices à Sede prædicta deputan. extra ciuitatem, & diœceſim, in quibus deputati fuerint contra quoſcumque procedere, nec alij, vel alijs vices ſuas cõmittere præſumant, vel de duabus dictis in Concilio generali decreta, vel aliquibus conſtitutionibus, vel ordinationibus Apoſtolicis, nec nõ omnibus illis, quibus in dictis litteris cõceſſum eſt non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem quod moneta prædicta . . . . . . per Cameram Apoſtolicam tam in vrbe, quàm in alijs Romanæ Eccleſiæ locis . . . . . . Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, Confirmationis, reconceſſionis, decreti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarn. Dominicæ milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo, quartodecimo Kalendas Octobris Pontificatus noſtri anno quinto.

COMACLENSES.

Pag. 503. l. 28. dele Diſcalceatorum *Carmelitanæ*, ſcribe Diſcalceatorum S. Auguſtini temperationis.

Eadem pag. l. 50. Inſcriptionem appoſitam in Turri Comaclij ſic ſcribe ac reſtitue vti iacet, nam ex amanuenſis mei incogitantia in aliquibus eſt mutata.

† TEM. DN. FELI. TR. B. ARCP. SCE. ECC.
RAV. F. VINCENTIVS RIMV.
EP. C. ECC. SCI. CASSIANI CI. CVM.
PRIM. EDIFIC. P. IND. VI. †
FELICIT.

Pag. 504. l. 44. num. 12. Botius, adde ſiue Bone, vel Bonus.

Eadem pag. l. 48. num. 14. lege Mancinellus, pro Monicellus.

Pag. 1622. l. 8. in Appendice tom. V. ad Comaclenſes, idem Gregorius, lege Georgius, ſic & paulo poſt eadem pag. l. 30. dele illa verba *Bona de Argenta*, & ſcribe Iulius Cæſar Boreas de Lugo ſucceſſit Alphonſo anno 1549. die 21. Iunij ſolemni ritu ingreſſus eſt Comaclũ anno eodẽ 8. Septembris. Sex annos ſedit defunctuſq; eſt 11. Martij 1655. Comacli, iacet in Sacello Sacratiſſimi Corporis Chriſti in Cathedrali.

Sigiſmundus ex Comitibus Iſei de Ceſena delectus eſt ſucceſſor Iulij Cæſaris die 31. Auguſti 1655. ſuum primum ingreſſum ritu ſolemni fecit die 24. Nouẽb. eiuſdem anni. Nouæ Cathedralis molitioni primum lapidem iecit die 25. Martij 1659. ſumma huc vſque vigilantia boni Paſtoris partes adimplere conatur.

FAVENTINI.

Pag. 522. l. 52. num. 3. Fr. Theodoricus, adde Ordinis Prædicatorum.

FOROLIVIENSES.

Pag. 622. l. 14. dele totum Ioannis Epitaphium quod ex ſemieſo lapide conſcripſeramus, & adde illud quod in ſua Foriliuienſis Hiſtoria nuper dedit eruditus Paulus Bonulus.

Qui multo & ſublimi & virtute Ioannes,
Qui pius Antiſtes, & Præſul Forliuienſis,
Qui decus, & Cleri, ſediſque Vicarius Almæ,
Hic lapis oſſa tegit, ſed ſpiritus incidet Aſtris.
Obijt an. Domini MCCCCXI.
Die X. men. Octobris.

IMOLENSES.

Pag. 683. l. 50. poſt illa verba *in membranis ſcripto*, adde, eodemque in libro legitur ſententia, quam tulit Gerardus ad fauorem Henrici Epiſcopi, & eccleſiæ Imolenſis contra Bertoldum de Gonisbergh Friderici Imp. Iuliæ Legatum, de Comitatu Imolenſi anno 1186. tenoris ſequentis.

In nomine Domini.

Anno Domini MC. Octuageſimo ſexto Temporibus Vrbani Papæ, & Federici Imperatoris, Die ſeptimo exeunte mẽſe Octobris, Indictione quarta.

Imolæ apud Monaſterium S. Mariæ in Regula, in palatio Imperatoris cum controuerſia eſſet inter Dominum Henricũ Cor-

Cornelierij Epiſcopum ex vna parte, & Bretoldum de Gonisbq. totius Italiæ legatum ex alia ſuper tota, & integra iuriſdictione totius Comitatus Imolæ, & reſponſione ipſius Comitatus imperio facienda, de quo Comitatu Epiſcopus dicebat ſe Comitem eſſe debere, & Imperio de Comitatu reſpondere. Et alius pro Comitatu Imperio Comitem eſſe non debere, proponebat etiam de ſuis terris habitatis, & quæ habitari poſſent quæ ſunt Ragnaria cum tota curte. Capt. ſilicis cum tota curte, Taularia cum tota curte. Puzolum, & Tauranum cum tota curte. Runchum, Rocha Maſerata cum ſuis curtibus, Montẽ in quo eſt plebs s Mariæ de Giſſo ædificata cum ſuis appendentijs, Montem in quo eſt plebs ſancti Andreæ cum ſuis appendentijs. Curtem Codrignani cum montibus, & appendentijs. Villam valis ſalnæ cum appenditijs ſuis, ipſum Epiſcopum, & ſuos ſucceſſores, feudum, albergarias, collectas, placita, diſtrictus portuum Ripaticos poſt. & omnem aliam plenam iuriſdictionem in ijs terris nominatis debere habere, & homines prædictarum terrarum immunes debere eſſe exẽptos ab omni alia exactione pręter quam Epiſcopi. Econtra dictus Bretoldus de Gonisbq. quæ ab epiſcopo dicebantur de Comitatu, & quod Comes eſſe deberet in Comitatu negabat, Sed quæ de ſuis terris nominatis quæ habitatæ eſſent, & habitari poſſent tam caſtellis, quam villis nõ inficiebatur, cuius controuerſiæ ego Gerardus S. Rauennaten. eccleſiæ Archiepiſcopus ex delegatione Domini Federici Imperatoris diu in me facta, & viuæ vocis iuſſione filij eius Domini Henrici Regis cognitor, cum diu ante me dicta controuerſia foret ventilata, viſis, & auditis rationibus, & allegationibus vtriuſque partis, habito, & deliberato conſilio, ſaluo iure, Comitatus ipſi Epiſcopo ſi quas habet, quia cognoui proprietatem dictarum terrarum Cornelierij eccleſiæ eſſe, & earum curtium, & appenditiarũ. & ipſum Cornelierij Epiſcopum de his terris nominatis quæ habitatæ ſunt, & habitari poſſent feudum, Albergarias, collectas, placita, diſtrictus portuum ripaticos, & hoſt. & omnem aliam plenam iuriſdictionem debere habere: & homines prædictarum terrarum immunes debere eſſe, & exẽptos ab omni alia exactione & iuriſdictione pręterquã Epiſcopi, ideo prædictarum Bretoldum de Gonisbq. ne in hjs præfatis vice Imperij, vel pro Imperio ipſe, vel alij impe...ales nuntij d. Epiſcopum vel ſuam eccleſiam inquietent, ſed eum permittant quiete poſſidere, & habere prædicta condempna ipſum vero epiſcopum pro his omnibus fidelitatem debere facere imperio condempno dictus Dominus Archiepiſcopus præſentibus partibus in pręďicto loco ſcribere iuſſit.

A SS. Dominus Albericus Eccleſiæ Sarſenatis epiſcopus Dominus Rodulphus eccleſiæ s. Caſsiani præpoſitus Comes Maluicinus Iohannes ſenior Vngarellus Laſius. Vgo Donne, & Angelus Trepaldi Bulgarus Bonzus Sauarxius, Albertus, Treutinus, Santernolus, Arrardus Diſalbergatus, Vguitio, dominæ Beatricis, Rodolphinus Curteſe Gui, do Orlandi Zanzolinus, Sparſonatus Paſipouerus Grimaldus, Iacobus Baldiziorius; Iohannes Fuſcole Segnorellus, & multi alij teſtes interfuerunt.

Ego Henricus ſacri Palatij notarius ſcripſi, & interfui & interleuaui exactioni.

B *Ego Andreas notarius de mandato auſcultaui, & ſubſcri ſi &c.*

Pag. 685. l. 9. poſt illa verba, *Litbo reſtituit*, adde Mainardinus autem pro ſua eccleſia Imolenſi ab Othone IV. & Federico II. priuilegia ampliſſima reportauit quæ olim ab Originali Imolenſis Eccleſiæ tabulario exemplata nobis tranſmiſit bonæ me. epiſcopus Coccinus, ac lapſu memoriæ prætermiſſa, hic exhibemus, aliquando ſuo in loco reponenda poſt priuilegium Innocentij III. ad fauorem eiuſdem Imolenſis eccleſiæ iam cuſam in appendice ſeptimi tomi pag. 1387. l. 15. Porro Priuilegia C Othonis, & Federici Imp. ita conſcripta ſuere;

In nomine ſanctæ & Indiuiduæ Trinitatis.

Otto quartus Diuina fauente clementia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus.

Admonet nos cura ſuſcepti regiminis, & Imperialis benignitas nos inducit: vt D hi qui conſtanter, & fideliter promptaque deuotione ſubiectionem imperio, & deuota obſequia exhiberent, Imperiali munificentia in ſuorum bonorum ampliatione apud imperium proficiant, quatenus, & ipſi condigna ſuorum laborum, & ſeruitiorum remuneratione gaudeant, & exemplum alijs præbeant vt ad ſeruitium, & deuotionem Imperij ſe exhibeant prõptiores. Ea propter vniuerſis imperij noſtri fidelibus notum fieri volumus tãm præſentibus quam futuris quod nos attendentes deuotionem pariterque fidelitatem dilecti fidelis noſtri Mainardini Imolen. epiſcopi, & eiuſdem præclara ſeruitia nobis exhibita indefinenter, tam ipſum, quam ſuos ſucceſſores, & eccleſiam Imolen. ſub defenſione Imperij, & ſpeciali iuuamine ad noſtras recepimus

uia-

manus vt tam amiſſa, quam perdita vel alicuius ingenio diminuta noſtro poſsint recuperari auxilio, & quæ nunc tenet, vel impoſterum acquiſierit ipſe, vel ſucceſſores eius hoc noſtro valeat munimine cum tranquillitate,& ex noſtra conceſſione omni tempore pacifice poſsidere. Ideoque prædeceſſorum noſtrorum veſtigijs inhærētes prædicto M. fideli noſtro benemerito, eiuſque ſucceſſoribus damus, concedimus & imperiali largitate tradimus videlicet iure proprietario Caſtellariū ſancti Caſsiani cum tota curte ſua, Caſtrum Ragnariæ cum tota curte, & fundoris ſuis,Caput ſilicis cum tota curte ſua, & cum aquis, & paludibus,piſcarijs, & ripis, aucupationibus & ſaltibus ſeu patretulo baccareta & Runcl, & libba, & ſenaria. Taulariam cum tota curte ſua, Puzolum, & tantarium cum tota curte ſua. Runcum, & Rocham, & Maſeratam cum ſuis curtibus,Montem in quo vt plebes S.Mariæ dicto Ziſſo ædificata cum ſuis appenditijs. Montem in quo eſt plebes S. Andreæ cum ſuis appenditijs,curtem Codriguani cum montibus, & appenditijs ſuis, Villam Vallis ſaluæ cum montibus, & appenditijs ſuis: omniaque prædicta ſibi ſuiſq; ſucceſſoribus cum iuriſdictionibus,correptionibus, amonitionibus paſcuis, & aquæductibus,bannis,placitis, diſtrictionibus, & honoribus, & cum omnibus adiacentijs, & pertinentijs ſuis nullo reddiru nobis, vel noſtris ſucceſſoribus ſeu imperij nuntio reſeruato, vel exhibito. Inſuper diffinitionem factam inter Eccleſiam Imolenſem,& nobiles viros Comites de Bagnacauallo, & Comites de Cunio, & Filigardos de cura Capitis ſilicis per Ioannem de Vitali, & ſuos ſocios noſtræ maieſtati oſtenſam, ſimili modo confeſſionem dictorum nobilium de feudis factam coram Bretuldo imperiali nuntio, & prædictis viris, & omnes conſuetudines, & vſantias quas ipſe, vel ſui prædeceſſores in rebus, & hominibus dicti loci habent, vel habuerunt confirmamus, & approbamus. Item concedimus, & largimur eidem,ſuiſque ſucceſſoribus proprietatis iure omnia quæ Barones, Comites, & Capitanei, cæterique tam nobiles, quàm alij ab eodem Epiſcopo vel ſuis prædeceſſoribus in feudū vel alio modo in toto noſtroComitatu Imolen. vel epiſcopatu ipſius, & alibi detinent vt firma, & illibata ſibi ſuiſque ſucceſſoribus perpetuo perſeuerent.Statuimus vt nulla temporis præſcriptio etiam in prædictis alijſque rebus, & iuribus, ſeu iuriſdictionibus ipſi Epiſcopatui pertinentibus, vel conceſſis hoſtilitatis, vel inuaſionis occaſione detentis eidem eccleſiæ currat quēlibet alium poſſeſſorem, vel alterius cuiuslibet occaſionis prædictarum rerum detentatorem nulla niſi centenaria præſcriptio tueatur,& tam ipſum,quàm ſuos ſucceſſores


A à præſtatione ſacramenti de calumpnia in ſuis cauſis, & eccleſiæ volumus eſſe immunes vt nec legis occaſione, vel alicuius Ciuitatis ſtatuto ad hoc debeāt coactari. Præterea d.Epiſcopum eiuſque ſucceſſores in Ciuitate Imolen. vniuerſoque epiſcopatu ipſius, & Comitatu noſtro Imolenſ. Iudicem ordinarium facimus. Dantes ei plenam, & liberam poteſtatem atque iuriſdictionem quicquid ratio iuris expoſtulat tā in maioribus quam in minoribus pupillis, & viduis exequendi nichilominus, & ex noſtra munificentia omnem conceſſionem, donationem ſeu largitatem quolibet modo à noſtris prædeceſſoribus eidem eccleſiæ factam confirmamus.

B Statuentes vt nullaCiuitas, nullumque Commune,nullus princeps ſeu Comes, nullus Dux, nullus Imperialis Aulæ miſſus,nulla magna paruaque perſona prædictā Eccleſiam, & ipſum Epiſcopum, ſuoſque ſucceſſores aliquo ingenio in rebus prædictis,iuriſdictionibus, redditibus, & conceſſionibus à nobis, & prædeceſſoribus noſtris factis in iudicio, vel extra audeat inquietare, vel moleſtiam inferre;quod qui facere præſumpſerit indignationem noſtram, & læſæ maieſtatis crimen ſe nouerit incurſurum, & in pœnam ſuæ præſumptionis quinquaginta librarum auri componat medietatem Cameræ noſtræ in-

C ferendam, reliquam Eccleſiæ memoratæ. Si quis vero iudex, vel alicuius Ciuitatis poteſtas ſeu conſules occaſione conſtitutionis, vel alicuius ſtatuti, vllo modo contra hæc ipſi eccleſiæ à noſtra maieſtate indulta iudicare præſumpſerit, periculum ſui honoris, & dignitatis incurrat, & nota infamiæ perpetuæ ipſo iure percellatur. Ad cuius rei perennem firmitatem præſentem paginam inde noſtra iuſſione conſcripta maieſtatis noſtræ ſigillo iuſſimus inſigniri, & huius rei teſtes fuerunt Golfredus Aquileyen patriarcha, & Italiæ legatus, Henricus Mantouanus Epiſcopus, & Imperialis Curiæ Vicarius. Opizo Parmen. epi-

D ſcopus. Guillelmus Cumanus epiſcopus. Iacobus Epiſcopus de Taurino. Petrus almæ Vrbis præfectus. Guilielmus Marchio Montis ferrati. Henricus deCalandrino mariſcalcus Azo Marchio Eſten. Comes Maginardus de foro Iulij, Salinguerra de Setaria,Ecilinus de Amatia, & alij plures.

Signū Domini Imperatoris.



Ottonis Inuictiſsimi.

Ego Coradus Spirenſis Eccleſiæ epiſcopus, Imperialis aulæ Cancellarius, Vicedomini Theodorici Colonienſis Archiepiſco-

 ſco-

ſcopi per totam Italiam Archicancellarij. Recognoui.

Acta ſunt hæc Imolæ milleſimo ducenteſimo 10. Indictione 13. die ſecundo exeunte menſe Martij. Imperante Glorioſiſſimo Ottone quarto Romanorum Imperatore, & ſemper Auguſto, anno Regni eius 12. Imperij vero primo.


Federicus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Ieruſalem, & Siciliæ Rex Vniuerſis Imperij fidelibus præſentem paginam inſpecturis gratiam ſuam, & bonam voluntatem.

Imperialis Regiminis cura, & ſuſcepti oneris benignitas nos admonet, & inducit vt hi qui conſtanter, & fideliter prõptaque deuotione ſubiectionem imperio, & deuota obſequia exhibent Imperiali munificentia in ſuorum bonorum ampliatione apud Imperium proficiant, quatenus & ipſi condigna ſuorum laborum, & ſeruitiorum remuneratione gaudeant, & exemplum alijs præbeant vt ad ſeruitium, & deuotionem imperij ſe exhibeant promptiores: Eapropter vniuerſis Imperij noſtri fidelibus notum eſſe volumus tàm præſentibus, quàm futuris; quod nos attendentes deuotionem pariterque fidelitatem dilecti fidelis noſtri Mainardini Imolen. Epiſcopi, & eiuſdem præclara ſeruitia nobis, & Imperio indeſinenter exhibita tam ipſos quam ſuos ſucceſſores, & Eccleſiam Imolen. ſub defenſione Imperij, & ſpeciali iuuamine ad manus noſtras recepimus, vt tã amiſſa quam perdita, vel alicuius ingenio diminuta noſtro poſſint, & debeant auxilio recuperari, & quæ nunc tenet, vel imposterum acquiſierit ipſe, vel ſucceſſores eius hoc noſtro valeat munimine cum trãquillitate, & ex noſtra conceſſione omni tempore pacifice poſſidere, ideoque prædecesſorum noſtrorum veſtigijs inhærentes prædicto M. fideli noſtro tanquam benemerito, eiuſque ſucceſſoribus damus, concedimus & Imperiali largitate tradimus, videlicet iure proprietario Caſtellarium ſancti Caſſiani cum tota curte ſua, Caſtrum Bagnariæ cum tota curte, & fundoris ſuis. Caput ſilicis cum tota curte ſua, & cum Aquis, & paludibus piſcarijs, & ripis, aucupationibus, & ſaltibus, & nemoribus ſeu petretulo, & bachareta, & runci, & libba, & Fenatia. Taulariam cum tota curte ſua, Puzolum, & Tauraunm cum tota curte ſua, Runchum, & Roccham, & Maſeratam cum ſuis curtibus, & appendentijs, quarum terrarum homines in monte, & Caſtro quod vocatur caput runci per eũdem Epiſcopum ſunt locati, & poſiti ad habitandum & Villam ſelleti, & medietatem totius Caſtri, & curtis Puzoli cum hominibus & poſſeſsionibus, & Iuribus eorundem vbicumque conſtitutis tam in eadem curte puzoli quam in curte Caſrezane vel alibi: quam medietatem prædicti totius caſtri cum omnibus prædictis idem Epiſcopus à Bonifacijs comparauit. Montem in quo plebes ſanctæ Mariæ de Ziſlo hedificata cum ſuis appendentijs. Montem in quo eſt plebes S. Andreę cum ſuis appendentijs, curtem Codrignani cum montibus, & appendiritjs. Villam vallis ſaluę cum mõtibus, & appendentijs, & curte ſua, & caſtro in eadem curte per eundem Epiſcopum ædificato, omnia autem prædicta, & quæ per ipſum epiſcopum ſpecialiter, vel per alios ſucceſſores, vel fuerint acquiſita in Epiſcopatu, & Comitatu Imolen. vel alibi ſibi ſuiſque ſucceſſoribus cum iuriſdictionibus, correptionibus, amonitionibus, paſcuis, & aquęductibus, bannis, placitis, diſtrictionibus & honoribus, & cum omnibus adiacentijs & pertinentijs ſuis nullo redditu nobis, vel noſtris ſucceſſoribus, cum imperij nuntio reſeruato vel exhibito, ſalua tamen fidelitate quam & idem Epiſcopus pro his omnibus noſtræ maieſtati præſtitit, & tam ipſe quam veſtri ſucceſſores eius nobis, & imperio præſtare tenentur. Sicut noſtræ conſtitit excellentiæ per ſententiam latam per Venerabilem fidelẽ Imperij Gerardum Archiepiſcopum Rauennaten. inter Legatum Imperij Bertoldum de Conesberg. ex vna parte, & Henricum Cornelien. Epiſcopum nunc dictum Imolen. ex altera, quam ſententiam perpetuis temporibus valituram ex certa ſcientia confirmamus. Inſuper diffinitionem factam inter eccleſiam Imolen. & nobiles viros Comites de Raguacauallo, & Comites de vnio, & filgirardos de Curte capitis ſilicis per Iohannem de Vitale, & ſuos ſocios noſtræ Maieſtati oſtenſam: ſimili modo confeſſionem dictorum nobiliũ de feudis factam coram Bretuldo Imperiali nuntio & prædictis viris, & omnes conſuetudines, & vſantias quas ipſe, & ſui prædeceſſores in rebus, & hominibus dicti loci habent, vel habuerunt confirmamus, & approbamus. Item concedimus, & largimur eidem ſuiſque ſucceſſoribus proprietatis iure omnia quæ Barones, Comites, Capitanei, cæterique tam nobiles quam alij ab eodem epiſcopo vel ſuis prędeceſſoribus in feudum, vel alio modo in toto noſtro Comitatu Imolen. vel Epiſcopatu ipſius, & alibi detinent vt firma, & illibata ſibi ſuiſque ſucceſſoribus perpetuo perſeuerent. Statuimus, vt nulla temporis præſcriptio in prædictis terris alijſque rebus, & iuribus, ſeu iuriſdictionibus ipſi epiſcopatui pertinentibus vel conceſſis hoſtilitatis, vel inuaſionis occaſione detentis eidem Eccleſiæ currat. Quemlibet alium poſſeſſorem, vel alterius cuiuslibet occaſionis prædictarum rerum detentatorem nulla niſi centenaria

præ-

præſcriptio tueatur, & tam ipſum, quàm ſuos ſucceſſores à præſtatione ſacramenti de calumnia in ſuis cauſis, & eccleſiæ volumus eſſe immunes, vt nec legis occaſione, vel alicuius Ciuitatis ſtatuto ad hoc debeat coarctari: præterea d. Epiſcopum eiuſque ſucceſſores in Ciuitate Imolen. vniuerſoq; Epiſcopatu ipſius, & Comitatu noſtro Imolen. Iudicem ordinarium facimus, dantes ei plenam & liberam poteſtatem, atque iuriſdictionem quicquid ratio iuris expoſtulat tam in maioribus, quam in minoribus [illegible] & viduis ex[illegible]quendi. Nihilominus etiam ex noſtra munificentia omnem conceſſionem, donationem, ſeu largitatem quolibet modo à noſtris prædeceſſoribus eidem eccleſiæ factam confirmamus. Statuentes vt nulla Ciuitas, nullum Commune, nullus Princeps ſeu Comes, nullus Dux, nullus imperialis Aulæ miſſus, nulla magna, paruaque perſona prædictam eccleſiam, & ipſum Epiſcopum ſuoſque ſucceſſores aliquo ingenio in rebus prædictis iuriſdictionibus, redditibus, & conceſſionibus à nobis, & prædeceſſoribus noſtris factis in Iudicio vel extra audeat inquietare, vel moleſtiam inferre, quod qui facere præſumpſerit indignationem noſtram, & leſæ maieſtatis crimen ſe nouerit incurſurũ, & in pœnam ſuæ præſumptionis quinquaginta librarum auri componat, medietatem Cameræ noſtræ inferendam, Reliquã eccleſiæ memoratæ. Si quis vero Iudex, vel alicuius Ciuitatis poteſtas, ſeu conſules occaſione conſtitutionis vel alicuius ſtatuti, ſeu alio modo contra hæc ipſi eccleſiæ à noſtra maieſtate indulta iudicare præſumpſerit, periculum ſui honoris, & dignitatis incurrat, & nota infamiæ perpetua ipſo iure percellatur. Ad cuius rei perempnem firmitatem præſentem paginam inde noſtra iuſſione conſcriptam maieſtatis noſtræ ſigillo iuſsimus inſigniri.

Signum Domini Romani Imperatoris.



Federici inuictiſſimi.

Datum apud Burgum ſancti Dominici anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſexto menſe Iulij quartædecimæ Indictionis. And.

FIRMANI.

Pag. 758. l. 11. poſt illa verba *de ciuitate ſcribo*, adde, ſententiæ documentum exſcribo ex veteri charta, in quo Beliganus Epiſcopus in diptycis huius eccleſiæ dictus, Baliganus vocatur, Varnierius Marchio Caſtri Murri-Vallis, Geruarius dicitur inter quos oborta lis erat; accipe documentum.

In nomine ſanctæ & indiuiduę Trinitatis, ac Beatæ Mariæ Virginis.

Quæ augeat vitam Federici glorioſi Principis Anno Domini 1164. Ind. 12. Octaua die Lunæ exeunte Menſe Februarij.

De controuerſia, quæ vertebatur inter Belignanum Epiſcopum Firmanũ, & Marchionẽ Guarneriũ de Caſtro Murro de Vallis, quod Caſtrum D. Albert. epiſcopo Domini Imperatoris Vicario ſedente pro tribunali prope eccleſiam ſancti Paterniani de Fano, Vgo Rufus & Albertus Aldecherij filius, Imperialis aulæ Iudicis vtriuſque partis delegationibus viſis, indicauere prædictum Caſtrum Murrum de Vallis reſtituendum eſſe Epiſcopo Firmano, & officialibus eccleſiæ Firmanæ, & abſoluere prædictum epiſcopum Firmanum à petitione Marchionis, & hoc totum factum fuit in præſentia Federici Imperatoris, Interfuerunt Ioannes Violini de Vgone Fanenlis, Tolomeus de Caſtro, Guido Morellus de Fana, Honeſtus de Alberto, Offreducius de Bonocomite, Vguiccio de Guidone, Andreas de Peſſo, & Baſilicus de Ciuitate noua, & plures Clerici & Laici.

Ego Morandus ſacri Palatij notarius iuſſu prædictorum Iudicum hanc ſententiam ſcripſi.

Pag. 784. l. 61. poſt illa verba, *priuilegia impendit*, adde, Fuit Iacobus iſte Ord. Prædicatorum alumnus, verbi Dei concionator eximius, ſacræ Theologiæ inſignis Magiſter

Pag. 803. l. 32. dele *Huius adhuc viuentis Præſulis*, vſque in finem, et loco illorum adde. Tandem Præſulatus ſui anno 28. doctrina, pietate, ac probitate morum Inſignis moritur, non ſine ſanctitudinis fama. Idibus Decembr. 1653. in ſummo Templo Archiepiſcopali ſuo tumulatus, hoc epitaphio [illegible] exornatus, quod nuper commiſit marmori Franciſcus Rondinellius rogatu Thomæ Rinuccinij in defunctum fratrem.

Chriſto. Mortuorum. Primogenito.

Io. Baptiſtæ. Rinuccinio. Florentino. Archiepiſcopo. & Principi. Firmano.
Ad. Fœderatos. Catholicos. Hyberniæ. Pontificia. Legatione. ſtrenue. functo.
Viro. ſpiritu. Apoſtolico. Ac. Paſtorali. vigilantia. Præfulgenti.
Qui. lumbos. præcinctus. Innocentiæ. ac. ſcientiæ.
Ardentes. Lampades. E. manibus. nunquam. depoſuit.
Cuius. dextera. &. aperta. &. clauſa. fecit. virtutem.
Miſericordiæ plena. ſēper. ad pauperes. extenſa. Quos. moriēs. dixit. hæredes. ex. aſſe.
Contracta. Calamo. plurimos. erudiuit.
Cuius. pedes. Pacem. Euangelizantis. mirè. ſpecioſi.
Gregem. irrequieto. labore. circumierunt. atque. vltimum. Terræ. perluſtrauere.
Ita. Eccleſiæ. omnis. Epiſcopis. Forma. Virtutum. Faſtus.
Totidem. quot. acceperat. ſuperlucratus. Talenta.
In. Domini. Gaudium. vti. ſpes. eſt. intrauit.
Id. Decemb. An. ſal. M.D.C. LIII. Ætat. lxi. nondum. expleto.
Thomas. Rinuccinius. Camilli. Sent. fil S. Stephani. Eques. ac.
Sereniſſ. Victoriæ. Magnæ. Ducis. Etruriæ. Cubiculo. Præfectus.
Fratri. Opt. Mer. Mœſtiſſ. P.

CALLIENSES.

Pag. 897. l. 58. dele illa verba, *Sedit Anſelmus annis ſexdecim ſatis feliciter defunctus eſt anno* 1233. & ſcribe ſedit Anſelmus aliquot annos, & ſub Honorio III. defunctus eſt. Deinde *adde*, à capite lineæ.

21 ALBERTVS Callienſis erat Epiſcopus anno 1229. quocirca ipſo & Abbate ſancti Laurentij Buccaferrus tunc Callij poteſtas, famulique eius iurarunt obedire Eccleſiæ præceptis, & ab excommunicatione ac interdicto ab eodem Alberto Epiſcopo, & Abbate ſancti Laurentij abſolutionem accepere, vt in publico documento legitur quod extat in tabulario Callienſis ciuitatis apud ſacrarium Eccleſiæ ſancti Franciſci cap. ſignat. F. ita me nuper monuit I. V. D. & venerandæ antiquitatis eximie cultus Antonius Guccius Callienſis, qui patriæ hiſtoriam aggreſſus eſt conſcribere.

22 ÆGIDIVS Monachus ſancti Benedicti in locum Alberti defuncti ſubrogatur circa annum Dom. 1253. vir religioſus, prudentia, auctoritate, &c. vt ibi ſequitur.

MACERATENSES.

Pag. 813. l. 53. poſt illa verba, *obijt anno* 1317. *adde*; die 29. Octobris, ætatis ſuæ 90. Fert inueterata opinio hunc fuiſſe virum ſanctiſſimum ex nobiliſſima familia de Compagnonibus Maceratæ natum, cuius nomen vti domus familiari more,

A aſſumpſit alius frater Petrus Compagnonus Cappucinus virtutum ſanctimonia clarus. Eoque &c.

Pag. 817. l. 41. poſt illa verba, *ab omni Clero ſubſcripta, adde*, publicum & integrum documentum huiuſce inuentionis exſcriptum ab ipſo originali, quod aſſeruatur in tabulario Maceratenſis ciuitatis.

Vniuerſis, & ſingulis ad quos præſentes aduenerint.

B *Nicolaus de Aſtis de Furlimio, Epiſcopus ſanctarum Eccleſiarum Maceraten. & Racanaten. ſalutem in Domino ſempiternam.*

Notum vobis facimus per præſentes, qualiter anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti 1442. die vero 6. menſis Iannarij, die S. Paſchæ Epiphaniæ poſt Miſſarum ſolemnia per nos in pontificalibus, cum Capitulo, & Clero noſtro in eccleſia Cathedrali noſtra ſancti Iuliani Maceraten. deuote pro poſſe ſolēniter celebrata aſtan-

C tibus mag. Mariotto poteſtatis, Maceraten. ac magnifico mag. Maſſio Scrlippi Franciſco s. Ioannis, s. Franciſci, Nicolao Antonij, & Antonio Simeonis ciuibus, ac Dom. Prioribus dictæ magnificæ ciuitatis Maceraten. necnon venerabilibus, & egregijs viris Domino Iuliano Matthæi Vicario noſtro, ac Præpoſito, & Canonico Maceraten. Domino Dominico Auguſtini Archidiac. dictæ eccle-

eccleſiæ Maceraten. ac Domino Ioan. Antonio Ritij, Dom. Antonio Bartholomæi, Domino Ranaldo Sanctutij, Dom. Antonio de ſancto Seuerino, Dom. Venantio Antonij Venantij, Dom. Dominico Marci de Monte Sancto, Domino Thomæ Sacriſta, & alijs Clericis multis, & religioſis viris, ac magna populi multitudine vtriuſq; ſexus tam ſpectabilium ciuiũ, quam aliorum inferiorum prodijt in medium quidam, venerab. & ſpectabilis ciuis nominatus Philippus Nicole vir vtiq; grandæuæ ætatis, & optimæ famæ dicens, iam per multa tempora ante à quodam ſpectabili ciue præmortuo intellexiſſe ſacratiſſimam reliquiam brachij S. Iuliani ſepultam fuiſſe inter duas columnas, quæ ſunt ante altare maius dictæ Eccleſiæ, & ſtatim abſque temporis interuallo, nobis cum vniuerſo noſtro Clero cantantibus Veni creator Spiritus, & letanias incœpimus, & fecimus fodi in loco per prædictum egregium ciuem deſignato, & tandem ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, & ſuæ ſanctiſſimæ Matris Virginis Mariæ, ac glorioſiſſimi s. Iuliani repertus eſt vnus præcipuus Coſanus, quem cum magna reuerentia, vt decuit manibus proprijs portauimus ſuper altare maius, & illo co[ram] omnibus prædictis aperto, primò, detraximus vnam pixidem in qua deſuper erat vna ſcripta de litera, & charta hœdina vetuſtiſſima, in qua erat ſcriptum *Hoc eſt reſiduum bra. bij s. Iuliani*, & ſub dicta ſcripta erant aliquæ pelles carnis [il]lius magnæ, & aliqua oſſa, demum extraximus brachiũ ſimul cum manu eiuſdem ſancti, quæ erat inuoluta de ſerico antiquiſſimo, cui erat alligata vna ſcripta de charta hœdina antiquiſſima, in qua erat ſcriptum *Hoc eſt brachium S. Iuliani, qui patrẽ, & matrem interfecit*, quod omni populo oſtendimus, demum ipſo repoſito in coſano prædicto ſimul cum pixide prædictam portauimus ad Sacriſtiam noſtræ prædictæ Eccleſiæ Maceraten. & dictum coſanum in quadam forti, & pulchra caſſa in præſentia prædicti magnifici Poteſtatis, & dictorum Magnificorum Dominorum Priorum, ac vener. Capituli noſtri, & Sacriſtæ noſtri, ac corã alijs principalibus Clericis poſuimus, & d. caſſam cũ duabus clauibus, clauſimus, quarũ vnã dedimus in cuſtodia magnificis Dominis prædictis, & aliam prædicto Capitulo noſtro, quod brachium intendimus Domino concedente facere claudi in argento, gemmis, & lapidibus precioſis circundato pro meliori conſeruatione, ac honore dictæ ſacratiſſimæ Reliquiæ, ac etiam intendimus facere fabricari vnum altare in honorem beatiſſimi Iuliani, & in illo dictum ſacratiſſimum brachium ſic ornatum includi, vt cum omni ſi[curi]tate in dicto loco conſeruetur, & vt populus frequentans dictam Eccleſiam, ac ſacratiſſimam reliquiam, cum gaudio, & deuotione valeat illam deuote viſitare ad laudem Omnipotentis Dei, ac glorioſiſſimi ſancti Iuliani, vt ipſe ſicut antea continuè ſuit Patronus, & cuſtos huius magnificæ ciuitatis, ita continuè in futurum patrocinari dignetur, tam pro ſalute animarum, quam etiam corporum, & omnium bonorũ eiuſdem, & vt eo amplius creſcat totius populi noſtri prædicti deuotionis effectus de conſilio venerab. noſtri Capituli prædicti volumus, & ordinamus quod de cætero ſingulis annis inperpetuũ, [du]raturis in ſimili die Paſchę Epiphaniæ ſolemniter in prædicta Eccleſia noſtra Cathedrali s. Iuliani Maceraten. ſolemniter celebretur officium inuentionis prædictę vener. reliquiæ, & quod dicta die tam in primis veſperis, quam in maiori Miſſa d. feſti quam in ſecundis veſperis omnes, qui dictis officijs interſunt, aut qui libenter intereſſent ſeu legitime impediti intereſſe non poſſunt, & qui ſunt in ſtatu gratiæ, vel erunt, infra octo dies proximè futuros habeãt quadraginta dies de vera Indulgẽtia quam auctoritate ordinaria noſtra concedimus, ſeu de commiſſis peccatis pœnitẽtias iniungendas quadraginta dierum pro qualibet horarum prædictarum dictæ feſtiuitatis cuilibet in Domino relaxamus, & ſimili modo in feſto S. Iuliani, & in feſtis Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Reſurrectionis eiuſdem, ac in Aſcenſione, & in Dominica prima poſt Aſcenſionem, & Pentecoſten feſtiuitatibus, In quorum perpetuam fidem hanc literam manu propria ſubſcripſimus, ac fecimus Magnificum Dominum Poteſtatem prædictum, & Magnificos Dominos Priores prædictos, & Capitulum noſtrum prædictum, ac Sacriſtam manibus proprijs ſe ſubſcribere, ac noſtro magno Pontificali ſigillo muniri.

Anno Domini 1442. die 7. menſis Ianuarij in noſtro Epiſcopali Palatio, vbi ad præſens reſidemus tempore Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Eugenij Papæ IV. anno 11.

Ego Nicolaus de Aſtis de Forliuio Dei gratia Epiſcopus Maceraten. & Recaneten. manu propria me ſubſcripſi in fidem omnium ſuprascriptorum.

Ego Martonus Antonij de Monte Luſco de Aret. Poteſtas tunc temporis dictæ ciuitatis ſuprad. omnibus interfui, & præſens fui, in quorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum mea propria manu ſubſcripſi.

Ego Maſſius Serlippe de Macerata vnus ex Prioribus dictæ ciuitatis ſupradictis interfui, & in teſtimonium præmiſſorum propria manu me ſubſcr.

Franciſcus ſer Ioannis de Surchinappis vnus ex prioribus dictæ ciuitatis ſupradictis omnibus interfui, & in teſtimonium

nium præmiſſorum propria manu ſubſcripſi.

Ego Antonius Simon ſancti Iacomi vnus, ex Prioribus dictæ ciuitatis ſupradictis omnibus interfui, & in teſtimonium præmiſſorum propria manu me ſubſcripſi.

Ego Marinus Sercole de Monte-Monaco, tunc Cancellarius dictæ ciuitatis, qui etiam prædictis interfui nomine Colai Antonij Nutij reliqui ex Prioribus me ſubſcripſi ex ipſius mandato, quod ipſe ſcribere ignorabat.

Ego Iulianus Præpoſitus Eccleſiæ S. Saluatoris, & Vicarius Dom. Epiſcopi Maceraten. ſupradictis omnibus interfui, & in teſtimonium præmiſſorum propria manu ſubſcripſi.

Et ego Dominicus Auguſtini Archidiaconus ſupradictus, ſupradictis omnibus interfui, in quorum fidem, & teſtimonium omnium præmiſſorum me propria manu ſubſcripſi.

Ego Ioannes Andrea Ritij vnus ex Canonicis Maceratenſibus ſupradictis omnibus interfui, & in teſtimonium omnium ſupradictorum me propria ſubſcripſi manu.

Et ego Antonius quondam Bartholomæi Simonis vnus ex Canonicis prædictis, ſupradictis omnibus interfui, in quorum fidem omnium præmiſſorum me propria manu ſubſcripſi.

Et ego Venantius Antonij Venantij vnus ex Canonicis prædictis omnibus interfui, & præſens fui, in quorum omnium fidem præmiſſorum me propria manu ſubſcr.

Et ego Donnus Rainaldus Santuccij vnus ex Canonicis prædictis omnibus interfui, & præſens fui, in quorum omnium præmiſſorum fidem me non propria manu, quia ſcribere ignoro, ſed præcedentis cõfratris calamo me ſcribere feci

Et ego Dominicus Marchi de Monteſio vnus ex Canonicis Maceraten. ſupradictis omnibus interfui in quorum fidem, & teſtimonium omnium præmiſſorum me manu propria ſubſcr.

Et ego Bartholomæus quondam Renaldutij de ciuitate Macerata Cancellarius, & ſcriba ſupradicti Dom. Epiſcopi ſupradictis omnibus interfui, & præſens fui, in quorum fidem, & roboris firmitatem manu propria de mandato dicti Domini Epiſcopi me ſubſcripſi, & ſignum meum conſuetum appoſui.

Loco † ſigni dicti Notarij.

Loco † ſigilli pendentis dicti Domini Epiſcopi

LIPARENSES.

Pag. 1060. l. 45. dele, *inuit*, & adde, Romæ è viuis abijt anno Iubilæi 1650. ſepultus in eccleſia ſanctæ Mariæ ad Mineruam, deinde à capite lineæ adde.

48 BENEDICTVS Hieracens ex Parocho ſanctæ Mariæ in Campo Carleo regione Montis ſucceſſit Candido proprijs nutritis ab Innocentio X. ad hanc Inſulam vocatus eodem anno 1650. decem omnino annos conſultè ſedit. Romæ, quo ad Apoſtolorum limina inuiſenda ſe contulerat, febre correptus, longiori vita dignus mortem inuenit die 18. Auguſti 1660. in Eccleſia ſanctæ Agathæ Suburræ ad radices montis Quirinalis humatus eſt. Cuius virtutes breui elogio in marmore ijs verbis expreſſit amicus noſter, probuſque vir, ac medicæ artis eximius Doctor Terentius Tornatorius

D. O. M.

Benedictus Hieracius ciuitatis
Hieracen. oriundus Liparen-
ſium Epiſcopus,
Diuinarum, atque humanarum
litterarum incomparabili inſi-
mul animi probitate, & reli-
gione adiuncta vir ornatiſſimus
hic iacet
Sacra Apoſtolorum limina de-
more veneraturus die XVIIJ. Au-
guſti MDCLX. ætatis annorum
lxxi. Romæ obijt.
Terentius Tornatorius amico
meritiſſimo faciendum cu-
rauit.

49 ADAM Gentilis Caſertanus, Liparenſis Epiſcopus creatus eſt ab Alexandro VII. Pont. Max. eodem ipſo an. 1660.

APPEN-

APPENDIX

Ad tertium Tomum.

PISTORIENSES.

Pag.354.l.54. *adde*, à capite lineæ.
14 VIDO Piſtorienſis eccleſiæ Epiſco-pus recenſetur inter Epiſcopos qui interfuerunt Synodo Romæ habitæ à Benedicto Papa IX. Vide fragmentum eiuſdem ſynodi relatum in epiſcopis Peruſinis.

DE NOBILI PRAEPOSITVRA PISCIENSIS ECCLESIÆ

Nullius Diœceſis, in Etruria, & Prouincia Florentina.



PISCIA vnum ex primarijs Etrutiæ Annonatiæ Oppidis, ſiue antiquitatem ſpectes, ſiue amœnitatem, ſiue ciui em gentis cultum, & humanitatem; ſitum eſt in via Claudia ad radices Appennini montis, ad Occidentem plagam in planicie, collibus, montibuſque amœniſſimis cinctum theatri inſtar, medium Lucam inter, & Piſtorium, à Florentia Metropoli xxx. M. P. à Piſtorio xij. totidemque à Luca diſtans. Piſcia flumen illud alluit; ſecataque per medium decurrens, à quo recens nomen accepiſſe fertur. Hunc ex reliquijs antiqui Fani Martis, cuius veſtigia haud longè ab ipſo monſtrantur, exædificatum ex patrum traditione quaſi per manus accepta, credunt incolæ, quibus adſtipulatur Philippus Cluuerius lib. 2. cap. 3. Italiæ ſuæ antiquæ. Fanum enim Martis à Liguribus Apuanis conditū fuiſſe quidam exiſtimant, poſt deuictū fugatumq; ad Martium ſultū, nūc corrupto vocabulo Marzzaliam dicunt, Q. Martium Roman. Conſulem an. Vrbis DLXIII. ante Chriſtum natum CLXXXIV. eo in loco, vbi victoriam reportarunt à templo ab ijſdem Liguribus in facti memoriā ibi excitato, ad Fanum Martis, vel ad Martis denominatum, vbi Romanorum ſpolia ſuſpendere, Q. Martij Conſulis, & Romanorum ſtragis huiuſcemodi meminit Liuius lib. 39. Circa Templum deinceps domus, & ædificia excitarunt, vnde Fani Martis, & ad Martis nomen eidem indidere. Viget adhuc apud Piſcienſes eorum fundatorum memoria, cum vnam ex oppidi portis ad Occidentem poſitam Ligurum appellent, quam vulgari ſermone Porta de Genoueſi dicunt. Quando autem vel à quo Fanum Martis deletum fuerit, obſcurum eſt; conſtat tamen ex traditione patrum, à Deſiderio Longobardorum Rege eodem in loco ſuper flumen Piſcia reædificatum, relictoque Fani nomine, renouatum oppidum, Piſcia dictum eſſe. Romani, poſt Ligures conditores, diuturna mora illud dominati ſunt, donec Barbarorum attritum incurſionibus & ipſum viſum eſt concidiſſe: reſtauratum, ſeu de nouo reædificatum à Deſiderio Rege, paruit Longobardis, non ſemel Lucenſibus, Martino Scaligero, alijſque Tyrannis, aliquando ſui iuris factum Ariſtocraticam ſub nomine Communis Militum, ſeu Nobilium de Piſcia per multos annos formam retinuit, donec ſub Reipublicæ Florentinæ dominio in Democraticam conceſſit, ac deinceps ſub ſuaui iugo Etruriæ Magni Ducis quieuit. Ager eius triginta milliaribus circumſcribitur, diuiditurque in valles duas, quarum vna ad Occidentem Ariana, ſeu Riana ab aquarū riuulis frequentiſſimis, quibus irrigatur, appellatur, altera ad Meridiē ſpectans vallis Nebulæ à flumine, quod per eam excurrit, denominatur; pinguis eſt, & peramœnus, omnis generis frugū, frumēti, vini, olei, olearumq; ferax, ſunt in eo ſyluæ glādiferæ, & caſtanearum & arborum mira eſt frequentia, & varietas, venationi, ac pabulis maximè accommodæ, cælum indulgens, ac felici quadam temperie ſalubre, & præter vallium, colliumque amœnitatem ſcatet ſalubribus aquis ſalmacidis, vulgo *del Tettuccio*, inteſtinis morbis ſanandis aptiſſimis, quas eximiè inter cæteras laudat Andreas Baccius lib. 5. de Thermis; nullius tandem rei idoneæ egens, vt inter cæteros Etruriæ agros non inferiorem locum tenere videatur. Decem ſupra ſex oppida muris clauſa in hoc agro ſpectantur, totidemque loca aperta, vt vocant, homines habet ingenio florentes, & acutos, & ad omnium bonarum artium ſtudium natos, Prouinciæ

Ptæ-

Prætor pro Magno Etruriæ Duce, cuius feliciſſimè faſces adorat, Piſciæ tanquam reliquarum Dominæ ſedem habet, vbi plurimarum nobilium, Equitum, ciuiumque familiarum ſpectantur pulchra ædificia. Hic latiſſima cæli, ſolique facies, hyems egelida, æſtas temperata, horti iucundiſſimi, exterorum, finitimorumque hominum mira frequentia, ſupra 3500. alit mortales. Piſciã ſua præſentia nobiliorem reddiderũt Paulus III. Pontif. Max. & Carolus V. Imper. hoſpitio accepti in ædibus Turinorum, in quibus in marmore proſtat inſcriptio hæc;

Paulus III. Pontif. Max. Luca ſe à Caroli Imper. colloquio recipiens apud Turinos diuerſatus eſt xv. Kalen. Octobr. MDXLI.

Balptaſar Turinus ad decus ornamentumque familiæ, & rei memoriam hoc monumentum conſecrauit.

Imp. Cæſar Carolus V. Aug. Aphrica recepta iter hac in Galliam habens his ædibus hoſpitio acceptus eſt, cuius ampliſſimæ memoriæ ad ſempiternam gloriam familiæ Balptaſar Turinus monumentum hoc extare voluit MDXXXVI. Nonis Maij.

Cæterum Piſcia in omni memoria illuſtribus viris fœta fuit; ſiquidem Plebanus anno 1164. & Landus anno 1175. Lucenſes Epiſcopi fuerunt, Leonardus Salutatus ob eximias ſuas virtutes euaſit Præſul Feſulanus, Balptaſar Turinus Iuriſprudentia in Patauina academia clarus ſub Pio II. in Poloniã Apoſtolicæ Sedis Nũcius, ſub Sixto IV. eodem munere functus in Pannonia, regnante Matthia Coruino, à quo Sirmienſis Epiſcopus declaratus ibidem defunctus eſt anno 1481. Balptaſar iunior ex eadem Turina familia Leonis X. Datarius, ac Clementis VII. à ſecretis mortalitatem expleuit ſub Paulo III. anno 1543. Cameræ Apoſtolicæ Clericus, Archaſius Riccius noſtro hoc ſæculo ab Vrbano VIII. electus eſt Grauinenſis Epiſcopus, Coluccius Salutatus Reipublicæ Florentinæ Secretarius famoſus ſui ſæculi vir, & magno in pretio apud Principes ſummos habitus Piſcienſem patriam illuſtrauit. Sed plures alios genuit Piſcia & toga, & ſago illuſtres viros, qui breuitatis cauſa conſultè omittuntur. Vnũ addam Iacobum Ammanatum S.R.E. Cardinalem à Pio II. creatum, vulgo Papienſem ab eo Sacerdotio nuncupatum, natum ex patre Chriſtophoro Lucenſi, & Piſcienſi ciue, vt ex fide digniſſimis monumentis perhibetur à Iacobo Gadda tom. I. de Scriptoribus non Eccleſiaſticis pag. 102. Plures ſunt in hoc ſpectabili oppido familiæ nobiles genio, & ingenio præſtantes, ex quibus inſignes tũ Hieroſolymitani, tum ſancti Stephani, aliorumque militarium Ordinum Equites prodierunt. Piſciæ cum laude meminere Riccardus Maleſpina, Tolemeus Lucenſis, ſanctus Antoninus, Ioannes Villanus, Sigonius, Petrus Boninſigni, Leonardus Aretinus, alijque Hetruſcarum rerum ſcriptores. Piſcienſes lucem Euangelij hauſiſſe ea tempeſtate, qua Paulinus primus Lucenſis Epiſcopus eam in Vrbem, finitimoſque populos diſſeminauit, omnino credendum videtur, cum Piſcienſis Collegiata antiquiſſima Eccleſia, cuius meminit Innocentius III. in cap. Per tuas, de Arbitr., cæteræque Eccleſiæ huius prouinciæ ante annum 800. noſtræ ſalutis obnoxiæ Epiſcopo Lucenſi, & intra eius Diœceſim eſſent, in eaque iuriſdictione permanſerunt ad annum vſque 1519. quando Leo X. Pont. Max. hanc Piſcienſem Plebaniam Eccleſiam in inſignem Collegiatam Eccleſiam reſtituit, ſeptem dignitatibus, quarum primam Præpoſituram eſſe voluit, cum duodecim Canonicatibus exornauit, qui omnes ſimul vnum Capitulum efficerent. Præpoſitum verò ita conſtituit, vt primã dignitatem repræſentaret, vnicam tantum vocem in Capitulo haberet, vnuſque eſſet cum eis, nihilque ex ſe agere poſſet, tum in Synodis conuocãdis, tum in conſtitutionibus, legibuſq; condendis ſine aſſenſu & voluntate Canonicorum, quos ſub Apoſtolica immediatè ſubiectione perpetuo conſtituit, adeo vt in eos, vel in Eccleſia, vel Capitulo delinquẽtes nullam haberet poteſtatem, ſed ad ipſummet Capitulum eos in ordine redigendos, puniendoſque ſpectare conſtituit. Præpoſitum vero honorarijs gradibus ornauit, ſcilicet inſignijs Epiſcopalibus vti, eidemque, ac ſuæ Eccleſiæ, Capituloque proprium territorium quaſi Epiſcopale, quod eſt nullius, aſſignauit, eam ſcilicet partem, quæ ſub temporali dominio Magni Ducis in hac prouincia continetur, auulſa à Diœceſi Lucenſi, vbi oppida decem & ſex, totidemque Terræ recenſentur, ius etiam Præpoſito, accedente tamen conſenſu Capituli, vt diximus, Synodum congregandi. Omnia hæc in bullis Leonis mox exhibendis perſpici poſſunt, ab ipſis exemplaribus exſcriptis.

LEO EPISCOPVS
Seruus ſeruorum Dei.

Venerabilibus Fratribus Piſtorien. & Forliuien. Epiſcopis, ac dilecto Filio Abbati Monaſterij Vallis Vmbroſæ Feſulanæ Diœceſis, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Ex Sacri Apoſtolatus miniſterio meritis licet imparibus diuina diſpoſitione præſidentes, inter multiplices curas, quibus rerum, negociorumque varietate diſtrahimur, illam libenter amplectimur, per quã noſtræ prouiſionis auſpicijs ſingulæ Eccleſiæ preſertim inſignes miniſtrorum idoneorum, qui die noctuque Deo debitas laudes perſoluant numero decorentur, & debitis honoribus attollantur; Et vt ad id rendentia fidelium vota optatum ſortiantur effectum, opem, & operam, quantum nobis ex alto conceditur efficaces impendimus, prout ad diuini Cultus augmentum, & animarum ſalutem, ac pro Eccleſiarum earumdem tranquilliori & ſalubriori ſtatu, & venuſtate conſpicimus in Domino ſalubriter expedire, fideles etiam quoſlibet ad id Indulgentijs, & remiſſionibus inuitando, vt exinde reddantur diuinæ gratiæ aptiores. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Magiſtri Balthaſſaris Turini Clerici Lucanæ Diœc. Notarij, Datarij, & familiaris noſtri, & Laurentij de Cecchis Plebani Eccleſiæ S. Mariæ Maioris Oppidi Piſciæ dictæ Diœceſis Vtriuſque Iuris Doctoris petitio cõtinebat, quod cum dictum Oppidum quod dominio temporali Excelſæ Reipub. Floren. ſubeſt, plurimum inſigne, & notabile, & conuenienti populi numero munitum, & refertum & Eccleſia prædicta habitu olim actu collegiata etiam inſignis fore noſcatur, ſi in ipſa Eccleſia, in qua Plebanatus ſeu Plebania Dignitas principalis, ac vnus Plebanus, & certi alij perpetui Cappellani duntaxat exiſtunt Quatuor aliæ dignitates erigerentur, & inſtituerentur, & quod dicta Plebania deinceps Præpoſitura, & dictus Laurentius, ac pro tempore exiſtens ipſius Eccleſiæ Plebanus, Præpoſitus nuncuparentur, & certus Canonicatuum, ac Præbendarum numerus in ea ſtatueretur, & ordinaretur, ac pro menſa Capitulari ſeu dote Dignitatum, necnon Canonicatuum, & Præbendarũ huiuſmodi certi annui redditus nonnullorum Laicorum dicti Oppidi, illos donare volentium, necnon certa pars, ſeu portio bonorum immobilium, ac fructuum, redditũm, & prouentuum prædictæ ſanctæ Mariæ, & aliarum parochialium Eccleſiarum, ac Beneficiorum eccleſiaſticorum tam dicti Oppidi, quàm illius diſtrictus, & Territorij, necnon Nebulæ, & Arrianæ Vallium præfatæ Diœc. de conſenſu eccleſias, & Beneficia huiuſmodi nũc, ſeu pro tempore obtinentium ab Eccleſijs, & Beneficijs prædictis diſmembraretur, & ſepararetur, ac menſæ Capitulari, ſeu Dignitatibus, ac Canonicatibus, & præbendis eiuſdem Eccleſiæ ſanctæ Mariæ pro illorum dote perpetuò applicaretur, & appropriaretur, necnon Ius Patronatus, & præſentandi perſonas idoneas ad Laicos, dignitates, ſeu Canonicatus, & præbendas huiuſmodi de bonis ſuis dotantes etiã perpetuò reſeruaretur, & concederetur, ex hoc profectò tam Eccleſia ſanctæ Mariæ, quàm Oppidum Piſciæ huiuſmodi non parum decoraretur, & in ipſa eccleſia ſanctæ Mariæ diuinus cultus cum animarum ſalute, & populi deuotione, necnon eorumdem ſpirituali conſolatione non parum augeretur. Quare pro parte tam Balthaſſaris, qui etiam ſecretarius noſter exiſtit, & vt aſſeritur ad dictam Eccleſiam ſanctæ Mariæ ſingularem deuotionem gerit, quàm Laurentij prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt in dicta Eccleſia ſanctæ Mariæ quatuor alias dignitates, vt præfertur erigere, ac quod Plebania de cætero Præpoſitura, & Plebanus præfati Præpoſitus nuncupentur, necnon certum numerum Canonicorum inibi ſtatuere, & ordinare, aliuſque in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur Nos igitur qui Eccleſiarum omnium decorem, & in melius earum directionem, ac illius diuini Cultus augmentum noſtris potiſſime temporibus ſinceris deſideramus affectibus, de præmiſſis certam notitiam non habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut vnus veſtrum, ſi eſt ita, quod de cætero perpetuis futuris temporibus Plebania, Præpoſitura, & Laurentius, ac pro tempore exiſtens Plebanus prædicti Præpoſitus, & non Plebanus dictæ eccleſiæ nuncupentur, & Præpoſitura huiuſmodi Dignitas principalis, prout Plebania inibi erat, exiſtat, ac inibi certum de quo vobis videbitur Canonicorum numerum ſtatuere, & ordinare, necnon vnum Archidiaconatum pro vno Archidiacono, & vnum Archipresbyteratum pro vno Archipresbytero, ac vnũ Decanatum pro vno Decano, & vnum Primiceriatum, Dignitates inibi poſt dictam Præpoſituram, pro vno Primicerio, *qui vnà cum Præpoſito, & Canonicis præfatis inibi Capitulum faciant, & in eadem Eccleſia reſidere, & Diuinis intereſſe teneantur*, & inter quos fructus, redditus, & prouentus Menſæ Capitularis, qui nunc ſunt, diſtribui debeant erigere, & inſtituere, necnon bona immobilia, ac fructus, redditus, & pro-

re exiſtens exercere conſueuerat perpetuò per ſe, vel Vicarium ſuum liberè, & licitè exercere, ac de cauſis Canonicorum dictæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ cognoſcere, & eas decidere, ipſoſque Canonicos, (etiam in criminalibus, prout ipſorum errata exegerint punire, & à ſententijs ipſius Præpoſiti, ſeu eius Vicarij ad Romanum Pontificem dumtaxat appellari poſſit. Necnon cum etiam ad hoc præfati Raphaelis epiſcopi expreſſus accedat aſſenſus, *quod idem Laurentius, & pro tempore exiſtens Præpoſitus vna cum Capitulo eiuſdem Eccleſiæ Sanctæ Mariæ* collationem, prouiſionem, præſentationem, nominationem, & inſtitutionē omnium, & ſingularum Eccleſiarum dicti Oppidi, & illius Comitatus, & diſtrictus, necnon Vallium prædictarum, ac Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Decanatus, Primiceriatus, ac Canonicatuum, & præbendarum, ac perpetuarum Cappellaniatum dictæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ perpetuo habeant, ac illæ ad illos pertineant. Ac quod Canonici dictæ ſanctæ Mariæ pro tempore exiſtentes, & in quibuſuis Litteris Apoſtolicis tam gratiæ quam iuſtitiæ ad inſtar Canonicorum Cathedralium Eccleſiarum Iudices delegati, & executores illarum deputati, ac quæuis cauſæ per Sedem prædictam eis committi, perinde, ac ſi verè, & non fictè Canonici Cathedralis, & non Collegiatæ forent. Necnon tam in Eccleſijs, quàm in proceſſionibus, & alijs actibus publicis capitulariter factis velibus, ſuperpelliceis, almutijs, & alijs ornamentis Canonicorum eccleſiarum Cathedralium vti poſſint, ac Proceſſus, & Sententiæ per eos alias ritè habiti, & latæ validæ, et efficaces exiſtant, & eſſe cenſeantur, ipſeque Laurentius, & pro tempore exiſtēs Præpoſitus ſolus, cōtractus Emphytheoticos prout dictus Epiſcopus Lucan. conficere ſolet, conficere poſſit. Et nihilominus, cum ſimiliter ad hoc ipſius Raphaelis epiſcopi expreſſus accedat aſſenſus ius patronatus, & præſentandi perſonam idoneam ad dictam Præpoſituram, quoties illam de cætero perpetuis futuris temporibus vacare cōtigerit, alternatis vicibus antiquiori familia de Cecchis, & antiquiori quondam Turini de Turinis Ciuibus dicti Oppidi, ac eorum hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, ita quod ſemper antiquiori Iuspatronatus huiuſmodi competat, & altera familia deficiente, in alteram Ius patronatus huiuſmodi tranſeat, ita quod inter eos ius accreſcendi locum habeat, & pro prima vice antiquiori de familia de Cecchis, & ſucceſſiuè antiquiori dictorum hæredū Turini; inſtitutio vero ad Capitulum dictæ Eccleſiæ S. Mariæ perpetuò pertineat, ſic tamen quod perſona ad Præpoſituram ipſam vt præfertur, pro tempore præſentata, ac in ea per præfatos Canonicos, & Capitulū

inſtituta, infra tres menſes nouam prouiſionem à Sede prædicta impetrare, ac litteras Apoſtolicas deſuper totaliter expedire teneatur. Alioquin Præpoſitura ipſa vacare cenſeatur, auctoritate Apoſtolica, & tenore prædictis reſeruamus, & concedimus. Et inſuper eumdem Laurentium, & ſucceſſores ſuos dictæ eccleſiæ Præpoſitos pro tēpore exiſtentes, in præfatæ Sedis Notarios gratiosè recipimus, ac aliorum noſtrorum et dictæ Sedis Notariorum numero, & conſortio fauorabiliter aggregamus; ita quòd etiam omnibus, & ſingulis antelationum prærogatiuis, priuilegijs, fauoribus, conceſſionibus, gratijs, indulgentijs, ſolitis, quibus alij noſtri, & eiuſdem Sedis Notarij vtuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, potiri, & gaudere potuerunt, quomodolibet, abſque tamen aliorum Notariorum de numero participantium exiſten. & emolumentum officij Notariatus huiuſmodi participantium præiudicio, vti, potiri, & gaudere, ipſiſque Laurentio, & Succeſſoribus Præpoſitis, vt Mitra etiam gemmis laminis aureis ornata, Dalmatica, necnon chirothecis, etiam gemmis ornatis, ſandalibus, annulo, & baculo, & alijs Pontificalibus inſignijs vti, necnon cum in Pontificalibus repræſentauerint, vel etiam ſi non celebrauerint benedictionem ſolemnē in medio Miſſæ, ſeu etiam poſt Miſſarum, Matutinorum, Veſperarum, & aliorum diuinorum officiorum celebrationem ſeu decantationem, ac in ſolemnioribus proceſſionibus & Eccleſijs prædictis, dummodo ibidē Diœceſanus Loci, vel dictæ Sedis Legatus præſens non ſit, vel ſi præſens fuerit, eius accedat aſſenſus, Populo ibi intereſſenti elargiri, necnon omnibus, et ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus verè pœnitentibus celebrationi Miſſarum et Diuinorum officiorum huiuſmodi intereſſentibus pro qualibet vice, qua interfuerint indulgentiā centum dierum, et decem quadragenarum dicta auctoritate Apoſtolica concedere, ac veſtes, ſeu ſandalia, et alia veſtimenta, ſeu paramenta quæcumque Sacerdotalia, necnō ad vſum Miſſæ, et Diuinorum officiorum pertinentia, in eccleſijs Oppidi, diſtrictus, Territorij, et Vallium huiuſmodi, necnon ſacras Virgines quæcumque ordinis benedicere, et Scholares Oppidi diſtrictus, Territorij, et Vallium prædictarum Clericali charactere inſignire, ac illos ad quatuor minores ordines per ſe ipſum ſtatutis à Iure temporibus promouere, et dictos ordines eis conferre. Necnon ijdem Laurentius, et Succeſſores Præpoſiti per ſe, ſeu Vicarius, vel Vicarij ad id ab eis pro tempore deputatus, ſeu Deputati parochianos eccleſiatū prædictarum ab omnibus, et ſingulis eorū peccatis, exceſſibus, et delictis quantumcumque enormibus propter quæ Sedes Apoſtolica merito foret conſulenda abſolue-

 re,

re, eiſque pro modo culpæ pœnitentiam ſalutarem iniungere, ac Cœmi. [illegible] Eccle-ſias, & Cappellas, oppidi, diſtrictus, terri-torij,& vallium huiuſmodi ſanguinis vel ſe-minis effuſione pollutas, aqua tamen prius per aliquem Catholicum Antiſtitem, gra-tiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habentem, vt moris eſt, benedicta,reconci-liare. Dictuſq;Laurentius de conſenſu alte-rius veſtrum pro hac vice, & deinde idem Laurentius, & pro tempore exiſtens Præ-poſitus de maiori parte Capituli prætato-rum,& ipſis Canonicis [illegible] tibus, poſtquam [illegible] & [illegible] diſcrepauerint, [illegible] Præpoſitus prætatus quæcumque ſtatuta [illegible] & [illegible] ſa-cris Canonibus non contraria condere, ac illa prout ſibi [illegible] reformare [illegible] plicare liberè, & licitè poſſint quæ omnia, & ſingula ſic per ipſum Laurentium fa[illegible] ſeu reformata, [illegible] cata per [illegible] Laurentij, ac Canonicos [illegible] Capituli [illegible] ſingulares perſonas dictæ [illegible] Eccleſiæ, ac alios Clericos, ſeu regulares [illegible] Oppidi & illius [illegible] nonvariè in prædi[illegible] ſeruari debeant [illegible] obligent,ac ſi illa à Sede Apoſtolica confir-mata & approbata [illegible] præfata auctor. Apoſtolica earūdem [illegible] præſ[illegible] fa-cultatem côcedimus & pariter inde [illegible]

C Per hoc autē cōſtitutioni [illegible] præceptis [illegible] [illegible] ſi fieri, [illegible] dictum generari, & vt dicta Eccleſia [illegible] Mariæ in debita veneratione [illegible] Chriſti fidelibus [illegible] non [illegible] deuotionis cauſa ad eand [illegible] [illegible] Mariæ confluant, [illegible] dono cæleſtis gratiæ [illegible] tint, de Omnipotentis [illegible] ac Beatorum Petri & [illegible] Apoſtolorum eius [illegible] lis Chriſti fidelibus verè pœnitentibus, & [illegible] qui in Natiuitatis, & Reſurrectionis Do-minicæ, & Pentecoſtes, ac Cor[illegible] Chri-ſti, [illegible] Aſſumptionis, [illegible] Virgi-nis M[illegible] Natiuitatis, [illegible] & [illegible] Doloroſæ [illegible] celebritate omnium Sanctorum & [illegible] Dominica cuiuſlibet menſis [illegible] eccle-ſiam S. Mariæ deuotè viſitauerint, & ibi orationem [illegible] & Sanctiſſimum Angelorum [illegible] quamdiu in humanis egerimus,acNobis vita functis,pro noſtræ, & progenitorum noſtrorū animarū [illegible] pace recitaue-rint & ad ipſius eccl. S. Mariæ reparationem, manutentionem, & rerum diuino cultui neceſſariarum [illegible] adiutrices porrexerint pro ſingulis feſtiuitatibus, &

A Dominicis prædictis, quibus id fecerint, Tertiæ partis omnium, & ſingulorum pec-catorum [illegible] remiſſionem ac vigintiquin-que annorum, & totidem quadragenarum Indulgentiam miſericorditer in Domino [illegible] futuris temporibus concedimus, elargimur, & relaxamus, ac huiuſmodi In-dulgentiam ſub quibuſuis ſuſpenſionibus, reuocationibus & derogationibus ſimiliū, vel diſſimilium Indulgentiarum, etiam in fauorem Fabricæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, ſeu Cruciatæ, & alias quomodo-[illegible] quibuſcumque tenoribus, & for-[illegible] & pro tempore [illegible]

B [illegible] fed ſemper ab illis exceptas, & quoties [illegible] emanabunt,toties [illegible] exiſtere, & [illegible] Non obſtanti-bus [illegible] Innocentij IV. quæ inci-pit [illegible] Alexandri IIII quæ incipit [illegible] Bonifacij VIII Rom. Pontif. præd[illegible] [illegible] Sedis Apoſtolicæ [illegible] Apoſtolicæ [illegible] aliis quam Cano-nicis [illegible] per[illegible] contiſt[illegible] committi [illegible] necnon de certo Nota-riorum prædictorum numero, etiamſi ad illum nondum [illegible] per hoc [illegible] & [illegible] ns aliis Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus [illegible] generalibus, [illegible] ordina-[illegible] ſpecialibus,ve [illegible] dignitati-bus [illegible] in [illegible] Eccleſijs per [illegible] & Sedem [illegible] [illegible] ac dictæ Eccleſiæ S. Mariæ [illegible] confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & [illegible] contrarijs qui-buſcumque.

D *[illegible] apud ſanctum Petrum, an-no Incarnationis Dominicæ milleſimo quin-gentesimo decimo nono, decimo ſeptimo Kal. M[illegible] Pontificatus noſtri anno ſeptimo.*

LEO EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei,
Ad perpetuam rei memoriam.

libere, & licite valeant. Necnon hoſpitale prædictum, & eius bona, & iura, eidem erigendo Monaſterio, poſtquam erectum fuerit perpetuo vnire, & incorporare, aliaque in præmiſſis, & circa præmiſſa opportuna, & neceſſaria conſulere, & prouidere omni meliori modo. Nos igitur de præmiſſis diligentius inquirere volentes, emiſſo edicto conſueto, & debite executo cum termino competenti aſſignato ad opponendum, & contradicendum omnibus, & ſingulis ſua quomodolibet intereſſe putantibus, & in termino illius nullo contradictore exiſtente, & habita ſuper præmiſſis diligenti inquiſitione, & informatione, & maxime examinatis pluribus fide dignis teſtibus cognoſcentes prædicta omnia cedere in honorem Dei, & puellarum in caſtimonia viuere, & Deo ſeruire volentium, & dictorum vniuerſitatis, & hominum maximam vtilitatem. Propterea pio deuotionis, & religionis zelo ducti, & vt præfatæ puellæ in caſtimonia viuere, & ſeculum fugere volentes poſſint, & valeant iuxta votum dictæ Vniuerſitatis, & hominum, eiuſdem Antonij Syndici, & procuratoris precibus inclinati omnimodam auctoritatem, & licentiam damus, atque concedimus dictæ Vniuerſitati, & hominibus præfatæ terræ Piſciæ patronis præfatis, vt in dicto, & de dicto hoſpitali dictum Monaſterium ſub inuocatione Beatæ Mariæ Virginis ad eorum libitum, & voluntatem (reſeruato tamen in præmiſſis, & infraſcriptis omnibus, & ſingulis Sedis Apoſtolicæ beneplacito, quatenus opus ſit) erigere, conſtruere, ædificare, & facere poſſint, & valeant. Declarantes nihilominus, quod per licentiam infraſcriptam, erectionemque, conſtructionem, ac ædificationem dicti Monaſterij erigendi, vel erecti non intelligatur eſſe, nec ſit in aliquo, ſeu aliqua parte derogatum auctoritati iuriſpatronatus, honoribus, vel oneribus, aut obligationibus aliquibus dictæ Vniuerſitatis, & hominum dictæ terræ, ſeu hoſpitalis præd. hactenus impoſitis, quomodocunq; vel fieri ſolitis, & conſuetis, Sed quod Monaſterium prædictum ſic erectum, & Moniales in ipso pro tempore exiſtentes teneantur, & obligatæ ſint de bonis dicti Monaſterij, ſeu hoſpitalis pauperes Chriſti fideles tranſeuntes recipere, & hoſpitari, dotes dari ſolitas, & conſuetas quolibet anno decem puellis nubendis congruis temporibus per officiales dicti hoſpitalis pro tempore exiſtentes, vel per Vniuerſitatem, & homines prædictos ad eorum libitum aliter eligendis, & nominandis ſoluere, aliaque legata, & onera adimplere, & feſtiuitates, & officia mortuorum ſolita facere celebrari ſecundum morem, & conſuetudinem hactenus in dicto, & per dictum hoſpitale, Vniuerſitatem, & homines obſeruatam, Vniuerſitatemque, & homines prædictos terræ Piſciæ congruis, & conſuetis temporibus, ſolitis modis, & formis, & ordinibus pro dominis, & patronis, & vt tanquam dominos, & patronos dicti hoſpitalis, & monaſterij recognoſcere, & alia inuiolabiliter obſeruare, & facere, quæ adhuc fieri conſueuerunt per hoſpitalarium & hoſpitale prædictum. Damus inſuper licentiam, atque concedimus prædictum Monaſterium erigendi, conſtruendi, ædificandi, & perficiendi vna cum Cœmeterio, humili campana, dormitorio, hortis, horticleijs, ac alijs officinis neceſſarijs pro vſu, & habitatione vnius Abbatiſſæ, & aliquarum Monialium Ordinis, & Regulæ ſancti Benedicti ſub inuocatione Beatæ Mariæ Virginis. Necnon quod de Monaſterio ſancti Michaelis extra, & prope muros Piſciæ Ordinis & Regulæ prædictæ quatuor, aut ſex Moniales antiquas ad ipſum monaſterium erigendum pro illius Nouitiarum Monialium inſtructione, & doctrina transferre, & in eo traducere libere, & licite valeant, hoſpitaleque prædictum, & eius bona, & iura eidem erigendo, ſeu vt ſupra erecto Monaſterio perpetuo vnimus, & incorporamus, de alijſque in præmiſſis, & circa præmiſſa opportunis, & neceſſarijs conſulimus, atque prouidemus, contrarijs non obſtantibus quibuſcunque. Quæ omnia, & ſingula ex certa ſcientia, atque noſtra ordinaria auctoritate noſtra ordinaria ſtatuimus, ordinamus, ac ab omnibus, quorum intereſt, vel intererit, quoſque præſens tangit negotium, ſeu tangere poterit quomodolibet in futurum inuiolabiliter obſeruari volumus, & præcipimus. Vt autem præmiſſa omnia, & ſingula per nos (vt præmittitur) ſtatuta, conceſſa, ordinata, & indulta formam & robur obtineant, nec ſuper eis vlla dubietatis valeat quæſtio ſuboriri, præſentes literas per Notarium, & Secretarium noſtrum infraſcriptum fieri, ac præfati Capituli, quo in talibus vtimur, ſigilli iuſſimus, & fecimus appenſione communiri. *Datum Piſciæ in Sacrario dictæ Collegiatæ Eccleſiæ S. Mariæ Maioris loco noſtræ ſolitæ congregationis, anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono, Indict. 12. die vero veneris vigeſima octaua menſis Aprilis, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Noſtri Domini Pauli diuina prouidentia Papæ IV. anno 4. præſentibus ibidem omnibus infraſcriptis, videlicet Presbytero Michaele Camerotti de Monte Carolo, Domino Thurino olim Domini Philippi de Bonagratijs, Domino Sigiſmundo olim Ioannis de Berindeilis, & Domino Franciſco olim Domini Stephani de Cicchis omnibus de Piſcia teſtibus ad præmiſſa vocatis, habitis ſpecialiter atque rogatis.*

C. Pe-

A *C. Petrus Gialdinus Notarius, & Secretarius prædicti Reuerendi Capituli rogatus ſubſcripſi.*

Loco † ſigili.

Iulianus vero defunctus eſt anno 1562. & in maiori Eccleſia humatur, in qua, eoq; Præpoſito ann. 1543. ſepultus fuerat vir nobilis, & eximia laude celebris Balptaſſar Turinus iunior, in cuius gratiam Leo X. Præpoſituram hanc Piſcien. inſtituit, eius tumulus hoc epitaphio ornatur.

B *Balptaſſari Turino Leonis X. Pont. Max. à ſupplicum libellis Datario, Clementis VII. in obeun. rebus grauiſſimis Nuncio, Pauli III. Cameræ Apoſtolicæ ſeptimum viro animi integritate, morum elegantia, & liberalitate ſplendidiſſ. Iulius Turinus fratris filius Patruo pientiſſ. poſuit. Vixit ann. lvi. menſ. vij. dies xx. obijt anno MDXLIII. Id. Octobris.*

C Prope tumulum hunc viſitur honorarium illud cœnotaphium ad memoriam ... ſenioris Balptaſſaris Turini Epiſcopi Serimienſis viri clariſſimi, ita in marmore exaratum.

Balptaſſari Turino Dominici filio Serimienſi in Pannonia Epiſcopo, Pauli II. Sum. Pont. in Poloniæ, Gleſiæ, & Pruſiæ Regnis ad animos illorum Regum contra Turcas, ceteroſque Chriſtiani nominis hoſtes confirmandos, aliiſque magnis de rebus bis Legato, Sixtique Pont. II iuſſu ad Matthiam Coruinum Pannoniæ Regem eodem Legationis munere functo, & in eo mortuo. Petrus Turinus Propatruo P. Vixit ann. xlvi. obijt anno MCCCCLXXXI. menſe Martij.



3 CHRISTIANVS Pagni nobilis Piſcienſis conſpicuæ eruditionis, omniumque virtutum gratia decorus, qui magna apud omnes floruit exiſtimatione, præcipuè apud Coſmum Primum Magnum Etruriæ Ducem, cuius fuit à ſecretis, Præpoſituræ dignitatem adeptus eſt anno 1562. eodemq; anno mortalitatem expleuit, magno de ſe ad poſteros deſiderio relicto.

4 GVIDO de Guidis Florentinus, medicinæ ſui ſeculi Doctor illuſtris, vt edita ab ipſo monumenta teſtantur, dum publicè in Piſana Academia phyſicam facultatem legeret, Pagno ſucceſſit anno 1562. in eaque dignitate vixit plus minuſque annis ſeptem, mortem obijt ann. 1569.



D 5 LAVRENTIVS Turinus Piſcienſis nobili familia natus, adlectus eſt, patriæ Præpoſitus anno 1569. quatuor omnino annos dignitatem tenuit ſeque abdicauit ad fauorem Andreæ germani fratris anno 1574 Romam profectus, vtriuſque Signaturæ Referendarius factus, pluribus muneribus egregiè functus in Curia, pluribuſque Eccleſiaſticæ ditionis Vrbibus datus Præfectus, Flaminiæ quoque Prolegatus fuit, tandem mortuus eſt ann 1592.

6 ANDREAS Turinus fratri ſucceſſit ann. 1574. Præpoſitoram geſſit ad annum 1600. quo mortuus eſt.

BBR-

7 BERNARDVS Segni nobilis Florentinus à Clemente VIII. Pontifice præpoſituram ſtatim poſt obitum Andreæ impetrauit;ſed poſſeſſionem adipiſci non potuit, ſub eodem Pontifice vi uere deſijt.

8 STEPHANVS de Cecchis Canonicus, defuncto Andrea, per familiam Turtnam ſuamque de Cecchis, penes quos ex priuilegio Leonis X. ius erat Præpoſitos præſentandi, delectus eſt octauus patriæ Præpoſitus; ſed cum ex Concilij Tridentini ſanctione præſentationes ex priuilegio conceſſæ abolitæ fuiſſent, nulla etiam declarata fuit præſentatio, & Bernardo Segni conceſſa Præpoſitura eſt, quo defuncto, ab eodem Clemente Præpoſituram obtinuit, ac longa annorum ſerie rexit, interijtque anno 1633. apud maiores ſuos ſepultus.



9 IOANNES Riccius nobilis Piſcienſis ſanctæ Mariæ Transtyberinę Canonicus,ex Aulæ Præfecto Caroli Ducis Barberini, Vrbani VIII. fratris, per eundem Pontificem Max. ad Præpoſituræ munus aſſumitur anno1634. ſubſequenti. Eximiè, ac omnibus ſummè charus ſedit an.12.exceſſit an.1646. cum hæres inſtituiſſet Piſcienſis Eccleſiæ Capitulum, hac tamen conditione, vt in eadem Collegiata Eccleſia maiori ſacellum nobili ſtructura erigeretur, quod à Capitulo permagnificè curatum eſt. Fratrem habuit Archaſium Epiſcopum Grauinenſem, virum pietate, ac rebus in ſua Eccleſia præclarè geſtis in omni æuo memorandum nuper defunctum. Ipſe vero Ioannes tumulatus eſt in Piſcienſi Eccleſia propè Antonium Riccium gentilem ſuum virum clariſſimum, qui ſibi,ac poſteris ſuis ſepulchrum olim parauerat, vbi hæc legitur inſcriptio.

D. M.

Antonius Riccius Piſcienſis Leonis X. Pont. Max. à Cubiculo, ciuis Rom. aſcitus, idemq;

vniuerſæ Vrbis Præfectus ſibi & poſteris ſuis ſepulchrum hoc ſolo condendum iuſſit.
Vixit ann. xl menſ. iij. dies ij.
Obijt anno MDXIV. menſ. Aprilis.

10 IOANNES BAPTISTA de Cecchis Eques ſancti Stephani ex Canonico quartus e gente ſua Piſcienſis Præpoſitus delectus eſt ab Innocentio X. anno 1646. viuit adhuc.

MINIATENSES.

Pag. 1411. tom.7. in Appendice ad Epiſcopos Miniatenſes l. 23. dele, *Viuit laudatiſſimus Præſul*, & loco horum verborum ſcribe, fato ceſſit laudatiſſimus Præſul anno 1661. menſe Octobri apud Balnea ſancti Caſſiani; deinde adde à capite lineæ.

6 MAVRVS de Curſis nobilis Florentinus filius Camilli, atque Victoriæ Minij, ex Monacho & Abbate Ord. Camaldulenſis adlectus eſt Epiſcopus Miniatenſis hoc ipſo menſe Iulij 1662. ab Alexandro VII. Pont. Max. Vir ſanè literis cultus, & tam genere, quam religione clarus, omnibuſque ornatus virtutibus Chriſtiano Præſule dignis, cui longam, fauſtamque à Deo Opt. Max. vitam precamur. De hac nobili Curſa familia viri clariſſimi floruerunt, inter quos maximè claruit Ioannes pro Republ. Florentina apud Carolum V. Imp. Orator, cuius cum laude meminit Guicciardinus lib. 15. De eadem familia in eadem Republ. ſex Vexilliferi fuerunt, & Ioannes ſupra relatus primus adlectus eſt Senator ab Alexandro Medicęo Primo Florentiæ Duce. Legendus Petrus Monaldus de familiis Florentinis, qui plures enumerat viros claros Curſæ gentis.

ADIACENSES.

Pag 595. l. 25. *adde*, à capite lineæ.

1 GVILLELMVS florebat anno 1126. 3. Aprilis, vt in donatione facta Eccleſiæ Adiacenſi à Comite Puluerello de Conntatu Fraſſa.

Pag. 597. l. 15. *adde*, poſt Paulum Fregoſum à capite lineæ.

21 IACOBVS de Marco erat Adiacenſis Epiſcopus anno 1488. die 6. Iunij, qua in ſua Cathedrali Synodum habuit, qua extat in tabulario Epiſcopij, pauloque poſt vel mortem obijt, vel ad aliam Eccleſiam tranſlatus eſt.

22 GABRIEL de Franchis Iacobi ſucceſſor

ceſſor fuit, qui & ipſe Synod[illegible] celebrauit anno 1489. die 5. Septembris. Acta ſynodalia hæc in eodem tabulario aſſeruantur. Poſt eius obitum Paulus Card.[illegible] rego[illegible]us pe[illegible] regreſſum hanc eandem E[illegible]cleſiam iterum adminiſtrandam ſuſcepit, quam deinde transfudit in Philippum Pa[illegible]lauicinum nepotem, vel vt alij volunt, g[illegible]rmanum [illegible] a-trem.

ALERIENSES.

Pag. 603. lin. 48. poſt il[illegible]a verba, in Tic[illegible]ne[illegible]bus Epiſcop[illegible]is, adde C[illegible]te[illegible]um quod attinet ad Eccleſiam Al[illegible] [illegible] Alexander ſub Gregorio XIII. ac Sixto V pro bene moderanda Cathedrali, ac diuino cultu augendo, numerum Canonicorum auxit, ac debitos redditus pro i[illegible]is mi[illegible]ris aſſignauit, Sixtus vero V. ſuis [illegible]iplom[illegible]tibus ea omnia Apo[illegible]lica auctoritate confirmauit, quæ hic ex ta[illegible]ulario ei[illegible]ſdem E[illegible]cleſiæ deſumpta exhibemu[illegible].

SIXTVS [illegible]PISCOPVS ſeruus ſ[illegible]r[illegible]rum Dei,

Ad p[illegible] rei [illegible]riam

Æ[illegible]uum repu[illegible]mus, & rationi con[illegible] vt ea quæ de Rom. Pont. gratia proce[illegible]ſerunt, lice[illegible] eius ſuper[illegible]emente obitu literæ Ap[illegible]olicæ ſup[illegible] ni[illegible] co[illegible]fectæ non [illegible] ſuum co[illegible]uautur effect[illegible]m. Du[illegible]um [illegible]q[illegible]m f[illegible]c[illegible] record. G[illegible]eg[illegible]io Papa XIII. [illegible]ceſſ[illegible] noſtr[illegible] pro parte vener. fratris noſtri Alexan[illegible] Ep[illegible]copi A[illegible]rienſis expoſito q[illegible]od antea ipſe con[illegible]rans Eccleſiam Alerienſem cui præe[illegible]gnoſ[illegible]batur, à [illegible] iam ſecc[illegible]s [illegible]atæ, & Turcæ [illegible]itatem Al[illegible]rien. de[illegible]opula[illegible] fuerant [illegible] ec[illegible]æ [illegible]ino pr[illegible]ſus de ſtit[illegible]re, & propterea co[illegible]am [illegible]cip[illegible]ame[illegible]clchaſticam pro viri[illegible]is r[illegible]itui cu[illegible]s dilectos [illegible]ios eiuſdem E[illegible]æ Canonicos ſex tantum numer[illegible] [illegible]s ad ſe co[illegible]uocare, & vnam aliam [illegible]cleſiam in [illegible]a diuina officia cel[illegible]are [illegible]cr[illegible]cia, & laude[illegible] A[illegible]ſim[illegible] o[illegible]re, a b[illegible]nefa[illegible]orum, ne[illegible] fu[illegible]da[illegible] pij[illegible] vo[illegible] [illegible] po[illegible] O[illegible] te[illegible] D[illegible] opu[illegible] d[illegible]m de [illegible]m [illegible] al[illegible] ce[illegible]s loco [illegible] nc[illegible] & [illegible] ciuitas & [illegible]æ prg[illegible]æ in [illegible] ſtatum rel[illegible] decreuiſſet, ſed cum d[illegible] Canon[illegible]x[illegible]orum Canonicatibus & Præ[illegible]cudis ta[illegible] [illegible]iles reddi[illegible] [illegible] [illegible]t [illegible]s dec[illegible] ducatos auri de Ca[illegible] [illegible]n excede[illegible]ous [illegible] ſe [illegible]o-do ſuſt[illegible] p[illegible] E[illegible]æ [illegible], al[illegible]a-que dictæ D[illegible] [illegible]a [illegible]a [illegible]is ſt[illegible]

maxima ædium reparatione egerent; ac propterea, ſi ducenta & quadraginta ſcuta d[illegible]cem [illegible]ajs proquolibet ſcuto huiuſmodi [illegible]putaris à menſa Epiſcopali Alerien. [illegible] [illegible]nctibus, redditibus, & prouen[illegible]us, ac propr[illegible]tibus diſmembrarentur, necnon eiuſdem Eccleſiæ menſæ Capitulari pro diſtributionibus quotidianis applicarentur, ex eo profecto corundem Canonicorum congruæ ſuſtentationi, diuinique cultus incremento plurimum conſultum foret, nec propterea eadem menſa Epiſcop[illegible] plurimum grauaretur, quandoquidem mille & trecenta ſcuta ſimilia annuatim ſupereſſent præd. Eccleſiæ Præſuli [illegible] temp[illegible]re exiſtenti abunde ſufficere poſſent. Quare pro parte dicti Alexandri Epiſcopi ei[illegible]em prædec[illegible]ſſori humiliter ſupplicato, vt dicta ducenta & quadraginta ſcuta huiuſmodi à dicta m[illegible] Epiſcopali diſmembrare, & eidem menſæ capitulari applicare, ac alias in præmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignarentur, [illegible] in prædeceſſor, qui Eccleſiarum quarumlibet præſertim Cathedralium decorem & venuſtatem, ac perſonarum in eis diuinis laudibus inſiſtentium ſubuentione & commodo, cum diuini cul[illegible]us in illis augumento omnibus quibus poterat rationibus procurabat ei[illegible]dem Al[illegible]andrum Epiſ[illegible]pum à quibuſ[illegible]is excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdi[illegible], alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis a iure, vel ab homine [illegible]uauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus qu[illegible]dolibet in[illegible]odatus exiſtebat ad eff[illegible]ctum infraſcriptorum duntaxat c[illegible]ſequen. ab[illegible]ue[illegible]s & abſolutum fore cenſens, huiuſmo[illegible] [illegible]pplicationibus inclinatus ſub dat. 5. Idus M[illegible]tij pontificatu[illegible] anno tertio[illegible]ec[illegible]mo, di[illegible]cента quadragi[illegible]a [illegible] præ[illegible]i[illegible]a ab eadem menſa E[illegible]ſco[illegible] [illegible]ue fru[illegible]b[illegible], re[illegible] [illegible] & [illegible]ouen[illegible]ibus in tot bonis, & proprie[illegible]s, quæ dicta ducenta & q[illegible]a[illegible]ſcuta [illegible] annuatim conſtituerent [illegible]s bonis & proprietatibus eiuſdem menſæ Epiſcopalis ſeparando Apo[illegible]o[illegible]ica auctori[illegible]ate perpet[illegible] m[illegible]mbrauit & ſeparauit [illegible]illaque ſic [illegible]m[illegible]mbrata, & ſeparata eidem menſæ Capitulari ita [illegible] [illegible]iceret ei[illegible]em Alexandro E[illegible]ſcopo d[illegible] ducenta, & quadrag[illegible] ſcuta proxim[illegible] futuris ſex annis in Eccle[illegible]arum, al[illegible] dictæ Diœc. p[illegible]ru[illegible] locorum ſeparati[illegible]nem, ſacræque ſup[illegible], & o[illegible]torum emptionem conuertere, & d[illegible] Capitulo præfatis per ſe, vel alios po[illegible] eorundem ſex annorum lapſum illa annis ſingulis debito tempore exigere, percipere, leuare, & in diſtributiones quotidianas pro præſentibus, & diuinis [illegible]us tantum conuertere eiuſdē Alexandri Epiſcopi, vel pro tempore exiſtentis dictæ Eccleſiæ Alerien. Præſulis licentia [illegible] minimè requiſita, etiam perpetuo applicauit

canit, & appropriauit, ac eidem Alexandro Epiſcopo, vt ſingulos Canonicatus, & præbendas dictæ eccleſiæ Alerien. cumprimum illi & illorum ſinguli, prima tamen vice per ceſſum etiam ex cauſa permutationis, vel in fauorem etiam in manibus d. prædeceſſoris, vel Romani Pontificis pro tempore exiſtentis pro tempore factæ, ſeu faciendæ, vel per deceſſum, aut priuationem, ſeu religionis ingreſſum, vel matrimonium contractum, ſeu quamuis aliam diuiſionem, vel amiſſionem cuiuſcunque, vel quorumcunque illos tunc obtinentium, aut alias quouis modo etiam apud ſedem Apoſtolicam, ſeu etiam in aliquo ex menſibus eidem prædeceſſori, vel dicto Romano Pontifici, aut Sedi præfatæ per qualcunq; conſtitutiones Apoſtolicas, aut etiam Cancellariæ Apoſtolicæ regulas, ſeu alias quomodolibet tunc & pro tempore reſeruatis vacarent, etiamſi deuoluti effecti ſpecialiter, vel alias ex quauis cauſa generaliter reſeruati eſſent, quibuſuis perſonis idoneis ſibi beneuiſis cōferre, & de illis etiam prouidere, ac alias diſponere: quod ſi contingeret quempiam ex dictis Canonicis ad exercitium curæ animarum in eadem Diœc. per ipſum Alexandrum Epiſcopum ad aliquod tempus deputari, ille ſic deputatus animarum curam huiuſmodi exercendo omnes, & ſingulas diſtributiones quotidianas quas in dicta Eccleſia Alerien. reſidendo lucraretur ex integro lucrari & percipere libere & licitè valeat ſimiliter perpetuo conceſſit, & indulſit, necnon literas tunc deſuper conficiendas nullo vnquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis eiuſdem prædeceſſoris, vel quouis alio defectu notari, impugnari, inualidari, ad terminos iuris reduci, ſeu in ius, vel controuerſiam reuocari, aut aduerſus eas quodcunq; iuris, gratiæ, vel facti remedium impetrari poſſe, ſicque per quoſcunque Iudices, & Commiſſarios quauis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari & diffiniri debere, ac quidquid ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decreuit; Non obſtan. prædictis, ac dictæ Eccleſiæ Alerien. iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis eidem eccleſiæ Alerien. illiuſque Præſuli, Capitulo, & Canonicis ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cū quibuſuis clauſulis & decretis in contrarium quomodolibet conceſſis. Quibus omnibus etiamſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica expreſſa, & indiuidua, ac de verbo ad verbū, non autem per clauſulas generales idem

A importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda foret. tenores huiuſmodi, ac ſi de verbo ad verbū nihil penitus omiſſo inſerti forent pro ſufficienter expreſſis habens, illis alias in ſuo robore permanſuris, ea vice dumtaxat ſpecialiter & expreſsè derogauit, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Ne autem de abſolutione diſmembratione, ſeparatione, applicatione, appropriatione, conceſſione, indulto, decreto, & derogatione præmiſſis pro eo quod ſuper illis ipſius prædeceſſoris eius ſuperueniente obitu literæ confectæ non fuiſſent valeat quomodolibet hæſitari, ipſeque Alexander Epiſcopus illorum fruſtretur effectu, Volumus, & Apoſtolica auctoritate prædi-
B cta decernimus quod abſolutio, diſmembratio, ſeparatio, applicatio, appropriatio, conceſſio, indultum, decretum, & derogatio prædeceſſoris huiuſmodi perinde à dicta die Id. Martij ſuum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis eiuſdem prædeceſſoris literæ ſub eiuſdem diei data confectæ fuiſſent, prout ſuperius narratur, quodq; præſentes literæ ad probandum plene abſolutionem, diſmembrationem, ſeparationē, applicationem, approbationem, conceſſionem indultum decretum, & derogationem prædicta vbique ſufficiant, nec ad id alterius probationis adminiculum requiratur. Nulli ergo omnino hominum
C liceat hanc paginam noſtrorum voluntatis & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire; Si quis autem attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1585. Kalen. Maij pontif. noſtri anno primo.

SIXTVS EPISCOPVS
ſeruus ſeruorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

D Cæleſtis Principis prouidentia ad ſummum Apoſtolatus apicem meritis licet imparibus euecti ad ea libenter intendimus, per quæ menſæ Capitulares Eccleſiarum quarumlibet præſertim Cathedralium congruis prouētibus pro perſonarum in eis diuinis laudibus inſiſtentium ſuſtentatione, ab onerum illis incumbentium ſubleuamine, & alijs ſuis neceſſitatibus communiti valeant. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte venerab. fratris noſtri Alexandri Epiſcopi Alerien. & dilectorum filiorum Capituli Eccleſiæ Alerien. petitio continebat, quod aliàs ipſe Alexander Epiſcopus conſiderans Eccleſiam prædictam à pluribus iam annis, quibus piratæ, & Turcæ ciuitatem Alerien. depopulati fuerant,

S11 mini-

miniſtris, cultuque diuino prorſus deſtitutam eſſe, ac his inconuenientibus occurri cupiens, vnum Seminarium eccleſiaſticum, iuxta Concilij Tridentini formam, in dicta ciuitate inſtituit, ac cultum diuinum in eadem eccleſia cum maxima fidelium illarum partium ædificatione reparauit; & deinde fel.record. Gregorius Papa XIII prædeceſſor noſter, vt dilecti filij Canonici eiuſdē Eccleſiæ, qui numero ſex tantum erant, & non vltra decem ducatos auri de Camera ex fructibus eorum Canonicatuum, & præbendarum annuatim percipiebant, vt commodius apud dictam eccleſiam reſiderent, & illius obſequijs libentius inſiſterent, de ipſius Alexandri epiſcopi conſenſu, & ad illius ſupplicationem ſummam annuā ducentorũ & quadraginta ſeut. à menſa epiſcopali Alerien. illiuſq; fructib. redditibus & prouentibus Apoſtolica auctoritate diſmembrauit, ac illam ſic diſmembratam menſę Capitulari eiuſdem eccleſiæ pro diſtributionibus quotidianis inter præſentes, & diuinis officijs intereſſentes tantum diſtribuendis applicauit, & appropriauit, prout in Alexandri patentibus, & Gregorij prædeceſſoris prædictorum literis de [illegible] confectis plenius continetur. Cum autem ſicut eadem petitio ſubiungebat, dicti [illegible] Canonici pro celebratione diuinorum officiorum longè non ſufficiant, nec debitis ceremonijs, alijſque muneribus eccleſiaſticis, & præſertim dignitati eiuſdem eccleſiæ reſpondere valeant, & ſi ſanctæ Mariæ de Talcini, & s. Ioannis de Bobio, & eiuſdē ſancti Ioannis de Venaco, necnon s. Reparatæ, & ſanctæ Laurinæ de Aleria, ac eiuſdem ſanctæ Laurinæ de Curia, necnon etiā ſanctæ Laurinæ de Omeſſa, & s. Laurinæ de Vinario, eccleſiæ, ſeu cappellæ Plebaniæ, & Canonicatus reſpectiuè, nuncupatæ in Diœc. Alerien. conſiſtentes ex nunc cum primum illas vacare contigerit eidem mēſæ Capitulari pro ſex præbendis totidem Canonicatuum in dicta Eccleſ. Alerien. per eundem Alexandrum Epiſcopum erigendorum vnirentur; exhoc profectò diuini cultus, ac miniſtrorum eccleſiaſticorum augumento, necnon decori ipſius Eccleſiæ Alerien. plurimum conſuleretur. Quare pro parte eorundem Alexandri Epiſcopi, & Capituli, aſſerentium Eccleſias, & Cappellas prædictas ſine cura exiſtere, & perſonalem reſidentiam non requirere, ac earum ſimul, & illis forſan annexorum fructus, redditus, & prouentus ducentorum, & quadraginta ducatorum ſimilium ſecundum communem extimationem valorem annum nō excedere, nobis fuit humiliter ſupplicatum quatenus eorum votis annuere, ac alias in præmiſſis opportunè prouidere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia eccleſiaſtica alijs vniri tenerētur

A exprimere verum annuum valorem ſecundum extimationem prædictam etiam beneficij, cui aliud vniri peteretur, alioquin vnio non valeret, & ſemper in vnionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet, quique diuini cultus incrementum noſtris potiſſimum temporibus ſinceris deſideramus affectibus, Alexandrum prędictum Epiſcopum, & ſingulare perſonas Capituli huiuſmodi à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendi harum ſerie

B abſ[illegible], & abſolutos fore cenſentes, nec non quarumcunque aliarum vnionum, annexionum, applicationum, appropriationum, vel aſsignationum dictæ menſæ Capitulari hactenus quomodolibet factarum, & inde ſecutorū quorumcunq; tenores præſentib. pro expreſſis habentes huiuſmodi ſupplicationibus inclinati eccleſias, ſeu cappellas prædictas cum primum illas per ceſſum etiam ex cauſa permutationis, vel in fauorē etiā in manibus noſtris, ſeu Romani Pontificis pro tempore exiſtentis factum, ſeu faciendum, vel deceſſum, aut priuationem, ſeu Religionis ingreſſum, vel matrimonij contractum, aut quāuis aliam d[illegible]onem, vel a[illegible]ſionē cuiuſcunque vel quorumcunq; illas nūc obtinentis, vel obtinentium, aut alias quouis modo, & apud

C Sedem Apoſtolicam, ſeu & in aliquo, vel aliquibus [illegible] & quibuſcunque ex [illegible], nobis, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, vel Sedi prædictæ per quaſcunque conſtitutiones Apoſtolicas, aut etiam Cancellariæ Apoſtolicæ literas, ſeu alias quomodolibet nunc, & pro tempore reſeruatis [illegible], aut etiam ordinarijs Collatoribus [illegible], vel alias Conſtitutiones Apoſtolicas pro tempore editas, ſeu literas alternatiuarum, vel alia priuilegia, & indulta, ac alias quomodolibet hactenus conceſſis, & in poſterum concedendis, aut etiam de antiquo, & antiquiſſimo communi, vel particulari, aut quouis alio iure

D competentibus, vel competituris, ſimul, vel ſucceſſiuè vacare contigerit, ex nunc, prout ex tunc & è contra, [illegible] ad præſens ille quouis modo, [illegible] ex illo quæuis principalis reſeruatio, & in corpore iuris clauſa [illegible] præ[illegible]tibus haberi volumus pro expreſſo, aut ex cuiuſcunque, ſeu quorumcunque perſonis vacent, & tanto tempore vacauerint, quod eorum collatio iuxta Lateran. ſtatuta Concilij ad ſedem prædictam legitimè deuoluta, ipſæque eccleſiæ, ſeu Cappellæ diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel ex quauis cauſa generaliter reſeruatę exiſtant, & ſuper eis inter aliquos [illegible]s, cuius ſtatum, etiam præſentibus

haberi

A haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa cũ annexis huiuſmodi, ac omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis eidem menſæ Capitulari pro ſex præbendis totidẽ Canonicatuũ in dicta Eccleſia Alerien. vt præfertur erigendorũ Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo vnimus, annectimus, & incorporamus; ita quod liceat ex nunc prędictis Capitulo, ſeu illorum Oeconomo, per ſe, vel aliũ, ſeu alios eorũ, & dictæ menſæ Capitularis nomine corporalem poſſeſſionem eccleſiarum, ſeu Cappellarum, iuriumque, & pertinentiarum prædictarum propria auctoritate libere apprehendere, & etiam perpetuo retinere, omneſque, & B ſingulos illorum fructus, redditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta quæcunque perpetuis futuris temporibus percipere, exigere, & leuare, ac in dictæ menſæ Capitularis vſus, & vtilitatem conuertere, necnon eiſdẽ eccleſijs, ſeu Cappellis per Presbyteros idoneos ad eorum nutum ponendos, & amouendos in diuinis deſeruiri facere; Diœceſani loci, vel cuiuſuis alterius licentia deſuper minimè requiſita; Decernentes vnionem, annexionem, & incorporationem prædictas, ac præſentes literas nullo vnquam tempore, etiam ad quorumuis inſtantiam ex quacunque etiam rationabili, & iuridica cauſa, etiam ſub præ- C textu quod in forma iuris factæ non fuerint, reuocari, alterari, limitari, modificari, aut ad iuris communis terminos reduci, vel quempiam aduerſus illa in integrum reſtitui, ſeu ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu notari, vel impugnari non poſſe, cauſamque ſeu cauſas propter quas illa emanarint etiam coram loci Ordinario, etiam tanquam à Sede prædicta delegato verificari non debere, ac propterea, aut ex eo quod intereſſe prætendentes vocati non fuerint per ſubreptionẽ, vel obreptionem præſumi, vel alias viribus carere, ac quaſuis illarum reuocationes, ſuſpenſiones; derogationes, vel limitationes pro D tempore emanatas, pro noua illarum conceſſione haberi, & cenſeri; ſicque per quoſcunque Iudices ordinarios, & delegatos ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & deffiniri debere, nec non irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis Hieroſolymitan. & Alexandrin. ac Epiſcopo Amerin. per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus ipſe, vel duo, aut vnus eorum per ſe, vel per alium, ſeu alias præſentes literas, & in eis contenta quæcunq; vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Epiſcopi, & Capituli prædictorũ, ieu alicuius eorum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra præſentes literas, & in eis contenta huiuſmodi ab ijs, ad quos ſpectat & pro tempore ſpectabit firmiter, & inuiolabiliter obſeruari, ac Epiſcopum, & Capitulum prædictos ijſdem pacifice frui, & gaudere; non permittentes eos deſuper per quoſcunque quomodolibet indebitè moleſtari, contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis, ſeruatis proceſſibus, eaſdem cenſuras, & pœnas aggrauando, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus priori voluntate noſtra prædicta, ac Lateran. Concilij nouiſſimè celebrati vnlones perpetuas, niſi in caſibus à iure præmiſſis fieri prohibentis, nec non piæ mem. Bonifacij Papæ VIII. & prædeceſſoris noſtri, etiam qua cauetur, ne quis extra ſuam ciuitatem, vel Diœc. &c. niſi in certis exceptis caſibus, & in illis vltra vnam dietam à fine ſuæ Diœc. &c. ad iudicium euocetur, ſeu ne Iudices à Sede prædicta deputati extra ciuitatem, & Diœc. &c. in quibus deputati fuerint contra quoſcunque procedere, aut alij vel alijs vices ſuas committere præſumant, ac de duabus dietis in Concilio generali edita, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate earundem præſentium ad iudicium nõ trahatur, alijſque Conſtitutionibus Apoſtolicis contrarijs quibuſcunque. Aut ſi aliqui ſuper promiſſionibus ſibi faciendis de huiuſmodi, vel alijs beneficijs eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales dictæ Sedis, vel Legatorum eius literas impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem, & decretum, vel alijs quomodolibet ſit proceſſum. Quas quidem literas, & proceſſus habitos per eaſdem, ac inde ſecuta quæcũque ad dictas eccleſias, ſeu cappellas volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari, & quibuſuis alijs priuilegijs, indulgentijs, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcunq; tenorem exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat, quomodolibet, vel differri; & de quibus, quorumq; totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mẽtio ſpecialis, volumus, quod propter vnionem, annexionem, & incorporationem huiuſmodi dictæ eccleſiæ, ſeu Cappellæ debitis non fraudentur obſequijs, ſed earum congruè ſupportentur onera conſueta; Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, vnionis, annexionis, incorporationis, decreti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire;

traire ; Si quis autem hoc atleutare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei , ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum .

Datum Romæ apud ſanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quinquageſimo octuageſimo ſexto, ſeptimo Kal. Nouemb. Pontificatus noſtri anno ſecundo .

Alexandri Sauli vitam fuſius ac vberiore ſtylo nuper ſcripſit, ac edidit Ioannes Auguſtinus Gallicius Clericorum S. Pauli , quos Bernabitas vocant, Præpoſitus Generalis, eamque inſcripſit D. N. Alexandro VII. Pontifici Maximo, pluraque de eodem ſeruo Dei clariſſimo Præſule ſparſim commemorat Abbas Michael Iuſtinianus , ſuis in conſtitutionibus eccleſiaſticis , ſummopere à doctis laudatis .

SAGONENSES.

Pag.610. num.22. Fr. Laurentius adde Ord. Prædicatorum .

SENENSES.

Pag. 625. l. 50 Adde à capite lineæ,

37 Adelbertus Epiſcopus Senenſis floruit ſub Benedicto IX. Papa, ſub quo an. 1036. die 4. Nonas Nouemb. Ind. 5. interfuit ſynodo Romæ habitæ, vt in fragmento habetur , quod ſupra retulimus in hac Appendice ad Epiſcopos Peruſinos . Poſt hunc Adelbertum 38. numero ſuccedere debet Ioannes.

Pag.629. l.32. adde priuilegium à Friderico I. Imp. côceſſum Monaſterio & Oddoni Abbati ſancti Eugenij prope Senas , viuente Guterone Epiſcopo anno 1185. exſcripto ab exemplari Archiuij eiuſdem Monaſterij .

In nomine ſanctæ & Indiuiduæ Trinitatis.

Fridericus Diuina fauente Clementia Romanorum Imperator Auguſtus ,

Si Serenitas Imperatoriæ Maieſtatis noſtræ ex innata nobis pietate , Eccleſias Dei , & eccleſiaſticas perſonas libenter fouere conſueuit , & regere , & eis iura ſua debito in honore conſeruando , iniurias & onera quibus ab iniquitate malignantiũ aportari ſolet alleuiare : quatenus ſuffragijs orationum ſuarum in côſpectu diuini Iudicij recipere poſſimus meritum æternæ retributionis . Eapropter cognoſcat tam præſens ætas fidelium Imperij, quàm ſucceſſiua poſteritas , quod nos attendentes honeſtatem atque religioſam conuerſationem fidelis noſtri Oddonis Venerabilis Abbatis Monaſterij S. Eugenij, quod eſt ſitum in Comitatu Senenſi , in loco qui dicitur Pilodianus , nihilominus quoque commendantes ordinem, & vitam Congregationis eius, ipſum Abbatem cum monaſterio, & perſonas inibi Deo dicatas præſentes, & futuras, & omnia eorum bona mobilia & immobilia , quæ nunc habent , vel inpoſterum, autore Domino , iuſtè poterunt adipiſci , ad imitationem prædeceſſoris noſtri felicis memoriæ Henrici Imperatoris III. aliorumque diuorum Regum & Imperatorum ſub protectione defenſionis noſtræ ſuſcepimus , & cum eorum priuilegijs, nominatim eccleſiã s. Petri quæ dicitur Campus cum omnibus appendicijs ſuis , & curte Deuinciana , Eccleſiam ſancti Sauini cum corticella , in Andrina , & in Citinella, & in Guagoua, & Eccleſiam S. Petri in Arganello cum appendicijs ſuis , in Tatina , in Grigi : & Eccleſiã s. Michaelis Archangeli in Veronula & in Ticali cum appendicijs earum : Eccleſiam quoque ſanctæ Cæciliæ in Meadina ; Eccleſiã S. Angeli in Nuciuola, in Centrina , in Calcino , & curte in Velcona; Terram in Tauina & in Arbiola; Eccleſiam s. Agnetis, eccleſiam ſancti petri in monte Sinderi, & curte de ſelline cum ipſo poio: eccleſiam S. Anaſtaſij in Paginaria cum curte quæ eſt in plebe de ſancto Petro in Valle: eccleſiam S. Angeli in Vaiano: Eccleſiam s. Angeli in Certano : eccleſiam ſancti Petri in Barcintulo cum ipſo poio in Cerralia : eccleſiam S. Pauli in Burgho de Sena: Eccleſiam s. Miniati : eccleſiam ſancti Archangeli, & medietatem eccleſiæ S. Romuli cum omnibus appendiitijs & vtenſilitaribus earum : & locum s. Auguſtini in quo Caſtrum ædificatũ eſt : Terram de Curſinano, & duos manſos in Campriano , concedimus eis, & Imperiali auctoritate confirmamus ſalua in omnibus dignitate Imperialis Iuſtitiæ . Ad hæc annuimus eis , & auctoritate noſtra firmamus , vt incolæ præſcripti Monaſterij decimationes de manſis , terris , vineis, & de omnibus rebus ad prædictum monaſterium pertinentibus , ſicut hactenus anteceſſores ipſorum (propitio prædeceſſore noſtro Hẽrico inuictiſſimo Imperatore) viſi ſunt habuiſſe , ſæpe dicto monaſterio dare non recuſent , Inſuper ad augmentum Imperialis gratiæ ſæpe dicto Abbati & ſucceſſoribus eius indulgemus , vt iuramentum calumniæ per aduocatum in animam ipſius aduocati , in cauſis Monaſterij ſui in agendo & excipiendo poſſint exhibere, ita quod aduerſario non liceat aduerſus eos eodem iure vti , niſi ijs quibus lex Henrici Diui Imperatoris ex officio Eccleſiaſticæ profeſſionis indulſit . Ad hæc etiam concedimus

eis ,

eis, vt libellarias poſſeſſiones, & emphyteoticas, Penſione per triennium non ſoluta, per ſanctionem legum liceat recuperare.

Inhibemus etiã ne præſignificatus aduocatus poſt præſtitum ſacramentum calumniæ poſſit ſibi propter hoc aliquod ius in Monaſterio vſurpare. Vt autem hoc noſtræ Celſitudinis edictum ratum conſiſtat, & omni æuo inconuulſum permaneat, præſens inde priuilegium conſcribi iuſſimus, & Excellentiæ noſtræ ſigillo communiri, Statuentes, & Imperiali auctoritate ſancientes vt nullus Dux, nullus Marchio, nulla ciuitas, nullum commune, nulla denique perſona humilis vel alta, ſæcularis vel Eccleſiaſtica, hanc noſtræ conſtitutionis paginam audeat violare, nec aliquibus calumniarum iniurijs, ſeu damnis præſumat attentare; Quod qui fecerit in vltionẽ præſumptionis ſuæ componat centum libras auri puri, dimidium Imperiali Cameræ, & dimidium iniuriam paſſis. Huius rei teſtes ſunt,

Conradus Maguntinus Archiepiſcopus. Gulielmus Aſtenſis Epiſcopus, Bonifacius Nouarienſis Epiſcopus. Fridericus Præpoſitus de Argentina. Otto Bellus, Groſſus, Albertus Ferrarienſis Iudices Imperialis Curiæ. Rodulfus Camerarius.

Signum Domini Friderici Romanorum



Imperatoris Inuictiſſimi.

Ego Gotifridus Imperialis aulæ Cancellarius vice Filippi Colonienſis Archiepiſcopi & Italiæ Archicancellarij recognoui.

Acta ſunt hæc anno Dominicæ Incarnationis 1185. Indictione 3. regnante domino Friderico Romanorum Imperatore Glorioſiſſimo: anno regni eius 33. Imperij vero eius 31. Datum apud Montem Alcinum ſexto idus Auguſti feliciter Amen.

CLVSINI.

Pag.721. l. 6. adde à capite lineæ.

8 VVIDO Cluſinus Epiſcopus recenſetur in vetuſtiſſima charta fragmenti ſynodi Romæ habitæ à Benedicto IX. Papa anno 1036. 4. Non. Nouemb. Ind. 4. fragmentum retulimus ſupra in Epiſcopis Peruſinis. Vvido ſucceſſiſſe videtur Arialdo eodem anno 1036. defuncto. Poſt Vvidonem 19. Epiſcopus Cluſinus fuit Petrus, de quo in catalogo.

ROSSELLENSES:

Pag.756.l.18. Adde à capite lineæ.

7 CRESCENTIVS Epiſcopus Roſſellenſis anno 1036. Romæ adiuit Synodo ſub Benedicto IX. vt refert fragmentum eiuſdẽ relatum in Peruſinorum epiſcoporum Appendice.

APPENDIX

Ad Tomum quartum.

MEDIOLANENSES.

Pag.230.l.62. adde à capite lineæ. Nuper alto ſuperaddito, parietique confito nobilitatum eſt ſepulchrũ hoc epitaphio, eodẽque pereleganter marmoreæ tabulæ inſculpto.

Aeternitati.
HENRICVS. SEPTALA
MEDIOLANI. ARCHIEPISCOPVS
Doctrina pietate. ac. rerum. geſtarum. gloria
incomparabilis.
ad. tantæ. regimen Eccleſiæ.
ab. Innocentio. III. electus
ab. Honorio III. conſecratus
Comes. Regum. ac: Dynaſtarum
cum egregia. Mediolanenſium. Nobilium. &. Militum. manu
Ieroſolymitanam. ſuſcepit. Expeditionem
Metropolitani. iuris. mirus. vindex. fuit
inſtituto. Inquiſitore. iugulauit. Hæreſes

Domi-

Dominicanum & Franciſcanum. Ordines
in. hanc. Vrbem. primus. excepit. eiſque. domicilia. conſtituit
Mediolanenſi. Eccleſia. per. Annos. XVI. & Menſes. X.
laborioſiſſimè adminiſtrata.
quieuit. Anno. Sal. MCCXXX. XVI. Kal. Octobris.
elatuſquè. pio. & vero. vniuerſæ. Italiæ. dolore.
hic. iacet
Carolus. Septala. Iuriſconſultus. Collegiatus.
Sanctiſſimi. Domini. Noſtri. Innocentij. X.
vtriuſque. Signaturæ. Referendarius
& Metropolitanæ. Mediol. Archipresbyter
benemerito. propatruo. tritaui. maximo.
Anno. MDCLII.
P.

Carolus iſte Septala, qui Cœnotaphiũ poſuit, euaſit deinde Epiſcopus Derthonenſis, vt alibi diximus; Præſul ſanè digniſſimus mihique humaniſſimus, cui ad decorem eccleſiæ ſuæ Neſtoreos precamur annos.

LAVDENSES.

Pag. 904. l. 10. poſt illa verba Oliuo Mediolanenſi, adde, tunc Archiepiſcopo, deinde dele anno 1125. nam hoc anno Anſelmus erat Archiepiſcópus, Olricus vero iam obierat anno 1123. vt rectè dixeram pag. 189. l. 10.

NEBIENSES.

Pag. 1411. l. 23. corrige annum mortis, & ſcribe, fatoque functus eſt anno 1514. Iacet in eccleſia S. Franciſci de Leuanto, tumuloque marmoreo, vbi proſtat hoc epitaphium.

Nobile quem genuit clara de ſtirpe
Leuantum
Hoc Baptiſta iacet conditus in
tumulo
Hic Nebij Præſul, quam Corſica
continet Vrbem.
. . . .
. . . .
. . . .
Semper erit tanto Præſule digna domus.
M D XIIII. die 4. Septemb.

Eadem pag. 1411. l. 46. quam ſemper abſens adminiſtrauit, ſic lege, quam fere ſemper abſens adminiſtrauit.

APPENDIX

Ad Tomum quintum.

BRVGNATENSES.

Pag. 1392. l. 9. adde à capite lineæ.

37 Fr. THOMAS Alaſſius Ord. Prædicatorum Theologus, qui de Angelis quatuor volumina ſcripſit, edidítque auſpicijs Innocentij X. à quo Epiſcopus Brugnatenſis anno 1652. creatus. Moritur Segeſtri anno 1655. apud ſuos fratres tumulatus.

CRAPVLANENSES.

Pag. 1414. 92. adde à capite lineæ.

31 Fr. IOSEPH MARIA Pizzinus Venetus ord. Prædicatorum ſub Innocentio X. euaſit epiſcopus Crapulanus, Vincentio Melano ſucceſſit anno 1645. è viuis eximitur Venetijs anno 1652. ſepultuſque eſt in eccleſia SS. Ioannis & Pauli apud ſuos Dominicanos.

32 GEORGIVS Dorminus ſucceſſit Ioſepho Mariæ die 24. Nouembris 1652. tranſlatuſque eſt ad Emonienſem Eccleſiam die 30. Auguſti 1655.

33 Fr. PETRVS Martyr Ord. Conuentualium S. Franciſci ſucceſſor Georgij, huius Eccleſiæ epiſcopus renuntiatus eſt 10. Ianuarij 1656.

P O L E N.

Pag. 339. l. 1. dele illa verba, *cuius ordo & patria adhuc incogniti*, ſcribe Ord. Prædica torum.

TARVISINI.

Pag. 483. l. 43. poſt illa verba, *Andreæ Danduli*, adde, fuit Vvalterus Ord. Prædicatorum alumnus, defunctus Venetijs die 19. Nouemb. 1250. in eccleſia SS. Ioannis & Pauli ſui Ord. ſepulchrum accepit.

Pag. 486. l. 33. adde à capite lineæ.

10 Fr. Ioannes de Benedictis nobilis Venetus Ordinis Prædicat. Epiſcopus Taruiſinus viuebat anno 1334. Bononiæ mortalitatem expleuit, ſepultus ante gradum preſbyterij cum hoc epitaphio pereuntium pedibus penè exeſo.

Patritiæ Venetus gentis Benedicto
Ioannes
Qui Taruiſinæ præſuit Eccle-
ſiæ
Qui pius oblatos . . . . :
requieſcit marmore poſt-
quam
Reddidit auctori debita iura
ſuo.
. . . .

APPENDIX

Ad Tomum ſextum.

P V T E O L A N I.

Pag. 339. l. 6. poſt verbum *Neapolitanis*, adde; nominatur Landulphus in Reg. Reginæ Ioannæ anno 1352. fol. 25. his verbis. *Venerabilis in Chriſto Pater Landulphus Latro Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Puteolanus.*

VICIAQVENSES.

Pag. 705. l. 20. corrige illa verba *exceſſit anno 1646.* Anagni in patria exceſſit 10. Kalen. Auguſti 1645. ætatis 63. in Cathedrali

A ſepultus in ſacello ſancti Caroli familiæ ſuę, exornatus ampulloſo elogio in ſua Cathedrali.

B I S A C I E N S E S.

Pag. 1026. l. 1. num. 18. Martinus, *adde*, Madius de Tramonto ex Archipresbytero terræ Tramonti anno 1475. electus eſt Epiſcopus Biſacienſis, ſed ann. 12. tranſlatus deinde ad Vigilienſem eccleſiam ann. 1487. die 24. Auguſti, ex Actis Conſiſt.

LAQVEDONENSES.

B Pag. 1028. l. 16. num. 4. Paulus. *adde*, de Manaſſeis patria Interamnas Nicolai filius, florebat ſub Vrbano VI. ann. 1381. ex bullis eiuſdem. Epiſcopatu ſe abſoluit, protraxit deinde vitam aliquot annos, nam ſub Bonifacio IX. in viuis erat an. 1390. quo donationem fecit aliquorum bonorum Branchæ Ciccoli de Manaſſeis eius nepoti.

CARINVLENSES.

C Pag. 595. l. 12. poſt illa verba, *habetur memoria*, adde. Porrò Bernardus fores maioris Eccleſiæ ex candido marmore conſtrui fecit, vbi leguntur hæc carmina:

† *Hoc opus ornatum ſpecie ſolamine gra-*
tum
Quod non fama tegit Bernardus Epiſco-
pus egit.
† *Auctor portarum Bernardus Epiſcopus*
harum.
Regno donetur cui ianua Chriſtus ha-
betur.

D Sacrum Bernardi corpus in Cathedrali, ſacelloq; ſuo nomini dicato, & nobili marmoreo tumulo incluſum iacet, magnaque veneratione colitur; ſupra quem tumulum hi verſus in lapide marmoreo ſculpti leguntur.

† *Reſplendens nitida germen de prole paren-*
tum,
Hac clauſum niuea mole nitendo mi-
cat.
Altipotens cuius Iudex cum venerit Or-
bis.
Flos hinc perpetuus ſurget ad aſtra
volans.
Dignanter dignus rutilans qui moribus
olim.
Obtinuit dignum Pontificale decus.
Iſtius hic ſedis retinens, & iura potenter
Eccleſiam hinc compſit cultibus ipſe
nouis.

Per-

Perſpicuo argentinam ſacrum altare metallo.
Rufini eximij ſtruxit in omne decus.
Extulit altiſſuam præcelſo & culmine turrem.
Qua reſonent horis ſigna ſonora ſacris.
Reddidit & pulchram templis, ac mœnibus Arcem.
Qua ſita Vulturni amnis ad ora manet.
Templi huius pariter ſacro ſub culmine ſancti.
Caſtrenſis ſtuduit condere membra ſacra.
Erexit necnon præſens, quod cernitur Altare
Illius ad nomen atque dicauit ouans.
Percipere vt meritis huius, precibuſque per æuum,
Ac gaudens poſſet præmia celſa Poli.
Inde etiam ſupplex eius ſociauit ad Aram.
Quem cernis tumulum lector amande ſuum.
Si noſſe. & ſatagis cuius hic membra quieſcant
Grammatis indicio ſign priora lege.

Eadem pag.l.37. *adde*, à capite lineæ.

8 BERTHERATINVS Epiſcopus Carinolenſis florebat anno 1270. ille idem qui in Altare ſacelli ſancti Stephani in Cathedrali nonnullas Sanctorum reliquias vitrea ampulla incluſit, vbi in chartula parua reperta memoria eſt, paucis his verbis conſcripta. *Bertheratinus Epiſcopus Caleni*.

Eadem pag.lin.48.num.10. Ioannes, *adde*, de Caſtello. Et lin.52. poſt obijt, adde. Hic Cathedralem Eccleſiam exornauit Odeo, & Organo, ac Epiſcopium olim à ſancto Bernardo ædificatum, ac collabens reſtituit, in quo eius inſignia adhuc ſpectantur.

Eadem pag.l.39. poſt illa verba. *cuius ordinatio non extat*, adde, memoratur tamen in monumentis eiuſdem Eccleſiæ anno 1257.

Pagina eadem l.54. *pro Petro*, ſcribe, Ioanne.

Eadem pag.l.47. *adde*, à capite lineæ.

PETRVS Epiſcopus huius ſedis vixit ſub Roberto Rege anno 1311. ex monumentis eiuſdem eccleſiæ nuper tranſmiſſis. Ante hunc reponendus Ioannes, qui anno 1304. Epiſcopus erat Carinulenſis, ex iiſdem monumentis, cui ſucceſſit Petrus ſupra relatus, & Petro alius Ioannes, qui ſub Ioanne XXII. vixit, vt ſcripſimus in Catalogo.

Pag.596 l.38. *adde*, à capite lineæ.

10 MARTIVS Calinenſis Epiſcopus reperitur ann. 1403. in monumentis eiuſdem Eccleſiæ, in quibus habetur hoc ipſo anno adlectus eſt.

Pag.599 l.10. *adde*, à capite lineæ.

MELIADVX Soucius Mediolanenſis electus Epiſcopus Carinulenſis ann. 1578. Diui Bernardi antecesſoris ſacellum picturis, aliiſque ornamentis ſplendidius reddidit. Sedit laudabili fama virtutum ad annum vſque 1583.

Eadem pag.l.40. num.38. *adde*, poſt illa verba. *Humphrius Serſalius*. patria Surrentinus.

CASERTANI.

Pag. 620. l.20. poſt illa verba, *interfuit anno 1179. adde*, & anno 1182. menſe Februario Ind.7. Capuæ præſens fuit, cum lis exagitaretur inter Zachariam Marſicanum Epiſcopum, & Gentilem de Palearea pro Eccleſia ſancti Bartholomæi de Auezano, poſtea nulla alia de *ipſo* extat memoria.

COMPSANENSES.

Pag 995. l.48. *adde*, à capite lineæ.

1 PLAGIVS Compſanus Epiſcopus primus eſt cuius extat memoria qui interfuit Concilio Romæ celebrato à Zacharia Papa anno 743.

2 Petrus, &c.

LANCIANENSES.

Pag 983. l.39 num.3. Michael, *adde*, Forcinus Ord. Prædicatorum, &c.

ORTONENSES, ET CAMPLENSES.

Pag.973. l.23. poſt verbum *Ortonenſis*, adde, anno 1604. vt ex ſequenti diplomate videre eſt.

CLEMENS EPISCOPVS
Seruus ſeruorum Dei.

In perpetuam rei memoriam.

Pro excellenti præeminentia Sedis Apoſtolicæ in qua poſt Beatum Petrum Apoſtolorum Principem quamquam imparibus meritis, pari tamen auctoritate conſtituti ſumus, dignum, quin potius debitum arbitramur in irriguo militantis Eccleſiæ agro nouas Epiſcopales ſedes, eccleliaſque plantare, vt per huiuſmodi nouas plantationes populorum deuotio augeatur, animarum ſalus, ſemotis litium diſpendijs ſubſequatur, & humilia loca dignioribus titu-

titulis decoraretur, ac illorum habitatores & incolæ honorati Præſulis aſſiſtentia, & regimine ſuffulti votiuis, & proſperis ſucceſſibus gratulentur, ipſarum quoque eccleſiarum ſtatui etiam per miniſterium voluntis accommodè prout illarum vtilitatis, ac locorum & temporum qualitas exigit, efficaciter prouideatur. Sanè cum alias inter dilectos filios vniuerſitatem, & homines terræ Campli Apruriuæ, & Montis-Alti Diœc. ex vna, necnon Communitatem & homines Aprutin. ex altera partibus plures, diuerſæque differentiæ, & controuerſiæ vigerent, ac ex illis multa in dies ſcandala orirentur, ipſique Vniuerſitas, & homines Camplen. terram huiuſmodi in tribus oppidis videlicet Campli & Nucellæ, ac Caſtri-Noui conſiſtentem, & vnico generali vocabulo Camplum nuncupatam, quæ inter alias qualitates requiſitas etiam diſtrictum, & comitatum circiter viginti duarum Villarum cum totidem Parochijs habet, & in qua vna ſub inuocatione Beatæ Mariæ de Platea nuncupatæ, & tres aliæ Collegiatæ, ac vna Parochialis ſancti Saluatoris, & duodecim ſine cura Eccleſiæ, necnon quinque tam virorum, quam mulierum Monaſteria, & vnum Hoſpitale Peregrinorum, pluresque laicorum Confraternitates eſſe noſcuntur in ciuitate, ipſam verò eccleſiam Beatæ Mariæ, in qua duodecim Canonicatus, & ſex præbendæ, necnon ſexdecim perpetuæ Cappellaniæ, ſeu perpetua ſimplicia Beneficia eccleſiaſtica, cum ſacrario omnibus ad diuini cultus vſum neceſſarijs referto inſtituta reperiuntur, in Cathedralem eccleſiam erigi ſummopere deſiderarent. Et deſuper Romano Pontifici tunc exiſtenti humiliter ſupplicaſſent; Communitas vero, & homines Aprutin. prædicti, ac etiam dilecti filij Capitulum, & Clerus, necnon tunc exiſtens Epiſcopus Aprutin. contradicerent, ac propterea negotium erectionis huiuſmodi per tunc exiſtentem Romanum Pontificem ad Congregationem ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalium ſuper rebus Conſiſtorialibus deputatorum remiſſum, ibidemque pluries ſpatio quatuordecim annorum tractatum, & diligenter diſcuſſum, ac tandem per eoſdem Cardinales nobis relatum fuiſſet, eorundem Vniuerſitatis & hominum Camplēſium votis annuendum fore, Nos habita ſuper his cum prædictis, & alijs eiuſdem S. R. E. Cardinalibus venerabilibus fratribus noſtris matura deliberatione, de illorum conſilio, & aſſenſu, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium eam dictæ terræ partem, quæ Campli, & Caſtri-Noui oppida continet, necnon villas, Campaguelani, Morcij, Ficherij, Floriani, Moluiani, Galliani, Paterni, Ceſinani, Campigliæ, Maſſariorum, Garrani, Collicelli, Roiani, Venalij, Garruffi, Guazzani, & Biſſari ab Aprutin. etiam ſi venerabilis fratris noſtri moderni Epiſcopi Aprutin. Cuius indemnitati aliunde prouiſum fuit, ad hoc non accedat aſſenſus; alteram vero eiuſdem terræ partem, in qua dictum oppidum Nucellæ conſiſtit, ac Villas, ſeu loca Battagliæ, Palana, Ancherani, Cametæ, Ripæcandoni, Paduli, Calliglioni, & Pennæ, Floriani, cum illarum diſtrictibus, territorijs, Clericis, perſonis, eccleſijs, Monaſterijs, Prioratibus, pijs locis, & beneficijs eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura ſæcularibus, ac quorumuis ordinum, & militiarum Regularibus, ac Montis Alti epiſcopatibus, & Diœceſibus, in quibus illa reſpectiuè conſiſtebant, venerabili fratris noſtri moderni Epiſcopi Montis-Alti expreſsè ad hoc accedente conſenſu, perpetuò diſmembramus, & ſeparamus, illaque ſic diſmembrata, & ſeparata ab omni & quacunque iuriſdictione, ſuperioritate, correctione, viſitatione, & poteſtate nunc & pro tempore exiſtentium epiſcoporum, ac dilectorum filiorum Capitulorum Aprutin. & Montis-Alti, eorumque Vicariorum, ac quorumcunque aliorum Ordinariorum, etiam inferiorum, necnon ſolutione quorumcunque iurium, ſeu decimarum, & Quarteriarum Epiſcopis, & Capitulis prædictis, ac illorum ſingulis ratione iuriſdictionis, & ſuperioritatis prædictarum reſpectiuè debitarum, ac per ipſos, & eorum quemlibet percipi ſolitorum, penitus etiam perpetuò eximimus, & totaliter liberamus, ipſamque terram Campli in ciuitatem Camplen. nūcupandam, & eccleſiam Beatæ Mariæ huiuſmodi in Cathedralem eccleſiam cum dignitate, ſede, menſa, & alijs inſignibus epiſcopalibus, necnon omnibus & ſingulis priuilegijs, honoribus & iuribus debitis, & conſuetis pro vno epiſcopo Camplen. nuncupando, qui eidem eccleſiæ Camplen. reſideat, & iuriſdictionem epiſcopalem, omniaque, & ſingula alia, quæ Ordinis, Iuriſdictionis, & cuiuſcunque alterius muneris epiſcopalis ſunt, habeat, & exerceat ſine præiudicio prætenſionum, & iurium Abbatiæ ſæcularis, & Collegiatæ eccleſiæ ſanctorum Mariani & Iacobi de Camplo; ſed illis ſemper ſaluis, ſimiliter perpetuo erigimus, & inſtituimus, ac ipſi eccleſiæ ſic in Cathedralem erectæ terram Campli præfatam, in ciuitatem, vt præfertur erectam pro ciuitate, illiuſque incolas, & habitatores pro ciuibus, ac villas, territoria, diſtrictum, & comitatum huiuſmodi pro Diœceſi, necnon eccleſiaſticos pro Clero, & ſeculares perſonas in ciuitate, & diœc. Camplen. huiuſmodi degentes pro populo pariter perpetuo concedimus, & aſſignamus, necnon prædictæ menſæ epiſcopali Camplen. pro eius dote quadringentos ducatos monetæ Metropolitanæ per eoſdem Communitatem, & homines Camplen. ſuper eorum

rum bonis ſtabilibus publico perpetuæ donationis inſtrumento aſſignatos vltra domum ſatis amplam, & commodam ſimiliter ab eis pro futuri Epiſcopi Camplen. habitatione perpetuo donatam, ac alios fructus, redditus, & prouentus illi debitos itidem perpetuo applicamus, & appropriamus: inſuper eccleſiam ſic in Cathedralem erectam, ac pro tempore exiſtentem epiſcopum dictæ ſedi immediatè, ciuitatem vero, & Diœceſim Camplen. earumq; Clerum, & populum huiuſmodi eidem epiſcopo Camplen. pro tempore exiſtenti, necnon Capitulo, Clero, Ciuitati, & Diœceſi Camplen. illarumque ciuibus, incolis, & habitatoribus, vt omnibus, & ſingulis priuilegijs, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, gratijs, fauoribus, & indultis, B quibus alij epiſcopi, & aliarum Cathedralium eccleſiarum Capitula, aliæque ciuitates, & diœceſes, ac earum Clerus, incolæ, & habitatores in genere, vel in ſpecie, ac alias quomodolibet vtuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac vti, frui, potiri & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum vti, frui, potiri, & gaudere liberè & licitè valeant ſimiliter perpetuo indulgemus. Inſuper attendentes fructus, redditus, & prouentus menſæ epiſcopalis Camplen. huiuſmodi tenuiores eſſe, quàm vt pro tempore exiſtens Epiſcopus Camplen. iuxta Pontificalis dignitatis exigentiam ſuſtentari valeat, ac Hortonen. cui venerabilis frater noſter Alexander epiſcopus Hortonen. præeſſe dignoſcitur, & præfatam C Camplen. eccleſiam per vnum epiſcopum commodè regi, & gubernari poſſe. His, & certis alijs cauſis adducti, Camplen. à primæua illius erectione huiuſmodi apud dictam ſedem vacantem, de cuius prouiſione nullus præter Nos hac vice pro eo quod nos dudum prouiſiones eccleſiarum omnium apud ſedem eandem tunc vacantium, & in antea vacaturarum diſpoſitioni, & ordinationi noſtræ reſeruauimus, ac decreuimus ex tunc irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his per quoſcunque, quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, ſeu intromittere potuerit, ſiue poſſit, D reſeruatione, & decreto obſiſtentibus ſupradictis, & Hortonen. eccleſias huiuſmodi cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis inuicem itaut ambæ eccleſiæ huiuſmodi deinceps perpetuis futuris temporibus per vnum Epiſcopum Camplen. & Hortonen. nuncupandum regantur, pariter perpetuò vnimus, annectimus, & incorporamus; & nihilominus eidem eccleſiæ Camplen. de perſona dicti Alexandri Epiſcopi dicta auctoritate prouidemus, ipſumque illi in epiſcopum præficimus & paſtorem, curam & adminiſtrationem eiuſdem eccleſiæ Camplen. ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenariè committendo, ita quod per hoc dictæ eccleſiæ Hortonen. præeſſe non deſinat, ſed illius, ac eiuſdem eccleſiæ Camplen. verus Epiſcopus, & Præſul exiſtat. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac eccleſiarum prædictarum iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quibuſuis perſonis quomodolibet conceſſis; quibus omnibus etiamſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quæuis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſeruanda foret eorum, ac dicti inſtrumenti tenores, ac ſi de verbo ad verbum exprimerentur, & inſererentur, necnon terræ, oppidorum, villarum, locorum, territoriorum, diſtrictuſ, comitatus, & aliorum præmiſſorum veriores qualitates, confines, denominationes, nuncupationes, & vocabula, aliaque in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna præſentibus pro plenè & ſufficienter inſertis, & expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrarijs quibuſcunque, firma ſpe, fiduciaque conceptis, quod gratia Domini præfato Alexandro Epiſcopo aſſiſtente propitia, dicta eccleſia Camplen. ſub ſuo felici regimine regetur vtiliter, & proſperè dirigetur, ac grata in eiſdem ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiet incrementa. Volumus autem, quod propter vnionem, & annexionem, & incorporationem prædictæ eccleſiæ Hortonen. & Camplen. huiuſmodi in ſpiritualibus, & temporalibus detrimenta non ſuſtineant, ſed earum congruè ſupportentur onera conſueta, quodque in euentum diſſolutionis dictæ vnionis Communitas, & homines Camplen. præfati teneantur augere dotem dictæ epiſcopalis menſæ Camplen. vſque ad annuum valorem mille ſcutorum iuxta diſpoſitionem decretorum Concilij Tridentini, alias terra Camplen. ac villæ, territoria, diſtrictus, & comitatus huiuſmodi, vt præfertur diſmembrata ad priſtinum, & eum, in quo ante erectionem, & diſmembrationem huiuſmodi erant, ſtatum reuertantur. Quocirca eidem Alexandro Epiſcopo per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus onus curæ, & adminiſtrationis dictæ eccleſiæ Camplen. ſic exercere ſtudeat, ſollicitè, fideliter, & prudenter, quod exinde ſperati fructus proueniant, & ſuæ bonæ famæ odor ex ſuis laudabilibus actibus latiùs diffundantur, ac dicta Eccleſia Camplen. Gubernatori prouido, & fructuoſo adminiſtratori gaudeat ſe commiſſam, ipſeque Alexander epiſcopus præter æternæ retributionis

præ-

præmium, noſtram, ac dictæ Apoſtolicæ Sedis benedictionem & gratiam exinde vberius conſequi mereatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ diſmembrationis, ſeparationis, exemptionis, liberationis, erectionis, inſtitutionis, applicationis, appropriationis, ſubiectionis, indulti, vnionis, annexionis, incorporationis, prouiſionis, præfectionis; derogationis, voluntatis, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

A

Datum Romæ apud ſanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo quarto, Idib. Maij, Pontificatus noſtri anno xiij.

B

In Cathedrali autem Camplenſi, & cæt.

APPENDIX

Ad Tomum ſeptimum.

ANGLONENSES.

Pag. 139, lin. 35. adde à capite lineæ. 14 Silueſter ex nobili gēte Matera Coſentinus erat Epiſcopus Anglonenſis an. 1322. ſi vera ſunt quæ refert Ferdinandus della Matra in deſcriptione eiuſdem familiæ.

C

BITECTENSES.

Pag. 932. l. 21. della illa verba *defunctus ann.* 1422. deinde adde à capite lineæ. 12 Fr. Angelus Barenſis ord. Prædicatorū fuit huius eccleſiæ Epiſcopus, defunctus in patria anno 1407. tumulatus eſt apud fratres ſuos Dominicanos, cum hoc Epitaphio quod adhuc legitur.

D

Hic iacet D. F. Angelus de Bario Epiſcopus Bittectenſis Ord. fratrum Prædicatorum MCCCCVII.

LITTERENSES.

Pag. 372. l. 20. poſt illa verba, *libere dimiſit* adde, Romæ deceſſit anno 1565. ſepultus ad Mineruam hoc habet Epitaphiū.

D. O. M.

Sebaſtiano Legauellæ Archiepiſcopo Nazienſi Ord. Præd. Chienſi, qui vixit annis LIIII. Menſ. IV. D. XXVIII. Obijt anno ſal. MDLXVI. Id. Nouemb. Ioan. Comitalis nepos ex teſtamento

P.

NAZARENI.

Pag. 1043. l. 9. num. 9. Guido Ord. Prædicatorum, ab Aſcanio Seneuſi vocatur frater Yuo Gallus, ſed in regeſtro Vatican. Guido legitur defunctus anno 1398.

MINORENSES.

Pag. 409. l. 37. Apicellæ, corrige Vulpicellæ, & paulo infra l. 41. eodem modo pro Apicellæ ſcribe Vulpicellæ.

NVSCANI.

Pagina 750. l. 26. poſt illa verba; *Chriſtique Saluatoris* 1093. *deceſſerat*, adde Porro teſtamentum prædictum hic exhibemus ab ipſo originali exſcriptum.

In nomine Dei æterni, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti

Anno ab incarnatione eius milleſimo nonageſimo tertio temporibus Domini noſtri Rogerij glorioſi Ducis menſe Septembri, & tertia Ind.

Ego Amatus Apoſtolicæ Sedis gratia Nuſcanæ Epiſcopus, quod laudaui, qui dum iacerē in ſtratu meo in validā infirmitate detentus, & ante me adſtante Vrſo Viccomite, & alios idiotos homines, qui me ad viſitandum venerunt, declaro me, quia gratias Deo ſi diuina miſericordia mihi obuiauerit, & eius à vita è vita dimiſſurus ſum, & idcirco cogitaui Omnipotenti miſericordia, ne ſubitanea mors mihi eueniat, & cauſam vitæ iudicatam relinquam: Inprimis quidē pro Chriſti & Saluatoris noſtri

ſtri miſericordia, & propter remedium & ſalutem animæ meæ, & de ipſo genitore, & genitrice etiam iudico, atque trado in Eccleſiam ſancti Prothomartyris Stephani, quam nobis & noſtris parentibus, atque conſortibus conſtructam habemus intus ſupradictam Ciuitatem, & ego eam de proprijs cauſis meis dotaui omnibus rebus ſtabilibus, & mobilibus, quæ pro parte ſupradictæ Eccleſiæ paraui vbicunque exinde inuentum fuerit, intus, vel extra ſupradictam Ciuitatem hoc fuiſſe, &...... & pannis ſericis, & lineis, & Caſaline, & Caſe, & hortis, & vineis, & antris, inſerrata, Caſtanetas, & alio apparatu, omnia in ſupradicta Eccleſia iudicaui, atque tradidi ad faciendum de eo propter dictæ Eccleſiæ omnia, quæ ipſi Rectores, atque conſortes eiuſdem eccleſiæ voluerint eam parandam, vel gubernandam, & de omni quod ſuperius dictum eſt in ſupradicta eccleſia firmandum. Ego Amatus gratia Dei Epiſcopus primus ſupradictæ Ciuitatis gratia Dei vobis olim Presbyteri, & godiui, & cæt. quod Amatus eccleſiæ & Romoaldi, quod Alfetus, & munitus, qui multa bona dedit, & fideiuſſorem exinde poſuit, precique preces, & hoc etiam addimus, modiſque omnibus conſtituimus, vt ſi quæ perſona magna, vel parua contra hæc, quæ ſuperius ſcripta ſunt agere attentauerit, aut ea diſrumpere voluerit, ſit maledictus à Deo Patre, qui fecit Cælum & Terram, & vnico filio eius Domino noſtro Ieſu Chriſto, ſanctoque Spiritu, & cum Iuda traditore Domini noſtri Ieſu Chriſti particeps, & in perpetuum condemnetur, & taliter tibi Amatus Dei, ac hanc notam ſcribere præcepi.

† *Signum manu poſitum ſupradicti Vrſi Vicecomitis.*
† *Ego Ioannes Presbyter.*
† *Ego Petrus Presbyter me ſubſcripſi.*

Pag. 755. l. 23. num. 24. dele totum id quod habetur de Paulo Capranica, qui nũquam fuit in mundo, ſed ex amanuenſis noſtri incogitantia, pro Paulo Capiſucco Epiſcopo Neocaſtrienſi, qui eodem die, & anno Romæ Papæ Vicarius diem ſuum obierat, ſcripſit Paulũ Capranicam Nuſcanum epiſcopum, quem Petrus Paulus de Precibus ſcripſerat Paulum Capiſuceum epiſcopum Neocaſtrenſem. Petro Paulo Pariſio Card. & Epiſcopo Nuſc. immediate ſucceſſit Aloiſius de Caualcantibus, cui tribuendus eſt numerus 24. non. 25.

LAVELLENSES.

Pag. 917. l. 12. dele illa verba *diademate coronauit*, loco eorundem ſcribe ritè ſu-

A ſcepit anno 1464. vt ex ſequenti pulchro documento licet aſſerere ex tabulario eiuſdem Eccleſiæ exemplato.

M. CCCC. LXIIII.
Indictione duodecima.

Die lunæ 14. Nouembris 1464. ſuperueniente nocte hora duodecima eiuſdẽ obijt Illuſtriſſimus Princeps Tarenti Ioannes Antonius de Vrſinis, & Die martis ſequente venit nuncium ſuæ mortis Barum, per Dominicum de Nitto palam licet aliquid occulte dixit, primo & Ciuitas Bari gubernata fuit per viginti, decem nobiles, & decem viros populares, quatuordecim diebus poſt mortem ipſius principis, & B quinto decimo qui fuit dies martis vigeſimus nonus eiuſdem erectum eſt vexillum Regis Ferdinandi primo in Caſtro, deinde dictum vexillum fuit benedictum in eccleſia ſancti Nicolai, & delatum per rugam francigrnam ad plateam, & die 7. Ianuarij eiuſdem anni, & Indictione duodecima ipſe Dominus Rex intrauit Ciuitatem Barinam cum magno tropheo, deinde requiſitus ipſe Rex vt ea ageret quæ alij Reges in eccleſia Beati Nicolai egerunt, dubitauit ſuper his diebus quinque, quæ deducta in Concilio inter Dominum Ducem Andriæ Comitẽ camerarium, & Dominum C Nicolaum Antonium de Capua Iuris vtriuſque profeſſorem determinata fuerunt vt ipſe Rex ea facere deberet, & ſic aſcendit dictus Rex ſuam Cappellam, & ibi induit ſe amictum Camiſu & Cordillo de perlis, deinde dalmatica qua vtitur Eccleſia in feſto S. Nicolai, deſuper vero dalmatica poſita fuit quædam pulchra ſtola more quo vtuntur Clerici quando faciunt aliquam apparentiam Angelorum, in capite vero tenuit Birretum ſuum; in pectore vero ſuper ipſa Dalmatica poſitus fuit ſibi per Theſaurarium Antonium Ghitum decretorum Doctorem diſtributio granorum octo cum dimidio pro vt ſibi, ſecundum morẽ priuilegiorum tangebat, & ſtetit ipſe Rex in ipſa D ſede ſuæ Cappellæ per totam miſſam ſolemniter celebratam per Archiepiſcopum Barenſem. Poſt hæc deſcendit poſitis indumentis ſuperius in ſua Cappella in Choro, & ibi dictus Theſaurarius ante Altare ipſius Chori induit eum pelliciã, & deſuper poſuit ſibi in ſpatulis Almucia, deinde aſcendit ſedem quæ eſt in Choro ſiniſtro ipſius Chori, & ſtetit ibi donec fuit completa hora nona, quæ eſt finis ipſius Miſſæ: & hæc facta ſunt præſentibus Duce S. Marci, Duce Andriæ, Duce Aiellæ, Comite Domino Alexandro Sforcia Ambaſciatore Ducis Mediolani, Comite Camerario, & nonnullis alijs Dominis inter quos fuit Dominus Federicus ſecundus genitus ipſius Re-

Regis, ſedens ſub pedibus eius,& Antonius De. Perillo habuit orationem in Offertorio Miſſæ prædictæ, tuitque facta ſibi per Theſaurarium aſſignatio clauium Altaris Inferioris Corporis S.Nicolai, ac Theſaurariæ.

Pagina 1006. lin. 38. n. 22. Troilus Magneſius corrige Agnetius Neapolitanus.

Pagina 1007.l.60: pro nonis maij,ſcribe pridie nonas Maij 1557. deinde adde ibidē, in maiori tumulo ſepultus in Eccleſia s. Ioannis Euangeliſtæ, vbi legitur epitaphium.

D. O. M.

Ioanni Petro Ferretto Rhauen.
I.V.D. Lauelinatium Epiſcopo
Poetæ laureato, Hiſtorico celeberrimo vndecunquè doctiſſimo
magnoque ſcriptori. Exuperantius Ferrettus nepos ex fratre
Iulio Doctore eximio, equite clariſſimo ſua impenſa
P. C.
MDLXXXIX.
V. ann. LXXV.
Obijt prid.non.Maij
MDLVII.

Pagina 1007. l. 30. n. 28. de Petro Priſco, hæc ſcribe.

28 PETRVS Priſcus è familia nobili Guglielmuccia de Amandula Firmanæ Diœceſis, Panormitanus Archipresbyter,& Cardinalis Surrentini à ſecretis, I.V.D. & varia eruditione clarus, electus eſt Epiſcopus Lauellinus à Leone X. die 10. Decembris 1515.cui idem Pontifex ſcripſit ſequētem fauorabilem Epiſtolam ad dictæ eccleſiæ poſſeſſionem legitimè ineundam.

Dilecto filio Petro electo Lauellinen.

LEO PAPA X.

Dilecte fili ſalutem,& Apoſtolicam benedictionem.

Cum nuper Cathedrali Eccleſiæ Lauellinen. ex eo quod dilectus filius noſter Franciſcus tituli ſancti Marcelli Presbyter Cardinalis Surrentinus regimini, & adminiſtrationi eccleſiæ, cui præerat in manibus noſtris ſponte & liberè ceſſiſſet, Noſque ceſſionem ipſam duxerimus admittendam, vacan. de perſona tua Nobis & fratribus noſtris ob tuorum exigentiam meritorum accepta, prouiderimus, teque illi

A in Paſtorem præfecerimus, & in præſentia non valeas ob continua itinera, quæ de neceſſitate nos ſequendo ſubis, & alia impedimenta, litteras prouiſionis huiuſmodi ſub plumbo expedire. Nos volentes te præmiſſorum meritorum tuorum, & virtutum intuitu ſpeciali gratia proſequi, harum tenore tibi facultatem concedimus, & auctoritatem, actualem poſſeſſionem dictæ Eccleſiæ per te, vel Procuratorem tuum ad hoc legitimè conſtitutum apprehenden. illiuſque fructus, redditus, & prouentus exigendi, leuandique mandantes propterea dilectis filijs Archidiacono, Canonicis,& Capitulo dictæ eccleſiæ,& alijs omnibus, ad

B quos ſpectat, ſub pœnis & cenſuris eccleſiaſticis, quatenus te ad huiuſmodi poſſeſſionem recipiant, & admittant, ac in Epiſcopum & Paſtorem recognoſcant, fel.rec. Bonifacij Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri, quę incipit Iniunctæ,& alijs conſtitutionibus,& ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque in contrarium facien. non obſtantibus quibuſcunque. Volumus autem quod litteras Apoſtolicas prouiſionis dictæ eccleſiæ infra ſex menſes expedire tenearis, Alioquin elapſo termino, & litteris non expeditis, Eccleſia ipſa vacare cenſeatur eo ipſo.

Datum Florentiæ ſub Annulo Piſcatoris die xxx. Ianuarij MDXVI. Pontificatus noſtri Anno Tertio Ia. Sadoletus.

C Sedit Petrus Priſcus ann. 24. obijtque anno 1539. menſe Iunio, Abbas fuerat cōmendatarius ſanctorum Vincentij & Anaſtaſij in Ciliano prope patriam, alijſque beneficijs ob præclara merita à Leone, alijſque Pontificibus ditatus opimam moriens hæreditatem reliquit Ioanni Germano fratri. Extinguitur nobilis hæc Guglielmuccia familia in Cinthia Petri Priſci epiſcopi pronepote vxore nobilis viri Marij Galeotti Patritij Maceratenſis.

POLYMNIANENSES:

D Pag. 1023. l. 20. num. 10. Matthæus, adde Ord. Præd. ex rebus fidei Quæſitore in Neapolitano Regno anno 1330. &c.

Eadem pag.l.11.num.14. della verba *Ordo ignoratur*, adde Ordinis Prædicatorum Barenſis anno 1348. huius Eccleſiæ epiſcopus declaratur eſt, epiſcopalem dignitatē gerebat anno 1351. memor. &c.

SCALENENSES.

Pag. 458. l. 23. adde à capite lineæ.

7 A. Epiſcopus Scalenenſis temporibus Roberti Regis viuebat, qui anno 1313 nonnullas domos in Ciuitate Scalenenſi poſ-

poſſidebat, vt habetur in Regeſt. Regio Neapoli.

SIPONTINI.

Pag.1112.l.50.num.7. pro Arderico ſcribe Aldericus; deinde ab hac ſerie dele nomina aliquorum Epiſcoporum qui gratis à Mario Vipera conficti fuerunt in ſua Chronologia epiſcoporum Beneuentanorum, ex qua nos decepti, eos in noſtra ſerie Sipontinorum Præſulum inſeruimus; verum cum deinde ex antographis, indubitatæque fidei monumentis Bibliothecæ Beneuētanæ; Metropolitanam ſedem Beneuentanam conſcriberemus, ſatis percepimus Viperana. & noſtra ex eo errata in enarrandis Siponti Epiſcopis, vnde coacti ſumus ea tum ibi in Benenentanorum epiſcoporum ſerie tum hic in Appendice, lectoribus indicare, qui vere recenſendi ſunt epiſcopi Sipontini, & qui expungendi ſunt ab ea ſerie. Itaque dele 9. Ioannes, 12. Dans, qui idem eſt cum Dauide, 13. Guinus, 14. Ioannes, 15. Carolus 16. Ioannes 22. Vincentius 24. Malalefrid. inter Archiepiſcopos vero delendi Alix 4. Mundus 5. Vrſus 7. Guaimundus 8. Recta vero ſeries ſic eſt concinnanda.

1 N. Epiſcopus Sipontinus.
2 Felix
3 S. Laurentius
4 Vitellianus
5 Felix II.
6 S. Barbatus Epiſcopus Beneuentanus & Sipontinus
7 Alericus
8 Ambroſius.
9 Toto.
10 Ioannes I.
11 Dauid
12 Vrſus promotus circa annum ſal. 833. Beneuentanus & Sipontinus epiſcopus, Eccleſiam ſancti Angeli de Monte Gargano ſimul cum Caſtro S. Angeli fundauit, de quo in Beneuentanorum ſerie tom 8.
13 Ayo
14 Conſeruatus.
15 Petrus.
16 Valdefrid.
17 Ioannes II.
18 Landolphus vltimus Epiſcopus Beneuētanus & Sipontinus factus eſt primus earumdem eccleſiarum Archiepiſcopus an. 969.

1 Idem Landolphus primus Beneuentanus & Sipontinus Archiepiſcopus.
2 Alo ſeu Alix Beneuentanus, & Sipontinus Archiepiſcopus electus an. 984.
3 Alphanus I. Beneuentanus & Sipontinus Archiepiſcopus creatus anno 998.
4 Alphanus II. Beneuentanus, & Sipontinus Archiepiſcopus anno 1011.

Iſte Alphanus Henricum ſanctum Imp. anno 1022. excepit hoſpitio ad Montē Garganum deuotionis gratia dum peregre, & cætera vt ibidem pagina 1114. l. 3. vſque hactenus Hiſtoria, ſub quo Sipontina eccleſia ſui iuris facta, & Archiepiſcopali dignitate ornata proprium deinceps habuit Archipræſulem.

1 LEO primus Sipontinæ ſedis Archiepiſcopus, & cæt. vt ibidem pagina 1116.

TRANENSES.

Pag.1229.l.44. adde à capite lineæ.

16 Fr. IACOBVS Ord. Prædicatorum ſacræ Theologiæ inſignis lector in Conuentu Vrbeuetano aſſumptus eſt ad Eccleſiam Tranenſem circa annum 1257. vt Dominicani ſcriptores ſcribunt, de quo in Regeſt. Vaticanis nullam offendimus mentionem.

Pag.1255.l.50. adde à capite lineæ Cæſar Lambertinus Archiepiſcopus Tranenſis tráſlatus eſt ad Inſulanam eccleſiā die 23. Feb. 1522. vt tradit Ferdinandus Dux Guardiæ in deſcriptione Mateiæ familiæ.

THEANENSES.

Pag.729.l.41. num.52. adde Obijt Squillantes repentina morte die 2. Iunij 1660. ſepultuſque eſt in Cathedrali, deinde adde à capite lineæ.

53 OCTAVIVS Boldonius ex familia nobili Mediolani Octauio Patre Eq. & Cō. Palatino, viro in paucis integro, eruditoque natus, ab anno ætatis quintodecimo ad ſexageſimum vixit Clericis Regularibus, quos Barnabitas vocant, addictus, geminam in ea nobili palæſtra conſecutus laudē, Regularis diſciplinæ, literaturæque omnis ſeueræ, amœnæ. Vtramque mox eſt profeſſus reluctante quamis valetudine, quæ primá iuuentam acerrimè diuexauit; Alteram, ſacro primùm tyrocinio alumnorum Ordinis, poſt Collegijs totis præpoſitus per annos plures. Alteram in publicis Academijs præſertim Mediolani ad S. Alexandrum, Alumnis egregijs ſacræ, ac profanæ Reipublicæ datis compluribus. Quo tempore libros nonnullos edendi occaſionem oblatam non reſpuit, inter quos extant hi, videlicet. *THEATRVM temporaneum æternitati Cæſaris Montij Card. ſacrum*, opus ingenio plenum, genus omne ſcribendi oſtentans, Hiſtoricum, Epiſtolare, Oratorium, elogiaſticum, Poeticum, Græcis nonnullis, Etruſciſque latino immixtis, non quaſi cinnus aliquis, aut moles tumultuatia;

ria; ſed vno filo deductum per omnes partes Encomium inſtar integri Panegyrici. Prodijt Mediolani an. ſal. 1636. Item liber, cui titulus ΚΟΣΜΟΠΟΗΑ, *ſeu Mundus è Gentilitijs Mediceorum globis, architectus ſapientia perfectus* Ad Sereniſs. Coniuges Magnos Duces Etruriæ FERDINANDVM II. & VICTORIAM. & hoc penè extemporale opus, ſtylo vti ſuperius multiplici, aliquanto tamen limatius; editum Peruſiæ Auguſtæ an. 1641. Ad hæc DIES ATTICI. *Siue exercitationes Græcanicæ* noua methodo, & via longe planiſſima ad linguam perdiſcendam cum laboris compendio. Prodiuit Mediolani ann. 1639. Præterea EXTEMPORALIVM *Rhetoricorum Prima Partis Pars Prior.* ORATORIA. *Præfationum breuium formulas complectens ad diſputationem de quacunque ſcientia cum Gratijs poſt diſputationem.* opus impreſſum Romæ an. 1652. & raptim dictatum, pollicens reliquum corpus (quod ab Auctore ipſo accepimus) ideſt Partem alteram primæ partis, Orationes continentem ſecundam corporis partem Elogiaſticam, Tertiam Poeticam. Ac elogiaſtica quidem præuertit Orationes, volumine prægrandi, eruditione immenſa, cui titulus inditus EPIGRAPHICA, *ſeu Elogia, Inſcriptionesque quodlibet genus pangendi ratio.* Edita eſt Auguſtæ Peruſiæ anno ſuperiore 1660. dicata Alumno ſuo inclyto, Sereniſs. COSMO Etruriæ Principi, cuius iam emeriti precibus ab Sanctiſs. ALEXANDRO VII. Pont. Max. aſſumptus eſt ad Epiſcopatum Theanenſē, cum ea ſedes vacaſſet paucis ante menſibus ex deceſſu Pauli Squillantis. Ergo Octauius Boldonius non ſine maximo deſiderio vniuerſi Ordinis ſui initiatus ex Clerico Regulari epiſcopus iniuit feliciter prouinciam die 19. Februarij, an. 1661. modeſtiæ ſingularis præferens facem, pompæ ſolemnis in ingreſſu remiſſa Ciuitati impenſa: quæ tamen Ciuitas ingeminatis lætitiæ ſignis ingredientem excepit. Adorſus eſt nauiter epiſcopales labores, inter quos inſtituit frequentes ipſe per ſe habere ſacras Conciones, de ſuggeſtu quandoque in Pontificalibus, plerumque de ſede, reparans ſanctorum Patrum veterem vſum, & Apoſtolici ſucceſſoris Eloquentiam conſectans, magnam ex Populo ea re commoto ſpem colligens tollendi corruptelas motũ, inferendi pietatem ac religionem. Annuat his cœptis felicibus Deus Opt. Max. id quod eius regionis Populi vniuerſi comprecantur.

VESTANI.

Pag. 1181. l. 11. nu. 17. lege Bernardus Ordinis Prædicatorum.

Pag. 1184. l. 29. num. 31. Thomas, adde de Camerata Ord. Prædicatorum à Sixto V. electus Epiſcopus Veſtanus poſt paucos menſes Romæ defunctus eſt anno 1589.

SVTRINI.

Ad tomum primum pag. 194. l. 9. poſt illa verba deceſſit anno 1568. adde Romæ ſepultus eſt in eccleſia S. Auguſtini ante arã Maximam cum hoc epitaphio.

D. O. M.

M. F. Ægidio Parentio Piſaurenſi Ord. Eremitarum S. Auguſtini Præſid. . . . Cappell. . . . ac . . . . Sedis Apoſtolicæ Epiſcopo Nepeſino, Sutrino . . . . . probitatis . . . . . prudentiæ viro. Obijt die IX. Maij MDLXVIII.

ADRIENSES.

Ad ſecundum tom. pag. l. 14. dele Patauinus & ſcribe Lucenſis, l. 37. poſt illa verba *aſſediſſe anno* 1415. adde à capite lineæ.

33 IOANNES de Opizis patria Lucēſis Iacobi ſuperioris conſanguineus Epiſcopus Adrienſis fuit poſt Maynardinum, Romæ fato ceſſit die 10. Iulij 1444. ſepultus fuit in eccleſia ſanctæ Mariæ Transtyberim prope Sacellum Dominorum de Canſachijs ſub lapide marmoreo, vbi etiam nunc eius effigies, vna cum inſignijs ſpectatur cum hoc epitaphio, à nobis nunc obſeruato.

Hic Iacet R. olim Pater D. Iohannes de Opizis de Luca Epiſcopus Adrienſis qui obijt anno Domini MCCCC. XXXXIIII. die X. Menſis Iulij.

Deinde ibidem l. 40. corrige, *cum Iacobus Obizzius* & ſcribe, cum Ioannes de Opizis exceſſiſſet è vita; Corrigenda etiã ſeries Comachlenſium Epiſcoporũ nu. 25. p. 505. vbi dicitur Iacobus Bertucij de Obizijs Patauinus, ſcribendum eſt de Opizis Lucenſis.

PO-

POLENSES.

In Appendice ſeptimi tomi pag. 430. l. 30. poſt illa verba 15. Decembris 1653. adde, Romæ defunctus eſt die 17. Iulij 1661. humatus in Eccleſia S. Mariæ ſub marmoreo lapide, vbi hæc proſtat inſcriptio. A

D. O. M.

Aloyſio Marcello
Patritio Veneto
e congregatione Somaſcha
ad Epiſcopatum Sibenicenſem,
deinde Polenſem
aſſumpto
Viro fidei propagandæ ardore,
Innocentia,
& fortitudine animi
præclariſſimo
qui anno MDCXLVII.
in Sibenicenſi obſidione
Paſtoris partes, ac ducis
piè ſimul & fortiter,
expleuit.
Romæ
dum ſacra limina veneraretur
extincto
Anno ſalutis
MDCLXI.
ætatis vero LXV.
Franciſcus Bartiroma
Vicentinus
Archidiaconus Polenſis
eiuſque Vicarius Generalis
mœſtiſſimus Poſuit.

FINIS.

BRVNDVSINORVM EPISCOPORVM, ET ARCHIEPISCOPORVM INDEX CHRONICVS.

Epiſcoporum.

Ann. Chr. pag.
164 1 S.Leucius. 9
172 2 Leo 12
182 3 Sabinus 12
192 4 Euſebius 12
202 5 Dinnyſius 12
350 6 S.Aprneulus 12
364 7 S.Pelinus 12
363 8 S.Cyprius 39
695 9 Theodnrus 40
977 10 Andreas 40
1000 11 Mareus 40
1040 12 Nardus 41

Archiepiſcoporum.

1060 13 Euſtachius 41
1062 14 Godinns 41
1100 15 Balduinus 43
1101 16 Nicolaus 43
1105 17 Guillelmus 43
1119 18 Iulianus 43
1120 19 Bailardus 43
1145 20 Lupus Gallus 46
1173 21 Vvillelmus 45
1182 22 Petrus 46
1196 23 Gerardus 46
1203 24 Dominieus 46
1216 25 M.Peregrinus 46
1225 26 Petrus ij. 47
1239 27 Petrus iij. Paperonus 47
1254 28 Peregrinus ij. 47
1289 29 Adenulphus 47
1296 30 Andreas Pandanus 47
1306 31 Bartholomæus 48
1319 32 Bertrandns 48
1333 33 Fr. Guillelmus ij. de Caſtello. pag. 48
1344 34 Guillelmus iij. 48
1345 35 Gailardus 48
1348 36 Ioannes de Porta 49
1352 37 Fr.Giſius 49
1379 38 Guillelmus iv. 49
1380 39 Martinus 49
1389 40 Riehardns 49
1412 41 Victor 49
1412 42 Paulus 49
1412 43 Fr. Pandulus 50
1418 44 Aragonius Maleſpina 50
1418 45 Paulus ij. 50
1423 46 Petrus iv. Gattula 51
1437 47 Petrus v. 51
1453 48 Gaufridus 51
1479 49 Franeiſeus de Arenis 51
1484 50 Robertus Piſeieellus 52
1518 51 Dominieus Idiaſehes 52
1528 52 Ioannes Petrus Carafa 52
1524 53 Hieronymus Aleander Card. pag. 53
1542 54 Franeiſcus Aleander 57
1564 55 Ioannes Carolus Bnuius 60
1571 56 Bernardinus de Figueora 61
1591 57 Andreas de Ayardi 61
2592 58 Ioannes de Pedroſa 61
1605 59 Fr. Ioannes Falees 62
1638 60 Franeiſeus Surgentius 62
1640 61 Fr.Dinnyſius Odriſeol 63
1654 62 Laurentius de Raynnſo 64
1659 63 Ioannes de Eſtrada. 64

HOSTVNENSIVM Epiſcoporum INDEX CHRONICVS.

Ann. Chr. pag.
1071 1 Dattus. 66
1143 2 N. 66
1185 3 Maroldus 66
1195 4 N. 68
1329 5 Ægidius 68
1337 6 Franeiſcus de Caballerijs 68
1370 7 Petrus Caliee 68
1370 8 Hngn Cieala 68
1383 9 Ioannes de Pieeolpaſſis 69
1412 10 Ioannes ij. 69
1413 11 Fr. Antonius Palutins 69
1423 12 Ioannes iij. 69
1437 13 Nicolaus de Arpnnn 69
1470 14 Bartholomeus 70

1484 15 Franciſcus 70
1484 16 Carolus de Gualandis 70
1499 17 Franciſcus de Rizardis 70
1517 18 Io.Antonius de Rogerijs 70
1530 19 Petrus Bouius 70
1558 20 Io.Carolus Bouius 70
1564 21 Vincentius Cornelius 70
1603 22 Cæſar Carafa 79
1604 23 Io Dominicus Hectoris 70
1639 24 Vincentius Melignes 70
1640 25 Fabius Magnelius 70

HYDRVNTINORVM

Archiepiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann.Chr. pag.
431 1 Benedictus 75
596 2 Petrus 75
599 3 Sabinus 75
601 4 Petrus ij. 75
649 5 Andreas 75
680 6 Ioannes 75
1022 7 N. 75
1068 8 Hugo 76
1088 9 Guilelmus 76
1106 10 N. 76
1125 11 Petrus iij. 75
1154 12 Hieronymus 77
1163 13 Ionatha 77
1219 14 Tanccredus 77
15 Iocundus 77
1253 16 M.Matthæus de Palma 77
1282 17 Tancredus ij. 77
1283 18 Iacobus 77
1310 19 Thomas 78
1321 20 Fr.Lucas 78
1329 21 Vrſus Minutolus 78
1330 22 Ioannes ij. 78
1345 23 Raynaldus 78
1351 24 Philippus de Lanzano 79
1363 25 Iacobus ij. 79
1378 26 Iacobus iij. de Itro 79
1378 27 Tirellus 80
1384 28 Petrus 80
1390 29 Ioannes iij. 80
1405 30 Philippus ij. 80
1418 31 Arigonius de Maleſpinis 81
1418 32 Antonius de Ponte 81
1424 33 Nicolaus Paganus 81
1451 34 Stephanus Pendinellus 82
1480 35 Fr.Stephanus ij. de Squillatio 82
1514 36 Fabritius de Capua 82
1526 37 Alexander Card. Cæſarinus 87
1536 38 Petrus Antonius ij. de Capua 87
1579 39 Petrus III. Corderus 88
1586 40 Marcellus Aquauiua 88
1606 41 Lucius Morra 88
1613 42 Fr.Didacus Lopez 88
1635 43 Caietanus Coſſus 89

ALETINENSIVM SEV LVPIENSIVM SIVE LYCIENSIVM

Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann.Chr. pag.
1 S.Orontius 93
2 S.Fortunatus 94
163 3 Donatus 94
4 S.Leucius 94
5 S.Dionyſius 94
6 S Blaſius 94
7 Leucius ij. 94
1057 8 Theodorus 94
1114 9 Formoſus 94
1179 10 Penetranus 95
1180 11 Petrus Guarinus 95
1200 12 Fulgo Bellus 107
1214 13 Robertus Vylotricus 107
1255 14 M.Gualterus 109
1260 15 Robertus ij. Sanblaſius 110
16 Goffridus 110
1301 17 Robertus iij. de Noha 110
1339 18 Ioannes de Glandis 111
1348 19 Robertus iv. 111
1353 20 Lucas 111
1384 21 Nicolaus 111
1386 22 Ludouicus 111
1386 23 Leonardus 112
1391 24 Fr.Antonius 111
1413 25 Gurellus Ciccarus 111
1419 26 Io.Thomas de Morgantibus pag. 112
1419 27 N. 112
1426 28 Fr.Petrus de Pirano 112
1429 29 Fr Thomas Ammiratus 112
1438 30 Fr.Guido 113
1453 31 Antonius Riccius 113
1485 32 M.Antonius Tolomeis 113
1498 33 Aloyſius de Aragonia 114
1503 34 Iacobus Piſcicellus 114
1508 35 Petrus Matthæus de Aquino pag. 114
1511 36 Vgolinus Martellus 114
1517 37 Io.Antonius Aquauiua 115
1526 38 Gundiſlauus de Sangro 115
1530 39 Alphonſus de Sangro 116
1534 40 Hippolytus Medices 116

1535

1535	41	Io.Baptiſta Caſtromedianus	116
1552	42	Braccius Martellus	116
1560	43	Io.Michael Saracenus	117
1561	44	Annibal Saracenus	118
1591	45	Scipio Spina	119
1639	46	Aloyſius Papacauda	119

ALEXANENSIVM

SEV

LEVCADIENSIVM

Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann.Chr.			pag.
971	1	Gerardus	120
1333	2	Rolandus	120
1333	3	Fr. Richardus	123
1349	4	Ioannes	123
1349	5	Ioannes II. Soranus	123
1362	6	Ioannes III. Angelici	123
	7	Bartholomæus	123
	8	Franciſcus	123
1402	9	Beringarius	124
1402	10	Paulus	124
1405	11	Ioannes IV. de S.Felice	124
1425	12	Dominicus	124
1432	13	Fr. Simeon	124
1432	14	Fr. Guido	124
1438	15	Fr. Laurentius	124
1465	16	Benedictus de Baucio	134
1488	17	Io.Iacobus de Baucio	124
1512	18	Io.Antonius Aquauiua	125
1526	19	Alexander Cæſarinus	125
1531	20	Io.Antonius Balduccius	125
1540	21	Benedictus de Sanctis	125
1542	22	Euangeliſta Cittadinus	125
1549	23	Annibal Magalottus	126
1551	24	Leonardus de Magiſtris	116
1555	25	Iulius Gallettus	126
1560	26	Iacobus Gallettus	126
1574	27	Cæſar Buſdragus	126
1578	28	Hercules Lamia	126
1591	29	Stephanus Burſerius	126
1592	30	Sextilius Mazuca	127
1594	31	Oratius Raparius	127
1595	32	Fr. Iulius Doffus	127
1597	33	Celſus Mancinus	127
1612	34	Nicolaus Antonius Spinellus	127
1635	35	Placidus Padiglia	127
1648	36	Franciſcus Antonius Rabellus	128
1653	37	Io.Franciſcus Granafeus	128

CASTRENSIVM

Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann.Chr.			pag.
1179	1	N.	129
1255	2	Peregrinus	129
1295	3	Peregrinus II.	129
1295	4	Ioannes Pariſius	129
1303	5	Fr. Lucas	129
1322	6	Iacobus	129
1347	7	Franciſcus	129
1366	8	Petrus	129
1366	9	Donedeus	129
1387	10	Antonius	129
1388	11	Ioannes ij.	130
1389	12	Nicolaus	130
1390	13	Euoldus	130
1591	14	Leonardus	130
1402	15	Beringarius	130
1429	16	Vrbanus	130
1453	17	Nicolaus ij.	130
1483	18	Statius de Vera	130
1491	19	Io.Georgius	130
1501	20	Petrus Faber	130
1530	11	Angelus Iaconia	130
1565	22	Lucas Antonius Reſta	131
1578	23	Iulius Othanellus	131
1587	24	Fr. Marius	131
1594	25	Camillus Burgheſius	131
1600	26	Placidus Fabius	131
1604	27	Antonius Bornius	131
1614	28	Carolus Bornius	131
1627	29	Io.Baptiſta Detus	132
1630	30	Fr. Dionyſius Tomacellus	152
1642	31	Franciſcus Columna	133
1653	32	Annibal Syllanus	133

GALLIPOLITANORVM

Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann.Chr.			pag. 54
	1	Dominicus	135
	2	Ioannes	135
	3	Sabimianus	135
648	4	Ioannes ij.	135
767	5	Melchiſedech	135
1327	6	Gregorius	136
1329	7	Melitius	136
1331	8	Paulus	136
1396	9	Ioannes iij.	136
1396	10	Guillelmus	136

1412 11 Fr. Guillelmus ij. de Fonte. pag. 136
1421 12 Fr. Franciſcus Corpoſancto. pag. 136
1424 13 Fr Donatus 136
1443 14 Fr. Antonius 136
1445 15 Petrus 136
1451 16 Fr. Antonius ij. de Zannetto. pag. 136
1458 17 Ludouicus Spinellus 137
1493 18 Alphonſus Spinellus 139
1494 19 Alexius Celadonius 139
1508 20 Henricus de Aragonia 140
1513 21 Franciſcus ij. Romelions 140
1518 22 Andreas de Valle 140
1524 23 Hieronymus Munoz 140
1529 24 Federicus Petruccius 140
1536 25 Pelegnus Cibo 141
1575 26 Io. Franciſcus 141
1576 27 Alphonſus Herrera 141
1585 28 Sebaſtianus Quinterus 142
1595 29 Vincentius Capycius 142
1622 30 Gundeſaluus de Rueda 142
1651 31 Andreas Maſſa 143

VXENTINORVM

Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann. Chr. pag.
1 Simeon. 145
1254 2 Lando de Vico-Alto 145
1282 3 Gofredus 145
1283 4 Ægidius 145
1284 5 Ioannes 145
1284 6 Ioannes ij. 145
1393 7 Ioannes iij. 146
1392 8 Leonardus 146
1392 9 Thomas 146
1399 10 Ioannes iv. 146
1402 11 Thomas ij. 146
1405 12 Fr. Honuphrius 146
1427 13 Ioannes v. 146
1438 14 Fr. Nuccius 146
1446 15 Phillppus 146
1464 16 Dominicus Erarch 146
1489 17 Nicolaus 146
1489 18 Antonius Iaconia 146
1494 19 Marcus de Sinibaldis 146
1531 20 Carolus Borromæus 147
1558 21 Bonauentura 147
1559 22 Antonius Sebaſtianus Minturnus 147
1566 23 Fr. Deſiderius Mazapica 147
1596 24 Ioſeph de Rubeis 147
1599 25 Petrus Guernerius 148
1614 26 Lucas de Franchis 148
1616 27 Fr. Ioannes vi. de Brauo 149
1627 28 Fr. Aloyſius Ximenes 149
1637 29 Hieronymus Marſonis 149
1649 30 Auguſtinus Barboſa 149
1650 31 Andreas Lanfranchus 150
1659 31 Fr. Laurentius Enzihes 152

TARENTINORVM

Archiepiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann. Chr. pag.
45 1 Amaſianus 161
2 S. Catalaus 161
3 Maſone 168
4 Renouatus 168
5 Innocentius 168
590 6 Andreas 168
603 7 Honorius 169
643 8 Ioannes 169
659 9 Geruaſius 169
680 10 Germanus 169
743 11 Cæſarius 169
978 12 Ioannes Archiepiſcopus in Appendice relatus, reponendus.
1098 13 Dionyſius 169
1040 14 Alexander Facciapecora 169
1041 15 Stephanus 170
1071 16 Drago 170
1072 17 Albertus 171
1084 18 Baſilius 171
1092 19 Albertus in Appendice 171
1099 20 Iacobus 171
1102 21 Stephanus ij. Philamarinus. pag. 171
1102 22 Moraldus 172
1106 23 Raynaldus 172
1119 24 Gualterius 175
1113 25 R[illegible]annus 175
1118 26 P[illegible]ppus 175
1172 27 Giraldus 176
1179 28 Baſilius ij. 177
1194 29 Geruaſius ij. 177
1194 30 Angelus 177
1201 31 Giraldus ij. 184
1205 32 Nicolaus 184
1205 33 Berardus 184
1216 34 Gualterus ij. 186
1219 35 Nicolaus ij. 18[illegible]
1252 36 Henricus de Caraſolo 187
1260 37 Giraldus iij. 187
1270 38 Fr. Iacobus 187
1273 39 Henricus ij. 187
1298 40 Gualterus iij. 187
1301 41 Fr. Gregorius 188
1334 42 Rogerus Capitignonus 188
1348 43 Bertrandus 189
1349 44 Iacobus iij. 189
1353 45 Ioannes iij. 189
1354 46 Iacobus iv. 189

1381	47	Marinus de Iudice	190
1388	48	Iacobus ii.	191
1388	49	Petrus	191
1391	50	Eliſarius	192
1400	51	Bartholomæus de Aprano	192
1400	52	Iacobus Palladinus	192
1401	53	Alemannus Adimarius	193
1406	54	Ludouicus Bonitus	193
1412	55	Raynaldus Brancaccius	194
1421	56	Ioannes ex Comitibus Taliacotij	194
1445	57	Marinus Vrſinus	194
1449	58	Alexander	194
1449	59	Alexander de Galeotta	195
1472	60	Latinus Vrſinus	195
1478	61	Ioannes Aragonius	195
1485	62	Ioannes Baptiſta Petruccius, pag.	195
1489	63	Franciſcus	196
1498	64	Baptiſta Vrſinis	196
1498	65	Henricus iij. Brunus	196
1509	66	Orlandus de Ruuere	197
1510	67	Ioannes Maria Pudericus	197
1524	68	Franciſcus Armellinus	198
1528	69	Fr.Hieronymus de Hippolyto. pag.	198
1528	70	Antonius Sanſeuerinus	198
1544	71	Petrus Franciſcus Columna, pag.	199
1560	72	M.Antonius Columna	199
1569	73	Hieronymus de Corrigio	199
1574	74	Lælius Brancaccius	200
1600	75	Ioannes de Caſtro	201
1605	76	Octauius Mirtus	201
1613	77	Bonifacius Caietanus	202
1618	78	Antonius de Aquino	202
1628	79	Franciſcus Sanchez	202
1630	80	Ægidius Carrillus Albornotius.	
1637	81	Thomas Caracciolus	203

A

B

C

CASTELLANETENSIVM

Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

D

Ann.Chr.			pag.
1088	1	Ioannes	205
1111	2	Nicolaus	205
1196	3	Robertus	207
1282	4	Blaſius	207
1282	5	Petrus	207
1299	6	Ioannes	207
1300	7	Berardus	207
1328	8	Angelus	208
1331	9	Theobaldus	208
1343	10	Petrus ij	208
1367	11	Fr.Thomas	209
1385	12	Benedictus	213
1386	13	Fr.Bartholomæus	213
1395	14	Benedictus	213
1418	15	Robertus ij.	213
1418	16	Franciſcus Archamonus	214
1421	17	Bartholomæus ij.	214
1431	18	Gregorius Reſtius	214
1454	19	Euſtachius	214
1459	20	Io.Franciſcus	214
1477	21	Antonius de Pyrrho	214
1494	22	Fr.Alphonſus Galeghus	214
1517	23	M.Antonius Pheoldus	214
1536	24	Ioannes Petrus Sanctorij	214
1536	25	Bartholomæus iij. Serigo	214
1544	26	Bartholomæus iv. Sirigo	214
1577	27	Ioannes Aloyſius de Benedicto pag.	215
1585	28	Bernardus de Benedicto	215
1607	29	Aurelius Aueroldus	215
1618	30	Antonius de Matthæis	215
1635	31	Aſcentius Guarnerius	215
1645	32	Angelus Melchiorlus	215
1650	33	Carolus Antonius Agudius	215

MVTVLENSIVM

SEV

MOTVLANENSIVM

Epiſcoporum

INDEX CHRONICVS.

Ann.Chr.			pag.
1040	1	N.	216
	2	Liberius de Fumis	216
1099	3	Ancarus	216
	4	N.	216
1182	5	Hugo	217
1298	6	Nicolaus	217
1356	7	Raynerius	217
1357	8	Theodorus	217
1419	9	Antonius	217
1419	10	Petrus Theodorus	217
1445	11	Fr.Antonius	217
1482	12	Leonardus	217
1482	13	Fr.Angelus de Barbianis	217
1488	14	Robertus Piſcicellus	217
1502	15	Hieronymus Sendellus	218
1502	16	Vincentius	218
1512	17	Petrus de Quercis	218
1418	18	Guido de Guidonibus	218
1528	19	Vitus Ferrarus	218
1537	20	Fr.Angelus Paſcalis	218
1560	21	Scipio Rebiba	218
1560	22	Cæſar Geſualdus	218
1569	23	Ioannes Aloyſius de Campania.	218
1579	24	Iacobus Michael	218
1599	25	Siluester Tuſus	219
1601	26	Benedictus Rubeus	219

1621

1621 27 Franciſcus Salutij 220
1627 28 Fr. Seraphinus 220
1630 29 Thomas Arichonius 220
1638 30 Fr. Ioannes Baptiſta Paleſius. pag. 220
1648 31 Thomas de Aquino 220
1654 32 Ioannes Caponeſchus 220

VRITANORVM
Epiſcoporum
INDEX CHRONICVS.

Ann.Chr. pag.
1595 1 Vincentius Tufus 226
1601 2 Lucius Fornarus 226
1620 3 Dominicus Rodulphus 227
1631 4 M.Antonius Pariſius 228
1650 5 Fr.Raphael Palma 228

CVSENTINORVM
Archiepiſcoporum
INDEX CHRONICVS.

Ann.Chr. pag.
599 1 Palumbus 255
680 2 Iulianus 255
743 3 Roſredus 255
920 4 Iſelgrimus 255
1056 5 Petrus 256
1092 6 Arnulphus 256
1166 7 Richardus 259
1169 8 Sanctins 259
1170 9 Ruffus 261
1184 10 Perrus 261
1188 11 Bonomus 262
1201 12 Andreas 272
1203 13 Lucas 274
1224 14 Opizo de Columbis 292
1254 15 Bartholomæus Pignatellus pag. 294
1268 16 Fr.Thomas 296
1276 17 Belprandus 297
1278 18 Petrus ij. 298
1285 19 Martinus Poionus 298
1290 20 Petrus 300
1290 21 Adam de Dusiaco 300
1295 22 Roderius de Stephanutia 301
1298 23 Petrus iij. Buccaplanula 201
1320 24 Nicolaus 301
1330 25 Franciſcus della Marra 302
1354 26 Petrus de Galganis 303
1263 27 Nicolaus Caracciolus 307
1365 28 Cerretanus de Cerretanis 308
1377 29 Nicolaus Brancaccius 308
1370 30 Ioannes 309
1386 31 Andreas 309
1382 32 G. 309
1388 33 Tirellus Caracciolus 310
1413 34 Franciſcus Tomacellus 311
1424 35 Berardus Caracciolus 311
1452 36 Pyrrhus Caracciolus 328
1481 37 Ioannes ij. 339
1481 38 Ioannes iij Aragonius 339
1486 39 Nicolaus Cibo 340
1489 40 Carolus de'Carretto 341
1491 41 Ioannes Baptiſta Pinellus 342
1495 42 Bartholomæus Floridus 343
1497 43 Ludouicus Agnellus 343
1499 44 Franciſcus Borgia 344
1511 45 Ioannes Ruffus de Teoduiis. pag. 345
1528 46 Nicolaus de Gaddis 345
1535 47 Thaddæus de Gaddis 345
1561 48 Franciſcus Gonzaga 349
1565 49 Thomas Tileſius 349
1569 50 Flauius Vrſinus 350
1573 51 Andreas Matthæus Aquauiua. pag. 350
1577 52 Fantinus Petrignanus 351
1583 53 Syluius Paſſarinus 351
1587 54 Euangeliſta Pallottus 351
1591 55 Ioannes Baptiſta de Coſtantijs. pag. 352
1617 56 Paulus Æmilius Sanctorius. pag. 353
1624 57 Iulius Antonius Sanctorius. pag. 354
1639 58 Martinus Alferius 354
1641 59 Antonius Ricciullus 355
1643 60 Alfonſus Maurellus 355
1650 61 Ioſeph Sanfelicius 356
1661 62 Ianuarius Sanfelicius Ioſephi nepos electus anno 1608.

MARTVRANENSIVM,
SIVE
MARTORANENSIVM
Epiſcoporum
INDEX CHRONICVS.

Ann.Chr. pag.
761 1 Domnus 359
853 2 Theodorus 359
1100 3 Arnulphus 359
1122 4 Rodulphus 359
1170 5 Michael 359
1221 6 Philippus Matera 363
1252 7 Thomas 368

1255

1255 8 Raynaldus de Aquino 370
1288 9 Robertus 370
1320 10 Adam 371
1320 11 Nicolaus 371
1333 12 Fr.Hugo 371
1349 13 Senator Martoranus 371
1349 14 Ioannes 371
1359 15 Iacobus 371
1363 16 Fr.Iacobus Caſtellus 371
1369 17 Nicolaus ij. 373
1390 18 Nicolaus iij. 372
1401 19 Iacobus de Villano 372
20 Petrus 372
1418 21 Antonius 372
1440 22 Fr.Carolus 372
1442 23 Gotifredus de Caſtrô. 372
1446 24 Antonius de Genouſio 372
1451 25 Martinus 372
1463 26 Angelus 363
1483 27 Aurelius Biennatus 373
1497 28 Angelus Pappacoda 374
1537 29 Iacobus Antonius Ferdutius. pag. 374
1560 30 Tolomæus Gallus 375
1562 31 Hieronymus de Federicis 375
1569 32 Fr. Gregorius de Cruce 376
1577 33 Marianus Perbenedictus 376
1592 34 Robertus Perbenedictus 378
1692 35 Franciſcus Monachus 378
1627 36 Lucas Celleſius 378
1429 24 Angelus 407
1434 25 Antonius de Rauda 407
1442 26 Nicolaus ij. 407
1447 27 Iacobus de Ratha 408
1452 28 Dominicus de Legoneſſa 408
1460 29 Fr.Matthæus de Saracenis 408
1481 30 Nicolaus de Hippolytis 410
1493 31 Bapriſta Lagnius 410
1511 32 Bernardinus Caruagial 411
1511 33 Ioannes Franciſcus Fonſeca. pag. 411
1525 34 Pompeius Columna 412
1525 35 Vincentius Pimpinella 412
1527 36 Antonius Coppus 412
1544 37 Franciſcus Columna 413
1544 38 Hieronymus Verallus 413
1551 39 Paulus Æmilius Verallus 414
1553 40 Ioannes Antonius Caſtaneus pag. 414
1573 41 Lancelottus de Lancellottis. pag. 415
1580 42 Lælius Iordanus 415
1583 43 Syluius Sabellus 416
1588 44 Scipio Floccarus 416
1592 45 Lucius Sanſeuerinus 416
1612 46 Marius Saxus 417
1615 47 Hieronymus Pignatellus 417
1619 48 Hercules Vaccarius 417
1626 49 Paulus Taurellus 418
1628 50 Petrus Antonius Spinellus 419
1645 51 Iacobus Carraſa 420

ROSSANENSIVM
Archiepiſcoporum
INDEX CHRONICVS.

Ann.Chr. pag.
680 &, 1 Valetianus 382
990 2 N. 382
